
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 F
16

IOANNIS

CORASII TOLOSATIS

Iureconsulti celeberrimi, Senatorisque regij Tolosæ clarissimi.

In aliquot titulos & capita legum Secundi ac tertij tomi Pandectarum (Infortiatum & Digestum nouum vocant) nusquam hactenus editi Commentarij.

Titulos & legum capita quarta pagina indicabit.

Accesserunt gemini indices.

Ex legato

Ill.mi Cosini

LVGDVNI,
Apud Antonium Vincentium.
M. D. LXVIII.

Nobilisſimo viro, Paulo Fuxio, Regis conſiliario, eiuſdémq; apud Senatum populúmque Venetum Legato, Ioannes Coraſius Iuriſconſultus, regiúſq; Senator, S. D.

Ur hoſce meos commentarios in eas Pandectarum partes (quas Infortiatum & Digestum nouum vulgò dicunt) tibi vni ſacrare in animum induxerim (Fuxi clariſſime) duo fecerunt potiſſimum. Primum quòd inter illuſtria tuarum virtutum præconia, talis tantúſque in optimarū artium ſtudijs, iuris ciuilis ſapientia, æquitatis religione, & omni virtutum genere habearis, vt te non tanquam ex Gallia editum, ſed velut è cælo diuinitus delapſum, homines intueantur atque ſuſpiciant: ad præcipuúmque Gallorum decus & ornamentum te natum eſſe meritiſſimò profiteantur. Alterum magnitudo & vis amoris in me tui, quo nullis meis meritis prouocatus, & præſentem honoribus, & abſentem laudibus ſtudioſè magnáque charitate me ſemper es complexus, ornaſtíque cumulaté. Ad cuius beneuolentiæ memoriam volui munuſculum hoc, ceu pignus, & arrhabonem in omnium oculis & animis relinquere. Quod ſi pro antiqua tua fide, & veteri erga me voluntate grato æquoq; animo ſuſceperis, humanitatem iſtam tuam quibus potero laudibus in cælum efferam, & obſeruantia colam ſempiterna. Toloſæ pridie cal. Septemb. 1 5 6 7.

INDEX TITVLORVM HIS COMmentarijs enucleatorum.

EX INFORTIATO.

Soluto matrimonio. pag.1.& 64
De impens.in reb.dota.fa. 111
Liberis,& posthumis. 115
Ad leg.Falcid. 161

EX DIG. NOVO.

De noui operis nuntiatione. 188
Damno infecto. 218
Donationib. 242
Donationib.causa mortis 253
Acquirenda possessione 261
Vsucapionib. 328
Verb,obligatio. 337.& 385
De fideiussorib. 370

INDEX CAPITVM LEgum eisdem commentarijs explicatarum ordine alphabetico digestus.

Ad diem 548
Centesimis 499
Cui bonis 425
Cùm filius 503
Cum quid 531
Cùm quis 512
Diuortio 39
Dominus 489
Dotis causa 88.& 74
Eadem 409
Et ideo 494.&.438
Eum,qui 489
Eum,qui ita 512
Filius 434
Gallus 220
Generaliter 430
Hoc edicto 195
Hoc iure 432
Huiusmodi 444
Huiusmodi 524
Idem erit. 522
Idem iuris 408
Illa stipulatio 527
Impossibilis 428
In illa 430
In ratione 164
In stipulationibus 509
Interdum 536
Is,cui bonis 428
Is,qui 507
Mulier 530
Multùm 461
Naturaliter.§.nihil commune 285
Non solùm.§.morte 215
Possessio 265
Post contractum 242
Quæ extrinsecus 526
Qui ante 436
Qui bis 442
Qui hoc anno 491
Qui vsumfructum 520
Qui sic 501
Quodcunque 495
Quoties 521
Quoties 551
Quoties 552
Sciendum 458
Scire 453
Seruus 523
Si constante 203
Si dare 450
Si decem 501
Si diuortio 445
Si filius 488
Si finita 218
Si homo 529
Si id,quod 447
Si ita quis 524
Si ita stipul. 415
Si is,qui 528
Si in nomine 460
Si quis cum 466
Si certos 468
Si rem 459
Si Stichus 462
Si stipulatus 452
Si Titius 433
Si filius 489
Si ita 483
Si Stichum 439
Si minor 526
Si pœnam 528
Si ita quis 524
Si euictio 445
Si stipulatio 443
Stipulatio 339.& 387
Stipulationum j. 395
Stipulationum ij. 418
Stipulatio ista 469
Veluti 451
Vbi ita 253
Vbi autem 540

O miserat Typographus scholia in Titulum de verbo.oblig. suo loco post paginam 369. inserere: neq; aduerterat, nisi opere finito: adeò vt sub finem huius voluminis auctoris consilio illa collocarit cum suo indice separato.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRISCONSVLti in Rub. ff. Soluto matrimonio Commentarii.

SVMMÆ RERVM.

1 *Matrimonium quot modis dirimatur.*
2 *Diuortij verba.*
3 *Diuortium cur introductum.*
4 *Repudium quis primus miserit.*
5 *Adultera vxore repudiata, an aliam ducere liceat.*
6 *Maritus absens quanto tẽpore expectãdus.*
7 *Ablatiuorum absolutorum natura.*
8 *Emphyteuta quando excusetur à pœna caducitatis.*
9 *Lex ad præterita non refertur.*
10 *Statutum, extantibus agnatis.*
11 *Conditionis implementum quando ad heredes transeat.*
12 *Quemadmodum, dictionis natura.*
13 *Dos non est sine matrimonio.*
14 *Peti & repeti quid propriè dicatur.*
15 *Reddendi verbum.*
16 *Speciës an propriè sub suo genere contineatur.*
17 *Vocabulum generale triplex.*
18 *Æquiuocum.*
19 *Vniuocum.*
20 *Analogum.*
21 *Repetitionis caussa fauorabilior, quàm petitionis.*
22 *Indefinitæ locutionis natura.*
23 *Statuta loquentia de petente, an in repetente locum habeant.*
24 *Reficiens non dicitur facere.*

1
Ontractum matrimonium vel constat, seu durat perpetuò,
vel dirimitur. Dissoluitur autem tribus modis, inquit Iulius *Matrimonii diremptio.*
Paulus, vel morte, vel diuortiò, vel contingente seruitute, l.j.
ff. de diuorti. Morte in primis, cùm ea omnia tollat, & coniun-
ctissima dissoluat, l. in summa. §. fi. ff. de re iudic. §. deinceps de
nupti. collatio. iiij. Diuortio, cùm coniux à coniuge animo
perpetuam constituẽdi dissensionem diuertit, d. l. j. ij. & iij. ff.
2 de diuor. quod per hæc verba fiebat olim, *Res tuas tibi agito, Res tuas tibi habeto.* In *Diuortii verba.*
sponsalibus verò dirimendis hæc fuere verba, *Conditione tua non vtar*, d. l. ij.
3 Fuit autem introductus hic mos diuertendi initio, propter infœcunditatem, & *Diuortium cur introductum.*
4 sterilitatem mulierum: ob quam caussam Sp. Carbilius Ruga primus omnium *Repudium quis prim⁹ miserit.*
Romanorum, M. Attilio, & Valerio Coss. vxorem egregiè dilectam, charissimámque morum eius gratia habitam repudiauit, quòd, scilicet, liberi ex ea corporis vitio non gignerentur. Pariterq; refert in Sylla Plutarchus, Syllam summo cum honore, & donis adiectis, Tertiam Cæliam, vt sterilem, repudiasse. deinde cœptum leuibus ex caussis cum vxoribus diuortium fieri. nam Sulpitius Gallus vxori repudium misit, quòd eam capite aperto, foris versari, vestemq; in caput deducere animaduertisset. P. Sempronius Sophus, quòd eius vxor funebres ludos, se inscio, spectasset, eam repudiauit. Q. Antistius Vetus vxorem, quam cum libertina fabulari viderat, vt caueret stuprum, priusquàm vindicaret, repudiauit.

Quandoque tamen ex non manifesta caussa factum diuortium constat, vt illud fuit Papiriæ grauissimæ mulieris, & Pauli Æmilij viri consularis, qui (vt est apud Plutarchum) post longum coniugij tempus, susceptisq; ex ea liberis, eam repudiauit, quod factum cùm frequentius amici eius improbarent, eiq; dicerent, nónne Papiria formosa? nónne modesta? nónne fœcunda? porrigens ille pedem

dicebat, Et hic quidem calceus nouus vobis videtur pulcher, & elegans: nemo tamen vestrûm probè nouit, qua ex parte meum premat pedem.

Extant & alia infinita exempla, quæ percensere longissimum fuerit. iure Ciuili posteriore, hoc est, Codicis Iustiniani non fuit cuique liberum, vel ob leuissimam caussam cum vxore diuortium facere, sed certis tantùm & iis quidem grauibus expressis in l. consensu. C. de repud. Amplius iure Canonico cautum, ne ab vxore carnaliter cognita diuertere liceat: solaq; morte dirimuntur nuptiæ. c. ij. de transl. episco. dicente Apostolo, Quod Deus coniunxit, homo non separet, Matth. xix. d. c. ij. de translat. episco. c. quos Deus xxxiij. q. ij. Non consummatum autem matrimonium copula carnali per ingressum religionis dissoluitur. c. verum. & c. ex publico. de conuersio. coniuga.

Adultera vxore repudiata, an fas sit aliã ducere.

Licet autem eo iure propter solam mortem matrimonij consummati vincu- 5
lum dissoluatur, ob adulterium tamen torus separatur. c tuæ. de procuratorib.
c. ex literis. de diuor. quo casu, cùm non fiat vinculi separatio, non licebit viro, repudiata vxore adultera, aliam ducere, vt omnes propemodum Theologi & Canonistæ tradiderunt. Solus Ambrosius tribuit viro ius ducendi alteram, vbi priorem, ob malos eius mores, repudiauit. cuius sententiam diffuso apparatu magnus ille Erasmus defendit in annotat. ad septimum caput prioris epistolæ ad Corinth.

Maritus absẽs quãto tempore expectandus.

Soluebatur tertiò olim matrimoniũ captiuitate, & alia cõtingente seruitute d.
l. j. ff. de diuor. quod Iustinianea lex immutauit, nisi eo casu, quo erat incertum, an 6
captus ab hostibus coniux, vel alio modo seruus effectus viueret: quo casu, quinquennio elapso, potestatem coniugi nubendi fecit. §. sed & captiuitatis de nupt. collatio. iiij. l. vxores. ff. de diuor. Ius verò Pontificum noluit viam nuptiis aperire, nisi recepto certo nuntio de morte viri c. in præsentia, ext. de sponsal. Quod ius nos perpetuò spectamus, attendimus & seruamus in matrimoniis c. pen. & fi. de secund. nupt. Accurs. in l. j. C. de secund. nupt. & in §. penul. de gradi. cog. in Insti. Panot. & alij in c. quæ in ecclesiarum de constitu. Porrò, soluto morte viri, aut alio modo matrimonio de dotis restitutione tractatur. Quocircà quemadmodũ ea peti à muliere debeat, pollicetur se hoc titulo tractaturum Iuriscõsultus in hæc verba, *Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur.*

Ablatiui absoluti.

Soluto matrimonio, Id est, si solutum sit, vel fuerit matrimonium, Iaso. expositore: 7
non autem, si soluetur. tuncque, secũdum eundem, suboritur scrupulus: nam hæc verba, *Soluto matrimonio*, sunt ablatiui absoluti: quorum ea est propria natura, vt in conditionem resoluantur l. euictis. ff. de vsur. l. à testatore. ff. de cõditio. & demonstra. l. acceptis. ff. ad leg. Falc. atque ita futurum tempus demonstrent: cùm ea propriè conditio dicatur, quę in futurum confertur l. itaque. ff. de reb. cred. l. si sic. §. j. vbi Accur. ff. de lega. j. & quæ existere, & non existere potest, §. ex conditionali. de verb. obliga in Inst. Idem Ias. non videt expeditam solutionem.

Tu verò, vt hanc difficultatem soluas, aliásque plures quæ ad hanc ablatiuorum materiam concurrunt, præter alios considera, ablatiuos absolutos quandoque per nomen quandoque per participium proferri. Priore casu conditionem non faciunt, sed disponunt, vt si dicam, Te pręceptore didici, Te authore feci, Suo marte lites discurrẽt l. j. C. ne lic. poten. Integris omnibus ab emptione recedatur l. ab emptione. ff. de pact. Arbitratu meo opus fieri l. cùm stipulatus sim mihi, O procule ff. de ver. obliga.

Emphyteuta quando excusetur à pœna.

Hinc inferes ad quotidianæ quæstionis decisionem, licẽt emphyteuta alienans 8
sine domini consensu, sub hac conditione tamen, si consenserit dominus, & non aliter, iure suo non cadat, Alber. in l. fi. col. vlti. C. de iur. emphyt. Bald. in c. j. §. hoc quoque. col. vlti. de succes. feud. cùm ita expressim declarat se nolle, nisi cum consensu domini, alienare l. si quis locuples in fi. ff. de ma. testa. Et alienatio tota sit conditionalis: ideóque non perficitur, nisi conditione impleta, & ita sequuto domini consensu, l. hæc venditio. in prin. ff. de contra empti. vt nec alia quæuis conditio

quicquam

quicquam ponit,nisi purificata l. grege. §.pe.ff.de pigno. l. siquis sub conditione: ff.siquis omiss.caus.testa.l.cedere diem ff.de ver.sig. qua deficiēte, perinde est, atque si venditio,aut dispositio facta non esset.l.pecuniam.ff.si cer.pet.l. necessariò in fi.prin.ff.de peri. & com. rei vend. tamen si emphyteuta venderet, irrequisito domino, licèt addat illa verba *Saluo consensu domini* non excusatur à pœna caducitatis,sed iure suo cadit,Bal.in l.j.col.fi.& xvj.q.C.de iis,quæ pœnæ no.& in c.j.quę fuit pri.ca.in feud.tunc enim venditio pura est: nec enim domini consensus conditionaliter reseruatur,l.multùm interest.ff.de hæredi.vel actio.vendi.sed dispositiuè, & per modum protestationis. quæ cùm sit contraria facto, nihil operatur c. cùm M.de consti.c.solicitudinem. de appella.c.ea te. de iureiur. & ita in propriis terminis docēt And.de Iser.& Aluarot in c. Imperialem.§.scriba.de prohibi. feud. aliena.per Frid.Panor.in c.fi.de feud.plenissimè Curti.consil.viij.

Posteriore verò casu,cùm ablatiui absoluti per participium proferūtur, petenda est natura adiuncti participii præsentis,præteriti, an futuri temporis sit, inquit Alciat in l.cùm quęrebatur. ff.de ver.sig.Ego verò spectandum tempus censeo,ad quod refertur dispositio,vt si ad tempus præsens,,aut præteritum, disponāt ablatiui,non autem faciant cōditionem:cùm ea præsens,aut præteritum tempus non respiciat l.itaque.ff.de reb. cred. vt si dixero, *Rato manente pacto pœna soluatur* l. qui fidem.ff.de trāsactio.*Velo leuato iudicem de caussa cognouisse* l.pe.de naufrag.lib.xj.C. *conniuentibus oculis quidpiam fieri,aut factum esse* l.iiij.ff.de manumiss.*Reseruato consensu domini venditio facta* Bal.l.j.C.de iis,quæ pœnæ no.Curti.conf.viij. *Excepto vino, penum legatam* l.nam quod.§.fi.ff.de penu legata.Sic,cùm dicebat Martialis,

Dulcia,defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

9 Vbi verò dispositio futurum tempus respiceret, ablatiui absoluti conditionem facerēt,licèt per participium præteriti temporis prolati l.Sticho. in prin.ff. de statutib. vt cùm à lege profertur, quæ non ad facta præterita reuocatur, sed futuris negotiis dat formam l. leges.ij.C.de legib.c.fi. de constitut. quo casu non tantùm disponit,sed & inducit conditionem, sicuti cum præfatur hîc Iuriscōsultus se tractaturum,*Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur*,aut cum dicit,*Soluto matrimonio dotem restitui debere mulieri* l.ij. in prin.hoc tit. Idemq́ue si in contractum quispiam dotem,*Soluto matrimonio* sibi reddi stipuletur l. cùm quærebatur.ff.de ver.sig.vel in testamento,*Accepta certa quantitate* ab eo, qui grauari potest portionē suā restituat, quispiam grauatus sit,l.fideicommissa.§.cùm esset.ff.de lega.iij.Idem,cum ex prætoris sententia Vlpianus in eum,qui ex incendio,ruina, naufragio *rate*, *naue expugnata* quid rapuisse recepisse dolo malo, damniue quod in his rebus dedisse dicetur in quadruplum in anno,quo primum, de ea re experiūdi potestas fuerit, post annum in simplum iudicium dat l.i.in princ. & l.iii.§.deinde. ff. de incend. rui.& naufrag.

Lex ad præterita non refertur.

Et ita dissolui debet contrarium quod tantopere Iasonem contorsit, quicquid in contrarium fabuletur Ripa.absurdè docens hâc legem ad præterita trahi: quoniam (inquit) tametsi eius legis tempore solutum fuisset aliquod matrimonium, dotem tamen reddi oportuisset.Sed fallitur inexcusabiliter. Demus enim dotem ante hanc ciuilis legis cōstitutionem à muliere repeti potuisse, hoc tamen dicendum non fuisset in vim futuræ legis, de qua cogitare non poterant homines: sed quia ita moribus viuebatur,vt & apud Atheniēses,apud quos ex lege Solonis, qui vxorem exturbauerat, dotem illi restituere, alioqui interusuriū sesquidrachmale ob moram soluere cogebatur. Sed,nec soluto matrimonio ante promulgatam legem,potuisset dos in vim nouæ legis repeti: cùm lex ad præterita non referatur, sed futura tantùm respiciat d.l.leges. & d.c.fi. etiam si effectus actus perfecti in futurum post legem latam expectetur l.iubemus.in.fi.C.de testa. vbi forma data testamentis non extenditur ad testamenta iam confecta, licèt pendeant (vt est no-

tissimum) vsque ad testâtis mortem,l.quod per manus. ff. de iure codicillo.l.iiij.ff.
de adimend.lega.c. cũ Marthæ de celebra.missa. vt nõ abs re docuerit Ioan.Imol.
in c.fi.de consti.statutum,quod defert lucrum dotis marito, vxore præmortua in
matrimonio locũ non habere in nupta ante matrimoniũ, quæ tamen posteà mo-
ritur:licet cõtrariũ Bar.defendat in l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.nec enim lex
solet ligare ante duos mẽses à die publicationis,§.i.vt fact.no. constit.collat.v. aut
ad præterita referri d.l.leges. nisi cùm de præteritis nominatim disponit §.fin. de
rap.mulier.quæ rapt.nubunt.collatio.ix.Cle.dispendiosam.in fi. de iudic. Aut ius
antiquũ declarat §.i.de fil. ante dotal. instit.nat. collat. iii. & d.§.fin.de raptis mu-
lieribus.

Statutum extantibus agnatis.

Hoc tamen casu aduertendum, quia cùm ablatiui absoluti ab eo proferuntur, 10
qui statuendi super re,de qua agitur ius habet, non conditionem modo faciunt,
sed dispositionem d.l.fideicommissa.§.cùm esset.quod Bar. in l.ii.§. videndum. ff.
ad S.C.Tertyllia.trahit ad statutum, *Extãtibus agnatis*,filias, aliásue fœminas exclu-
dens,vt disponat,& conditionem faciat,fœminas sub conditione excludens:ipsos
verò masculos purè admittens. idem Barto.in l.i.§.qui habebat.ff.de bono.posses.
cont.tab.& in l.ii.§.fi.ff. de collat.bono. Bal.in l.maximum vitium. C. de lib. præ-
ter.Roma.consil.xxxii.Dec.consi.cccccxxviii.col.pe.vol.iiii.

Eadem ratione dici potest, quòd licet liberi positi in cõditione per dictionem,
Si,censeantur tantùm ab intestato vocati l.i.C. de pact. Accurs. & cæteri in l. Lu-
cius.ff.de hæredi.instit. si tamen liberorum conditionaliter facta sit mẽtio per ab-
latiuos absolutos,liberis non extantibus,censerentur vocati ex testamento, Alex.
consil.clxxxv.col.vii.vers.Octauo non obstat.Quam decisionem licèt à Ripa. hîc
pluribus controuersam. & improbatam ipse sequor: cùm & alibi defenderim eo
casu,quo liberi per dictionem, *Si*,in conditione positi, vocatos tamen eos censeri
ex testamento quod à nobis excussum plenè offendes in ii.Miscella.cap.xix.

Vbi verò,prolatis ablatiuis absolutis ab eo, qui de ea re disponendi potestatem
non habet,dispositionis effectus in futurum conferretur, meram conditionem a-
ctus faceret.l.euictis agris.ff.de vsur.l.à testatore.ff.de cõditio.& demon.nec enim
vlla videtur differentia inter dispositionem per, *Si*, conceptam: & per ablatiuos
absolutos,l.facta.§.rescripto.ff,ad Trebellia. Vnde quemadmodum dictio moda-
lis,*Vt*,iuncta dictioni,*Si*,propriam amittens naturam,conditionem facit l.qui ab-
senti. §.i.ff.de acq.poss. ita permista ablatiuis absolutis, l. si ego. §.i. ff. de iur. doti.
Bar.in l.sub conditione.col.pe.ff.de solutio.Quodque in ablatiuis diximus, idem
in datiuis absolutis recipiendum est,Bald.in.l.i. col.vlti.C.de furt. adferens exem-
plum de statuto,quod *reo confitenti*,tertiam pœnæ partem remittit quo tamen ca-
su,quia prolata sunt verba ab eo,qui ius habet de ea re statuendi, dicerem induci
dispositionem,nedum conditionem per ea,quæ paulò antè diximus.

Ex hac porrò doctrina plura,vltra Doctores, infero imprimis ablatiuos absolu-
tos non disponere, cùm in conditionem resoluantur, quæ suapte natura nihil di-
sponit l.siquis sub conditione. ff. si quis omis. ca. testa. sed deficiens impedit effe-
ctum actus.l.cedere diem.ff.de ver.sig.§.ex cõditionali de ver.obligation.in Instit.
quod vtile esse ad statutum, vt, *Præmortua vxore*, in matrimonio vir lucretur do-
tem,ostendunt Bald.in l.non sine.C.de bo.quæ lib. & Felin.in Rubric.de sponsal.
col. iij. Secundò debere ablatiuos absolutos in forma specifica impleri, ad instar
conditionis,l.Mæuius.& l.qui hæredi.ff.de condi. & demon. Tertiò, quòd sicut
conditio formam inducit,l.Prætor.in princ.ff.de colla.bonor.Bald.in auth.matri,
& auiæ C.quand.mul.offi.tut.ita ablatiui absoluti:cùm in conditionem resoluan
tur pater Dec.consi.ccclxvi.ad fi.vol.iiii. Vtilitas est, qua forma per æquipollens
impleri nequit,l.qui per salutem.ff.de iureiur.&,ea non seruata,actus est nullus,l.
cùm ii.§.si Prætor.ff.de transactio.

Quartò,infero ablatiuos absolutos diuisionem non recipere, sicut nec condi- 11
tio,l.cui

tio l. cui fundus. ff. de condit. & demon.

11 Vltimò, quòd sicut facultas implendi conditionem non transit ad hæredes, l. si decem cum petiero. ff. de verbor. obligatio. ita nec potestas implendi ablatiuos absolutos, l. à testatore. ff. de cond. & demon. Qua in re tamen eam distinctionem adhiberem, qua nostrates vti solent in conditione, vt arbitrariam, quam potestatiuam vocant, à casuali separemus. Hæc enim in contractibus ad hæredes transmittitur, §. ex conditionali. de verb. obliga. in Insti. non itē in vltimis volūtatibus, l. is, cui in princ. ff. de actio. & obliga. l. vnic. §. finautem aliquid. C. de cad. tollen. Arbitraria verò ad hæredem non transit, non in testamētis modò. d. l. à testatore: sed nec in contractibus d. l. si decem, nisi vel conditio circa contractus resolutionem versetur, l. ii. C. de pact. inter empto. aut ea non impleta hæres in pœnam incideret, l. diem proferre. §. i. ff. de recep. arbit. *Cōditionis implementum quando transeat ad hæredes.*

Denique cum ablatiui absoluti per participium futuri temporis proferuntur, non inducunt conditionem: sed tempus potius demonstrant, vt cum in primo ciuil. belli Lucanus dicebat,

-Facilem venturo Cæsare prædam
Ignauæ liquere manus,

Id est, cum esset venturus Cæsar, & si dicas cur hoc casu non inducitur conditio cum ad futurum tempus referantur verba secundum propriam conditionis naturam, l. itaque. ff. de reb. cred. Respondeo ideo, quia actus nullo modo suspenditur, cum iam effectum habuisset, liquerant námque prædam ignauæ manus facilem prædam reliquerant, non quod in futurum conferretur dispositio, quare conditio induci non potuit, d. l. itaque. l. cedere diem, ff. de verb. sig. l. conditionales. de ver. signif. ff. §. ex conditionali. de verb. oblig. in Institu.

12 *Quemadmodum.* Id est, quo pacto, quo modo, aut qua ratione, l. si pater. §. i. ff. de pact. dotal. vt sic, non interrogatiuè (quemadmodum alii volunt) sed demonstratiuè ponatur: ea enim est natura Rubr. vt præmonstret, qua de re tractaturus sit Legislator, l. pen. §. fi. ff. de iur. & fur. Alex. & moder. in l. i. ff. si cert. peta. Sic vsurpatur hæc dictio in Rub. ff. quemad. seruitu. amitta. & ff. quemad. testa. aperian. Licèt frequentiùs aduerbium sit similitudinis, l. iii. §. si quis duobus. ff. de adi. lega. l. si familia. ff. de iurisdict. om. iudic. l. iii. §. i. ff. de lib. & posthu. Licèt Bart. ex Accur. sententia hoc loco sit aliter interpretatus: quem tamen Moder. Perus. (quibus Lancelot. Dec. subscribit) infirma admodum ratione reprehendunt. Quod enim dicunt absurdum esse Iurisconsultum interrogare seipsum præsertim de eo, quod in pectore clausum habet, quod inter interrogantem, & respondentem debeat esse personarum discretio, l. ii. ff. de stipu. seruo. c. fi. de instit. apertè reuincit eos bonarum disciplinarum expertes omnino, & ignaros fuisse: cùm hic loquendi modus frequens sit omnibus Latinè loquentibus, sed maximè Iurisconsultis, vt seriem dubitationis proponant interrogando, vt & in titul. quēad. ser. amitta. quemad. testa. aperian. atque adeò, vt sub eleganti interrogationis figura non aliter decidentes respondeant, l. venditor ex hæreditate. §. i. ff. de hæred. vel actio. vend. l. cùm fundus. §. seruum. ff. de reb. credi. l. in rebus. in fi. prin. ff. cōmod. l. certum. §. si quis absente, ff. de confess. l. iiii. §. Cato, vbi dixi ff. de verb. oblig. *Quemadmodum, dictio.*

13 *Dos.* Exoritur autem hic iterum dubitatio: nam licèt matrimonium esse possit sine dote, l. quod si nulla. ff. de religio. dos tamen sine matrimonio esse nequit, l. iii. ff. de iur. doti, l. fi. C. de dona. ant. nupti. cùm propter onera matrimonii marito cōstituatur, l. pro oneribus, C. de iur. doti. quæ cessant, dirempto matrimonio, l. si pater mulieris. ff. de iur. doti. Quo pacto igitur tractari potest soluto matrimonio, de dotis repetitione, cùm matrimonium solutum nullum sit. §. deinceps. de nupt. collat. iiii. atque ideo nulla dos l. i. §. constante, ff. pro dot. l. si serua. §. fin. ff. de iur. doti. ergo nec dotis petitio vlla cùm non entis qualitates nullæ sint, l. eius, qui ff. de reb. credi. *Dos nō est sine matrimonio.*

Dissolutio communis est, quam Bar. docuit in l. si marito. §. j. hoc tit. & apertiùs tradunt hîc Cast. Areti. Alex. & cæteri communiter, vt dos nō possit esse sine matrimonio præsenti, aut præterito. At si aliquando fuerit matrimonium (licèt esse desierit, quia vel morte, vel diuortio solutum.) non desinit esse dos, l. etiam. ff. de fund. dotal. quasi reliquis matrimonii in re dotali manentibus, l. patre furioso, in fi. ff. de iis, qui sunt sui. & (quicquid argutè magis, quàm verè in contrariū Moder. dicant) hæc est veritas. nam &, vt faciliùs res intelligeretur, Iurisconsultus agrum, qui in insula fuit, insulam appellauit, l. insula. §. fi. ff. de acq. rer. domi. addita tamē declaratione Cast. vt si dos nondum mulieri restituta sit, quamuis matrimonium sit solutum, rectè dos dicitur. Postquam autem dotem mulier exegit, & recuperauit, non dicitur ampliùs dos, sed patrimonium mulieris. Sicut hæreditas post aditionem amittit nomen hæreditatis: & patrimonium hæredis appellatur, l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgar. dixi plenè in l. post aditam. C. de Impu. quam quæstionem, & alias multas ad hunc dotis tractatum pertinentes excussi plenissimè, in l. qui liberos. ff. de rit. nuptiar.

Petere, & repetere. *Petatur.* Id est repetatur, inquiunt Accurs. Bart. & omnes, vt & in titu. ff. & C. si cer. peta. cùm ad petitionem dotis non datæ mulier non admittatur, l. j. C. de dot. caut. non numera: & propriè non datum peti, datum verò repeti dicatur, l. repetitio. ff. de condi. indeb. l. si repetendi. C. de condict. ob causs. maritúsque, à quo dos petitur, non dare, sed reddere, aut restituere dotem dici debeat. l. j. §. eleganter. ff. deposit. l. cùm pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. ij. Hanc autem expositionem non ex sermonis proprietate, sed ex legis interpretatione esse Accur. arbitratur in l. verbum reddendi, ff. de ver. sig. cùm (vt dixi) is propriè petere dicatur, qui nō datum postulat. Quod Barto. verum existimat, si verbum, petere, in specie sumamus, vt separatum est omnino à verbo, repetere, nam si illud in genere accipiamus, quo modo & petitionem, & repetitionem tam in iudicio, quàm extra continet? l. si decem cùm petiero. ff. de verb. oblig. l. ampliùs nō peti. ff. rem rat. hab. ex proprietate verbi procederet expositio. Vnde nec, nisi dubitationis tollendę gratia necessaria esset: cùm species sub suo genere cōtineatur ex propria significatione, l. semper generalibus. ff. de reg. iur. 14

Reddendi verbum. 15

Simile est (inquit) in verbo, reddendi: quod in genere acceptum, quemcúmque actum translationis dominii significat, d. l. verbum, reddendi, sicut verbum, dari, l. vbi autem non apparet. §. fi. ff. de verb. obligat. §. sic itaque. de actio. in Institut. In specie tamen consideratum diuersum est, & seiūctum à verbo dari. d. l. j. §. eleganter. ff. de depos. & d. l. cùm pater. §. fidei. ij. ff. de lega. ij. Vnde hoc casu ex interpretatione legis, illo ex proprietate sermonis veniet, vt & in verbo, dari, quod in genere consideratum verbum reddi ex propria significatione continet, l. ij. in princ. ff. de verb. obligatio. In specie autem, quia à verbo, reddi separatum est, d. l. verbum reddendi ex interpretatione duntaxat continet verbum, reddi. Quæ omnia ad statuta producunt Ang. Aret. hîc Alex. & alij quando ea, scilicet in petente, aut dante disponentia habeant locum in reddente, aut repetente.

Ego verò semper existimaui verbum, petendi, propriè repetendi significatum habere: cùm petere is quoque dicatur, qui repetit, sicut & dare, qui reddit, l. verbū reddendi. ff. de ver. signif. & promittere, qui repromittit, l. j. ff. de sponsa. hinc peti quoque dicuntur res creditæ, l. certi condictio, l. vinum & tot. tit. ff. de reb. cred. & dos data, soluto matrimonio, repeti, vt hîc & in sexcentis legibus, huius Rub. & in l. j. C. de do. caus. non num. Licèt repeti ea duntaxat propriè dicantur, quæ prius data fuerunt, d. l. repetitio. ff. de cond. ind. & l. si repetendi. C. de cōdictio. ob causs.

Species quomodo insit generi. Circa id verò, quod Bar. & alii volunt speciem propriè sub suo genere contineri, l. semper generalibus. ff. de reg. iur. & sequitur Bal. in l. ii. C. de iur. aureo anulo. aduertendum paulò pleniùs censeo: cùm obstare permulta videatur, & in primis, quia, actio, genus est ad omnes actiones tam in rem, quàm in personam, l. fi. C. de hæredi. 16

hæredi.vel actio.vend.& in rem actio species est actionis, l. actionum duo sunt genera.ff.de actio.& obliga.§.omnium.de action. in Instit. & tamen actio realis non est propriè actio, Accur.in l.in actionibus.ff. de in ed. iur. Iustinianistæ in §.j. de actio.in Insti.Rursus donatio est genus ad omnes donationes tam puras, quam sub conditione,tam simplices,quam remuneratorias,& ob caussam l.j.ff. de dona.§.j. illo tit.in Inst.Et tamen constat donationes ob caussam,& remuneratorias nõ esse propriè donationes d.l.j. Præterea substiturio genus est ad omnes substitutiones tam directas,quam obliquas,l.iam hoc iure.ff.de vulgar.cùm tamen communiter Doctores admittant fideicommissariam propriè substitutionem non esse,vt pater Dec.ostendit in Rub.C.de impub.& alijs substitutio.

Deinde,constitutio,genus est ad omne ius scriptum c.lex est. & c.consuetudo. §.cum itaque.j.distinctio.c.j.dist.iij.& tamen non omne ius scriptum propriè dici debet,sed illud duntaxat,quod Rex,vel Imperator constituit,c.constitutio.ij.dist. l.j.ff.de condi.princip.§.sed & quod principi.de iur.natura. Postremò beneficium ecclesiasticum,quod sacerdotium Latini dicũt,genus est ad omnia beneficia,tam maiora,quàm minora,vt etiam præbendas contineat,c.tua.de ver.signi. & tamen præbendæ non est propriè beneficium ecclesiasticum,c.ex parte.de concess. præbendæ.c.alienationes.xii.q.ii.gloss.in c.i.de reg.iur.in vi.

Nec obstat,d.l.semper generalibus.quâ Bar.nititur: nam ea in genere vniuoco loquitur,sub quo omnes species ideo etiam propriè continentur: cùm non magis
17 ad vnam speciem, quàm aliam se habeat. Scito igitur pro vera resolutione huius articuli, vocabulum generale triplex esse:alterum ex Dialecticorum sententia pluriuocum,quod Græci Homonymum,Grammatici æquiuocum,cõficto ab eis vo- *Vocabulũ generale.* *Æquiuocum.*
18 cabulo,dixerunt vniuocum,&analogum.Pluriuocum,quod vna voce plura significat,nec quid in specie notet,nisi ex adiuncto demõstrari potest,vt *Canis*,quo nomine,& latrabile animal,& piscis marinus,& signum cęleste significatur, Accurs. in l.quoties in stipulationibus. ff.de ver.obligatio: & *Aries*, quod verbum animal illud notum in terris,sydus in cælo,& machinamentum præterea,quo muri olim expugnabantur, designat: & sub hoc genere omnes species propriè comprehen-
19 duntur.Quoddam est vniuocum,quod ad permultas species æqualiter relatũ non magis se habet ad vnam,quàm ad aliam speciem,vt *Animal*,quod ad rationale, & irrationale ad hominem,videlicet,asinum,equum,canem,vrsum,leonem, & alia id genus refertur:& sub tali genere omnes species propriè comprehenduntur.Est *Vniuocum.*
20 & tertiò vocabulum,analogum, quod generaliter plura comprehendit. cæterùm se per priùs ad vnã speciem habet,quàm ad aliam: & tunc illa tantùm species propriè continetur,d.l.j.ff.de dona.cum similibus.suprà adductis. *Analogum.*

Quare in terminis nostris verum crediderim,quod docui verbum petere, cum terminus generalis sit,& æquiuocus, repetere,verbi propriè significatum habere, vt sit,soluto matrimonio,dos propriè peti dicatur: perperámque à Comentatoribus impetantur Iurisconsulti. Verba autem,reddere,restituere,& repetere (cum vocabula sint analoga, & per prius magis ad petitionem, dationem , aut traditionem eius rei, quæ vel accepta,vel data fuerat,referantur) non arbitror (quicquid Bar.& alii dicant)vllo colore defendi posse,ea propriè verbo petere, & dati,contineri. Ex quibus satis puto determinari posse infinitas quæstiones statutorum,quę ab Ang.Franc.Areti.Alex.& recentioribus agitantur: cum his enim per prædicta sentio,qui putant statuta loquentia de petente , in repetente quoque locum habere:licèt de repetente si loquantur,petentem non comprehendant.

Itaque verissimè docuit Angel. vt si de qualibet petitione aliquid pro gabella præstandum sit ex lege municipali, aut teneantur petentes soluere petitæ rei decimam,aut cogere reum ad compromissum possint., ea omnia statuta in repetentibus locum habeant:cum is petere dicatur,qui repetit,vt probatum est.

Nec me fugit Ioan.Imol.& alios plerósque contrà putare: cùm non sit in repe-

Repetitionis caussa fauorabilis. tente eadẽ ratio, quæ in petẽte. Repetitionis quippe caussa fauorabilior est, quàm 21 petitionis, l. cùm fundus. in prin. ff. si cet. peta. iuncta l. videamus. §. si actionem. ff. de vsur. & repetens cẽsetur, vt spoliatus re, quam petit, eiusdem petere restitutionem, l. cum is. §. fideiussor. in fi. ff. de cond. indeb. Indefinita autem locutio ad ea 22 *Indefinita locutio.* non extendatur, in quibus non subest eadem ratio, l. si pluribus. vbi plene per Doctor. ff. de lega. ii. cum ea ex propria significatione, non æquipolleat vniuersali, sed ex legis interpretatione, l. si seruitus. ff. de serui. vrba. Bart. in l. omnes populi. vi. q. princ. ff. de iustit. & iur. lex autem eam interpretationem non facit, nisi eadem sit ratio omnium, sub vniuerso comprehẽsorum Dinus in Rub. de reg. iur. in vi. Cæterùm ad prædicta omnia, & similia ex prædictis responsum est: cum is propria locutione petere dicatur, qui repetit.

Statutum loquens de petente. Alex. tamen pro concordia distinguit statuta odiosa à fauorabilibus, vt in illis 23 petere non dicatur, qui repetit: in his verò secus. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. c. odia. de reg. iur. in vi. Et quoniam in materia exorbitanti, & odiosa, verba quæ & in genere, & in specie intelligi possunt, debent censeri prolata in specie: licet secus in fauorabili, l. hoc legatũ. ff. de lega. iii. Panot. in c. Rodulphus. col. ii. de rescrip. & in Rub. de vit. & hon. clerico. Non est longè dissimile, quod dici solet verba facere, & ædificare, quæ generalia sunt ad reficientem, l. i. §. ædificare. ff. de mort. infer. si tamen proferantur in materia odiosa, reficientem non comprehendũt, l. i. §. si quis ædificium. ff. de no. oper. nuntia. quia in specie prolata intelliguntur d. l. hoc *Reficiens non facit.* legatum. & in specie aliud est facere, aliud reficere, l. iii. §. reficere. ff. de iti. actuque 24 priua. l. iiii. C. de operib. pub. c. consuluit. de Iudæis. Quocirca statutum puniens ædificantem tempore belli, non habebit locum in reficiente, Bal. in d. §. ædificare: cum verba statuti, in specie, & strictè intelligi debeant, l. quod constitutum. ff. de testa. milita. l. quicquid adstringendæ. ff. de ver. obligatio.

Hinc igitur dicendum statutum, disponens petentem teneri ad certæ rei solutionem gabellæ nomine (cum odiosum sit) repetentem non cõtinere Bald. in l. cõtractus. C. de fid. instru. Butri. in c. ii. de iudic. Statutũ verò cogens petentem compromittere ad repetentem extendi: cum illud neminem lędens sit fauorabile, Bal. in l. qui se patris. col. fi. C. vnd. lib. Salic. in l. non ideo minus. C. de hæred. instituen. Salic. Roma. & Moder. in l. i. C. vnde vir, & vxor. Valentiæ xvi. Nouemb. 1545.

L. DOTIS CAVSSA.

1 *Instrumentum dotis præsumitur priùs confectum.*
2 *Protocollum probat prioritatem.*
3 *Horæ prioritas attenditur.*
4 *Tempus allegans probare debet.*
5 *Possessor habet pro se præsumptionem.*
6 *Dotis caussa fisco fauorabilior.*
7 *Specialia plura quando circa idem concurrant.*
8 *Caussa quid hoc loco significet.*
9 *Priuilegia dotis.*
10 *Semper, dictionis significatio.*
11 *Vbique, dictio.*
12 *Præcipua, quid hoc textu notet.*
13 *Primipilus, quis.*
14 *Sterilis an habeat priuilegia dotis.*
15 *Sterilem Deus maledixit.*
16 *Natura spectanda, non accidens.*
17 *Nuptiæ cur institutæ.*
18 *Matrimonium an sterili prohibitum.*
19 *Faber malleans iuxta scholas an expelli possit.*
20 *Scholaris altè canens an prohibeatur.*
21 *Scholari nullo tempore licet scortari.*
22 *Studiorum caussa doti comparatur.*

POMPONIVS LIB. XV. AD SABINVM.

Dotis caussa semper, & vbique præcipua est. Nam & Reipublicæ interest, dotes mulieribus conseruari: cùm dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendámque liberis ciuitatem, maximè sit necessarium.

Dotis.

Dotis. Ostensurus Iurisconsultus breui verborum compendio negotium dotis singulari iure, & priuilegiis omni tempore, omnique loco ad Reipublicæ vtilitatem exornari generaliter docet, caussam dotis semper, & vbique præcipuam esse, &c. Quæ verba nō possunt ad speciem certam referri, vt meritò Bart. & aliorum sententiam improbēt qui casum in specie ad hanc legem proponunt: quem tamen (quoniam fructum pariet vberrimum) non prætereo.

1 Censent itaque Bar. & cæteri hic tradi, vt si duo reperiantur instrumenta mutui, scilicet, & dotis eadem die confecta, & vtrumque personalem obligationem, & hypothecariam continens, quòd dotis est prius factum, præsumemus. cum dotis caussa semper, & vbique præcipua sit fauore Reipublicæ: & in ambiguis pro dotibus melius sit respondere, l. in ambiguis. ff. de iur. doti. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. Amplius voluit Bal. in l. dotis. C. de iur. doti. & in l. ad exactionem. C. de dot. promiss. quod etiam si alterum instrumentum fisci esset, præsumeretur prius instrumentum dotis confectum, l. non puto. ff. de iur. fisci. *Dotis instrumētum prius confectū præsumitur*

2 Hanc autem doctrinam primum Docto. temperant & singulariter, nisi ab eodem notario vtrumque instrumentum confectum esset: quo casu ad protocollum notarii recurrēdum foret, & id, quod prius à notario descriptum reperiatur, confectum quoquo prius præsumeretur, l. i. §. quibus. vbi Bart. Bal. & alii notant. C. de no. Cod. facien. Bar. & alii in l. ii. §. prius. ff. de vulga. & quoniam vbi non sumus aliter certi de mente disponentis: ordinem scripturæ spectamus, & sequimur l. quoties. in princ. ff. de vsufr. l. generaliter. §. quis ergo. ff. de fideicommissa liberta. *Protocollū probat prioritatē.*

Secundò declara, nisi in instrumento priuati magis determinatè tempus exprimeretur, quia in eo hora, nedum dies inserta esset: cum instrumētum dotis solam
3 diem haberet. Horę quippe prioritas attenditur in l. si fundus. §. si duo. ff. de pigno. & in l. si ex pluribus. §. fi. ff. de solutio. Bald. & alii in l. de rebus. C. de dona. ant. nuptias. & est bonus tex. in l. si quis eum. §. fi. ff. i. de vulga. Ideo dicebat Bal. in l. fi. col. iii. C. de edic. diui Adri. tollen. debere notarium, vt omnis scrupulus auferatur, horā in instrumento inserere arg. l. cum proponas. C. de interdict. matri. Huc pertinet, quod crebriore sententia & Legistæ, & Canonistæ receperunt collationem ordinarii, in qua hora est expressa, præferri Collationi Papæ eadem die factæ sine horæ expressione, ita limitantes, c. si à sede. de præb. lib. vi. vbi glos. & ita iudicatum fuisse Romæ Socin. hic refert, & Felin. se ita vidisse consultum testatur, in c. pastoralis. col. iii. de rescrip. & eum, qui consuluit fuisse Socin. Pisis dicit Philip. Dec. in d. c. pastoralis. col. iii. & consil. clxix. ad fi. in i. vol. *Hora prioritas.*

Sed his obstat, quia hora non concludit anterioritatem necessariò, sed tantum præsumptiuè. Fieri nanque potest, vt illud instrumentum, in quo hora est expressa, sit posterius. Sumus ergo in casu dubio, l. vnic. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & in ambiguis pro dote est respondendum, l. in ambiguis. ff. de iur. dot. & de reg. iur.
4 Confirma, quia, qui se fundat in certo tempore, & eius prioritate, probare debet l. non solum. §. sed vt probari. vbi Bart. ff. de no. oper. nuntiat. l. cū actum. vbi Accurs. ff. de nego. gest. l. matrem. C. de probario. Probatio autem debet de necessitate cōcludere, l. pen. §. docere. ff. ne quis eum. l. non hoc. C. vnd. legiti. c. in præsentia. de probatio. c. fi. de successio. ab. intesta. Quod & in propriis terminis voluit glos. in c. duobus de rescript. in vi. docentis, ita demum præferri collationem ordinarii, vti priorem, in qua hora inserta est, si per expressionem horæ apparet certò de prioritate: quia ordinarius dicit in instrumento collationis se contulisse hora tertiarum, & summus Pontifex hora vesperorum: alioqui non: sed staremus dispositioni, d. c. si à sede. Et in terminis consuluit Soci. palinodiam canens consi. lxvii. vol. iii. quam sententiam ego per prædicta verissimam puto: licèt alii contrà sentiant, vt semper præsumatur instrumentum dotis prius confectum: licèt instrumētum priuati habeat horam: quia licèt hora sit recta, non infert necessario prioritatem maximè *Tempus allegans probare debet.*

contra perſonam mulieris priuilegiatam,pro qua in dubio reſpondendum eſt, vt
diximus.

Præſumitur pro poſſeſſore.

Tertio declaratur hæc doctrina Bart. niſi priuatus habens inſtrumentũ eodem 5
die confectũ poſſideret:nam ratione poſſeſſionis potius pro eo præſumitur, quàm
pro alio,quantumuis priuilegiato, c.ſi à ſede.de præbend. in vj. per quem text. ita
concludit hîc Iaſ. & quia in pari cauſſa melior eſt conditio poſſeſſoris, l.in pari.ff.
de reg.iur.§.commodum.de interdict.Inſtit.c. ex literis de probatio. Qua ratione
idem dicimus in duobus teſtamentis eodem die confectis, vt ſi non appareat de
prioritate,potior ſit cauſſa inſtituti,qui reperitur in poſſeſſione,Barto. in l.j.§.non
autem.ff.de bono.poſſeſſ. ſecund. tab. debet enim actor probare ſuum teſtamen-
tum poſterius factum,quo nõ probante,ſuccumbit, l.eum actum.ff.de nego.geſt.
cum vulg.Et vbi ſunt duo nominis eiuſdem, is creditor præſumetur, apud quem
inſtrumentum debiti reperitur,Bald.in d.c. ex literis. Et ſi duo impetrauerunt v-
num officium eadem die,neuter admitti debet, niſi alter poſſeſſor reperiatur,Bal.
in c.capitulum.de reſcrip.Generalitérque dicendum, eum præſumi priorem fuiſ-
ſe in titulo,qui diligentior fuit in acquirenda poſſeſſione,d.l.in pari,& d.c. ex lite-
ris,Bal.conſil.cclxxiiij.vol.ij.

Confirma,vltra Doctores:quia duo ſpecialia etiam fauore dotis nõ poſſunt cir-
ca idem concurrere,l.j.C.de dot.promiſſ.Quod ſi diceremus præſumi inſtrumen-
tum dotis præceſſiſſe,etiam contra poſſeſſorem,duo priuilegia concurrerent. Pri-
mum,quia data paritate temporis,præferretur inſtrumentum dotis cõtra l. ſi fun-
dus.§.ſi duo.ff.de pigno.Alterum,quia fauore dotis non præſumeretur pro poſſeſ-
ſore contra d.l.in pari.ff.de reg.iu.& prædicta.

Fiſco ſuperior eſt dos.

Sed obſtat huic declarationi,l.j.de iur.fi.lib.x.C.vbi inſtrumentum fiſci, etiam 6
contra poſſidentem,potentius eſt Bar.& alii in l.& quæ nondum.§.quod dicitur.
ff.de pigno.multò magis igitur hoc in dote dicẽdum,cuius cauſſa fauorabilior eſt,
quàm fiſci. Nam in dubiis cauſſis lex vult contra fiſcum pronuntiari, l. non puto.
ff.de iur.fiſci.pro dote tamen reſponderi l.in ambiguis.ff.de iur.doti. & l.in ambi-
guis. ff. de reg. iur. & expreſſius patet, quia mulier in tacita hypotheca præfertur
anterioribus creditoribus eãdem hypothecam habentibus, l. aſſiduis. C. qui poti.
in pig.hab. quibus fiſcus poſtponitur,l. vnic. C. rem ali.gerenri. Bart. in l.ſi is qui.
ff.de iur.fiſc.

Confirma,quia fauor cauſſæ præponderat fauori poſſeſſionis, l.nec quiſquam.
ff.de edend.Canoniſtæ plenè in c.j.de proba. vnde licèt,exiſtentibus paribus pro-
bationib9, poſſeſſor abſolui debeat, c.ex literis de probatio. quòd promptiora ſint
iura ad abſoluendum,quàm ad condemnandum,l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.ſi
tamen pugnet fauor cauſſæ cum poſſeſſione,vincet poſſeſſionem cauſſæ fauor, vt
in cauſſa liberali docet Iuriſconſultus,in l.lege Iunia.ff.de manumiſſio.& ſummus
Pontifex,in d.c.ex literis.vbi glo.Panor.& cæteri Idem dicunt in cauſſis matrimo-
nii,dotis,& teſtamenti: cum hæ quatuor cauſſæ ſint à lege æquiparatæ.c.fin.de re
iud.in antiq.

Specialia plura circa idem.

Ex quo patet clarum reſponſum ad d.l.in pari.& d.c.ex literis.Et ad id,quod di- 7
cebatur de duobus priuilegiis,quæ non concurrunt circa idem. Scito hoc à me a-
libi pluribus improbatum,præſertim per l.fi.C.ad Velleia.Sed demus communem
veram eſſe,reſpondetur,quòd vbi vnum ſpeciale venit in cõſequentiam alterius,
plura circa idem concurrere non prohibentur,l.ſi quis poſthumos.§.j.ff.de lib. &
poſthu.l.ſub conditione.vbi Bart.ff. de ſolutio.l. cum duæ.ff.de captiu.& poſtli. ſi
ab hoſtibus.quib.mod.ius pat.pot.ſol.Bar.& cæteri, in d.l.ſi is, qui. circa fin. vt in
propoſito.ex quo enim dotis inſtrumentum prius cõfectum præſumitur: hoc ad-
uerſario,licèt poſſidenti,præiudicat:ſi enim anterius fuit inſtrumentum, non po-
tuit per acquiſitionem poſſeſſionis priuatus doti præiudicare.

Ad c.ſi à ſede.licèt non facilè videatur poſſe reſponderi,cõſidera (ſi dici poteſt)
argumen-

argumentationem inde non rectè sumi de impetratore Apostolico ad dotem affirmatiuè: cum non æquè potens sit priuilegium impetrantis eo, quippe non est suffultus iure suo, sed ex alterius, videlicet, summi Pontificis, aut Legati conferentis persona: cum tamen mulier in dote priuilegium habeat proprio iure, & ex propria persona. Illius autem ius proculdubio potentius est, qui aliquid iure proprio habet, quàm qui beneficio alterius l. quod principi. cum l. seq. ff. de lega. ij. Vnde & solis lumen magis est lucidum, & splendens, quòd suo lumine luceat, quàm lunæ, quæ (vt Cicer. in Sõnio Scipionis dicit) vltima cælo, citima terris luce lucet aliena.

8 *Caussa.* Id est negotium, status, & conditio dotis, l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. l. si nõ sortem. § libertus. ff. de condi. inde. l. aliam. ff. de noua. l. alia. C. de iis quib. vt indig. l. j. C. per quas pers. nam ita sumi caussam Latinè loquentibus notius est, quàm vt fusiore egeat probatione. & ita cessant expositiones permultæ Accurs. & antiquorum, super quibus plus æquo Bart. & cæteri defatigantur: satisque expositione nostra intelligemus omnia omnino dotis priuilegia cõtineri, siue *Caussa quid.*

9 concessa contractui (vt quòd stipulatio, etiam non interposita, fingatur l. vnic. in princ. C. de rei vxo. actio. & quòd cõtractus sit bonæ fidei. § fuerat. de actio. in Instit. quòd nudo pacto dos cõstituatur. l. ad exactionem. C. de dotis promis. quòd donatio inter patrem, & filiũ ex caussa dotis valeat, l. Põponius Philadelphus. ff. famil. ercisc.) siue actioni (quæ duplex in dote reperitur, ex stipulatu, quę pro dote competens (vt attigimus) est bonæ fidei contra propriam eius naturam. § actionum. de actio. cum ad dotem fuerit in locum actionis rei vxoriæ subrogata, quæ bonæ fidei erat, d. l. vnic. § sed non ignoramus. & d. § fuerat. subrogatum autem eius, in cuius locum substituitur, naturam redolet l. si eum. § qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. Reperitur & actio hypothecaria, quæ priuilegium habet prælationis: ex ea enim præfertur mulier omnibus anterioribus creditoribus nullam, aut tacitam hypothecam habentibus. l. assiduis. C. qui poti. in pig. hab. & plenè suprà disputatum est: siue doti concessa (hoc est rei, in dotem datæ, quale illud est, ne alienare possit, l. lex Iulia. & tot. tit. ff. de fund. dota. nec pręscribi. l. si fundum. ff. illo tit. nec pro impensis, aut alia ratione retineri, l. vni. § taceat. C. de rei vxo. actio. vt in ambiguis pro ea respondeamus, d. l. ambiguis. ff. de iur. doti. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & vt, soluto matrimonio, retrãsferatur dominium in mulierem sine vlla traditione, l. in rebus. C. de iur. doti. contra reg. l. traditionibus. C. de pactis.) siue mulieri (vt priuilegium prælationis in personalibus, quod non dotis, sed mulieri datur, l. dabimus. in prin. ff. de priuileg. credito. quod ideo personale dicitur non migrans ad hæredes, l. vni. C. de priuileg. dot.) siue, denique concessa priuilegia reperiantur instantię iudicij, veluti quòd iudex in iudicio dotis coarctet, & abbreuiet dilatiões fauore mulieris, sicuti fauore minoris, & alimentorum, l. ij. ff. de re iudic. Bar. & alii hîc & in l. si constante. hoc tit. vt in eodem procedat, si videat expedire, diebus feriatis, Alex. & alij hîc, sicut in alimentis, l. ij. ff. de fer. & quoniam in caussa dotis versatur publica vtilitas, vt hac lege prima: quo casu feriarum ratio non habetur, l. publicas. C. de fer. & quia caussa dotis est pia, l. cum is. § si in ea. ff. de cõd. indeb. quo etiam casu feriis locus non est. c. fin. de fer. Denique, quia (vt sæpe dixi) fauorabilior est caussa dotis, quàm caussa fisci, l. non puto. ff. de iur. fisc. iuncta l. in ambiguis. ff. de iur. doti. In caussis autem fiscalibus feriæ cessant, d. l. publicas. *Dotis priuilegia.*

SALVTATIO NOVI RECTORIS.

EGregiæ tuæ virtutes, M. R. omnes adeò in tui admirationem traxerũt, vt dum probi quique, & docti viri certatim omnes ore vno summa de te omnia, vti res habebat, prædicarent, teque studiorum præstantissimorum laboribus maximis fœliciter perfunctum honoribus amplissimis, iam defungi dignißimum inclamarent. Academiæ nostræ moderatores optimi virtuti, pro more, plurimùm tribuentes hac adducti fama amplissimum Rectoreatus honorem tibi detule- *Rectoris salutatio.*

rint. Laudandi illi profectò, qui tam grande præmium collocarint in benemerentem. Laudandus ipſe tu, qui hunc magnificentiæ gradum meritiſsimo promerueris, qui, non vt candidatus petitor, ſed prudentia, & virtutis merito hoc tanto honoris titulo fueris decoratus: ad quem non precibus, non per ſordes, per gratiam, ſed ipſa virtute tibi manum præbente, atque te ipſum humeris ſuſtinente, fœliciter fueris euectus: nec hominum magis iudicio, quàm Dei opt. Max. ad auguſtum iſtud faſtigium perueneris. Qua ex re, ſi quantum gaudij gratulationiſque animo concipio tantum poſſem oratione ſignificare, non ſolùm me diſertum, ſed plurimum etiam eloquentem putarem. Sed in eũ locum res venit, vt laudum tuarum mole oppreſſus, earúmque magnitudine, velut fluctibus obrutus, neque lætitiæ parem animum, neque animo parem orationem habere poſsim: ac meritò venia debebitur, ſi anguſta ſubruſticáque oratione tuas virtutes fuerim proſecutus. Illud certè teſtatum relinquam neminem vnquam fuiſſe ſummo in hoc rerũ faſtigio cõſtitutum, qui omnium animos, & ſpes tantùm erexerit nullámque vnquam fuiſſe Academiam nullúmque ſcholaſticorum concurſum, qui rebus ex ſententia procedentibus gaudij tantum conceperit, tantúmque exultauerit. Exultate igitur, & plaudite, auditores beneuoli, fratréſque mei chariſsimi, exultate, quòd eum quem neceſſe erat, qualiſcúnque eſſet ampliſsimo Rectoris, & honore, & nomine afficere, talem nunc habeatis, vt propter præclara, & maxima eius merita maximos pariter honores libentiſsimè deferatis.

O vos felices, ô térque quatérque beati,
O Læti iuuenes hoc nati ſydere ſacro,
Plaudite, legum omnes cultores, plaudite nécnon
Rectori optato iam laurum ferre virentem.
En virtus ſua quémque monet, meritum bene regem
Ritè ſequi, dignáque ducem grauitate tueri.

Vos itaque auditores ornatiſsimi ad tãti ducis imitationem animum excitate, ad eiúſque gloriam, virtutem, ac nomen obnixè contendite. Exultet Academia noſtra, quæ talem, támque ſapientem moderatorem nacta eſt. Quantum in me eſt, ego certè exulto, tibique in primis, M. R. gratulor, & quidem vehementer tantum honorem non ſorte, non fortuitò, ſed diuinitus delatum tibi, atque oblatum, quem tibi contigiſſe omnes mirificè gaudemus, & vrbs Valentia, dum erit, perpetuò laudabitur. Auditoribus præterea noſtris, Academiæ deinde Valẽtinæ, tandémque mihi gratulor, quòd tui promerendi tam honeſtam occaſionem obtuleris. Cùm autem Academia hæc noſtra deceſſorum tuorum partim prouidentiá & diligentia, partimque operâ noſtra ſuam iam receperit dignitatem, te maximopere oro, & rogo, vt quam & pulchram, & florentem à deceſſoribus tuis accepiſti, ſerues, augeas, (quantúmque fieri poterit) florẽtiorem poſteris tradas. Ego certè cum nec ei deſim, nec deeſſe velim, meam ſemper beneuolentiam, antiquámque fidem conſtantiſsimè præſtabo. Quare nec ſtimulis magnopere egeo: verùm incitat me currentem (neſcio quo modo) dignitas tua, augétque, acuit, & inflammat ſtudium meum, vt dici non poſsit, quanta nunc cupiditate eadem huius nobiliſsimæ coronæ commodis inſeruiendi: quicquid igitur labore, ingenio, induſtriáque potero, id omne ad tuum honorem, & ſtudioſæ iuuentutis vtilitatem non minùs libenter, quàm diligenter conferam. Vale feliciter, & nos ama, qui maximè cupimus honeſtiſsimos omnes conatus tuos Deum opti. Max. tibi fortunare, tam ſapientérque hoc Rectoreatus munere defungi, vt in ore eorum omnium, qui ſunt & in poſterorum memoria tui nominis monumentum: in cælo denique gloriæ, ac immortalitatis fundamenta conſtituas.

Semper, dictio.

Semper. Id eſt, perpetuò, & omni tempore, l. ſemper. ff. de iur. immunita. l. quia ſemper. ff. de in ius vo. Quod ſemper morietur, inquit Cice. in Tuſcul. id æternum eſt. Significat igitur Pomponius, & ante matrimonium, & conſtante, ſolutóque matrimonio, dotis cauſſam præcipuam eſſe. Quæ omnia excuſſimus in l. qui liberos. ff. de ri. nuptia. 10

Vbique, dictio.

Vbique. Aduerbium eſt loci, idem, quod in omnium loco ſignificans, l. j. ff. de abig. licèt ex ſubiecta materia reſtringatur, l. lex Cornelia. §. ſi tamen. ff. de iniur. ſicut dictio, vbicunque. c. pe. vbi gloſ. de autho. & vſu pal. vt & in hoc caſu coarctandum eſt, ſi ad legis Iuliæ de fundo dotali tẽpus referatur, vt de Italicis fundis duntaxat, non etiam de prouincialibus intelligatur: cùm & de illis duntaxat, lex Iulia loqueretur. 11

loqueretur l. vnic. §. & cùm lex. C. de rei vxo. actio.

12 *Præcipua est.* Id est magna, singularis, & cæteris caussis anteponenda, l. j. §. fin. ff. de offi. procura. Cæsar. Plaut. in Trinummo, *Præcipua.*

Hic homo est omnium hominum præcipuus voluptatibus
Gaudiisque anteponendus.

Et Terent. in Adelph. Act. 2. Scen. 3,

Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem hominem neminem esse primarum artium magis principem.

13 *Nam & Reipublicæ interest.* Sed contrà, imò interest Reipublicæ dotes perimi, vt in caussa primipilari, pro qua dos fisco obligatur, eidémque est obnoxia, l. satis notum. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah. Tu dic illud esse speciale in caussa primipilari, vt & in ea singulariter receptum est, filios, qui etiam patri hæredes non extiterunt, pro patre teneri, l. fi. de primipil. lib. xij. C. *Primipilus*

Cęterùm quis sit Primipilus, explicatu difficile est. nam & plerique disciplinarum etiam bonarum peritissimi, quis ille sit se nunquam intellexisse ingenuè fassi sunt. And. Alciat. Græcè, Latinéque impensè doctus Titi Liui. in vij. ab vrb. cond. & Veget. in ij. de re milita. authoritate interpretatur Centurionem decimæ legionis, quæ cęteris præstantior semper fuit, & nobilior, primipilum appellatum. Quæ declaratio non mihi facit satis. cur enim tot, & tanta priuilegia mereatur caussa eius, qui legionis decumanæ Centurio est? non planè video.

Ego (quantùm coniectura assequi possum) primipilarem fuisse autumo principem totius legionis. nam qui & Aquilæ præerat, & quatuor centurias, hoc est (inquit Veget.) quadringētos milites in prima acie gubernabat, cuius rei eum rationem reddere Cæsari oportebat: ex qua si debitor Reipublicæ supererat, voluit lex obnoxia esse tam vxoris dotalia bona, quàm filiorum: licèt alioquin nec filius pro patre, nec vxor pro marito conueniri possit. quoniam de summa rei agi quodammodo videbatur in eiusdem administratione. Est enim verus belli neruus pecunia. Fauendum magis leges censuerunt tanto bono publico, quàm priuatis commodis singulorum. Qua de re pleniùs scripsimus in V. Miscella. cap. iiij.

14 *Ad sobolem procreandam.* A cessante ratione videtur, quod si sobolem non possit procreare mulier, dotis nō habeat priuilegia, l. adigere. §. quāuis. ff. de iur. patro. & quoniam hanc mulierem diuina lex maledixit. In ea namque lège dicebatur, *Sterilis an fruatur priuilegiis.*

15 Maledicta sterilis, quæ non reliquerit semen super terram, Deuter. vij. c. recurrat. xxxij. q. iiij. Et quia pudor est fœminis nuptiarum præmia nō habere, quibus hæc sola caussa est nubendi, c. pudor. xxxij. q. ii. *Sterilem Deus maledixit.*

In contrariam tamen sententiam concesserunt omnes per l. nupta. in princ. ff. sol. matri. & l. assiduis. ibi *siue liberos habeat mulier, siue ab initio non habuit, siue progenitos amisit.* l. qui potior. in pig. & quia non est hæc vnica ratio, cur dotis caussam præcipuam velint, sed aliæ plures, quarum Imp. meminit præsertim in d. l. assiduis. quare licèt vna cesset, alia vigente, remanet dispositio, §. affinitatis. de nupt. Viget autem semper vna, ne mulieri non nubenti ansa præstetur in corpus suum peccandi, l. ij. ff. de iur. doti, & altera obsequiorum, quæ maritis in dies, in horas, vel potiùs

16 in momenta præstant, de qua in d. l. assiduis. & quoniam (vt Iulius Paulus inquit) natura magis in homine generandi spectāda est, quàm temporale vitium, aut valetudo, propter quam abdicetur homo à generandi facultate, l. si quis posthumos. in prin. ff. de lib. & posthu. *Natura spectanda nō accidēs.*

Huc satis pertinet, quod vult Bald. in auth. res, quæ, col. iij. C. com. de lega. eius authenticæ dispositionem in muliere sterili locum habere: cum substantia dotis non pendeat ex liberis. nam habere, vel non habere liberos est quoddam accidentale: quod nec matrimonii, nec dotis substantiam vitiat, d. l. assiduis.

Temperant hanc doctrinam Bart. in d. l. si quis posthumos, Alex. & cæteri hîc, nisi mulier natura sterilis esset, quod tunc vitium naturale sit, l. sed est quæsitum. §.

pe.ff.de lib.& posthu.cum qua(dicunt Doctor.)non est matrimonium:atque ideo nec dotis actio,l.si serua.§. spadoni. ff. de iur.doti. sicut si mulier tam arcta esset,vt non posset concipere,l.quæritur.§.mulierem.ff. de ædil.edict. cum qua matrimonium nullum esset.c.fraternitatis.de frigid.& maleficiat.

Sed hoc mihi non arridet: quandoquidem non vna tantùm ratione concessa sint doti priuilegia,sed & pluribus,quæ omnes nõ cessant ibi muliere sterili,etiam natura,vt iam ostensum est.ergo non debet cessare dispositio,d.§. affinitatis. Nec opponat mihi quispiam, l. si serua. §. si spadoni.ff. de iur. doti. quã tradi Doctores putant mulierem eiusmodi nec matrimonium cõtrahere, nec dotem habere posse:ideóque cessare dotis priuilegia. Nam id ego fortiter nego, qui non alicubi legi, nullum esse contractum cum sterili muliere coniugium. Nam d. §. si spadoni. loquitur in castrato:& non prohibetur hoc nomine matrimonium:nisi cum ea,quę nec mater esse potest, nec idonea ad viriles amplexus, c.fraternitatis.de frigid.& malefic. vt quæ tam arcta est, vt mulier fieri non possit,d.§.mulierem. Illud igitur necessarium,vt vel contrahi matrimonium impediatur, vel contractum dissoluatur,vt quia impotens sit ad coeundũ,c.j.c.fi.& tot.tit.de frigid.& malef.nec quem satis est ad gignendum impotentem esse,nisi cum alio quoque commisceri impediatur,c.ex literis. & c.consultationi. illo tit. vt de illo qui virgam arrectam habẽs nequit emittere sperma: quia tamen mulierem ad venerem prouocare potest, respondit glos.in c.hi,qui xxxij.q.vij:quam ego verissimè loquutã arbitror,licèt eam plerique omnes improbent.Institutæ quippe nuptiæ sunt, non modò sobolis procreandæ, verùm etiam vitãdæ fornicationis caussa, vt venus ipsa per aliquem honestum modum cõpescatur.quod vel illa probat authoritas,Qui non potest continere,nubat in Domino.& patet,quia spadones, qui non generant, quia tamen coire,& ita pruritum illum venereum tollere possunt, iustas nuptias contrahunt, d.§.si spadoni.& alioqui nec cum edentata vetula nuptiæ esse possent cõtra l. sancimus.ij.C.de nupti.

Nuptiæ cur institutæ. 17

Matrimoniũ an sterilis prohibitum. 18

Quocirca existimo aduersus alios omnes omni casu sterilem mulierem, etiam natura,priuilegia dotis habere:cùm concessa generaliter mulieribus beneficia absurdum sit ad particulares casus restringere,l.prospexit.ff. qui,& à quib. maximè, cùm contingat citra mulieris culpam sterilitas vitio naturæ, d.l. sed est quæsitum. & fas non sit accusare naturam,l.maximum.C.de lib. præter.vel.exhæreda.

Considero præterea rationem rei,qua de agitur,hoc est,conseruationis dotis,quę est,vt cum dotibus nubere possint mulieres,l.ij.ff.de iur.doti.quæ alioquin ad stupra,omnémque vitæ turpitudinem,&fœditatem facilè prolabantur,vt non abs re dotari mulierem eius pudicitiæ congruere dicat,l.mulier.§.cùm proponeretur.ff. ad Trebell.& mulierem indotatam infelicem vociter Imp. in l.fi.circa princip. C. de iur.doti.cui rationi altera permista est,vt per nuptias soboles procreetur, & liberis repleatur ciuitas,vt hîc. At illa ratio prima,& potentissima est,atque(vt Dialectici dicunt)per prius: quam ideo in omni negotio ob oculos habere primo loco debemus.ea autem in muliere, quãtumuis naturã infecunda,& sterili locũ habet.

Faber malleans iuxta scholas an expelli possit. 19

Circa quęstionem de fabro nota duas tantùm doctrinas.Prima,quod faber,qui malleorum strepitu turbat scholas,potest expelli, & prohiberi, l.ædificia .C. de operib.pub.Accur.in l.vnica.de stud.liberalib.vrb.Romæ. lib.xj.C. cùm publico vsui obstet,l.ij.§.si quis nemine. ff. ne quid in loco pub. & bonum commune priuatorum vtilitatibus sit anteponẽdum,l.vnic.§.fi.C. de cad.tol.l.actione.§.Labeo.ff. pro soc.§.quia vero verisimile.de non alienand.collat.ij. vt bonum maius minori, c.licèt.de regular. Bonum autem tantò præclarius est, quantò(dicit in j.Ethicor. Aristoteles) communius. Huc pertinet, quod dicere solemus publicæ vtilitatis gratia rei propriæ dominio quem priuari posse,l.item si verberatum.in princ.ff.de rei vendica. l. Lucius, ff. de euictio. latè Canonistæ, in c. quæ in Ecclesiarum de constitutio.

Altera

20 Altera doctrina, scholaris qui contubernalem scholarem, vt vicinum impedit
fistulando, canendo, aut alta voce legẽdo, prohiberi potest, l. vnic. de stud. lib. vrbis
Romæ. lib. xj. C. Spec. in tit. de iudic. §. generalia. Similiter (inquiunt Moder.) scho-
21 laris qui introduxit scortum, seu meretricem in domo, à societate expelli potest, l.
si pendentes. §. j. ff. de vsufr. Accurs. in l. non aliter. ff. de vsu, & hab. Quod & ridi-
culè & impiè, l. imitat Bolog. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. verum esse, si introdu
cat frequenter: secùs, si in Carnispriuio. Declaratio ludo, & risu, belluá que magis,
quàm homine Christiano digna. nec enim aliquod anni tempus esse existiman-
dum est, quo vel malũ facere permissum sit, vel malos à nobis arcere prohibitum.

Scholaris aliè canẽs.

Scholari nullo tẽpore scortari fas est.

22 Vltimò prætereundum non est singulare verbum à Bar. & cæteris hoc loco traditum, cùm caussam studii, & dotis parificant. Vnde inferunt Bald. & Ang. valere donationem inter patrem, & filium ex caussa studii, sicut ex caussa dotis, l. Pomponius. ff. fam. ercisc. qua de re pluribus hîc per Alex. Ias. & nouissimos. Infertur secundò, quòd pro salario Doctoris bona sunt tacitè hypothecata cum priuilegio prælationis, sicut pro dote, d. l. assiduis. & §. fuerat. de actio. in Instit. Et quemadmodùm promissio dotis per incertitudinem nõ vitiatur, l. cùm post. §. gener. ff. de iur. doti. ita nec datum, aut relictum caussa studiorum, l. Stichus. ff. de lega. iij. Alex. in l. ita stipulatus. col. vij. ff. de verb. oblig. Valentiæ xix. Nouemb. 1546.

Studiorum caussa & dotis.

L. SOLVTO.

1 *Dotis restitutio dupliciter fieri potest.*
2 *Dos, constante matrimonio, quando restitui debeat.*
3 *Sequestrationi dotis, quando sit locus.*
4 *Cauere de dote restituends quãdo maritus teneatur.*
5 *Confiscato corpore, confiscantur bona.*
6 *Banniti deportatis comparati.*
7 *Excommunicati, & banniti æquiparãtur.*
8 *Excommunicationis exceptio in regno nõ repellit agentem.*
9 *Adulterium duntaxat torum separat.*
10 *Accusare adulterij maritum quando vxor posit.*
11 *Maritus an posit, constante matrimonio, dotem soluere.*
12 *Debitor in diem, soluẽdo ante diem, quandóque non liberatur.*
13 *Dos, soluto matrimonio, restituenda, & quare.*
14 *Perpetuò, & Semper, dictionum natura.*
15 *Osculum an mulierem dote priuet.*
16 *Mos regionis excusat.*
17 *Osculum libidinis quod dicatur.*
18 *Dotis lucrum ob adulteriũ an habeat maritus in soceri præiudicium.*
19 *Adulterium violentum non punitur.*
20 *Hæres quando reuocare donationem per ingratitudinem posit.*
21 *Vidua an propter stuprum dotem perdat.*
22 *Maritus occidens vxorem, non lucratur dotem.*
23 *Iuramento non firmatur actus contra substantiam.*
24 *Aequalitas dotis, & donationis propter nuptias.*
25 *Lucrũ dotis ex statuto an obsit filijs prioris matrimonij.*
26 *Maritus propter inopiam dotem lucratur.*
27 *Solutio dotis quando fieri debeat.*
28 *Res mobiles dotales possunt alienari.*
29 *Dilatione legis an vtatur maritus qui statum, solut. matri. promisit dotem soluere.*
30 *Renuntiari an posit beneficio miserationis gratia introducto.*

VLPIANVS LIB. XXXV. AD SABINVM.

Soluto matrimonio, solui dos mulieri debet. Nec cogitur maritus alii eam ab initio stipulàti promittere, nisi hoc ei nihil nocet. Nam si incommodum aliquod maritus suspectum habet, non debere eũ cogi alii quàm vxori promittere dicendum est. Hæc, si sui iuris est mulier.

Dotis restitutio.

Irca restitutionem dotis consideranda sunt duo tempora constantis, 1
& soluti matrimonii. Circa primum considerandum est maritum dotem restituere: interdum ex caussa necessaria, hoc est, ex necessitate, vt cùm sit non soluendo, l.j. constante. in prin. ff. sol. mat. l. vbi adhuc. C. de iut. doti. nonnunquam ex probabili, veluti vt alimonia parenti, aut fratri præstetur, vt prædium idoneũ ematur, l. mutus. §. j. ff. de iur. dot. l. quamuis. ff. sol. mat. quandóque ex caussa voluntaria, vt cùm vltrò, & sua sponte mari- 2
tus nulla necessitate adactus restituit, l. vnic. C. si dos. const. mat. §. dotes. de nupt. collatio. iiij. Quoniam autem datur dos marito, vt seruiat oneribus matrimonij, l. si pater mulieris. in fi. ff. de iur. doti. l. si. in prin. ff. de dol. exceptio. atque ideo apud maritum vt ibi perpetuò sit, hoc est, constante matrimonio ad eius repetitionem, (quoad matrimonium durat) mulier agere non potest, l. j. ff. de iut. dot. l. sed si alia, in fi. ff. de bo. damnato. l. ij. in princ. ff. de dot. prælega. præterquam certis casibus.

Dos, constante matrimonio, quando restituatur.

I. Primus, si vergeret ad inopiam tantam maritus, vt appareret eius facultates ad dotis exactionem non sufficere, l. si constante. in prin. hoc tit. eo quippe casu debetur dos, constante matrimonio, l. seruum dotalem. ff. de manumissio. & hoc iure Digestorum cõstitutum. nam lex Codicis non tam exactè desiderauit, vt cõstaret bona mariti non sufficere ad solutionem dotis: quin statim cũ vir ad inopiam peruenisset, tametsi facultates idoneæ essent ad satisfaciendum & vxori, & creditoribus, voluit patere mulieri actionem ad dotis repetitionem, l. vbi adhuc. C. de iut. doti. Ampliùs, lex nouissima Iustiniani cõstituit, vt statim cùm maritus cœpit malè vti substantia, ad dotem liberè mulier agere possit. §. illud. de æqual. dot. collat. vij. & ita ius Pandectarum plene, ius Codicis plenius, ius verò Authenticorũ plenissimè prouidet, nec vllum alteri derogat, inquit Bar. in d. l. si constante. ad princ. & Panor. in c. per vestras. col. iiij. de dona. inter vit. & vxor.

Sequestratio dotis.

Sed non videtur verus hic casus: cùm alia viâ consultum sit mulieri, marito bo- 3
na dissipante, vt, scilicet, vel dotem sequestrari postulet, l. si cùm dotem. §. si verò dotem. ff. sol. matr. Doctor. communiter in d. l. si constante, post Bart. intelligunt d. §. si verò dotem, loqui in marito consumente res dotales: quo casu ad sequestrationem deuenitur. Quòd si vir non dotem, sed bona sua profundat, ita, vt euidentissimè constet, eius facultates ad exactionem dotis non sufficere, procedat l. si cõstante. Verùm hæc solutio bona non est: cùm enim plus iuris habeat mulier in rebus dotalibus, quàm in bonis mariti, l. etiam. §. licèt. ff. sol. matri. deberet potiùs cõtrarium dici, vt scilicet, competeret repetitio dotis, marito dissipante dotem: & sequestrationi tunc locus esset, cùm vir bona propria consumeret, d. §. licèt. magis quippe fauendum est propriam rem repetenti, quàm petenti rem sibi debitam, l. videamus. in prin. Iunct. §. si actionem. ff. de vsur.

Ego itaque aliter dicerem remediũ sequestri non tollere remedium, d. l. si constante. vtrumque enim ad dotis conseruationem, sed diuerso fine, inductum est. Exinde namque exactionem dotis competere, Vlpianus in d. l. si constante, duntaxat voluit, ex qua euidentissimè appareret facultates non sufficere, deducto ære alieno, hoc est, vt creditoribus, & mulieri satisfiat: licèt, vt mulieri satisfieri possit, sufficiant: alioquin vanum (vt inquit Accur.) esset legis remedium. Quòd si de tãta inopia non constet, maritum tamen dissipare dotem manifestum sit, oportet tunc dotem sequestrari, d. §. si verò dotem. Idémque censerem dicendum, vbi de extrema illa inopia appareret, si mulier dotem repetens parum diligens esset, & suspecta, ne ipsa quoque exactam dotem profunderet, l. per vestras. de do. int. vir. & vxo. vbi Innoc. Butri. & alij ita interpretantur arg. l. Imperatores. ff. de appellat. & l. ab exequutione. C. quorum app. non recip. & idem Bart. & cæteri in d. l. si constante, dum tradunt mulieri diligenti, idoneæ, & industriosę restituendam dotem, vt se, maritum, liberos, & familiam alat, d. l. si constante. alioqui faciundam dotis sequestrationem, d. l. si cùm dotem. §. si verò dotem: vt de parte honesti lucri, aut de fru-

ctibus

ctibus onera matrimonij sustententur, d.c. per vestras. in fi.

Sed adhuc videtur remedium, l. si constante, superflumi: cùm satis consultum sit mulieri, l. in omnibus. ff. de judic. cùm enim ei debita sit dos sub conditione so-
4 luti matrimonii, l. j. ff. de iur. dot. & hic, pendente cõditione, propter inopiam, non potest debitor eligi: cùm conditio nondum purificata sit, l. cedere diem. ff. de verb. sign. sed interponenda cautio de restituenda dote, adueniente conditione dissoluti matrimonii, d. l. in omnibus. Cinus in l. vbi adhuc. C. de iur. doti. veritatem attingit, quicquid Barto. in contrarium dicat. Potest enim mulier (si mãlit) vti remedio, d. l. in omnibus, vt præstet cautionem maritus. c. per vestras. de dona. int. vir. & vxo. quamuis ad id agi non possit: cùm nõ teneatur se committere fragilitati cautionis, l. cogi. §. si pater. in fi. ff. ad Trebellia. Et ita patet mulieri duplex via, cautionis, scilicet, interponẽdæ, d. l. in omnibus, & dotis eligendæ. d. l. si constante. quanquam hæc longè vtilior est: cùm ei magis expediat dotem habere, quàm actionem in personam, l. plus cautionis. ff. de reg. iur. §. furti. de obliga. quæ ex delict. & Instit.

Cautio dotis restituẽdæ.

Nec tumultueris cum Bar. in d. l. si constante: quòd d. l. in omnibus, loquatur in cautione cum fideiussore, l. si creditores. ff. de priuileg. credito. Cyn. & alij in l. sancimus. C. de verb. sig. & dotium, constante matrimonio, non dentur fideiussores, tot. tit. C. ne fideiusso. doti. dent. siue pro dote conseruanda, siue pro restituenda, Bar. & reliqui, in d. l. si constante. §. quoties. Accurs. Bal. & alij. in l. j. C. ne fideiusso. doti. dent. Nam respondeo, hoc verum non esse in casu inopiæ: in quo, constante etiam matrimonio, de restituenda dote fideiussor intercedit, d. c. per vestras. quod & Bar. ipse sui immemor tradidit, in d. §. quoties.

Alter casus, quo, manente matrimonio, dos repetitur est, vbi filiofamiliàs marito dos tradita esset, & necdum pater ratam habuisset: quo casu res traditas conditione repetet mulier, aut si tantùm promiserit, incerti cõdictione consequetur, vt promissione liberetur, l. quemadmodum. §. traditione. ff. de iur. doti. idque mulieri, ne periclitetur, fauorabiliter cõcessum est, vt illic Accur. declarat. nam, patre ratum non habente, non haberet mulier soluto matrimonio, quem conueniret: cùm filiusfamiliàs nihil habeat. II.

5 Tertius casus, si maritus deportatus sit, aut damnatus in exiliũ perpetuum, vel in metallum: quibus casibus hodie non soluitur matrimonium, §. quod autem. & §. deportatio. de nup. collat. iiij. ex æquitate enim conceditur mulieri repetitio dotis: cùm eam indotatam esse, quæ maritum exulantem sequuta est, cuiusque propositum laudãdum fuit, nec æquitatis ratio, nec exempla permittunt. l. j. C. de repud. & ita expende subtiliter, non concedi mulieri absolutæ hoc casu dotis repetitionem, sed vt, in exiliũ deportato marito, aut alia pœna afflicto, alimoniam præstet, egentésque filios communes, vel etiam parentem, fratrem, sororémue sustineat, l. mutus. §. j. ff. de iur. doti. §. si verò cõtigerit. de incest. nupt. collat. ij. atque ita oneribus matrimonij seruiat, sicut & cùm repetitur dos, marito ad inopiam vergente, l. vbi adhuc. C. de iur. dot. nam & hoc casu, cùm deportatur aut in metallum damnatur maritus, videtur concedi mulieri dotis repetitio: quia vir ad summam inopiam deducitur: perdit quippe bona, quæ olim fisco vendicabãtur, l. j. ff. de bo. damnato, l. deportatorum. C. de pœn. hodie verò ascendentibus, descendentibus, & transuersalibus vsque ad tertium gradum conseruantur, §. fi. vt nulli. iud. collat. ix. ex quo excepta est authen. bona damnatorum. C. de bon. damnato. Licèt in regno Franciæ antiquo iure vtamur. omnia quippe bona in hoc regno confiscantur ipso iure, quoties eorum dominus ad mortem damnatur, non solùm pro crimine, (vt dicunt) priuilegiato putà lesæ Maiestatis, hæresis, aut falsæ monetæ, sed & pro quocunque communi, ex quo mors, aut membri mutilatio infligitur, vel reus perpetuò bãnitur, vt explicat pulchrè noster Benedict. in c. Raynutius. in verb. & vxo. nomine Adelasiam. de testa. & dicit consuetudo generalis Galliæ, *Qui confisque le corps, confisque les biens.* de qua plura scribit Chassa. in consuetud. Burgund. titul. des III.

Confiscatio bonorũ sequitur confiscationem corporis.

confiscationis,§.j.quo loco enumerat xxij.casus,quibus de iure cõfiscantur bona, vel in totum,vel in partem.

Banniti.

Hæc notanda sunt ad bannitos nostri temporis, quos deportatis Accurs. com- 6
parat in d.§.relegati.quib.mod.ius pa.pot.sol. etenim eorum vxores statim dotem
repetere poterũt,Specul.in tit.de dot. post diuot.resti.§. formatis. cùm in depor-
tatis hoc sit constitutum,l.j.C.de repud.Bart.in l.ij.& latiùs in l. si constante.v.q.j.
partis.ff.sol.matri.

Excommunicati.

Eadem ratione sunt,qui idem censeant in excommunicatis:cùm excommuni- 7
catum bannito iura nostra comparent,c.j.hic fin.lex in feud.& Accurs.æquipararet
interdictum aqua & igni,seu deportatum(cùm hodie in locum interdictionis suc-
cesserit deportatio, l.iij.ff.ad leg.Iul.pecul.) & excommunicatum in §. minot. de
cap.dimi.in Institutio. Bal.in c.licet.col.fi.de offi. delega. & quoniam non viden-
tur bene vti substãtia sua cùm careant hominum commercio,c. nuper.de senten.
exco.c.excommunicatos,xj.q.iij.nec possunt eligere debita adeò, vt non tenean-
tur debitores,qui cum iuramento promiserunt soluere excõmunicato.glo.in can.
nos.sanctorum.xv.q.vj. licèt excommunicatus à creditoribus suis possit conueni-
ri,c.intelleximus,de iudic.Qua tamen in re illud obiter præteriri nolo,nos vti ali-
ter in hoc regno,cuius moribus inductum est,vt agens in foro seculari exceptione

Excõmunicationis exceptio.

excommunicationis non repellatur, nec quoquo pacto exceptio excommunica- 8
tionis opponi possit,Auffrer.in decis.Capell.Tolosanæ clxxxix. quod etiam statu-
to Bononiẽsi caueri testatur Bald.in l.placet.in fi.C.de sac.eccle.Contraria tamen
sententia communis est,& verior,vt vxori non comperat repetitio dotis:cùm mu-
lier viro excommunicato communicare,& cum eo cohabitare teneatur,c.inter a-
lia.de sente. excom.c.quoniam multos. xj.q.iij. nec enim dicitur maritus excom-
municatus malè vti substantia sua,licèt malè vtatur sua conscientia, Ioan. And.in
addi.ad Spec.in tit.de dot.post diuor.restit. post in summa tit.de sentent. excom.
§.fi.Butri.in c.per vestras. de donat.inter vir.& vxo.Imol.Alexand. & Ias. in d.l. si
constante.

IIII. Quartus casus, quo, constante matrimonio, agit vxor ad dotis exactionem est,

Adulteriũ torum separat.

vbi separaretur torus matrimonii culpâ viri,quia de adulterio ab vxore accusati,& 9
conuicti,c.j.vt lit.non contestat. Constat autem propter adulterium matrimonij
consummati vinculum non dissolui,sed torum duntaxat separari,c.tuæ.de procu.
c.ex literis.de diuor.Vnde non licèt viro,adultera vxore repudiata, aliam ducere,
vt Canonistæ, & omnes propemodùm Theologi sentiunt. Ambrosius tamen vir
probatæ sanctimoniæ,multæque eruditionis tribuit viro ius ducendi alteram, cu-
ius opinionem diffuso apparatu tuetur magnus ille Erasmus in adnotationibus ad

Maritus quando adulterii accusetur.

vij.cap.prioris epistolæ ad Corinthios. Illud igitur notandum, quòd sicut maritus 10
accusat ciuiliter vxorem de adulterio, vt, toro separato, dotem lucretur, §. si de a-
dulterio.vt lic.mat.&aui.collat.viij.c.plerúmque.de dona.inter vir.&vxo.ita mu-
lier accusat virum,vt,separato toro,dotem recipiat,& donationẽ propter nuptias,
quam fecit maritus,ipsa lucretur,d.c.j.Rom. consil.clxvij. Christiana quippe reli-
gio adulteriũ in vtróque sexu pari ratione cõdemnat, c.fi. xxxij.q.v. Ergo(quantũ
ad facultatem accusandi ciuiliter)vir & vxor non iudicantur ad imparia:cæterùm
respectu accusationis criminalis dispar est eorum caussa: quia vir accusat vxorem,
non contrà vxor virum, l. j. C. ad leg. Iul. de adulter.c. apud misericordem.§.fin.
xxxij.q.j.

V. Postremus casus,si maritus plus æquo sæuiẽs in vxorem eam sine caussa à se re-
pellit.tenetur námque vxori exclusæ vir dotem, constante matrimonio, reddere
Bal.in l.fi.in fi.C.de senten.quæ sine cer.quantita.dos enim marito datur,& apud
eum,manente matrimonio,relinquitur,vt oneribus matrimonij deseruiat, l.si pa-
ter mulieris.in fi.ff.de iur.doti.ex quo igitur non sustinet onera matrimonij mari-
tus,non debet habere fructus dotis, l. pater. in princ. ff. de dol. exceptio.sed apud
mulierem

mulierem dos esse debet, vt ex ea viuat:cùm eius sit proprium patrimonium, l.iij. §.sed vtrùm.ff.de mino. Et hunc casum ego puto verissimum, quicquid dicant in contrarium Alex.& cæteri.hic & Alex consil.lxxviij.volum.v. pro quo ego solitus sum citare,l.fi.§.j.C.de repud.qui tex.docet maritum,qui vxorem indotatam sine caussa reiicit, compelli quartam partem propriæ substantiæ ei pro rata portione persoluere.multò magis igitur dotatæ tenebitur dotē restituere,l.si arrogator.ff.de adop.cùm potentius ius habeat mulier in rebus dotalibus,quàm in bonis mariti, l. etiam.§.licet.hoc titul.l.in rebus.C. de iur. doti. & generaliter fortiùs si ius ad rem propriam agentis,quàm eius,qui ad res alterius experitur,l.videamus.in prin.iuncto.§.si actionem.ff.de vsur.Iniquum enim esset maritū ob facinus suū dotem, aut dotis fructus cōsequi,l.si ab hostibus.§.fi.hoc tit.l.siue hæreditaria.ff.de nego.gest. Qua ratione & illud à plerisque traditum est, vt maritus expellens vxorem sine caussa,perdat lucrum doti delatum ex pacto,aut statuto, Bal.in l.j.§.sed scimus.per illum tex.C.de Lat.liber.tollend.pulchrè idem Bal.consi.liij.vol.v.

11 Extra hos casus non solùm non potest repeti dos,cōstante matrimonio,sed nec vltrò solui per maritum vxori.§.dotes.de nupti.collat.iiij.Vnde,si maritus eo tempore reddat vxori dotem,cùm habeat hæc restitutio instar donationis,l.vnic.C. si dos constant.mat.sol.fuer.& d.§.dotes.& donatio inter virum,& vxorem prohibita sit.tot.tit.ff.&.C.de dona.inter vir.& vxo.non liberatur Accurs.Bald.& alij in l. ij.ff.sol.mat.Ideóque,mortuo marito,poterit eius hæres conueniri, l. si pro rata.ff. de religios.& sump.funer,nisi mulier sit facta locupletior,l.fin.ff.de iur.doti. túncque magis iure cōpensationis,& exceptionis doli quàm solutionis,l.apud Celsum. §.si quis pupillo.ff.de dol.excep.& ita omnes communiter receperunt. *Dos an soluatur, constante matrimonio.*

Iacob.tamen ab Arenis(cuius opiniones,testante Bar.in j.disputa.vt plurimùm iuri consonæ fuerunt) in contraria fuit sententia maritum indistinctè, constante matrimonio,dotem mulieri soluere posse,& soluentem semper liberari,l. vir vxori,§. si mulier. ff. ad Velleian. & quia maritus est debitor in diem soluti, videlicet, *Debitor in diem.*
12 matrimonij,ergo soluendo ante diem liberatur. totum enim medium tempus(inquit Celsus)ad soluendum promissori liberū relinqui intelligitur,l.quod in diem. ff.de solutio.l.post mortem.C.de fideicom.Nec obstat d.l.vnic.C. si dos constant. mat.& d.§.dotes.quoniam illic solutio facta à marito,constante matrimonio, sine caussa annullatur in fauorem mariti soluentis, qui ex pacto dotem lucrari debebat.Hoc igitur absurdum esset reflectere in eius odium,l.quod fauore.C.de legib. & ita concedere allegationem hanc nullitatis ei, in cuius gratiam inducta non est à lege,l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff.de actio.emp.sicut vulgò dici solet dolū dantem causam contractui bonæ fidei reddere contractum nullum ipso iure, l. & eleganter.in prin.ff.de dol.l.iij.§.fi.ff. pro soc. si hoc velit deceptus, in cuius fauorem lex annullat contractum.nam si parere contractui paratus esset, nequiret qui dolum adhibuit,nullitatem contractus allegare Accurs.in d.l.& eleganter. & l.Iurisgentium.§.Prætor.ff. de pact. Sic contractus initus cum ecclesia, non seruatis solemniis,nullus est,authen.hoc ius porrectum.C.de sacro.eccle.c.sine exceptione. xij.q.ij.nisi mâlit ecclesia approbare contractum glos. in c.j. ne sed vacan. Inno.& alij in c.j.de his,quæ fi.à prælat.sine consen.cap.

Cæterùm mihi opinio cōmunis verior semper visa est,vt non rectè mulieri reddatur dos, constante matrimonio nisi subsistēte aliqua legitima caussa,l.mutus. §. j. & l.fi. ff.de iur.doti.l.quamuis.& l.si cùm dotē.§.j.ij.resp. hoc titu.Ideóque si soluatur,non contingat liberatio,l.sic pro rata.§.j.ff.de religio.& sump.funer.& d.l.si cùm dotem.§.j.alioquin vanum esset Iustiniani cōsilium,qui ne mulieribus, constantibus adhuc matrimoniis, facilè dotes mariti redderent consuluit, d.§. dotes. de nupt.collat.iiij. Quod duplici ratione constitutum puto. Prima à lege expressa est:quia hæc restitutio habet instar donationis,d.l.vnic.C.si dos cōstant.matrimo. & d.§.dotes.Altera,fauor dotis conseruandæ ne in dote mulieri, quæ plerúmque

laborat cõtra propria commoda ex propria fragilitate, aliqua accedat iactura, l.fi. C.de pact.conuent. Nec obst.l.vir vxori.§.si mulier.ff.ad Velleian.quę non aperit. quo tempore reddidisset dotem maritus. Proinde ex prædictis, vel, soluto matrimonio, vel si constante ex aliqua caussarum, quibus solutio fieri potest, dotem restitutam interpretabimur. Non obstat, quòd debitor in diem liberetur soluendo ante diem, d.l.quod in diem. Nam respondeo hoc verum, nisi speciali aliquo fauore lex solutioni ante tempus resistat, l.si ita scriptum.§.Pegasus.ff.de lega.ij. l.eum, qui ff.de annu.lega.l.in fideicommissi.§.cùm Pollidius.ff.de vsur. vt & in hoc casu fauore dotis conseruandæ. nam & dotes saluas esse Reipublicæ interest, l.j. vbi diximus.hoc.tit.

Adhæc subintrat difficultas. nam huiusmodi refusio dotis facta per maritum, constante matrimonio, donationis instar habet, d.l.vnic.& §.dotes. atqui donatio inter virum, & vxorem: licèt initio inutilis sit, morte tamen donatoris confirmatur, l.cùm hic status.ff.de dona.inter vir.& vxor.l.donationes, quas parentes, c.illo tit. Mortuo igitur marito, non debent posse hæredes eius conueniri, & ita in effectu sequitur liberatio. Cuma.& posteriores dicunt nõ esse hîc vllam donationem: cùm non agat maritus donare restituendo. vnde non potest tractari de confirmatione, quæ super non ente fundari non potest, l.Seiæ.ff.de tuto.& cura licèt respectu commoditatis fructuum, & interusurij medij temporis habeat restitutio instar donationis. Cæterùm, quia in his nulla cadit traditio, nulla potest cadere confirmatio, cùm donatio inter virum & vxorem, quam traditio nõ præcessit, morte non confirmetur, l.Papinianus.ff.de dona.int.vir.& vxor.

Mihi hæc solutio non satisfacit: cùm enim apud maritum sit, constante matrimonio, dominium rei dotalis, l.doce ancillam.C.de rei vend. quod ag t transferre nulla necessitate adactus in vxorem donatio, agit donate: cùm donatio sit liberalitas mera, quę nullo iure debetur, l.donari.ff.de dona.l.donari.ff.de reg.iur.& quod pertinet ad fructus, & interusurarũ minùs subsistit dissolutio: cùm à nobis persæpe probatum aduersus omnes fuerit donationem coniugalem morte donatoris confirmari, tametsi nulla præcesserit traditio, vt scripsi in v.Miscellan.

Ego itaque dicerem & breuiùs, & meliùs restitutionem dotis factam, constante matrimonio, merã videri donationem à marito vxori factam, atque ideo morte mariti confirmari. Qua ratione dico non liberari maritum, sed hæredes eius cõueniri posse. cùm enim donatio per mortem donatoris perfectionem suam acceperit, pura liberalitas collata in vxorem intelligitur. quæ ideò compensare non tenetur quod accepit cũ dote, sed vltra exigere poterit dotem ab hæredibus mariti.

Et si opponat hîs quispiam adhuc ceruicosè, quòd cùm contingat liberatio, si mulier facta sit locupletior, l.fi.ff.de iur.doti. nõ posse restitutionem eiusmodi dotis effectũ habere donationis, quæ tantò magis inter coniuges improbatur, quantò magis donatarium reddit locupletiorem, l.si spõsus.§.si maritus hæres.ff. de donat.inter vir.& vxo. Respondent Ias.& alij ex sententia Bart. hîc, cùm mulier facta est locupletior, non liberari ipso iure tunc maritum, vi alicuius solutionis, sed virtute compensationis, & ope exceptionis, l.apud Celsum.§.si quis pupillo, ff.de doli exceptio.

SOLVTI MATRIMONII TEMPVS.

Dos, soluto matrimonio, restituenda.

Solui debet. Soluto matrimonio, solui dos mulieri debet. Cessat quippe caussa, cur apud maritũ esse debeat: cùm nõ ampliùs sufferat onera matrimonij, l.si pater mulieris.in fi.ff.de iur.doti.l.pater.in prin.ff.de doli exceptio. cessante autẽ caussa fauoris, ipse quoque fauor cessare debeat, l.fi.C.qui ad liberta.per poss. Et generaliter traditum sit, cessante caussa, effectum quoque cessare, l.adigere, §. quamuis. ff.de iur.patro.l.generaliter.C.de episco.& cler.c.magnæ de vot.& voti.redemp.c. cùm cessante, de appella. 13

Cæterùm

Cæterùm obstat,quod scribit Iurisc͠osult.dotis caussam perpetuam esse, & cum voto eius,qui dat,ita contrahi vt semper apud maritum sit,l.j.ff.de iur.doti. Nam perpetuum id propriè dicitur,quòd sempiternum est, nulla temporis meta præfinitum,l.si vsusfructus.ff.de vsufr.lega.l.purè.§.fi.ff.dol.exceptio.l.falsò.C.de diuer. rescrip.c.ij.de hæreti:qua ratione dicimus in hoc seculo nihil perpetuum, l. cũ debere.vbi Bart.ff.de seruitu.vrba.prædio.Præterea dictio, *Semper*, idem quod omni tempore,significat,l.semper.ff.de iur. immunita.l.j. hoc tit. Ergo cùm dos perpetuò,& semper apud maritum esse debeat,d.l.j.videbatur dotem , soluto matrimonio,mulieri non restituendam. Nec verum videtur onera matrimonij cessare , soluto matrimonio:cùm onera matrimonij nõ in alenda vxore tantùm consistãt,verùm etiam in marito,communibus liberis,& tota familia alendis, l.fi.in prin.ff. de dol.excep.l.vbi adhuc.C.de iur.doti.Præterea licèt cessarent,quia tamen maritus aliquando ea sustinuit,non debet ob onera matrimonij dos data posse repeti:cùm caussam semel impletam sufficiat:licèt non duret ratio implementi,l.si quis hæredem.C.de instit. & substitutio. l.cùm vxori. C. quand. dies lega.ced. Et datam ob caussam,semel caussa sequuta,non repetatur,l.j.ff.de condic.caus.dat.

Solutio,inquit Cast.in d.l.ij.licèt dos à muliere detur , vt perpetuò sit apud maritum,d.l.j.nihilominus,soluto matrimonio,restituitur &sic præter restitutionem, quæ fuit à principio, oritur obligatio,&actio ad repetendam dotem:quod in dote speciale censeri non debet:cùm & aliàs plerúmque accidat,vt extra id, quod agatur,tacita nascatur obligatio, l.si is,qui.§.fi.ff. commod. Quæ dissolutio mihi non placet:cùm imò oriatur actio ad repetitionẽ doris,soluto matrimonio ex eo, quod agatur initio à muliere,l.vnic.§.accedit.C.de rei.vxo.actio.vt,scilicet,non sit apud maritum dos,nisi quoad durabit matrimonium:cùm & hoc ex natura contractus veniat,l.cùm quid.ff.de reb.cred.& videbatur semper contrahentes voluntatem, suam dispositioni iuris communis cõformare,l.quæro.§. inter locatorem.ff. locat. l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebellia. lex autem censet dotem restituendã mulieri,soluto matrimonio,vt hîc.

14 Meliùs itaque dicemus nõ obstare quod de dictionibus *Perpetuò*, & *Semper* proposuimus.cùm dictiones illę ex subiecta materia interpretationem recipiant,vt & aliæ omnes,l.si vno.ff.locat.l.insulam.ff.de præscript.verb.l.pater Seuerinam.§.cõditionum verba.ff.de cõd.& demonstra. Quare in tractatu nostro tempus duntaxat constantis matrimonij comprehendit.Nam & alibi sæpe perdit dictio , Perpetuò, strictam illam significationem : cùm & quandóque tempus tantùm includat vitæ,l.j.ff.pro soc.c.sanctorum.lxx.dist.Nõnunquam tempus xxx.vel xl.annorum §.j.de perpe.& temp.actio. Interdum tempus durationis rei, qua de agitur,l.id vestimentum.ff.de pecul.aliquando tempus centum annorũ,l.annua.§.Attia.l.cùm quidam.& l.pe.ff.de annu.lega.Quibus textibus &l.si vsusfructus.ff.de vsufr.lega. adductus.Alex.consi.lx.lib.j.ex facto respondit,& obtinuisse se refert , vt relictum legatum annuum ecclesiæ perpetuò intelligatur vsque ad centũ annos,nõ in infinitum. Quod & merito Ias. & nouissimi hîc improbant plura eam in rem aggregantes,quæ pertractarem si arbitrarer expedire. *Dictiones, perpetuò, & semper.*

Quod autem diximus verum non videri matrimonij onera cessare , soluto matrimonio:cùm & in alendis filiis ipsóque marito consistant, d.l.fi.ff. de dol. excep. & d.l.vbi adhuc.& quamuis cessent,quia tamẽ caussa semel sequuta est, repetitioni minimè locum esse,d.l.j.ff. de condic.causs.dat. facilè tolletur, si consideremus dotem non dari simpliciter marito,vt sustinear se,& suos,aliáque onera matrimonũ,sed vt sustineat onera constantis matrimonij,d.l.si pater mulieris. in fi. quo soluto,verum est cessare caussam,propter quam datum est: quia licèt durent onera, non tamen manet matrimonium:in cuius tamen bene trãsacti memoriam,& honorem constitutum est,vt si maritus,soluta dote, vnde se , nosque alimenter , non habeat,non tenetur ad restitutionem:cùm conueniatur inquantum duntaxat fa-

cere potest, l. maritum. hoc tit. §. item. si de dote, de actio. in Instit. Et quod protulimus sufficere caussam semel esse impletam in dispositionibus momentaneis, non etiam in habentibus tractum successiuū obtinet, l. si quis, ita legauerit. ff. de cond. & demon. Sustinere autem onera constantis matrimonij tractum habet successiuum, vnde necessaria est perseuerantia, Bald. in l. humanitatis. col. iij. C. de impub. & in l. fi. C. de indict. viduita.

A regula nostra, quæ vult, soluto matrimonio, dotem mulieri restituēdam, plu-
I. res casus excipi constat: quibus dos mulieri nāque restituitur. Primus, si culpâ mulieris solutum sit matrimonium, l. Lucius. hoc titu. & quia ex caussis non legitimis repudium marito miserit, l. consensu. C. de repud. aut adulterium commiserit, d. l. consensu. quod etiam pontificio iure procedit, c. plerúmque. de donat. inter vir. & vxo. licèt ea lege vinculum matrimonij (vt sæpe dixi) nō dirimatur, sed torus duntaxat separetur, c. tuæ. de procura. ex literis. de diuor. Ampliùs existimatum est bona paraphernalia, hoc est, quæ secum vltra dotem mulier in domum viri detulit, mulierem propter adulterium perdere, glos. in d. c. plerúmque. Roma. sing. cccxij. Ias. & posteriores hic.

Quod mihi nunquam placuit: cùm hoc nulla lege caueatur, & pœna priuationis non inferatur nisi in casibus à iure expressis. §. optimum. de non elig. secund. nub. col. j. c. inuentum. xvj. q. vij. glos. in c. fi. de iur. patro. & quoniam sumus in materia odiosa, & pœnali, in qua non fit extensio, l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. c. statutum. de elec. in vj. c. odia. & c. in pœnis. de reg. iur. eo. lib. Nec obstat d. c. plerúmque, in verbo Dotalitium, quod glos. illic. in fi. exponit ineptissimè, id est, res paraphernales: cùm dotalitij verbo lucra nuptialia significentur. Quocirca congruentior erat prior glossę expositio dotalitiū, id est, donationem propter nuptias exponentis, approbantibus Panor. & cæteris ibidem.

Osculum an priuet dote mulierem.

Propter osculum item libidinosum censuit, Bal. in c. tuę. de procura. mulierem, 15 sicut propter adulterium dotem amittere: cùm & vassalus hoc, vel alio modo turpiter, ludens cùm vxore domini feudum perdat, c. j. §. j. quib. mod. feud. amitta. Et quoniam hæc sunt præparatoria adulterij, Accur. in l. quod ait lex. ff. ad leg. Iul. de adulter. citans cum versum,

Visus, & colloquium, tactus, post oscula, factum.

Ex quibus, vt in Topicis Cicer. docet, adulterium arguitur: & quod non potest directè probari, facilè præsumitur, c. nec aliqua. xxvij. q. j. c. literis. de præsumptio. Nam (& vt Ouid. ait,)

Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit,
Hæc quoque quæ sumpsit, perdere dignus erat.

Bal. nō pauci sequuti sunt, sed nouissimè Franc. Cur pręceptor. in Rub. C. de eden. quoniam æquiparantur adulterium, & præparatoria adulterij, vbi agitur de vita, d. l. quod ait lex. vbi sicut patri permittitur filiam in adulterio repertam occidere, ita repertum in præparatoriis adulterii, multò magis igitur, vbi tractatur de rebus, l. nec in ea. §. fi. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Contrà verò pater Dec. in Rub. de iudic. & alij permulti tenuerunt, quibus nouissimè subscribit And. Alciat. lib. iiij. Parerg. c. x. cùm hoc nulla lex dicat, & pœna priuationis (vt antè monui) non infligatur, nisi in casu lege expresso. & quia in delictis licèt vltra consilium conatus aliquis interueniat, pœna non irrogatur, l. j. ff. quod quisque iur. nec pœna delicto consumato imposita ad attentantem producenda est, l. sæpe. ita §. fi. ff. de verb. sig. præterquàm in atrocissimis, l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. l. is, qui cum telo. C. ad leg. Cor. de sicar. Nec obstat, quod cliente, seu vassallo dicitur, d. c. j. §. j. nam is feudum perdit, si graues, & inhonestas iniurias domino inferat, c. j. §. porrò. quæ fuit pri. ea bene amitt. Satis autem dici potest grauem intulisse iniuriam vassallus, qui per lasciuiam vxorem domini osculari, contrectaréue ausus sit, d. c. j. §. j. quib. mod. feud. amitta. Aliud in vxore, quam lex dote

lex dote non priuat, nisi propter adulterium quod osculo solo non arguitur, Dec. in Rub.de iudi. Non obstat item, quod osculum sit præparatorium adulterij: nam fateor, sed tale vt ex eo non necessariò inferatur. Potest enim osculum citra stupri desiderium, & effectum concedi. Quocirca & apud Theocritum elegans puella inanem rem oscula esse dicebat, quæ sputo, & facie abluta, tollerentur. Atqui lex mulierem duntaxat dote mulctat, quæ adulterij caussa interdicta attentat.

Ad argumẽtum Curtij, præceptoris de æquiparatione adulterij, & præparatoriorum, aduertendũ est, quoniam fluit hæc æquiparatio, sanè non admittenda, ex errore Accurs. Bar. & aliorum interpretantiũ res venereas, significare antecedentia concubitum, vt colloquia, basia, lasciuas contrectationes, & constitutũ locum. Hoc enim falsum est: cùm (vt docti sciunt) res venerea dicatur ipsa turpitudo, & quod antiqui dicebant obscœna in obscœnis, pudenda in pudendis habere: quod & Vlpianus, in d.l. quod ait. lex satis demonstrat, dum ita demum patri facultatem filiam, quam in potestate habet, cum adultero occidendi ex lege competere dicit, si in ipsa turpitudine filiam deprehendat.

16 Ego breuiter in hac quæstione puto propter solum, & simplex osculum mulierem dotem non amittere per prædicta maximè in Gallia, vbi fœminę quoscunque non difficulter osculo excipiunt, quæ consuetudo (licèt contra honestatem, & pudorem maximè Italis videatur) excusat tamen à pœna legis glos. in c. cùm venerabilis. de cõsuetud. & in c. denique. iiij. dist. Nec videtur mulier turpiter facere, quæ facit secundum mores regionis, l. item apud Labeonem. §. idem ait. ff. de iureiur. *Mos regionis excusat.*

17 Quod si osculum libidinis caussa daret, in quibus terminis propriè Bal. in d. c. tuæ, loquitur, in eius sententiam concederem vt mulier dotem amitteret, l. fin. §. inter culpas. C. de repud. cùm negari non possit, quin mulier interdicta attentet, quo casu dotem amittit, d.l. consensu. §. virum. Osculum autem libidinis caussa processisse ex qualitate loci, temporis, & personarum præsumemus, veluti si mulier super lectum, aut in alio loco suspecto clanculum homini, quem à se adamari constans erat fama, suauium cum amplexu præberet. neque enim tunc (licèt vir clericus esset) stulta illa interpretatio glos. in c. absit. xj. q. iij. sequenda esset, vt caussa benedicedi id fieret, sed potiùs adulterij vehemens suspicio, vel etiam probatio nasceretur, c. literis. de præsump. Bar. in l. capite quinto. ad leg. Iul. de adulte. cùm non aliter possit, quã per eiusmodi coniecturas adulteriũ probari. d. c. literis. & c. præterea de testib. Bart. in l. ij. ff. de fur. Panor. in c. cum non ab homine. col. iiij. de iudic. *Osculum libidinis.*

18 Sunt porrò certi casus quibus ob mulieris adulterium maritus dotem non lucratur. Primus, in pręiudicium patris viuentis, à quo dos profecta est, l. sed si alia lege. ff. de bo. damnato. §. est quoque. de nupt. collatio. iiij. Cùm factum filij non pręiudicet patri, l. filiis. C. de pact. maximè in dote. §. quod si in patris. huius legis, Vnde, cùm patri sit actio communis de dote cum filia, faciet filię turpitudo actionem patri consolidari. Cinus. Bald. & alij in l. si dotem. C. de iur. doti. I. *Dotis lucrum ob adulterium quãdo cesset.*

Contraria tamen sentẽtia apud me verior fuit per d.l. si dotem: quo loco docet Imp. soluto matrimonio culpâ mulieris, non reuerti dotem ad eum qui dedit, nisi pacto, aut stipulatione sibi prouiderit. Et quia pater, de cuius volũtate filia nubit, videtur se obstringere filiæ delicto, l. ij. in prin. ff. ad municip. & constituens dotem videtur se obstringere legibus de dote loquentibus, l. si duo. ff. de acq. hæredita. leges autem applicant dotem marito ob vxoris adulteriũ, d. c. plerúmque de dona. inter vir. & vxo. & d.l. consensu. vbi hoc in terminis docet Accurs. & in d.l. si dotem subscribente illic Ang. Perus. saluo tamen iure communium liberorum, quibus post mortem mariti dos reseruatur, & ita intelligendum est, quod dicitur ob adulterium vxoris suæ maritum dotem lucrari, d.l. consensu. §. si verò filio. vbi Alb. facit, l. Statius. §. Cornelio. ff. de iur. fisc. Adhæc, illud fateor, quòd filia, si delinquat vt damno dotis patrem afficiat, nõ præiudicabitur patri, l. si filia. ff. de diuor. l. filiæ, ff. sol. matr.

Adulteriũ violentum.

II. Alter casus, si per vim adulterata mulier fuisset, l. si vxor. §. si quis planè. ff. ad leg. 19
Iul. de adulter. Panor. cons. iiij. vol. j. stuprum namque voluntarium, non item vio-
lentum in patiente lex punit, l. j. §. remouet. ff. de postul. l. fœdissimam. C. ad leg.
Iul. de adult. & non potest (vt inquit Ambros.) fœdissima caro corrumpi, cuius mẽs
non fuerit antè corrupta, c. re vera. & c. proposita. xxxij. q. v. Et delictum sine dolo
non committitur, l. verùm ij. ff. de fur. l. quod rei publicę. ff. de iniur. l. j. C. ad leg.
Cor. de sicar. Caret autem dolo, qui vim patitur, l. imò cũ. ff. de liber. caus. Alioqui
dicendum nobilissimam Lucretiam Collatini vxorem, à Tarquinio violatam fuis-
se adulteram: cùm tamen ab omnibus, etiã sanctissimis viris, castitatis nomine plu-
rimùm commendetur.

Procedit autem hic casus, si vxor protegendæ pudicitiæ caussa iniuriam suam
confestim marito non renuntiauerit, aut renuntiari prohibuerit, l. vim passam. in
princ. ff. de adult.

III. Tertius casus, quoties lenocinium, aut par culpa marito obiici potest, l. cùm
mulier. & l. viro. hoc tit. perniquum enim videtur esse, vt vir ab vxore pudicitiam
exigat, quam ipse non exhibeat, l. si vxor. §. iudex. ff. de adulter. & mores improbet,
quos ipse antè corrupit, aut postea approbauit, d. l. cùm mulier. Et ita paria deli-
cta mutua compensatione dissoluantur, d. l. viro. Quod sanè recipiendum est, cùm
agitur ciuiliter ad separationem tori, aut lucrũ dotis, c. intelleximus. ext. de adulte.
nam si agitur criminaliter ad pœnam legis infligendam, peccatum vnius non tol-
litur per peccatum alterius, sed vtriusque delictum pœna condigna puniri debet,
l. ij. §. si publico. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Hæres an reuocet per ingratitudinem.

IIII. Quartus casus, si maritus sciens vxorem impudicè viuere de ea quæstus non sit, 20
l. rei iudicatæ. §. j. ff. sol. matr. cùm enim aboleatur dissimulatione iniuria. l. non so-
lum. §. j. ff. de iniur. l. quod si iterum. ff. de adi. lega. l. in ipsius. C. famil. ercisc. offen-
sam maritus remisisse videtur. §. fi. de iniur. in Institut. Vnde actionem de ea iniu-
ria hæres suscitare nequit, l. j. §. pe. ff. de priuat. delict. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff.
si quis cautio. sed est parcendum vxori, cuius crimen maritus viuens dissimulauit,
l. j. §. fin. ff. ad Sillani. hæredique denegando morum coercitio, d. l. rei iudicatæ. §. j.
cùm nec facultas reuocandi donationem ob ingratitudinem hęredibus conceda-
tur, l. j. & l. fi. de reuocand. donatio. c. fin. de dona. nec possit hæres patris filium ad
exhæredationis pœnam ingratitudinis accusare: cùm eam ingratam fuisse circa se
testator non dixit, l. omnimodò. C. de inoff. test. nec hæres domini, qui de clientis,
seu vassalli felonia quęstus non est de amissione feudi contra vassallum contende-
re Accurs. in d. l. fi. in d. l. omnimodo. & in c. j. §. præterea. & §. porrò. quæ fuit prima
causs. in feud.

I. Hunc casum primò tempera, nisi maritus sciens accusare vxorem non potue-
rit: quia à parentibus, aut amicis vxoris prohibitus, l. fi. in fi. C. ad leg. Iul. de adulte.
aut repentina morte præuentus, l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confir. tu-
to. Sic enim domino, qui feloniam à vassallo commissam inopinata morte præuẽ-
tus non potuit accusare, Ioan. And. in addi. ad Spec. tit. de feud. §. j. Cin. in l. j. C. de
reuocand. dona. & Bald. in d. c. j. responderunt, & ita singulariter accipiendum est.
quod scripsit Vlpian. iniuriarum actionem hæredi non competere, l. j. §. pe. ff. de
priuat. delict.

II. Secundò, declara hunc casum, si maritus sciuit tam grauem iniuriam illatam si-
bi: secùs, si ignorarit. d. l. in testamento & l. vtilitatem. Roma. in d. l. rei iudicatæ. Sa-
licet. in l. fi. C. de adulter. nam & eo ipso censetur legatum reuocatum, quod testa-
tori illata est iniuria, quam si scisset, verisimiliter legatum testator ademisset. l. j. ff.
de ijs quib. vt indig. Accurs. in l. fideicommissum. C. de fideicommi. Et quia nemo
ignorans ius suum remittere videtur l. mater. ff. de inoffi. testam. l. cùm verò, §. ap-
paret. ff. de fideicomm. liber. l. legitimam. ff. de petit. hæred. Et quoniam ita de in-
gratitudine, quam ignorauit donator Ioan. And. in l. fi. per illum tex. de donat. tra-
didit

didit vt ob eam possit donationẽ reuocare hæres. Et idem de hęrede domini ignorantis contra se feloniam à vassallo commissam idem Ioann. And. respondit in addit. ad Spec. in titul. de feud. §. fi. & Cin. in d.l.j. in fi. C. de reuocand. donat. Et licèt Bal. Imol. Cast. & Alex. & alij contrà communiter sentiant, moti, quia hoc remedium non ad pecuniam sed ad vindictam concedatur, & ita non nisi facta contestatione ad hęredes trãseat l. cùm emãcipati. §. emãcipatus. ff. de collat. bonor. l. pro hærede §. fi. ff. de acqu. hæred. vt & in actione iniuriarum dicimus d. l. si eum. §. qui iniuriarum ff. si quis cautio, & d.l.j. §. fi. ff. de priuat. delict. cùm ante cõtestationem non sit in bonis nostris, l. iniuriarum. actio. ff. de iniur. Ego tamen priorem sententiam veriorem puto. neque enim existimo actionem ad lucrum dotis marito competentem vindictam propriè continere: cùm eam habeat, atque ita lucretur dotem maritus, vxore etiam mortua, in præiudicium hæredum vxoris l. fi. C. ad leg. Iul. de adulter. & constet actiones ad vindictam competentes neque actiuè, neque passiuè in hæredes dari dict. §. qui iniuriarum. cùm non nisi lite contestata in bonis nostris esse dicantur d.l. iniuriarum actio. ff. de iniur.

Vltimus casus, si pater, vel extraneus, qui dotem constituerunt, dotem sibi reddi, soluto matrimonio, stipulati sunt: quibus ex huiusmodi stipulatione agentibus adulterii exceptio non obstabit l. si dotem: vbi Accur. & cæteri C. de iur. doti. III.

21 Quid autem in vidua? an & ipsa propter stuprum dotem perdat? Castr. vbique tenuit, quòd sic in l. sororem. C. de iis quib. vt indig. in l. fideicom. C. de fideicommis. & consultus ex facto respondit consil. cxlvij. vol. ij. sequitur. Felin. in c. pastoralis. col. iij. de iudic. cùm adhuc in priore matrimonio esse fingatur l. fœminæ. ff. de senato. l. filii. §. vidua. ff. ad municip. & nõ tantùm viduitatẽ procacitate stupri maculet l. si mulier. C. ad leg. Iul. de adulter. sed & defuncto iniuriã faciat §. soluto. de nupt. collat. iiij. qui non minùs offenditur ex stupro patrato ab vxore vidua, quàm si adulterium, se viuente, commisisset. Bar. in d. l. si mulier. iniuriæ autem defuncto illatæ persequutio hęredibus datur l. j. §. & si forte. & §. quoties. ff. de iniur. Alex. verò in l. sororem. cui subscribit Ias. in d.l. fideicommissum, contrà tenet, viduam scilicet, quæ volens stuprum passa est, dotem nõ amittere, c. ij. de feud. sine culp. non amittend. Et quoniam iura loquentia de priuatione dotis loquũtur de adulterio, & ita de delicto commisso, viuente marito, l. consensu. C. de repud. c. plerúmque. de dona. inter vir. & vxo. vnde non debent ad alium casum extendi: cùm sint pœnalia, l. fi. C. de interd. matri. Quam sententiam & ipse sequor, non tam his rationibus adductus, quàm tex. expresso. in §. si de resti. & ea quæ par. in vndecimo mẽs. collat. v. quo Iustinianus tradit mulieris intra annum luctus ex stupro pariẽtis pœnam esse, vt ante nuptiali donatione priuetur. eam enim mulierem per virum lucrari, quem sic velociter dehonestauit, perabsurdum esse. Quòd si post tempora luctus stuprari se permittat, nec illa quidem pœna afficitur, l. j. iuncta. auth. seq. C. de secund. nup.

Vidua an per stuprũ dotem amittat.

Alter casus principalis, quo dos, soluto matrimonio, mulieri non restituitur est, si aliter conuentum sit, vt quia actum est dotem lucro mariti cedere, §. si verò constante. de sanctis. episco. collat. ix. Quæ pactio locum habet, etiam si dos nunquam tradita fuisset, sed tantùm promissa, l. ex morte. C. de pact. conuent. & quamuis matrimonium momento tantùm durauerit, Bald. in l. non tantùm. C. de legat. Amplius obtinet, susceptis etiam, & stantibus liberis illius matrimonij, quibus dos non acquiritur, sed eam in vim pacti maritus lucratur, l. vnic. C. si dos, const. matr. §. dotes. de nupt. collat. iiij. Quocirca neque liberis pręcipuè reseruabitur, nisi, quo casu maritus ad secundas nuptias transuolasset, l. generaliter. C. de secund. nupt. sed diuidetur lucrum illud inter omnes hæredes mariti pro portionibus hæreditarii. Cast. hic. Quæ sentẽtia vera nõ est: cùm nominatim Iustinianus dixerit, quòd vir, vxore defuncta, lucratur ex dote, communibus filiis reseruari, vsufructu duntaxat patri concesso. §. propterea neque vir. quod ex dot. col. viij. authent. vxore, II.

c.i.

C.de secund.nupti.

At verò dixerit quispiam, cùm pactum huiusmodi de lucrãda dote per mortem vxoris donationem contineat, l.donari.ff. de dona.l. donari.ff. de reg.iur. videtur superuenientiâ liberorum reuocari, l.si vnquam.C.de reuo.dona.& ita, extantibus liberis, locum non habere. Hoc contrarium pleriq; ita tollunt, vt existiment in donationibus, quæ fiunt in contractu matrimonij, cessare dispositionẽ, d.l.si vnquã. tunc enim apparet donatorẽ de liberis cogitasse, quòd matrimonia ad procreandam sobolem contrahantur, l.j.hoc tit.l.vnic. C.si dos const.matri. vbi pactum de lucranda dote non reuocatur per superueniẽtiam liberorum: & quoniam, vbi cogitatum est de liberis, locum nõ habeat, d.l.si vnquam.Bar.in l.Titia.§.Imperator. ff.de leg.ij.quæ dissolutio tuta non est: quando receptius videatur natiuitate filiorum donationem, etiam in contractu matrimonij factam reuocari, vt nouissimè ostendit post alios Ripar.in l.si vnquam.q.xxij.Cùm in dubio non censeatur cogitatum de liberis, Bar.in d.§.Imperator. nam aliter si diceremus, vix vnquam esset locus, d.l.si vnquam.cùm vnusquisque liberis gignẽdis idoneus studere, præsumatur procreationi liberorũ, ex quo natura ad hoc homines produxit, vt liberos procrearent, l.maximum.C.de lib.præter.& sicut Valer.Max.ex Camilli, & Posthumi Censorum sententia scribit quemadmodum nascendi, ita gignendi legem nobis præscripserit. Qua in re tamen, vt aliquem fructum huius rei feramus, scitote vsu apud nos seruari, quod æquissimum est, & menti legis consentaneum, vt si qui cõtrahit matrimonium, donat, non reuocetur superuenientiâ liberorum donatio: cùm in specie cogitasse censeatur de liberis ex se, & ex eo matrimonio procreandis, §.j.in prin.de æqual.dot. collat.vij. propter finem præcipuum, & principalem matrimonij, qui totus versatur in procreatione sobolis, d.l.j.§.ius naturale.ff.de iusti.& iur.Si verò tertius donauerit alicui matrimonium contrahenti, reuocetur sine dubio donatio natiuitate filiorum, Boer. post multos à se relatos in decis. clix. cùm duret ratio, d.l.si vnquam.Est quippe verisimile donantem, si donando interrogatus fuisset, vel etiam vltrò cogitasset de futuris liberis, aut non omnino, aut si donasset eam legem donationi apposuisse, si liberos non susciperet.l.tale pactum. §.fi.ff.de pact.neque enim credendũ est donantem bonis suis voluisse extraneum propriis filiis anteponere, l.cùm auus. ff. de cond. & demon. l.generaliter. §. cùm autem.C.de instit.& substit.l.cùm acutissimi.C.de fideicom.

Ad contrarium tamen aliter respondendum, vt pactum de lucro dotis non dicatur pura, & simplex donatio, sed ob caussam, propter supportata onera matrimonij, l.vnic.§.lucratiuas. C.de imp.lucra. descrip. lib.x. vt & in simili de statuto deferente lucrum dotis docet Bald.in authent.præthereà.C.vnd.vir.& vxo. Atqui d.l.si vnquam.non habet locum in donatione ob caussam, & Bald. Ang.& alij ibidem concludũt: cùm donatio ob caussam non sit propriè donatio, sed potius quędã permutatio, l.j.& l.Aquilius Regulus.ff.de dona.vnde non absolutè dicitur donatio, sed ob caussam, & ita non simpliciter, sed secundum quid, l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verb.oblig. Argumentum autem à simplici ad secundum quid, in exorbitantibus præsertim, bonum non est, l.hoc legatum.ff.de lega.iij. Quocircà iura exorbitantia loquentia de donatione, non extenduntur ad donationem ob caussam, d.l.Aquilius Regulus.

Maritus occidens vxorem.

Procedit autem casus noster, vt maritus, soluto matrimonio, ex pacto lucretur 22 dotem, nisi vxorem occidisset.l.si ab hostibus. §.fi.ff. sol. mat. neque enim æquum est (vt illic Pomponius ait) virum ob facinus suum dotis lucrum sperare, & vulgò dici solet, neminem ex delicto suo debere præmium reportare, l. siue hæreditaria. ff.de nego.gest.l.relegatorum in fi.ff.de interd.& releg. Prætereà, quia verba generalia, etiam in beneficiis, ita interpretantur, ne odiosæ personæ comprehendãtur, l.Lucius.§.pe.ff.de lega.ij.l.testamento Centurio.ff.de manumiss.testa. Quòd & si vxorem in adulterio deprehensam maritus occidit, proculdubio obtinet, vt, scilicet, ex

cet, ex pacto, vel etiam ex statuto non lucretur dotem, vt Accurs. in d.§.fi. tradit: cùm non liceat marito vxorem occidere etiam in adulterio deprehensam, l.nec in ea.§.fi.ff.ad leg.Iul.de adulter.licèt leuior pœna irroganda sit, l.j.§.fi.ff. ad leg.Cor. de sica.quòd difficillimum sit iustum dolorem temperare, l.si adulteriũ.§.Imperatores.ff.ad leg.Iul.de adulter.

Illud non prætereundum, quòd sicut maritus occidens vxorem perdit lucrum dotis, ita si negligentia eius perierit: quia eam ægrotantem neglexerit, nullum ei adhibens medicum, Accurs.& alij in d.l.si ab hostibus.§.fi. per l.si seruum.in prin. ff.de verb.obliga. Idem inquiunt, si accersitus sit medicus imperitus, l.quòd si nolit.§.si mancipium.ij.respon.ff.de ædil.edict.

Quo autem casu maritus propter delictum suum lucro dotis priuatur, datur actio hæredibus, d.l.si ab hostibus.§.fi.cùm ipso iure lex illa priuet virum lucro. Et ita non obstat, quod vulgò dici solet, ablatum indigno fisco applicãdum, l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testa.l.ex facto.§.Iulianus Longinus.ff.de vulg.& pupil. nam obtinet, vbi quis ipso iure propter delictum non impeditur acquirere: facta enim mero iure acquisitione, actiones ei denegantur, denegatísque actionibus, fisco locus fit, l.j.in prin.ff.si quis aliq.testa. proh.l.cùm ratio.§.fi.ff. de portio. quæ lib.damnat.conced. & ita dicebat Iacob.ab Aren. Non obstat, quod Iurisconsulti tradiderunt, maritum, qui mortem vxoris necem non defendit, dotem perdere, quæ ab eo, velut indigno ablata, fisco applicatur, l.ei, qui.ff. de iis, quib. vt indig.l. cùm mortem.ff.de iur.fisc.eo quippe casu non ipse vir, sed alius deliquit occidendo. quare, sequuta morte mulieris, statim fit acquisitio dotis ex pacto marito, a quo, si reddat se indignum non vindicando necem defunctæ, dos aufertur, & applicatur fisco iurib.allega.

Potest & secũdo dici nos agere hoc casu de lucris nuptialibus, quæ non simpliciter quæruntur, sed sub conditione, si culpâ volentis lucrari, matrimonium non soluatur, l.Lucius.hoc tit.l.consensu.C.de repud. Vnde, cùm occidit manu vxorem, deficit conditio: quare nullo modo ei quæritur lucrum dotis: quod ideo fiscus auferre nequit, l.si vniuersæ.C.de legar.

Temperatur secundo casus noster, vt procedat, præmortua vxore: nam si præmoriatur maritus, non lucrabũtur hæredes eius dotem ex pacto: cùm nec quidem expressè conueniri possit, vt, superueniente vxore, maritus lucretur dotem, l.ij. ff. de pact.dota.l.j.ff.de dot.prælega. ne mulier remaneat indotata, d.l.ij. quod Reipublicæ interest.l.j.hoc tit.& ita, ne fragilitate naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam: qua ratione alienatio fundi dotalis, etiam consensu mulieris intercedente, non valet, l.vnic.§.& cùm lex.C.de rei vxo.actio. II.

23 Hoc autem Docto.interpretantur, nisi eam pactionem mulier iureiurando roborasset, c.cùm contingat de iureiur. quod locum habet, etiam si mulier omnino sine dote remaneat, vt Alex. ostendit egregiè consil.xlij.col.pe.vol.j.Secundò declarant procedere in dote. nam secùs in donatione propter nuptias: in qua valet pactum, vt eam mulier, etiam præmoriens, lucretur, l.quod scitis.§.fin.vbi Accurs. singulariter.C.de bo.quæ lib. Tertiò obtinet hoc temperamentum, si pactum inter virum, & vxorem fiat, d.l.ij.ff.de pact.dotal.& d.l.ij.ff. de dot prælega. aut inter patrem mulieris, & generum, l.quãuis.C.de pact.conuent.secùs, si hoc pactus fuerit extraneus dotem pro muliere constituens: cùm possit pacisci, quicquid velit, l. ob res.§.j.ff.de pact.dotalibus.

Iuramento quando actus firmetur.

Ego tamen de suprà dictis omnibus dubito.nã imprimis non videtur bona hæc declaratio: cùm paria sint aliquid fieri tempore promisso, & in illud tẽpus dispositionẽ conferre, l.in tempus.in prin. ff. de hæred. inst. sicuti paria sunt aliquid fieri tempore vetito, & in tempus prohibitum actũ cõferre, l.quod sponsæ.C. de dona. ante nup.Atqui, soluto matrimonio, potest proculdubio mulier dotem alienare. Bal.in l.j.C. sine cens.vel reliq.ergo & alio tempore, si in tẽpus soluti matrimonij

conferatur alienatio, d.l.in tempus. Nec obstat, d.l.ij.ff. de pact. dotalib. & l.j.ff.de dot. prælega. vtraque siquidem lex loquitur, cùm liberi interueniunt, in quorum gratiam (ne immerentes, & innocentes ad extremam inopiam traducantur) hoc cōstitutum intelligi debet. si enim valeret hoc pactū, liberis interueniētibus, cùm onus eos alendi nec ad hæredes patris spectet, nisi filiis in summa egestate constitutis, l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de lib. agnosc. nec ad matrem, nisi in subsidium. l. nec filium. C. de patria potest. l. si competenti. C. de alend. lib. quæ priuata dote nihil habet, vnde liberos alat. possent liberi ad tantam deduci paupertatem, vt in extrema infelicitate viuere, & in anxietate mori cogerentur contra finem matrimonij, quod constitutum est non tantùm ad procreationem, sed ad educationem liberorum. l.j.§.ius naturale. ff. de iust. & iur. Vnde, quemadmodum non consisteret matrimonium ea lege contractum, ne detur liberis opera, sed vitetur omnino generatio prolis, c.fin. de conditio. appos. ita nec valere pactum lex vult, ne liberi suscepti alantur, siue id agatur expressè, siue tacitè. Ex quo patet, quod nec in specie, d.l.ij.ff. de pact.dot. & d.l.j.ff.de dot. præleg. pactum firmatur iuramento: cùm pactio eiusmodi contra substantiam matrimonij censeatur, d.c.fi. iusiurandum autem contra substantiam actus inutile est, Accurs. in l.iij.C. plus valer. quod agit. cùm ex natura actus, cui adiicitur, interpretationem recipiat, l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. l. fi. C. de non nume. pecun. c. quemadmodum. de iureiur. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Et quoniam iuramentum nihil operatur, vbi contractus reprobatur fauore alterius, quàm iurantis: quia esset in alterius dispēdium. c. quamuis. de pact. in vj. c. licèt mulieres. de iureiur. eod. lib. Bart. in l. Titia. §. Imperator. col. ij. ff. de leg. ij. & in l. hac edictali. ad fi. prin. C. de secund. nupt.

Verùm (quicquid ingenij exercēdi gratia dixerim) verissimum puto quod Doctores tradiderunt, pactionem eiusmodi de lucrāda dote, præmoriēte marito, nullius esse momenti: quia contra dotem, d.l.ij. & d.l.j.ff. de dot. præleg. Et cùm vtrobique Iurisconsult. refert pactionem non simpliciter conceptam, sed sub mentione interuenientium liberorum, existimandum non est id ideo expressum, vt velit lex in eorum gratiam pactū infirmare, sed vt ostendat contrahentes in gratiam liberorum pepigisse, vt, præmoriente marito, & superstitibus liberis, dos liberorum nomine retineretur, l. quamuis. C. de pact. conuent. Et tamen eo etiam casu, quo maior erat dubitatio pactionem eam liberis non proficere in præiudicium dotis maternæ, constitutum est, multò magis igitur in proposito, vbi nullus potest liberorum fauor considerari.

Æqualitas dotis & donationis propter nuptias.

Nec obstat, quòd in tempus permissum dispositio conferatur, d.l. in tēpus. quoniam eius tex. regula non procedit, vbi lex initio speciali aliqua caussa resisteret, l. si minor. ff. de ser. expor. c. gratiosè de rescrip. in sext. Bald. Sal. & alij in l. quod sponsæ. C. de donat. ante nupt. falsum tamen videtur quod Doct. existimant, aliud in
donatione propter nuptias statuendum, quàm in dote: cùm æqualitas omnimodò 24
seruanda sit inter dotem, & donationem propter nuptias, §.j. de æqual. dot. collat. vij. authent. æqualitas. C. de pact. conuen. Adeò vt nihil propemodum in dote traditum sit, quod in donatione ante nuptias leges seruari nolint, Accur. in §. Est & aliud. de donat. in Inst. positi in l. filium. num. 18, C. famil. ercisc. Quin & amplius nomine, & substātia nihil differre donationem propter nuptias à dote dicit Impe. in l. cùm nulla. C. de donat. ante nupt. Quare, si pactū de lucranda dote, viro prædecedente, non valet, d.l.ij.ff. de pact. dotal. & d.l.ij.ff. de dot. præleg. ergo nec pactum de lucranda donatione ante nuptias, muliere præmoriente: cùm in casibus æquiparatis à lege constitutum in vno, in alio constitutum quoque intelligi debeat, l. si quis seruo. C. de furt. Nec me mouet dissolutio Ias. interpretantis æqualitatem dotis, & donationis propter nuptias respectu quantitatis, vt tanta debeat esse hæc, quàm illa, Accurs. in authen. siue autem. C. ad Vellei. & in d.§. est & aliud.

sed,

sed, quantùm ad alia persæpe, differre, auth. eò decursum. vbi Accurs. & cæteri. C. de donat. ante nupt. vt quia fructus donationis propter nuptias non mulier, sicut vit fructus dotis percipit, sed vtriusque fructus à marito colligūtur, ad eundémque spectant: alioqui dos oneribus matrimonij non deseruiret, Accurs. in auth. dos data. C. de donat. ante nupt. tantum quippe præstaret maritus, quantum perciperet, Accur. in d. §. est & aliud. nam hæc solutio repugnat dictæ auth. æqualitas. In duobus locis, primò dum dicit æqualitatem omnino seruādam. etenim dictio, *Omnino*, idem significat quod prorsus, & omni casu, l. si cùm exceptione. §. quatenus. vbi Accurs. ff. quod met. causs. Secundò & apertiùs dum dicit *non tantùm in lucris*. euidenter inde demonstrans non solùm in quantitate, sed etiam in lucris æqualitatem seruandam esse. Cæterùm, quoniam negari non potest, quin litera, d. l. quod scitis. C. de bon. quæ liber. illorum sententiam maximè iuuet, qui pactū de lucranda donatione propter nuptias, etiam præmoriente vxore, bonum esse dicunt: præterea probabilis differentiæ ratio affertur, cur potiùs lex improbet pactum de lucranda dote, præmoriente marito: quia non facilè reperiunt mulieres maritum sine dote, l. ij. ff. de iur. dot. ob idque indotatæ infelices appellantur ab Imp. in l. fi. in princ. C. de iure dot. quę ratio cessat in viris, qui (vt experientia docet) paruo negotio vxores sine dotalitio reperiunt. Ego aliter respondeo ad d. auth. æqualitas. cum Pet. Cino. & antiquis, vt hoc casu non seruetur æqualitas, d. l. quod scitis. §. fi. Postremò non etiam videtur procedere, quod dicunt scriptores extraneum pro muliere dotem constituentem pacisci posse, soluto matrimonio, morte mariti, hæredes eius in præiudicium vxoris viuentis lucrentur dotem: cum hoc pactum absolutè lex improbet, d. l. ij. ff. de pact. dotal. & d. l. ij. ff. de dot. prælег.

Nec obstat, quod extraneus de suo dotem dans potest quicquid vult pacisci, d. l. ob res. §. j. ff. de pact. dotal. nam patrem mulieris ita pacisci non posse constat, l. quamuis. C. de pact. conuen. & tamen idem de patre scripsit Pomponius, vt in initio dotis dandæ possit legem, quam velit, etiam citra personam mulieris, dicere. l. cùm dos. in prin. ff. de pact. dotal. & ita in terminis, d. l. quamuis. in patre loquērem Bart. ibidem extendit ad extraneum, & pleniùs consil. cxxvj. Ad hoc non est prætereundum, quod & adnotari iubet hîc Aret. in vim pacti de dote lucranda maritum non lucrari feudum in dotem sibi traditum, c. j. §. fi. de inuest. de re alie. fact. in vsib. feud. quo tex. Bal. in auth. res, quæ. col. ij. C. com. de legat. tradit statutum de dote lucranda ad feudum non pertinere. quod sanè recipiēdum est in vero, & proprio feudo. nam si propriam feudi naturam nō haberet, quia alicui ea lege datum, vt ipse, & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant. nam iste, qui sic accepit, poterit id vendere, donare, & quocunque modo, etiam citra domini voluntatem, alienare, c. vnic. de feud. non haben. pro nat. in feud.

Ex hoc porrò casus tertius infertur. cùm enim argumentari liceat de pactis ad statuta, l. fi. C. de fideiuss. Accurs. in rub. C. de decre. Decurio. & vbi pactum appositum est de lucro dotis, soluto matrimonio, dos mulieri non restituatur. §. si verò constante. de sanctiss. episc. collat. ix. Dicendum quoque, stante statuto (quale Tolosæ viget) vt, præmortua muliere in matrimonio, vir lucretur dotem, nō teneri eo casu virum ad dotis restitutionem. si enim hoc pacto fieri potuit, cur non & legis municipalis authoritate? d. l. fi. Quare (inquit Castren. hîc) quemadmodū pactum de lucro dotis locum habet, etiam stantibus liberis ex eo matrimonio, l. vnic. C. si dos const. matr. & §. dotes de nupt. collat. iiij. ita etiam statutum. quod est singulare secundum eum: quia sic diuidendū erit lucrum illud inter omnes hæredes pro hæreditariis portionibus, etiam si aliqui ex his, vel omnes filij non sint: cùm nō teneatur filiis reseruare, nisi transeat ad secundas nuptias, l. ij. C. de secun. nup. quod falsum esse paulò antè euicimus: cum absolutè dixerit Imper. quòd vir lucratur ex dote præmortua vxore communibus filiis reseruari, solo vsufructu patri reseruato, auth. vxore. C. secund. nupt. & §. propterea. neque vir quod ex dot. collat. viij. *Lucrū dotis ex statuto.*

An autē lucrum dotis ex statuto delatum, locum habeat in præiudicium filiorum prioris matrimonij, pluscûlum difficultatis habet, veluti, si mulier filios habēs ex defuncto marito, secundo nubat, omniáque bona sua in dotem secundo viro cõstituat. & Barto. in l. hac edictali. per illum tex. C. de secund. nupt. eleganter respondet non posse superstitem maritum lucrari, nisi quantum vni ex liberis prioris matrimonij, cui minùs reliquit: quæ sentētia, & communis est, & vera: cùm statuta recipiāt interpretationem passiuam à iure cõmuni, in l. si serui. C. de noxalib. c. cùm dilectus. de consuet. c. ad audientiam. de cleri. non resident. quare statutum simpliciter deferēs lucrum dotis marito ex l. hac edictali. C. de secund. nupt. interpretationem recipiet, vt si supersint filij ex priore matrimonio, nõ plus lucretur, quàm vnus ex liberis. Nec obstat, si cum Ias. & aliis plerisque in auth. præthereà. C. vnd. vir, & vx. dicas inductionem non esse bonam: cùm d. l. hac edictali loquatur de pacto, de quo ad statutum affirmatiuè argumētum bonum est, vt diximus, non item negatiuè, Bar. in l. alia. §. eleganter, hoc titul. sic enim argueretur de minori ad maius negatiuè, non potest fieri per pactum, ergo nec per statutum. quę argumentatio est absurda, l. non est singulis. ff. de reg. iur. Igitur licèt d. l. hac edictali, pacto resistat, non sequitur, ergo statuta. nam respondeo Doct. nõ negare, quin hoc possit statutum, si de statuentium voluntate appareat: sed dicunt statutum simpliciter loquens interpretationem recipere, à d. l. hac edictali. cui in dubio non videtur derogari. Nam si expressè constet, statutum voluisse derogare, d. l. hac edictali, standum esset legi municipali, quæ à d. l. hac edictali, interpretationem non reciperet. Cùm in claris non sit opus coniecturis, l. cõtinuus. §. cùm ita, ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille §. j. ff. de leg. iij. verbi gratia, in statuto Florentino deferente lucrum dotis marito, etiam stantibus filiis prioris matrimonij. quod ideo cõditum fuit, vt viduæ nubere possent, quę habentes liberos ex primo matrimonio maritos non reperiebant, Castren. in d. l. hac edictali. Dec. pulchrè. cõsi. xix. col. ij. vol. j. Idem dicerem, si verba statuti tam ampla essent, vt citra manifestam calumniam, & cauillationem restringi non possent, veluti, si diceret maritum, præmoriente vxore, omni casu dotem lucrari, quale statutum est Mutinę: perquàm dirum enim esset restringere, vt saluum ius filiorum primi matrimonij censeretur ludo. Rom. consi. xliiij. ad fin. nam & qui totũ dicit, nihil excipit, l. Iulianus. ff. de leg. iij. l. à procuratore. mãda. C. c. solitæ. de maio. & obedien. Nec me fugit Ias. in d. authent. præthereà. C. vnd. vir, & vx. contrarium docuisse: sed eius rationibus respondet illic pater meus Decius.

Maritus inops dotem lucratur.

IIII. Quartus casus, quo, soluto matrimonio, dos mulieri non restituitur, est, vbi mo- 26
ritur vxor, relicto viro inope, qui propter suam inopiam dotem lucratur, Accurs. Cin. & alij. in l. licèt. C. de iur. dot. per illum tex. & auth. præthereà. C. vnd. vir, & vx. qui tex. nihil minùs probat, nõ d. l. licèt. quæ talem interpretationem non recipit: sed intelligitur vbi ratione pacti, aut adulterij commissi per mulierem apud maritum, dos remanere debet, non itē probat auth. præthereà. inquiunt Moderni. Cùm eo casu loquatur, quo matrimonium est sine dote, quare tractari non potest de lucro dotis: cùm non entis nullæ sint qualitates, l. eius. ff. de reb. cred. & dispositio super non ente fundari non possit, l. Sciæ. ff. de tuto. & curat. & quoniam Imp. eo loco dicit superstitem coniugem inopia laborantē lucrari quartam partem substantię, si tres sint, vel pauciores filij: & si plures, virilem portionem. Sed tu considera, si noua inductione probet communem hanc declarationem, d. auth. præthereà. vult enim, quòd vbi matrimonium est sine dote, maritus superstes laborans inopia lucretur quartam partem substantiæ: ergo à contrario, si sit cum dote maritus inops dotem lucrabitur. qua põderatione, posteà quàm hæc scripsissem, visum fuisse Pet. Bellapert. comperi, in d. l. licèt. Verùm nec hæc inductio mihi concludit: nam argumentum à contrario aliter est sumendum. coniunx pauper superstes quartam partem, aut virilem substantiæ cum filiis lucratur, vbi matrimonium est sine dote: ergo si cum dote, nihil lucratur. Nec obstat, si dicas subesse adhuc rationem: quia

laborat

laborat inopia,cui ſuccurrendum lex putauit. nam id fortiter nego: vbi cum dote
fuit matrimonium,non poteſt conſiderari inopia. Aut enim maritus præmoritur:
& tunc conſtat mulieri dotem reſtituendam,vt hîc: ex qua nubere poteſt mulier,
l.ij.ff.de iur.doti.& ſe ipſam alere. Aut mulier prædecedit. & ſi extent liberi com-
munes,hi in dote ſuccedunt,vſufructu patri reſeruato,l.j.de bo.mat.C.non extan-
tibus vero liberis,non poteſt maritus conueniri, niſi quatenus facultates eius pa-
tiuntur,deducto ne egeat,l.maritum.hoc tit.l.non tantùm.ff. de re iudic.§.item ſi
de dote.de actio.in Inſti.

27 *Solui dos.* In immobilibus conſiſtens ſtatim,in mobilibus verò intra annum,l.v- *Dotis ſolu-*
nic.§.exactio.C.de rei vxor.acti. Licèt olim inquit Accurſ.annua,bima,trima die. *tio quando*
quod idem Accurſ.in l.diuortio.§.interdum.hoc titulo interpretatur etiam in im- *fieri debeat*
mobilibus. quæ iure Digeſtorum non niſi annua, bima, trima die reſtituebantur.
qua in re à Bart.& cæteris omnibus reprehenditur.Fiebat quippe immobilium re-
ſtitutio ſtatim,etiam iure antiquo,l.cùm in fundo.§.ſi fundus. ff.de iur. dot. & d.l.
vnic.§.exactio.ibi.*quod commune fuerat vtriuſque actionis.* Sed qua ratione adduci po-
tuerunt Legiſlatores, vt omni tempore reſtituerint dotem in re immobili conſi-
ſtentem,ſtatim,in re verò mobili poſt certum tempus reſtituendam? Bar.in d.§.in-
terdum.reprobata Iaco.ab Are.Cin.& ſequaciũ ratione,dicit aliud nihil dici poſſe,
quàm quod principi ita placuit,quod(tametſi ſequantur omnes)mihi non placet.
Abſurdiſſimum namque puto dicere Iuriſconſultos, Imperatoréſque aliqua in re
ratione caruiſſe.

Ego itaque puto reſtitutionem rerum immobilium ilico propterea faciũdam,
quòd nulla ſubſit iuſta cauſſa concedẽdi dilationem: cùm enim à marito nec alie-
nari,nec quoquo modo obligari poſſint,l.lex Iulia. ff.de fund. dotal. ſemper apud
28 maritum,aut eius hærédes reperiuntur,neque aliter poſſit contingere.Res autem *Alienatio*
mobiles,ſe mouentes,& incorporales liberè poſſunt à marito alienari,vel obligari, *rerum do-*
l.diuortio.§.ſi fundum.hoc titul.l.ſi ex lapidicinis.ff.de iur.dot.authent.ſiue à me. *talium.*
C.ad Velleian.latiſſimè probaui aduerſus alios,in l.qui liberos.ff.de rit.nupt.meri-
tò concedenda fuit & congrua dilatio,vt vel eas recuperare,vel tantumdem colli-
gere,ſi res põdere,numero,mẽſuráue conſtaret iuxta l. res in dotem.ff.de rit.nup.
& ita mulieri ſatisfacere ipſe, vel hæres eius commodè poſſet: ne videretur ad im-
poſſibile obligari,deludíque authoritate legis,quæ ei alienandi facultatem permi-
ſerat. Hinc infero verũ eſſe quod antiqui dicebant, vt ſi maritus penes ſe mobilia
haberet,ea ſtatim reddere cogeretur,neq; dilatione legis vnius anni vteretur:cùm
tunc ſubſit eadẽ ratio,quę in immobilibus. Simile eſt quod dicimus quadrimeſtre
dari cõdemnatis ad ſoluẽdum,l.iij.C.de vſur.rei iudi. hæc enim omnes, & meritò,
interpretantur, niſi facilis ſit executio iudicati condemnato. quid enim ſi locu-
pletiſſimus mercator in decem aureis duntaxat damnatus dilationem illam legis
impetraret? & nõ puto eum audiendum,l. debitoribus. ad prin.ff.de re iudi.doct.in
d.l.vnic.§.exactio.C.de rei vx.actio.

29 Conſultus autem nuper fui ad prædicta, quid iuris, ſi inſtrumento dotali mari- *Maritus*
tus promiſerit ſe dotem reſtituere ſtatim, ſoluto matrimonio, die, vel anno mini- *an vtatur*
mè ſpectato? & dubium non eſt ex lege conuentionis ſtatim faciundam reſtitutio- *dilatione*
nem.nam quod ad diem reddendæ dotis mulieris melior cõditio fieri poteſt: licèt *legis.*
deterior non poſſit,l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.& quoniam videtur expreſſus tex.
in l.Attilicinus.ff.de pact.dotal.quo loco Proculus ait caueri poſſe, vt priore tem-
pore,quàm legibus conſtitutũ eſt,dos reddatur: habétque hęc ſententia ſummam
rationem:cùm vnuſquiſque poſſit dilationi in fauorem ſui introductæ renuntiare,
l.ſi iudex. ff.de mino. l. pe. C. de pact. ſicut & beneficio appellandi poteſt quis re-
nuntiare,l.fi.§.fi.C.de temp.appell. Beneficio purgationis moræ, l.ſancimus.§. ſed
ſiquidem.C.de fideiuſſ.Beneficio,l.ſi vnquam.C.de reuo.dona. Barto.in l.Titia.§.
Imperator.ff.de leg.ij.Mulier beneficio, S.C.Velleiani,l.fi.§.fi.ff.ad Velleia.l.fi.C.

quand.mul.tutel.offi.fung.po.§.quia verò. vt sine prohib. mat.deb.& cred.collat. vij.& iuri dicendi nullum,Ioan.de Ana.cōsil.l.vbi generalius dicit,quibuscunque iuribus,& defensionibus præsentibus,& futuris ad priuatam vtilitatem tendentibus quem posse renunciare,l.pacisci,& l.pactum,inter hæredem.ff.de pact. l. postquam,liti.C.illo tit.Alij verò contrà: cùm ista dilatio anni detur marito miseratio- 30

Miserationis beneficium.

nis gratia,vt omnes concludunt in d.§.exactio.& hîc. Atqui priuilegio miserationis caussa indulto non potest renuntiari, Accurs. Bald. & alii in l.vnic.C. quand. Imp.int.pup.& vid.quo argumento ita cōcludunt moderni Taurinenses,quorum tamen sententia apertè falsa est per prædicta:neque est verum, quod dicit beneficio indulto à lege miserationis gratia non posse renuntiari, vt post alios concludit Ias.in l.qui Romę.ff.de verb.oblig.quid enim prohibet,cùm illud in gratiam debitoris inductum sit? l.si cùm militi.ff.de compens.quoniam debitor renuntiare possit,l.pe.C.de pact.

Ab initio. Id est,in ipso constituendæ dotis tēpore,l.cùm dos.in prin.ff.de pact. dotal.Et,si dicas hoc repugnare subiectæ materiæ tex.nostri.qui de tempore soluti matrimonii loquitur,respondeo,quòd & ad id tempus refertur promissio, quæ fit ab initio. promittit quippe maritus restituere dotem in casum soluti matrimonii mulieri dotem constituenti, alii autem promittere non cogitur (inquit.Vlpianus hîc)si id sibi incomodo esse possit,vt quia creditor ille rixosus,contumeliosus, & acerbus exactor esset,l.si seruos.ff.de pigno.acti.l. si conuenerit.in fin.ff.pro socio.l. si bene.ff.de vsur.aut factiosus, & potens.l.j.in fi.& l.iij.ff. de alien.iud.mut. causs. fact.ad quæ nonnulla congerit hîc Ias. vel quia exigeret dotem insolidū : cùm mulier maritum non,nisi in quantum facere potest,conueniat,l.si prior.hoc tit. l. Ne semnius.ff.de re iud.deducto,ne egeat,l.in condemnatione.ff.de reg.iur. Nec obstat,quod tum casum, aduersamque suam fortunam maritus cōsiderare videatur, quod neque ciuile,neque naturale,lex dicit,l.inter stipulātem. §.sacram.ff. de ver. oblig.hoc enim obtinet, nisi præsens status præmonstret futuram calamitatem, l. habitatores.§.fi.ff.loca.l. qui bona fide.§.cùm inter.ff.de damn.infec.si itaque maritus verisimiliter dubitat, ne non soluendo efficiatur (vt quia fictiles diuitias possidebat,hoc est,res fragiles, incertas, & neutiquam duraturas, quales sunt figulorum, quæ cùm in vasis consistant, facilè comminuuntur) perpendi debet hoc incommodum,l.verùm.§.si locupleti.ff.de mino.

§. QVOD SI IN PATRIS.

1 *Dos profectitia & aduentitia.*
2 *Profectitium quandóque ad patrem non spectat.*
3 *Communio dotis cur inter patrem, & filiam inducta.*
4 *Conditio causam finalem, & formam designat.*
5 *Dos constituta emancipatæ an sit propria filiæ.*
6 *Patris consensus an necessarius filiæ ad dotem agenti.*
7 *Pater an vsumfructum habeat dotis aduentitiæ.*
8 *Actionis de dote exercitium est patris.*
9 *Communio dotis quanto tempore duret.*
10 *Actio quibus casibus sit propria filiæ.*
11 *Pater stipulando filio, quando sibi stipuletur.*
12 *Procurator quando proprio nomine facere censeatur.*
13 *Pactum cohærentia cōtractus, quandóque non vestitur.*
14 *Quod per me non possum, nec per procuratorem.*
15 *Patris factum quando filiis noceat.*
16 *Homagium patris an obliget filios.*

Quòd si in patris potestate est, & dos ab eo profecta sit, ipsius, & filiæ dos est. Denique pater non aliter, quàm ex voluntate filiæ petere dotem nec per se, nec per procuratorem potest. Sic ergo & promittendum Sabinus ait.

nus ait. Ei ergo promittendum erit, cui vterque iusserit. Cæterùm si pater solus iussit, dotis actio filiæ non erit adempta, quandoque sui iuris filia fuerit facta.

1 Quod si. Dotem Iurisconsulti ita partiti sunt, vt quædam esset profectitia, quædam aduentitia. Profectitia dos est, diffinitore Vlpiano, quæ à patre, vt parente profecta est de bonis, vel facto eius, l. profectitia. in prin. ff. de iur. dot. Quæ verò ab aliis personis proficiscitur, aut etiam ab ipso patre non suo nomine, aut non de bonis eius, aduentitia dicitur, vt hîc, d. l. profectitia. vers. pe. l. filiæ dotem. vbi Cor. Ias. & Dec. in prin. C. de collat. huius rei cognitionem cùm propter multa, tum maximè propter illud frugiferam esse Doctores scribunt, quòd actio de dote profectitia communis sit inter patrem & filiam. Ideóque factū filię patri nocere non possit, vt hic. Vnde non præiudicat patri filia agendo, hac l. §. item si voluntate. nec ediuerso pater filiæ, si non ex voluntate eius petat, vt hîc. item in dote profectitia non præiudicat patri filia quæ adulterium committit, l. sed si lege. ff. de bon. damnat. §. est quoque. de nupt. collat. iiij. Mulier adultera aduentitiam dotem perdat, quæ marito, etiam in dotantis præiudicium, applicatur l. cōsensu. §. si verò. C. de repud. l. si dotem. C. de iur. dot. c. plerumque. de donat. inter virum, & vx. qua de re nos plenè in principio huius legis diximus. Præterea mulier quæ iure hypothecæ, quod habet in bonis mariti, constante matrimonio, renuntiare potest, l. etiam. & l. iubemus. C. ad Velleian. renuntiando tamen non præiudicat patri, vt hîc scriptores tradunt, & nos paulò infrà dicemus. *Dos profectitia & aduentitia.*

Ergo vult hic tex. quod si pater filiam in potestate dotauerit, actio de dote statim ambobus patri, & filiæ quæratur. Vnde pater (tametsi dos ab eo profecta sit) non aliter tamen, quàm ex filiæ voluntate nec per se, nec per procuratorem petere poterit. nec maritus soluere, aut promittere, nisi cui vterque & pater, & filia iusserit. Vnde si pater ipse solus iussisset, eiusque iussum sequutus maritus vel soluisset, vel alteri promisisset, non ideo actio de dote filiæ effectæ sui iuris erit adempta: licèt interim, dum in potestate erit, silere cogatur.

2 Ratio dubitādi inde sumi potest, quòd certum sit profectitia iure communi ad patrem, propter patriam potestatem, pertinere, l. placet. ff. de acqui. hæred. etiam hodie, l. cùm oportet. C. de bon. quæ libe. Cæterùm specialiter fauore nuptiarum inductum est à lege, vt filiafamilias dotis sit capax, l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. Cuius dotem proprium esse patrimonium leges dixerunt, l. iij. §. sed vtrùm. ff. de mino. Quoniam autem vtriusque patris, & filiæ interest dotem saluam esse, patris in primis non tantùm propter patriam affectionem, l. pater filiæ. ff. de euict. quàm ob periculum ne, data potestate soli filiæ exigendi dotem, eam amittat filia, cogatúrque iterum pater eam dotare, Accurs. hîc: deinde filiæ, ne, à solo patre exacta, consumptáque dote remaneat filia indotata, l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. hoc tit. Et filiæ, & patri lex competenter consulere voluit, cōmunionem dotis, id est, actionis de dote inter eas personas inducens. Vnde Iulianus in caussa dotis participem, & quasi sociam obligationis patri filiam esse dixit, l. qui hominem. §. si gener. ff. de solutio. Quæ ratio sic explicata probabilior est ea, quàm hîc affert Castren. quare pater habeat communionem ne & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiat, l. iure succursum. ff. de iur. dot. etenim militat tantùm mortua filia in matrimoniò. Planè prædictis non obstat, si opponas, fieri non posse, vt duo sint domini eiusdem rei insolidum, l. si, vt certò. §. si duobus vehiculum. ff. cōmod. respondebo vnum esse: nec enim dico patrem, & filiam dominos dotis insolidum, sed esse dotem eis communem, l. non solùm. hoc tit. & in dote esse quodammodo socios. d. §. si gener. namque & illud dici potest non esse nouum eiusdem rei duos esse dominos, alterum naturali ratione, & iure communi: alterùm legis authorita- *Profectitia quādoque ad patrem nō spectāt.*

re,& iure speciali,l.in bello.§.si quis seruum.ff.de actio. emp. vel etiam propter solam spem,l.in suis.ff.de liber.& posth. Qua ratione tollitur quoque contrarium,l. doce ancillam.C.de rei vend.dum illic traditur maritum dominum esse dotis, & in §.j.quib.alie.licet in Insti.hoc enim verũ est legis interpretatione,§.j.quib.alien. licet Insti.propter exercitium,&administrationē,quàm lex marito concedit.nam naturali iure res dotales,constante etiam matrimonio, mulieris sunt,l.in rebus.C. de iur.dot.l.diuor.§.si fundũ.in fine. vbi Zasi.ff.solu.matr.quod & ante nos Martinus antiquus doctor verissimè præsensit: licèt nostrates aliter doceant, vt scripsi in §.nihil commune.

Dotis cõmunio inter patrem & filiam.

In patris potestate. Ergo secùs,si pro filia emancipata pater dotem dederit, l.cùm prætor.in prin.ff.de iudic.Quo casu actio de dote non cõmunis, sed propria ipsius filiæ erit,l. pater filiæ.ff.de euicti. nam filiæ in potestate per sequentem emancipationem actio, quæ antè erat communis patri,& filiæ, vt hîc, in solam filiam consolidatur,l.vnic.§.videamus.C.de rei vxo.actio.multò magis igitur ab initio:cùm difficilius aliquid ex postfacto tollatur,quàm ab initio inducatur,l.patre furioso.ff.de iis,qui sunt sui. Et quoniam si ius communionis iam patri quæsitum per emancipationem sequentem tollitur, multò magis impeditur quærendum: cùm facilius impediatur quærẽdum,quàm quæsitum tollatur,l.fi.C.de acq.poss.quæ ratio tam vrgens est, vt non posset(in quit Salic.)totus mundus satisfacere. Cõfirmat Ias. per hunc tex.qui conditionaliter loquitur *Si in patris potestate*. 3

Conditio caussam finalem signat.

Conditio autem posita in lege caussam finalem designat, Bartol.in l.ij.§.si.ff.de donat.simúlque ostendit positum esse in conditione de forma substantiali, l. prætor.in prin.ff.de colla.bono.Bal.in authent.matri,& auiæ.C.quan.mulier tutel.offi. fung.pos.Confirma prætereà, quia Iurisconsultus hic docens patris,& filiæ dotem esse,duo requirit,quòd filia sit in patris potestate,&dos sit à patre profecta. Ad veritatem autem copulatiuę vtriusque copulati concursus desideratur, l. si hæredi plures.ff.de condit.instit.l.si is,qui ducẽta.§.vtrùm.ff.de reb.dub.Cęterùm obstat, 4

Dos emancipatæ filiæ

quia si actio de dote à patre profecta propria esset filiæ emancipatæ,atque ita pater in ea nullum ius haberet, mortua filia in matrimonio, ad patrem non rediret, Accurs.in l.vnic.§.extraneum. C. de rei vxo. acti. & tamen hoc etiam casu ad patrem reuerti probat,l.si ab hostibus.in prin.hoc tit.quo tex.adducti Castellio,& vterque Raph.in hanc sententiam concedunt.pro quibus vidẽtur expressiores tex. in l.pater filię.ibi *Cum vno tantùm casu dos ad eum regredi possit*,ff.de euict.quem casum Accurs.& alii intelligunt,cùm pater stipulatus fuit sibi reddi, l. vnic. §. videamus. C.de rei vxo.acti.quæ dissolutio & diuinatoria est,& omnino impertinẽs ad illum tex.vt Fulg.illic ostendit,& egregiè probat. item l.profectitia.§. si pater pro filia.ff. de iur.dot. in quo tex. dicitur dotem, quam pater dat pro filia emancipata profectitiam esse:quæ decisio sine fructu esset,si, filia in nuptiis decedẽte,dos ad patrem non rediret. 5

Putauerim igitur tenendam communem sententiam cum temperamento, vt dos constituta à patre filiæ emancipatæ propria sit filiæ:nec in ea ius aliquod pater habeat præterquàm illo casu, cùm filia in matrimonio moritur, d.l.pater filiæ.§. si pater pro filia.& est expressum in l.si filia.ff.de diuor.idque summa ratione, quam Pompo.exprimit,in l.iure succursum.ff.de iur.dot.in solatium, videlicet patris,ne & filiæ amissæ,& pecuniæ damnum sentiat: & quoniam alioqui posset parentum munificentia in filios retardari.l.ij.C.de bo.quæ liber.

Patris consensus an filia agẽtis necessarius

Profecta sit. Ergo si dos à patre profecta non sit, sed aliunde aduentitia obuenerit, solius filiæ erit actio, vt hîc. & authent.quod locum. C. de collat. Vnde maternus auus, si dotem nepti reddi stipuletur, actionem nepti vtilem acquirit, l. Caius.hoc tit.Sed est inter Doctores non parua dissentio,an filiæ agenti patris cõsensus necessarius sit. quod Accurs. hic existimat,l.fi.§.j.C.de bon. quæ lib. Receptior tamen est contraria sententia, vt in dote aduẽtitia possit sola filia sine patris 6

consensu

consensu experiti, l.Caius. hoc tit. authent. quod locum.C.de collat.& quoniam
dotis aduentitiæ pater vsumfructū non habet,l.fi.vers.si tamen. C. com. vtriusque
iud. Iura nanquam Codicis, ante quæ filius patri pleno iure quærebat aduentitia,
l.placet.ff.de acquir. hæred. reseruantia solùm vsumfructū patri in gratiam filiorū
dubio procul condita fuerūt,§.j.per quas pers.nob.acquir.in Insti.non itaque sunt
in odium retorquenda,l.quod fauore. C. de legib. Reflecterentur autem in maxi-
7 mum odium,si patri vsusfructus concederetur in dote aduētitia,cuius, iure etiam
veteri,filia adeò capax erat, vt nulla in parte patri, filiæ autem in totum quærere-
tur,d.l.Caius.& l.Pomponius Philadelphus.ff.fami.ercisc.l.fi.ff.de colla.dot. cùm
igitur dotis aduentitiæ pater legitimus administrator non sit, consensus eius non
desideratur,c.fi.de Iudic.in vj.Accur.in l.iij.§.penul.ff.commo. Sed ab hac senten
tia communi Roma.Alex.& alii multi recesserunt.Cùm generaliter constitutum
sit filiumfa.in aduentitiis non posse esse in iudicio sine patris consensu,d.l.fi.§.j. &
§.vbi autem.C.de bo.quæ liber. nec dos aduētitia nominatim excepta reperiatur.
Et quoniam aduentitiæ etiam dotis vsusfructus ad patrem pertinet,l.quęcunque.
C.de bo.quæ liber.atqui ita pater legitimus administrator est,l.j.C.de bo.mat.filia
igitur non agit sine patre. Quibus argumētis hîc Ias.verbosè tentat satisfacere,qui
ad hæc videndus est. Mihi videtur dissolutionem huius quæstionis ab ea pendere,
an vsusfructus dotis aduentitiæ ad patrem pertineat, quod ego cum Romano ve-
rius arbitror:cùm aduentitiorum(vt diximus) vsusfructus ad patrem spectet, l.j.C.
de bon. mater. nulláque lege excepta dos aduentitia reperiatur: quinimò lex eo-
rum,quę per nuptiales caussas filiis quæruntur, vsumfructū patri concedit, l. cùm
oportet.C.de bo.quæ liber.specialiùs,l.quæcunque.illo tit.eius, quod filii ex dote
acquirunt, vsumfructum patri assignat. Prætereà lex vsumfructū aduentitiorum
patri reseruans,solum peculium Castrense,vel quasi excipit,d.l.cùm oportet.§.ex-
ceptis.quæ exceptio in aliis omnibus casibus non exceptis regulam firmat, c.con-
sultationibus.de offi.deleg.c.qui ad agendum de procu.in vj. Denique (vt veritas
appareat) consideranda sunt in dote duo tempora constantis, videlicet, & soluti
matrimonii. Circa primum tempus non potest quæstio nostra venire in contro-
uersiam: cùm enim dotem oneribus matrimonii seruire oporteat, l. pro oneribus.
C.de iur.dot. atque ideo maritus dotis dominus sit, l.doce ancillam.C.de rei vēd.
§.j.quib.alie.lic.iuréque suo colligat fructus, collectósque lucretur, l. si pater mu-
lieris.in fi.ff. de iur.dot. nō potest dici(fateor)eo tempore pater in aduentitia dote
vsumfructū habere:cùm is ad maritum pertineat. Circa verò alterum tēpus, quo
de agimus,soluti,videlicet matrimonii, quo dos oneribus matrimonii non deser-
uit, & tunc nulla ratio videtur, cur pater iure vsusfructus excludi debeat Bal. pul-
chrè consi.vij.vol.iij.cùm & eo tempore dos illa,quæ aduentitiè obuenit, nec qui-
dem nomen dotis retineat,l.j.§.constante.ff.pro dot.l.iij.ff.de iur.dot. nisi abusiuè
per relationem ad tempus constantis matrimonii(vt alibi dixi)sed tanquam aliud
aduentitium filiæ patrimonium censeatur.quare vsusfructus patris est,atque ideo
consensus eius filiæ agenti necessarius.

Pater an habeat vsumfructū aduentitia dotis.

Nec obstat, quod lege Pandectarum pleno iure dos aduentitia ad filiam pertineret:quare per nouam legem Codicis fauorabilem filiis,& parentibus non debet censeri reseruatus vsusfructus patri in præiudicium filiorum: nam quod in eorum fauorem constitutum est,non debet in odium eorum retorqueri: hoc enim argumentum in dubio bonum esset. at in casu nostro clarum est lege noua dotis aduentitiæ vsumfructū patri conseruatum. Nec obstat huic sententiæ, l. Caius. quæ actionem vtilem hoc casu acquiri filiæ dicit.hoc enim nihil infert.quęri enim filiæ fateor,sed ita, vt secundum leges experiatur,id est,accedēte patris voluntate: quæ exercitationi necessaria est, vt hîc Alex.respondet. Qui prætereà multis modis tollit,d.authent.quod locum,ad quam tamen patet planissimum respōsum. Expensa siquidem illius constitutionis litera,sententiam nostram euidenter probat.vult

enim ita demum exactionem aduentitiæ dotis filiæ competere, si pater ei consentiat agenti, quod & exprimit §. illud. de æqual. dot. collat. vij. ex quo d. auth. quod locum, desumpta est. Sine autem patris consensu negat vtraque lex filiam exigere posse dotem etiam aduentitiam: præterquàm cùm pater inexorabilis nulla ratione adduci potuit, vt agenti filiæ consentiret. tunc enim, ne dos propter inopiam mariti pereat, cõstituit lex duobus casibus filiam agere posse, quos explicat Alciat. lib. iij. Parerg. c. viij. transcriberem autem eius dicta, si non cuique in manu essent.

Exercitiũ actionis de dote. *Ipsius, & filiæ dos est.* Respectu substantiæ actionis. nam exercitium solius patris 8 est, l. filiusfamiliâs. §. sed & filiafamil. ff. de procur. de cõsensu tamẽ filiæ vel expresso, vel tacito, §. voluntatem. huius l. Et postea quàm pater dotem exegit filia nullum ius habet in dote, l. fi. §. si à socero. ff. quæ in fraud. cred. l. fi. vers. sin autem nihil C. com. vtriusque iud. Desiit nanque dos exacta dos esse. & dotis habere priuilegia l. j. §. constante. ff. pro dot. non tamen liberè reuertitur ad patrem, sed cum onere conuertendi in secundum matrim onium, si contingat filiam secundò nubere, l. si socius pro filia. ff. pro soc. authent. sed quamuis. C. de rei vxo. act. quandiu enim pater viuit, non est solutus officio dotandi filiam, d. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. ad quod lex quodammodo eum obligat, l. non solùm. §. lege. ff. de acti. & oblig. Planè filiæ non est exercitium, nisi pater expressim cõsentiat, l. si cùm dotem. §. j. hoc tit. aut si turpis persona. §. eo autem tempore. eiusdem l. vel maritus ad inopiam vergat, & dos sit magna, nec pater agere curet, §. illud. de æqual. dot. colla. vij. authen. quod locum. C. de collat.

Cõmunio dotis quãto tempore duret. Durat autem communio in actione de dote, quandiu vterque, & pater & filia 9 viuit, & filia in potestate patris permanet. nam morte patris, aut filiæ emancipatione dissoluitur hæc communio, & cõsolidatur tota dos in personam filiæ, d. §. eo autem tempore, l. si socer. in prin. hoc tit. & l. vnic. §. videamus. C. de rei vxo. actio. per contrarium si filia existens præsertim adhuc in patris sacris (vt interim communi sententiæ seruiamus) moratur, consolidatur in solum patrem, l. pater filiæ. ff. de euict. ad quem æquum est dotem à se profectam omnino redire, l. dos à patre. C. solut. matr. ne & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiat, l. iure succursum. ff. de iur dot. & ne parentum munificentia in liberos retardetur, l. ij. C. de bon. quæ liber. adeò, vt, etiam extantibus filiis, iure sit cõstitutum dotem à patre profectam ad patrem redire, l. si pater dotem. ff. de pact. dotal. cum similib. pulchrè Barto. in l. post dotem. v. q. hoc tit. tametsi vsu seruetur Martini sentẽtia dicẽtis profectitiam dotem ad patrem non reuerti, si ex filia mortua supersint liberi, Accur. & alii in d. l. dos à patre.

Dixerit quispiam mirum videri quòd in tex. nostro traditum est, vt si filia sit in patris potestate, à quo sit profecta dos, ea sit cõmunis patri. nam si extraneus simpliciter dotaret, solius mulieris dos esset, l. vnic. §. accedit. C. de rei vxo. acti. multò magis in patre dotante hoc recipiendum est. præsumptio enim (vt & alibi Scæuola ait) propter naturalem affectionem facit, vt omnia omnino concessa videantur, l. Aurelius. §. Titius. testamento. ff. de liber. leg. Solutio (inquit Albert.) aliud in extraneo, qui sua sponte, & voluntariè dotem constituit, in quo ideo facta præsumitur donatio, l. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisd. cogan. non etiam in patre: cùm hoc faciat ex necessitate officii, d. l. qui liberos. ff. de rit. nup. l. fi. C. de dot. promis. In necessitatibus autem nemo liberalis existit, l. rem legatam. ff. de adimen. legat. quæ ratio vt cumque in aliis tractatibus bona sit, huc tamen, mea sententia, accõmodari nequit: cùm ad inducẽdam communionem lex nullam consideret necessitatem, sed vtriusque duntaxat periculum, cui lex consulere voluit, vt suo loco extitit declaratum: ex quo loco patebit tibi vera dissolutio huius argumenti.

Actio quãdo propria filiæ. Quod autem hîc dicitur patris, & filiæ dotem profectitiam esse, perpetuum nõ est. sunt enim certi casus, quibus tota actio ipsius filiæ est, vt si illi soli dotem reddi 10 pater sit stipulatus, l. pater filiam. ff. ad l. Falci. l. j. §. fi. & l. fi. ff. de colla. dot. l. iij. §. sed

vtrùm

vtrùm.ff.de mino. Nec obstat quòd pater stipulando filio in potestate videatur si-
bi stipulari,l. dominus.& l.eum,qui.§.qui sibi.ff.de verb.oblig.nam(vt ego ibidem
dixi)hoc non obtinet in iis,quæ filio quæri possunt,vt in dote,cuius cùm filiafami-
liàs capax sit,l.Pomponius Philadelphus.ff.famil. ercisc. pater stipulando filiæ do-
11 tem non sibi,sed filiæ acquirit,l.vxorem.§.testamento.ff.de leg.iij.Accurs.& alii in *Pater stipulãs filio.*
l.iij.C.de inoffi.donat.pulchrè Bart.in l.post dotem.col.iiij.hoc titul. Idem censet
hîc Alex. si pater simpliciter dotem reddi sit stipulatus non demõstrata persona,
cui fieret restitutio:intelligitur namque soli filiæ stipulatus, d.l.post dotem. secun-
dum intellectũ Din. Ex quo, nisi hæc declaratio Alex. interpretationem recipiat,
falsa proculdubio reddetur. loquitur itaque Dinus, quando pater priùs promise-
rat,filiæ eius nomine duntaxat stipulari.quo casu(licèt posteà pater simpliciter sti-
puletur)censebitur filiæ stipulatus propter præcedens mandatum, l.idémque.§.si
procurator.ff.mand. nam procurator, licèt actum simpliciter faciat, cẽseatur pro-
prio nomine facere,l.& magis.ff.de solut.l.Papinianus.ff.mand.&quoniam perso-
na nõ extrinsecus subintelligitur, l. si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de ver.oblig.
12 Duobus tamen casibus censetur procuratorio, hoc est, nomine domini facere. *Procurator quãdo proprio nomine.*
Primus, si contrahat expresso nomine officii tanquam, videlicet, procurator,l.fi.
ff.de instito.l.cùm post.§.j.ff.de administ.tutel.Alter (& hic ad rem nostram perti-
net)si præcedat mandatum ad illum actum,l.qui in aliẽna.§.si is,qui putabat.ff.de
acquir.hæred.l.qui seruum.ff.de interrog.acti.Bart.in l.post mortem.ff. quand. ex
fact.tut.Vnde si mandem alicui,vt mihi certam domum emat, deinde simpliciter
emerit,videtur procuratorio nomine emisse.ideo tenebitur mihi tradere rem,aut
cedere actionem contra venditorem,Bar.in l.Titium,aut Mæuium.col.ij.ff.de ad-
minist.tutel.qua de re plenè per Doct.in l.post dotem.& d.l.qui in aliena.Deinde
si in vnũ casum sibi dari pater stipulatus est,videtur in casibus omissis pactus fuisse
vt soli filiæ quæreretur,l.si cum dotem. in prin.& l.filiæ.hoc tit.

Est præterea casus,quo tota actio ipsius patris est, vt cùm stipulatur sibi soli red-
di,l.quoties.hoc titu. potest enim pater initio dando dotem etiam citra personam
mulieris legem,quam vult dicere,l.cùm dos.in prin.ff.de pact.dotal.Intellige sanè
modò pater incontinenti stipuletur. post nuptias enim, aut interposito tempore,
non potest:nisi,consentiente filia,stipulari,d.l.quoties. & l. post nuptias.ff. de iur.
dot.Rursus declara verum esse patrem stipulari posse, & stipulando actionem sibi
quærere posse,nõ etiam paciscendo,l.auia.C.de iur.dot.Et hic est vnus casus, quo
pactum incontinenti appositum iuxta contractum non prodest ad agẽdum con-
tra regulas communes, l. Iuris gentium. §. quinimò. ff. de pact. l. pacta conuen-
ta.ff.de contrahen.emp.l.lecta.vers.dicebam.ff. de reb. cred. Rationem huius rei
puto esse, quia pactum istud odiosum est lædens quodammodo publicam vtilita-
tem:ex quo aufertur per illud ius communionis in dote filiæ cõpetiturum, vt hîc:
& intersit puellarum dotes saluas esse propter quas nubere possint, l. j. ff. de iur.
13 dot. Pacta autem,quæ odium continent, cohærentiâ contractus non vestiuntur, *Pactũ vestitur cohærentia contractus.*
(sic enim placet cum interpretibus loqui)vt quæ sunt contra ius religionis, l.quòd
si locus.ff.de relig.& sumptib.funer.aut super vsuris adiecta,l.iij.C.de vsur.vel pœ-
nam inducentia,l.seruus ea lege.ff.de ser.export.

Sed nunquid,sicut pater ab initio stipulari sibi potest,d.l.quoties,ita possit face-
re,quod maritus alteri promittat? Lãcel. Dec.dicit quòd non. Nec obstat d.l.quo-
ties,quæ loquitur in patre sibi stipulante,in quo est diuersa ratio:cùm ita non pręiudicetur adeò filiæ, ex quo pactò dotem exactam filiæ conseruare tenetur,auth.
sed quamuis.C.de rei vxo.actio.Vbi verò pater stipularetur extraneo, præmortuo
marito,posset mulier remanere indotata:ergo non debet valere conuentio,l.iij.C.
de pact.conuen.Ego contrà: quia potest pater initio dotis legem, quam vult dice-
re,l.cùm dos.§.j.ff.de pact.dota. Et quoniam non minùs iuris pater habet ab initio
constituendæ dotis tempore, quàm habeat ex post facto de filiæ consensu, vt hîc.

d.i.

l.cùm dos.& d.l.quoties.atqui de consensu filiæ,etiam constante matrimonio,potest stipulari alteri reddi,vt hoc tex.& l.post nuptias.ff.de iur.dot.ergo & ab initio. quo casu tamen semper tenebitur redotare,l. si socius pro filia. ff. pro soc. d. authent.sed quamuis.Bald.in l.fi.C.commu.vtriusq.iud. Et ita cessat ratio Lanceloti.

Quod per me nõ possum, nec per alium.

Nec per procuratorem. Hoc indubitatum videtur.Si enim pater per se agere non potest: ergo nec per procuratorem, l.j.& l.minor.§.fi.ff. de procur. quod enim per me non possum,nec per alium,l.neque per se.C.de hæred.insti.&actionem,quam non habeo,non possum exercere per procuratorem:cùm dispositio non fundetur super non ente,l.Seiæ.ff. de tuto. & curat. Quorsum igitur addita sunt hæc verba ab Vlpiano, *Nec per procuratorem?* Sunt, qui dicant non esse nouum, vt secundum dictum minùs dubitationis primo cõtineat, l.certi condictio. §. si nũmos. ff.si cert. petat.Alex.in l.postquàm liti.col.fi.C.de pact. Cuiusmodi solutiones, quæ velatæ Iurisconsultum ineptiæ,& superfluitatis arguunt, nunquam probaui. Ego itaque dicerem tex.velle patrem,qui dotem filiæ in potestate dedit,nec per se,hoc est,nomine proprio, nec per procuratorem communi nomine & suo videlicet, & filiæ constitutum experiri de dote sine voluntate filiæ posse: licèt enim dos,soluto matrimonio,pleno iure(vt diximus)ad patrem redeat,l.fi.§.si à socero.ff.quæ in fraud. cred.l.fi.C. communia vtriusque iud.cum onere tamen custodiæ, d.l.si socius pro filia.ff. pro soc. & d.authent. sed quamuis.C. de rei vxo.actio. Non ideo voluit lex concedere patri,vt procuratorem communi nomine posset constituere citra filiæ voluntatem,ne quod vna via prohibitũ ei est,alia promitteretur,l.cùm ij.§. si cùm lis.ff.de transact.c.j.de cler.coniug.lib.vj.c. cùm quid, de regu.iur.eod.lib.In quam rem citaui quandoque tex.expressum in simili, in l.scite oportet.§.j.ff. de tuto.& curat. quo loco docet Modestinus patrem, qui, vt pater administrare prohibetur, non posse creari curatorem,vt non alia via,quod prohibitum est,fiat. 14

Patris factũ quando filiis noceat.

Quandocunque sui iuris. Ergo interim,dum est in potestate,nocet filiæ factum patris,quod Bar.admittit.Ex cuius verbis Cuma. infert potentius ius habere patrem in communione, quàm habeat filia: cum illius factum sit validius, vt præiudicet, durante communione.potest namque obesse filiæ, dum est in potestate delegando, vt hic : quod etiam filia patriæ potestatis tempore non potest in præiudicium patris.Differẽtiæ ratio est,quia licèt dos sit communis patri,& filiæ,exercitium tamen(vt antè diximus)est solius patris,non etiam filiæ.Ias.improbat.hoc enim non efficit factum patris, sed patria potestas, quæ impedit filiam sine patris voluntate experiri.Sed obstat,quia dos,quæ sine matrimonio esse nõ potest,l.iij.ff.de iur.dot. pendet à matrimonio. c.de prudentia. de donat.int.vir.& vxo. In dependentibus autem à matrimonio non curatur patria potestas,c.fin.de iudic.in vj.Ergo sicut filia in potestate secundò nubere volens posset agere contra patrem,l.obligamur.§. lege.ff.de actio.& oblig.auth.sed quãuis.C.de rei vxo.act. & non etiã debet impedire patria potestas, quin agere possit ad dotem contra hæredes mariti. Ripar. dupliciter soluit:primò,vt hic tex.iure canonico non procedat, d.c.fi. Cæterùm quia hæc solutio inducit legum correctionem: cùm tamen eniti omnino debeamus, vt leges legibus concordẽtur,l.vnic.C.de inoffi.dotib.c. cùm expediat.de elect. in vj. Dicit secundò,quòd licèt possit filiafamiliàs agere contra patrem, non tamen contra hæredes mariti:nisi in subsidium.Quæ solutio non tollit difficultatem.Tu subtiliùs considera filiam ad dotis constitutionem non posse contra patrem experiri iure actionis,sed officio iudicis implorato, etiam Iure ciuili, nõ prohibetur l. qui liberos.vbi dixi.ff.de rit.nupt. Vnde filia, quæ secundò nubere desiderat rectè cõtra patrem,vt se dotet,implorabit iudicis officium, vt ita pater cogatur ab hæredibus mariti dotem exigere,vel nouam filiæ constituere: quam facultatem,lex pontificia generaliter constituens in dependentibus à matrimonio, & aliis negotiis spiritualibus potestatem patriam non attendi,noluit auferre patri: cùm hoc non fuerit necessarium:& lex non adhibeat, nisi in casibus necessariis,sua remedia, l.j. 15

§.ex hoc

.ex hoc rescripto.ff.de vent.insp.l.hęc stipulatio.§.diuus.ff.vt legat.no.caut.quo casu itaque necessarium esset, quia pater exactam sine filia dotem consumpsisset, neque factus inops redotare filiam posset,lex concedit, vt mulier experiatur contra maritum, aut eius hæredes,l. fi. ff. de eo, per quem fact.erit.l. Imperator.ff.ad Trebell. Accurs.& alii hic.

Hinc itaque constat factum patris filiis non nocere. Ex quo modò inferunt delictum patris non nocere filiis.qua de re plura non prætereunda posui, in l.filiam. *Homagiū patris an liget filios.*
16 ff.de senat.Secundò inferunt homagium patris filios non obligare, l.transactione. vbi Bald.Salic.& alii in specie.C.de transact. Vnde,si aliquis se esse vassallum alicuius profiteatur, aut (vt cum vulgò dicam) recognoscat se in vassallū,aut subditum, alicuius non præiudicat filiis,qui similem professionem,seu recognitionem nō fecerunt. Quod adeo verum est, vt eo casu ne iusiurandum quidem patris filiis obsit,l.iij.§.pe.ff.de iureiu. Vnde Speculat. dat cautelam, vt dominus faciat obligari bona eius,qui professionem facit:nec enim filii ea consequi poterunt, nisi cum illo onere subiectionis.Quam cautelam nec necessariam existimo:ex quo enim filii adeunt patris hæreditatem, sese actis defuncti obligant.quibus nullo modo cōtrauenire possunt,l.cùm à matre. C. de rei vēdic.plura de hac quæstione videre licet per Iacob. à S.Georg.in tract.de hommagio.col.ij.

L. DIVORTIO.

1 *Fructus qui propriè,& cur sic dicti.*
2 *Fructuum triplex in iure significatio.*
3 *Fructus significatio lata.*
4 *Fructus Naturales,& Industriales.*
5 *Ciuiles fructus.*
6 *Industriales fructus.*
7 *Fructus pendētes,percepti,& percipiendi.*
8 *Clerici hæredes quos fructus consequantur.*
9 *Percipiendi fructus qui dicantur.*
10 *Petitoris,an possessoris habenda sit ratio.*
11 *Fructus dicuntur, deductis impensis, & quando.*
12 *Maritus vt fructus dotis lucretur, quot necessaria.*
13 *Annus quotuplex.*
14 *Annus Lunaris, Solstitialis,& Vertens.*
15 *Vidua quando alenda ab hæredibus.*
16 *Hæredes quomodo se onere alēdi viduam exonerent.*
17 *Vidua an teneatur habitare cum hæredibus.*
18 *Actionem habens quādo rem habere censeatur.*
19 *Mulier an cogatur stare colono mariti.*
20 *Successor quando teneatur stare locationi prædecessoris.*
21 *Partiarij coloni,impropriè coloni.*
22 *Mulier soluto mat.an agat contra colonum sine cessione.*

PAPINIANVS LIB. XI. QVÆSTIONVM

Diuortio facto fructus diuidi ait,non ex die locationis, sed habita ratione præcedentis temporis,quo mulier in matrimonio fuit.Neque enim si vindemiæ tempore fundus in dotem datus sit, eumque vir ex Kalend. Nouemb. primis fruendum locauerit: mensis Ianuarii suprema die facto diuortio,retinere virum & vindemiæ fructus, & eius anni,quo diuortiū factum est, quartam partem mercedis æquum est. Alioquin si, collectis vindemiis,altera die diuortium intercedat,fructus integros retinebit.Itaque si in fine mensis Ianuarii diuortium fiat, & quatuor mensibus matrimonium steterit, vindemiæ fructus, & quarta portio mercedis instantis anni confundi debebunt,vt ex pecunia tertia portio viro relinquatur.

Fructus cur sic dicti.

Voniam de fructibus dotis inter maritum, & vxorem diuidundis disputatio omnis futura est, de fructuum proprietate, diuisione, ac natura pauca quædam præfari oportet. Fructus itaque, quos alii à fruendo quòd iis fruamur, alii à ferendo, quòd ab arbore, fundo, aut alia re ferantur, deduci volunt. Illæ res propriæ dicuntur, quæ ex aliis nascuntur, renasci solitis, l. vsura pecuniæ. ff. de verb. signi. & hac l. §. si vir in fundo. neque enim (vt aliquid in fructu habeatur) satis est aliquid nasci ex re ipsa, nisi & illud iterari possit, ac renasci, d. §. si vir. Bart. in l. fi. hoc tit. Vnde licèt quæcunque rei commoditas larga significatione dici possit fructus, l. fi. ff. de vsur. vt mox latius dicam, si tamen commodum illud iterari possit, cursúque temporis reuolui nequeat, sed semel tātùm capi fructuū loco nō habebitur, d. §. si vir. & declarat perpulchrè Bar. de salario, quod ex protocollis notarii percipiūt, l. quædam. §. nihil. in fi. ff. de eden. & in d. §. si vir. vbi dicam. 1

Fructus triplices. Fructus propriè.

Habent porrò fructus triplicem in iure significationē strictam, propriam & largam, seu impropriam. Strictè fructus verbo ea continentur duntaxat, quæ ex arboribus enascuntur, l. vnic. in fi. ff. de gland. legen. vt mala, cerasa, nuces, ficus, glandes, persica, & alia id genus: quæ omnia vno pomi verbo demonstrantur, l. vt pomum. in prin. vbi dixi. ff. de seru. l. qui fundum. ff. de verb. sig. & hæc significatio sequenda non est: nisi quantùm subiectæ materiæ conuenit: est enim stricta nimis, & sub authoritate stricti iuris scientiæ perniciosè (dicebat Celsus adolescens) frequenter erratur, l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. 2

Quicquid autem ex re ipsa, quæcunque sit, putà ex fundo nascitur, indeque percipi potest, modò renasciturum sit secundum propriam significationem fructus nuncupatur, l. item si in fundi. in prin. ff. de vsur. Vnde lapidicinæ, aurifodinæ, argētifodinæ, cretæfodinæ, vel alterius materię si tales sint, vt lapis ibi crescat, & renascatur in fundi fructu esse dicuntur, d. §. si vir in fundo. & l. si fundus. in prin. hoc tit. l. fi. §. j. ff. de fund. dotal. & l. in lege. ff. de contra. emp. Sic & arbores cæduæ, hoc est, quæ cædi solent & succisæ ex stirpibus, aut radicibus repullulāt, rursúsque enascuntur, l. sylua. ff. de ver. sig. quæ in fundi fructu sine cōtrouersia sunt, l. qui fundū. §. cùm fundū. ff. de cōtrah. emp. prouidéque eas fructuarius cędit, d. l. item si fundi. §. fi. l. ex sylua. & l. agri. ff. de vsuf. licèt arbores fructiferæ, quæ non in eum vsum habentur, vt cædātur, atque ideo proprietatem concernūt in fructū non cedant, hac l. §. si fundum. vers. puro. Idcircóque fructuarius eas excidere prohibetur, l. æquissimum, §. fructuarius. ff. de vsufr.

Arbores cæduæ.

Fructus lata significatio.

Vsurpantur denique fructus in lata, & in propria significatione, pro quacūque rei commoditate, l. fi. ff. de vsur. l. fructus. ff. de reg. iur. ad quem sensum passim legimus mercedes, & operas seruorum, vecturas nauium, & iumentorum, pensiones vrbanorum prædiorū fructus dici, fructuúmque loco haberi, l. mercedes. ff. de petit. hæred. l. si nauis. ff. de rei vend. l. prædiorum. ff. de vsur. l. si vrbana. ff. de condict. indeb. Sed & vsuræ ipsæ vicem fructuū obtinēt à fructibúsque separandę non sunt, l. vsuræ. ff. de vsur. licèt secundum propriam significationem (quia non ex re ipsa, hoc est, ex corpore, sed ex alia caussa percipiuntur) in fructu dici nequeant, l. apud Iulianum. §. j. ff. de leg. j. l. vsura pecuniæ. ff. de ver. sig. Id quoque quod interest largo fructuum nomine continetur, l. loci. §. j. ff. si seruir. vend. Scyphus quoque, & vestimenta in fructu hoc sensu numerantur, l. videamus. §. j. ff. de vsur. Multæ præterea condemnationes, & cōfiscationes, in fructu esse dicūtur Bar. in l. fi. ff. solut. mat. Idcirco inferens, quòd si vxor cum territorio marito in dotem dederit (cùm dotis fructus mariti sint, l. doce ancillam. C. de rei vend.) emolumenta iurisdictionis, vt mulctæ, & confiscationes bonorum ad maritum pertinebunt pleno iure, quod expressè probare videtur, l. vsufructu legato. §. j. ff. de vsufr. leg. 3

Exposita multiplici fructuum significatione, sciendum est plerasque de fructibus diuisiones, ab interpretibus referri. quarum præcipua est, quam Accurs. Bar. & alii

alii tradiderunt in l.& ex diuerso.ff.de rei vend.glos.Panor.& Canonistæ in c. gra-
4 uis.de resti.spol.vt fructuum alii sint naturales, ad quorum productionem natura *Naturales & industriales fructus*
sola, aut ea magis, quâm factum hominis operatur, vt mala persica, nux, cærasum,
& alia id genus, l.fructus percipiendo.ff.de vsur. Industriales alij, qui hominis in-
dustriâ, & operâ magis, quàm naturæ facto proueniunt, vt frumentum, vinum, d.
l.fructus.& oleum. nam obtinuit tandem sententia, vt oleum inter fructus indu-
striales cönumeraretur, l.si eius.ff.de rei vend.Bart.in l.fi.ff. ad legem falcid. Idém-
que de lana, l.sequitur.§.lana.ff.de vsucap. Accur.in §.si quis a nō domino.j.de rer.
diuis.Insti.Bar.in d.l.& ex diuerso: quod tametsi à plerisque controuersum sit, nul-
lam tamen dubitationem habere videtur: cùm bonæfidei emptor, & possessor eos
lucretur, d.§. lana.& l.bonæfidei.§.fi.ff.de acquir.rer. do.l. in pecudum.ff. de vsur.
qui tamen naturales non lucri facit.d.l.fructus.ff. de vsur. Quoniam autem in his
magis industria hominis, in illis magis natura operatur, hi industriales, illi natura-
les dicti sunt: quòd in rebus denominandis spectemus quod principaliter opera-
tur, l.quæritur.ff.de stat.homi.§.est & aliud. de donat.in Instit.c. si testes.§.herma-
phroditus.iiij.q.iij.
5 Denique sunt alii ciuiles fructus. Ciuiles autem fructus dicuntur, qui non natu- *Ciuiles fructus.*
ra, sed hominis prouisione iure ciuili introducta quæruntur, & proueniunt vt vsu-
ræ, pensiones prædiorum, vecturæ nauium, & his similia, l.si nauis.ff.de rei vendic.
l.ancillarum.in fi.ff.de peti.hæredit.

Hæc Doctores, quorum sententiam licèt improbet nemo, non tamen vsque-
quaque veram existimo. nam in omnium fructuum productione cōstat naturam
æqualiter operari: nec minus subministrare necessaria ad procreationem, nutri-
mentum, & conseruationem frumenti, vini, olei, & aliorum fructuum (quos indu-
striales vocant) quàm ad productionem pomi, nucis, ficus, glandis, cæterorúmque
fructuum, quos naturales dicunt. Et licèt hi sine facto hominis nasci possint, illi
verò factum hominis requirant, l.qui scit.§.in alieno.ff.de vsur. Ideóque operâ, &
diligentia hominis prouenire dicantur, l.bonæ fidei.ff.de acquir.rer.do. & d.l. fru-
ctus: non tamen ideo minùs illi naturales dici debent, exemplo mulieris non na-
turâ, sed per accidens sterilis, quæ concipere nequit, donec accidentalis illa infœ-
cunditas medici consilio, aut industriâ abacta fuerit. Sublato autem hoc impedi-
mento, si filium nasci contingat, non filius industrialis medici, qui pharmaco suo
fœcundam eam mulierem fecit, causam sterilitatis auferens, sed filius naturalis e-
ius mulieris, quæ concepit conceptúmque nouem mēsibus gestauit, gestatum le-
gitimo tempore edidit, editum educauit, nutriuit, aluit non minore cura, quàm
si sine vllo medici artificio productus in natura fuisset.

Huc commodissimè pertinet quod Paulus Apostol. j. ad Corinth. iij. scriptum
reliquit, Ego plantaui (inquit) Apollo rigauit, sed Deus incremētum dedit. Itaque
neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.
Denique confirmat hanc nostram sententiam, quod Gaius scribit rerum naturam
omnes fructus (quo signo vniuersali industriales quoque demōstrari dubium non
6 est) hominum gratia comparasse, l.in pecudum.§.fi.ff.de vsur.§.in pecudum.de re- *Fructus hominū gratia creati.*
rum.diuis. in Instit. Quod & authoritas sacrorum librorum ostendit. Priusquam
enim crearet Deus Opt. Max. hominem, creare voluit terram germinantem, &
quodcunque fructuum genus, vt productus posteà homo, quæ ad vsum necessaria
essent, creata reperiret. Dixit enim Gene.j, *Germinet terra herbam virentem, & facien-
tem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semet ipso
sit super terram. & factum est ita. & protulit herbam virentem, & facientem semen terra iux-
ta genus suum lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum spe-
ciem suam.* & paulò pòst, *Vidit Deus, quòd esset bonum, & ait, faciamus hominem ad imagi-
nem & similitudinem nostrā, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis vniuersæque
terræ.* Natura igitur, quæ fructus in vniuersum omnes ad vsum hominū produxit,

Omnium ideo fructuum mater iure, meritóque dici debet. Atqui mater in liberorum procreatione simili naturæ officio fungitur, hoc est, æqualiter circa omnes operatur, non plus, minúsue vni, quàm alteri tribuens, l. vltim. C. de liber. præter. §. sed hæc quidē de exhær. liber. in Insti. Ciuil. Fructus itaque omnes, quos terra profert, naturales appellandi sunt. Nec negamus nonnunquam hominis industriam desiderari, vt in colendis agris, serendis frumentis, & arboribus, plantandis vineis, & sic de similibus. Cæterùm hæc industria non est prima, & proxima caussa procreationis fructuum, sed natura. Cùm itaque quod principaliter agit, & operatur, spectandum sit, l. si quis nec caussam. ff. de reb. cred. l. nauis aduersa. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. j. §. idem Pompo. ff. deposit. c. ad quæstiones. de rer. permuta. In denominandísque rebus id attendatur l. quæritur. ff. de stat. homi. §. est & aliud. de donat. in Insti. non industriales, sed naturales fructus, ij etiam, qui industriam hominis requirunt, nuncupādi sunt: quo modo præcipua doctorum ratio in eos tetorquetur. Sed nec quicquam nos mouerit, l. fructus. ff. de vsuf. quę non dicit fructus (quos industriales dicunt) facto hominis nasci, sed operâ hominis acquiri: nisi sumere velis argumentum à contrario ex verbis finalibus, dum illic Pomponius ait, quia nō ex facto eius is fructus nascitur. Cuiusmodi argumētatio in iure fortissima, l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mand. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. Sed nec ea obstat: siquidem agatur in d. l. fructus. de facto mini[...]erialiter cooperante. nec illatio bona est, id facto, & industria hominis nascitur, ergo industriale dici debet. quod exemplo familiari quandoque demonstrabam. Si ædificium meū altiùs sublatum locum tuum obscurum, opacum, & vmbrosum teddat, & ego illud deponam, atque ita locus opacus quondam, plenus solis esse cœperit, l. si arborem. ff. de seruit. vrba. præd. rectè dicetur in loco tuo, facto meo lumen solis exortum: at non ideò lux illa solis industrialis appellabitur. Præterea (quod ad argumentum à contrariis attinet) nemo nescit eam illationem sæpe corruere, & infringi, vt cùm sequeretur absonus intellectus, l. ij. C. de condit. inser. quia repugnaret alius iuris locus, aut vrgens ratio vel ciuilis, vel naturalis, l. conuenticula. vbi fusè Bald. & cæteri. C. de episc. & cler.

Fructus industriales. Quod item spectat ad fructus, quos ciuiles nuncupant, non videtur congruam esse hanc denominationem. cùm hæc appellatio specialis sit, non generalis, secundum quam, quæcunque lege ciuili introducta sunt ciuilia, in proprio nomine dicerentur. Et quoniam vsuræ, vecturæ, pensiones, & alia id genus, quæ fructus ciuiles ab interpretibus dicuntur, non à iure ciuili, sed à iure gentium originem habent. Itaque fructus huiusmodi, qui non operante natura, sed sola hominis prouisione, & industriâ percipiuntur, l. vsura pecuniæ. ff. de ver. sig. rectiùs (vt mea fert opinio) industriales vocarentur. à qua sententia non multùm abhorret Bald. in l. si traditio. in fin. C. de actio. emp. Nec obstant verba Papiniani. nam & si maximè vectura, sicut vsura, non natura prouenit, sed iure, & percipitur, l. si nauis. ff. de rei vend. quandoquidem ius illic ciuilem legem non notet, sed pactionem contrahentium legitimam, vt illic Accurs. & cæteri exponunt. nec est nouum dictionem illam, *iure*, congruam expressionem verborum, & partium contractum significare, l. si pater. ij. ff. de adopt. 6

Dicēdum igitur, neglecta hoc loco circa fructus, Doctorum diuisione, alios naturales, vt sunt ii, quos terra profert, nonnunquam ob curam & operam hominis, vt frumentum, vinum, & cætera huiusmodi: quandoque, nulla hominis adhibita cura, vt poma, cerasa, & alia id genus: alios industriales, vt vecturæ nauium, & iumentorum, pēsiones prædiorum, vsuræ & reliqua eiusmodi, quæ ab interpretibus ciuiles inepto nomine dicuntur.

Fructus pēdentes, percepti, & percipiēdi. Altera fructuum diuisio est, quia quidam futuri sunt, quidam pendentes, alii percepti, alii verè percipiendi dicuntur. Futuri appellandi sunt, qui in rerum natura non extant, tamen esse sperātur, l. quod in rerum. in prin. ff. de leg. j. de quibus 7

disponi

disponi poteſt,tam inter viuos, l. nec emptio. ff.de contra. empt. quàm in vltima voluntate,d. l.quod in terum. dum illud notemus,talem obligationem, aut legatum re ipſa dilationem habere,donec fructus eiuſmodi naſcantur, l. interdum. ff. de verb.oblig.l.j.ad fin.ff.de cond.& demonſt. Pendentes dicuntur, qui adhuc agro,vel fundo cohęrent,nondum à ſolo ſeparati,l.qui pendētem. ff.de actio.emp. l.ſi pendentes.ff.de vſufr.quos fundi partem eſſe videri Gaius ſcribit,l.fructus pendentes.ff.de rei vend.& Africanus.fructus, quandiu ſolo cohæręt, fundi eſſe dixit, l.ſi ſeruus.§.locaui.ff.de furt.Vnde & fundum prętioſiorem reddunt,l.ſi.§.fructus. ff. quæ in fraud. cred. & licet alii fructus inter res mobiles connumerentur, l.ſi.§. pe.ff.de requi.re. ideóque pro illis actio furti detur, l. ſi fur decerpſerit. ff. de vſufr. quæ pro rebus immobilibus, quarum furtum non fit, minimè competat. §. quod autem.de vſucap.in Inſti.fructus tamen pendentes ſiue maturi, ſiue immaturi inter immobilia computantur. nam vna res cum fundo eſſe intelliguntur,d.l.ſi.§. fructus.Specul.in tit. de fructib.verſ.ſed pene. Hos fructus pendentes in contractum deduci poſſe,ignorat nemo,l.& quæ nondum.in prin.ff.de pigno. Quin,& fundo vendito,etiam ſi de fructibus iam maturis nihil dictum ſit, eos emptori cedere ab Vlpiano reſponſum eſt,l.Iulianus.§.ſi.fructibus.ff. de actio.emp.

Percepti fructus in bonæfidei poſſeſſore dicuntur,qui decerpti,& quodammodo à ſolo ſeparati ſunt,l.qui ſcit.§.pe.ff.de vſur.l. bonæfidei. ff. de acqui. rer. domi. l.ſi apes.in fi.ff.de furt.In fructuario verò non antè, quàm collecti ſint, & in horreo reconditi,l.ſi vſufructuarius meſſem. §.fin.ff.quib.mod. vſufr. amitt. quam ſic Accurſ.in d.l.& ex diuerſo Azo.& Specul.in ſumma titul. de fruct. & inter. interpretati ſunt.Quam declarationem Franciſ.Accurſ.Per.& Cinus in l.certum.C.de rei vend.Bar.& alii communiter,in d.l.& ex diuerſo: damnant. Quoniam ſi colonus cùm primũ à ſolo ſeparati ſunt fructus,ſuos facit,d.l.ſi apes.§.ſi.& l. ſi ſeruus. §. locaui.ff.de furt.multò magis fructuarius,qui potētius ius, quàm colonus habeat: cùm poſſideat naturaliter,l.naturaliter.cum ibi not. ff. de acquir. poſſeſſ. Docent igitur,reſpectu bonæ fidei poſſeſſoris,vt fructus lucretur,fructus,perceptos dici,ſimul atque à ſolo quoquomodo, etiam caſu fortuito, vel ab alio, non nomine fructuarii ſeparati ſunt,d.l.qui ſcit,§.pe.ff.de vſur.reſpectu verò fructuarii,percepti nõ dicuntur, niſi à ſe, vel ab alio,ſuo nomine ſint à ſolo ſeparati, d. l. ſi vſufructuarius meſſem.in fi.l.ſi fur decerpſerit.in prin. ff.de vſufr. Cuius rei differentiæ ratio dari poteſt:quia bonæ fidei poſſeſſor loco domini eſt, l.bonæ fidei.ff. de acquir.rer.do. Et ideo in fructibus percipiendis idem iuris habēt, quod ipſis dominis prædiorum tributum eſt,l.qui ſcit.§. penul. ff. de vſur. ſicut igitur fructus quocunque modo à ſolo ſeparentur, domini ſunt:ita bonæ fidei poſſeſſoris,l.ſi eius.ff.de rei vend.vel eius,qui vectigalem fundum habet,id eſt,emphyteutæ,d.l.qui ſcit.§.penul. cum & is vicem domini obtineat,dominúſque vtilis exiſtimetur, l.j.§. qui in perpetuum. ff.ſi ag.vectig. Fructuarius verò fructus ex alieno ſcienter accipit:cæterùm domini voluntate: & ob id ſuos facit.non ergo antè ſui fiunt, quàm eos ipſe, aut alius eius nomine perceperit: vt & in ſimili de colono ſcribit Africanus, in l. ſi ſeruus communis.§.locaui.ff.de furt.

Fructus à ſolo ſeparati.

Hinc infertur,quod ſi maritus legauerit vſumfructum fundi vxori,quæ,demeſſo fundo, moriatur, licèt nondum tritum ſit frumentum, aut ſtipula in fundo demeſſa iaceat, trãſmittit tamē vxor ad hæredes, Bal.in d.l.ſi vſufructuarius meſſem. quo loco Alber. refert Bononiæ in non admodum diſſimili quæſtione iudicatum fuiſſe.Maritus vſumfructum certorum prædiorum vxori legauerat: vxor meſſem fecerat,quam maleuoli quidam combuſſerant: ab iis cùm rectè peteret mulier reſtitutionem:illique opponerent ad eam ſtipulam non pertinuiſſe: cùm in horreis frumentum reconditũ non eſſet:ideoque obſtare ei exceptionem, *Tua non intereſt*, quæ impedit cõteſtationem litis,l. Papinianus.§.ſi quis impubes.ff. de inoffi.teſta. & l.nam poſteà.in prin.ff.de iureiura.& vtrobique Barto.fuit ſanctiſſimè pro mu-

d.iiii.

liere iudicatum.

Clericorũ heredes quid iuris habeant in fructibus.

Hæc etiam iuuant ad lepidam, & frequentem quæstionem de clerico mortuo, 8 fructibus collectis, nondum tamen in horreo repositis. per prędicta enim videtur, fructus eiusmodi ad hæredes spectare: quod plenè tractant Canonistæ in c. fin. de pecul. cler. in c. si propter. de rescript. in vj. Consuetudo tamen generalis approbauit, vt clericus fructus perceptos, & reconditos ad hæredes transmittat: alii omnes verò ad ecclesiam pertineant. Ioan. And. in c. præsenti de offic. ord. in vj. Albert. hic col. vj.

Percipiendi fructus dicuntur, qui percepti non sunt, percipi tamen potuerunt. quod alii ad petitoris personam referunt, l. si nauis. §. fi. ff. de rei vend. l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. alij ad possessorem ipsum. l. domum. C. de rei vend. l. quicquid. C. arbit. tutel. l. ij. C. de fruct. & lit. expen. Sed Bart. (cuius sententia probatur creberrimè, in d. l. & ex diuerso) existimat, si petitor se dominum profiteatur fructus percipiendos lege Digestorum dici, quos petitor ipse percipere potuit, d. l. si nauis. §. fi. & d. l. apud Iulianum. §. j. idque in odium malæ fidei possessionis extensum putat Codicis iure, vt fructus percipiendi, etiam hi dicantur, quos possessor percipe- 9 re potuit, d. l. domum, non vt vtraque via copulatiuè actori pateat, sed vt ei electio detur perendi vel eos, qui à se, vel qui à possessore percipi potuerunt, l. quoties. ff. de actio. & oblig. si verò petitor non se adfirmet dominum, fructus percipiendos dici putat, quos possessor duntaxat percipere potuit Bar. in d. l. & ex diuerso.

Fructus percipiẽdi.

Verùm, nec mihi facilè persuadetur non idem fuisse lege Codicis, quod Digestorum constitutum. Vnde (vt mihi videtur) hæc sententia diuinatoria est, & contra l. apud Iulianum. §. j. alleg. in qua non conueniebatur possessor ratione dominii, cùm non experiatur legatarius rei vẽdicatione, sed actione personali ex testamento. Fructus enim dicit illic Iurisconsultus venire à tempore moræ, vt si egisset rei vendicatione, venirent ab adita hæreditate, l. Hærennius. j. ff. de vsur. Prætereà obstat, l. sed & si lege. §. quod autem. ff. de petitio. hæred. vbi conueniebatur possessor petitione hæreditatis. & ita ab eo, qui se dominum contendebat. Est enim petitio hæreditatis in rem, d. l. sed & si. lege. §. petitio. & tamen illic fructus percipiendi dicuntur, qui percipi debuerunt à possessore.

Denique iniquum videtur hoc ad possessoris personam ita referre, vt quod ipse singulari aliqua industria præter communem operam percipere potuit, teneatur restituere: cum eum tãtùm lex obliget ad restitutionem fructuũ, qui ex re possessa percepti sunt, & percipi potuerũt, d. l. fructus, & l. si nauis. §. fi. ff. de rei vend. Quod autem possessor suâ diligentiâ, & industriâ quærit, non cẽsetur ex re ipsa quæsisse, l. si hæres. in fi. prin. ff. ad leg. Falcid. vnde nõ potest actor reo, licèt moroso, imputare, cur suam illam industriam non exercuit: sic enim de lucro tractaret: & illud cõstat, quòd quemadmodum ex mora rei damnum actor sentire non debet, l. semel mora. hoc tit. ita nec sperare lucrum, l. cæterum. ff. de rei vend. Est & aliorum sentẽtia, quæ multis communior, & probabilior visa est, vt fructus percipiendi dicantur, nõ quos possessor, aut alius singulari cura, industriâue colligere potuit, sed qui secundum communem diligentiam, & æstimationem percipi potuere, vt ita pretia rerum non ex affectione, & vtilitate singulorum, sed communiter fingantur, l. si seruum. ff. ad leg. Aquil. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. Moderni Parisiẽses fructus percipiendos aliter finiunt, vt propriè dicantur quos diligentissimus quisque paterfamilias, quo non est alius diligentior, percepisset, sed lata, aut leui culpa percepti non sunt, l. si fine. §. Modestinus. ij. ff. de admi. tuto. iuncta l. quicquid. C. arbi. tutel. Et quoniam fructus, qui percipi potuerunt, non alii sunt, quàm qui percipi debuerunt, l. sed & si lege. §. quod autem. ff. de petit. hæred. quę verba (inquiunt) ad diligentissimum patremfamiliâs referẽda sunt. Et quia negotiorum gestor eorum nomine tenetur, quæ nõ gessit, & gerere debuit, quod ita Vlpianus interpretatur, si alius eo diligentior pater familiâs ea gesturus fuisset, l. si pupilli. §. videamus. ff. de

neg.

neg.gest. Denique quoniam per manus traditū est, commodatariū in custodienda re commodata eandem adhibere oportere diligentiam, quam diligentissimus quisque paterfamiliàs curandis,conseruandísque rebus suis esset adhibiturus, l.in rebus.ff.commod. §. item is cui.quib. mod. re contra. oblig.in Instit.Similitérque venditorem in custodienda re vendita,l.custodiam,ff.de peric.& cōmo.rei vend, Conductorem in custodienda re sibi locata,l.si merces.§.conductor.ff.locat.maritum in dote.l.in rebus.C.de iur.dot..& creditorem in conseruando pignore,§.fin. quib. mod. re contra. oblig. multò magis igitur & malæ fidei possessores eandem debent adhibere curam:ne melioris sint conditionis improbè res alienas possidentes iis,qui pietatis,& amicitiæ iura aliena iusta,& necessaria caussa in rebus alienis versantur,l.Seruius.ff.quod vi,aut clàm.l.eum, qui beneficium.de præb.in vj. Itaque(vt & alia sedetur difficultas)iidem fructus erunt, & quos petitor, & quos possessor,& quos diligentissimus paterfamiliàs percipere potuit.

Sed neque hæc sententia mihi placet: cùm & ipsa diuinatrix sit. nam vbi (per Deum immortalem) legimus raram hanc, & exquisitam diligentiam in conseruandis fructibus desiderari? Quare ne inducta quidem in contrarium vel tantillum me mouerint.nam quod pertinet ad d.§.Modestinus.& ad l. quicquid,deductio earum potiùs probat cōtrarium:cùm dicant fructus percipiēdos, qui lata, aut leui culpa percepti non sunt:nec dicunt leuissima:quo perspicuum fit, & euidens exactissimam illam diligentissimi patrisfamiliàs diligentiam non attendi: cùm in rebus alienis leuem culpam non cōtrahat,qui deuiat ab eo, quod prouidentissimi homines, sed qui deuiat ab eo, quod homines diligentes eiusdem professionis facere solent,l.j.§.j.ff.si mensor.fal.mod.l.si putator.ff.ad l. Aquil.l.in rebus.C.de iur. dot.qui verò ab eo deuiat,quod homines diligentissimi eiusdem conditionis facere solent,leuissimam culpam contrahit, l.in rebus.ff. commod.l.j.§.j.ff.de actio.& oblig.§.item is,cui.quib.mod.re contrah.oblig.

Non obstat §.quod autem.nam illa verba, quos percipere debuerunt, nō video quo pacto ad diligentissimū patremfamiliàs magis, quàm ad diligentem necessariò referenda sint.Non item nos mouerit d.§.videamus.l.si pupilli.qui contrarium apertissimè probat: cùm non loquatur de homine diligentissimo, sed dicat negotiorū gestorem de iis quoque teneri,quæ vir diligens gesturus fuisset. Ad vltimum de commodatario,venditore,conductore,& similibus,qui eam diligentiam adhibere debent, quam diligentissimus quisque paterfamiliàs suis rebus adhiberet. ergo & malæ fidei possessores.consequentiam fortiter negamus:nam illos ad id obligat contractus præcedens, quod in malæ fidei possessore considerari nequit.

9 Ego igitur in hac materia aliter dicerem,fructúsque percipiendos ita nouè finirem,vt sint,qui ex fundo bona fide,& honestè obseruata communi hominum industria,& diligentia percipi potuerunt. Dico *honestè & bona fide*,l.fructus. ff. de rei vend.l.si fine.§.Modestinus.ff.de admi.tutel. Et quia licet possessor fructus inhonestè perceptos restituere cogatur,l. si possessor.ff.de peti.hæred.veluti pensiones perceptas à lupanaribus, quæ in multorum honestorum virorum prædiis (inquit Vlpianus)exercentur,l.ancillarum.in fi.illo tit.Fructus tamen, qui honestè percipi non possunt,in æstimatione fructuum percipiendorum præstandi non sunt,d.l. fructus.& l.generaliter.ff.de vsur. Dico, *Communi hominum industria,& diligentia*, vt secludam exactissimam illam prouidētissimi patrisfamiliàs diligētiam, quam quidam falsò considerarunt: non enim singulariter,sed communiter pretia rerū fingi debent,l.si seruum.ff.ad l.Aquil.& l.pretia rerum.ff.ad l.Falcid. *Fructus percipiēdi.*

10 Hinc habes non petitoris magis, quàm possessoris in fructuū percipiendorum ratione iucunda spectandam, nec contrà (licèt in fructibus perceptis secùs, quos possessor restituere cogitur,tametsi petitor eos percepturus non fuisset, l.cùm hæreditas.ff.de petitio.hæred.)sed solitam duntaxat,& communem hominum industriam,vt hi recipiendi dicantur,quos ex diligenti cura, vt bonum, & prouidum, *Petitoris, an possessoris habēda sit ratio.*

(non dico diligentiſſimum)patremfamiliâs decet, vel petitor, vel poſſeſſor, vel a-
lius percepturus erat.& ideo modò ad petitorem,l.ſi nauis.§.fi.ff.de rei vẽd.l.apud
Iulianum. §.j.ff. de leg.j. modò ad poſſeſſorem, l.domum. C. de rei vend.l.ij.C. de
fruct.& litium expen. Iura ſe referunt, quòd in vtroque eadem ſit æſtimandi fru-
ctus ratio.

Et ſi inſtes,cur hæ leges,quantùm percipere poſſeſſor poterat,illę quantùm pe-
titor percipere potuit, exprimunt,aliam quoque rationem non contemnendam
afferam,quia illa iura,quomodo fructus debeant in petitionem deduci, docent d.
l.ſi nauis.§.fi.& d.l. apud Iulianum. §.j. cùm autem in petitione non ex poſſeſſoris,
ſed petitoris perſona ius metiamur, l.j.§.j. ff. ſi pars hæred. pet. petitoris perſonam
fuit neceſſum exprimere. Iura verò, quæ poſſeſſoris perſonam conſiderant de re-
ſtitutione rei, & fructuum agunt,d.l.domum. & d.l.ij. quæ cùm fieri debeat à poſ-
ſeſſore, oportuit eius perſonam comprehendi. Vno caſu habendam eſſe perſonæ
petitoris rationem,facilè conſenſerim, ſi petitoris induſtria maior communi eſſet:
cùm tunc ſingulariter vltra communem æſtimationem,& fructus quis conſequa-
tur tanquam id,quod intereſt,l.præterea.ff.de rei vend.l.cùm fundus.in prin.ff.de
reb.cred.veluti ſi poſſiderem mala fide nauem Titii: in naui agenda exercitatiſſi-
mi quique,ob excellentem eius induſtriam ſoleant amplius,& grauius longè nau-
lum à vectoribus exigere.& ita poteſt accipi,l.ſi nauis.§. fin. ff. de rei vend. quam-
uis nunquam ſuam rationem haberi ſingularis induſtriæ poſſeſſoris, aut artificii
alterius,l.ſi hæres.ff.ad le.Falcid.l.Cæterum.ff.de rei vend.

Fructus dicuntur deducta impenſa.

Circa porrò fructus,generalis illa regula notanda eſt,fructus eos eſſe,qui,dedu- 11
cta impenſa ſuperſunt,l.ſi à domino.§.fi.ff.de peti.hæred.l,fructus.hoc tit. & l.j. C.
de fruct.& litium expenſ.adeò, vt dixerit Iulianus nullum caſum eſſe, qui hoc de-
ductionis genus impediat,l.fundus.ij.ad prin.ff.famil.erciſc.quod Bar.cum diſtin-
ctione admittit,an à lege, vel ab homine,fructus,verbum proferatur:quæ ſuperſti-
tioſa magis, quàm vera eſt. Ideoque ſerua regulam temperatam in decimis. quæ
Deo,& eccleſiæ,ſine vlla ſumptuum deductione debentur,c.tua nobis.de deci.in
quibus ſpeciale eſſe Bart.& alii dicunt. Idem Bald.& Caſtr. aſſeuerant in tributis,
aut gabellis ſoluendis ex forma ſtatuti principi: cum pari fauore nitãtur ius publi-
cum,atque diuinum,l.vt inter diuinum.C.de ſacro.ſanct.eccleſ.Quod Ang.Imol.
Cuman.Aret.Alex.Iaſ.& cæteri hoc loco improbant.cum ratio.(c.tua nobis.)tota
fundata in fauore animarum non militet in fiſco,aut principe. Et quoniam in du-
biis cauſſis pronunciandum eſt contra fiſcum, l.non puto.ff.de iur.fiſci. non item
contra eccleſiam,l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccleſ.

Sed mihi videtur imprimis nullam eſſe ſpecialitatem, vt apparet ex d.c.tua no-
bis. quo loco ſummus pontifex argumentatur de domino, qui colono partiario
fundum colendum dedit: in quo nullum eſt ſpeciale ad Deum Opr. Max. & ita
defendunt Imol.Panor.& Canoniſtæ,in c.paſtorales.de deci. Nec obſtat regulam
noſtram,quâ edocemur,fructus dici, qui ſuperſunt deductis impenſis. nam inter-
pretatio(inquit Imol.)ciuilis eſt, non naturalis: quandoquidem naturaliter quic-
quid ex re ipſa percipitur ſine vlla expenſarum deductione,in fructu eſt,& reditu.
Præterea (dicebat Hoſtienſ.) vbi de reſtitutione etiam fructuum tractatur, fateor
impenſas primùm deducendas ſumma ratione, ne contingat aliquem cum alte-
rius iactura,& detrimento locupletem fieri, l. nam hoc natura.ff.de cõdict.indeb.
At vbi verbum,fructus,ad quotam partem refertur, expenſæ deduci non debent,
ſicut cùm decima pars Deo reddẽda eſt in certa parte fructuum in ſignum vniuer-
ſalis dominii,d.c.tua.

Hinc infero veriſſimam eſſe Bal.& Caſtren. ſentẽtiam aduerſus cæteros, vt tri-
butum,quod præſtatur domino in recognitionem ſupremi dominii exoluendum
ſit principi,ſine vlla impenſarum deductione,c.cùm non ſit.de deci.Bald.in l.ij.C.
de fruct.& liti.expen.

Infero

Infero ſecundò, quòd ſi emphyteuta ſolueret Canonem, ſeu cenſum in certa parte fructuum, non deduceret impenſas ex quo ſoluit in recognitionem directi dominii,l.ij.& iij.C.de iur.emphyt.c.potuit.de locat.

Infero tertiò, quòd ſi fructus in ſpecie, & determinatè profeﬀerentur, vt decem corbes frumenti,decem amphoras vini,nulla fieret deductio impēdiorum, l. ſi debitor.§.fi.ff.de contrah.emp.l.cùm certus.& l.ex eo vino.ff.de trit.vi.& ol.leg.Bar. in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.col.iij.ff.de verb.oblig.

Hæc de generalibus præmiſſis,nunc ad ſpecialia propriùs.Igitur præmittēdum, à muliere dotem marito dari,vt onera matrimonii vir ſuſtineat,l.ſi pater mulieris. in fi.ff.de iur. dot. ob quæ conſtitutum eſt, vt fructus dotis maritus lucretur,l.pro oneribus.C.illo titul.ſi tamen tria concurrant. Primum, quòd contractum ſit matrimonium.nam fructus ante nuptias percepti dotis fiunt, & in dotem cōuertuntur:atque ideo,diuortio facto,reſtituēdi,l.ſi ante nuptias.& l.ſi marito.§.fi. hoc tit. l.ſi ſeruo.ff.de iur.dot.vbi enim matrimonium non eſt ibi & nulla dos.l.fi.C.de donat.ante nupt,l.iij.ff. de iur. dot. Ergo maritus fructus conſequetur ex die nuptiarum,d.l.ſi ante nuptias:qui dicitur,cùm vota nuptiarum re ipſa proceſſerunt, hoc eſt, quo nuptiarum accedit ſolemnitas, l.ſancimus.C. de nup. niſi matrimonium traditio non præceſſiſſet. Quo caſu ex die traditionis tantùm, fructus à viro retinerentur,l.de diuiſione.hoc titul. Hinc infertur, quòd ſi maritus eam, quam non poteſt, in vxorem duxerit, vt ſeruā,nullos fructus lucrabitur,l.inſulam.§.j.ff.ſolut.
12 matri. etiam ſi interim matrimonii onera ſuſtinuerit.tria enim hæc concurrere oportet,quorum vnum ſi deſit,deficit lucrum,l.iij.§.itaque.ff.de iti. actúque priua. quādoque & illud veriſſimum puto, maritum, qui credidit matrimonium iuſtum eſſe,fructus ſuos facere: cùm titulum habeat nedum bonam fidem, quæ ſola ſufficeret ad fructuum acquiſitionem,l.qui ſcit.§.j.ff.de vſur.l.bonæ fidei.ff. de acquir. rer.domi.nam & maritus,qui iuſto errore matrimonium valere putat, vſucapit, l. Proculus.vbi Accur.ff.de iur.dot.Accur.in l.j.ff.pro dot.multò magis igitur dicendum eſt eum fructus lucrari: cùm facilius inducatur fructuum acquiſitio,quam vſucapio,Accurſ.in l.ſi fur.§.j.ff.de vſucap. Barto. in l.ſed & ſi lege.§. ſcire.ff.de peti. hæred.Quibus locis Doct.docent errorem iuris vſucapionem impedire,non item acquiſitionem fructuum.Cæterùm quod diximus maritū, qui nuptias valere credidit,fructus ſuos facere,de conſumptis ſanè recipiendum eſt,quos bonæ fidei poſſeſſor lucratur:extantes verò cum ipſa re præſtat,l.certum.C.de rei vend.

Maritus quomodo fructus lucretur.

Alterū,vt maritus matrimonii onera ſuſtineat,ob quæ,& nō aliter, maritus dofructus lucrifacit,d.l.dotis fructus,& l,ſi is qui Stichum.§.j.ff.de iur.dot.quare perceptos fructus maritus,pro eo tempore, quo non ſuſtinuit onera matrimonii tenetur reſtituere,l.de diuiſione.l.fructus,& hac l.diuortio.& l.cùm poſt.§.in domū. ff.de iur.dot.Hic enim eſt finis,hæc eſt cauſſa,propter quam differtur lucrum fructuum dotis marito, d. l. dotis fructus.qua ceſſante, ipſam quoque legem ceſſare cōueniens eſt,l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro.l.generaliter.C.de epiſc. & cler. c.magnæ.de vot.& vot.c.cùm ceſſante.de appellat.

Tertium,vt tradita ſit rei dotalis poſſeſſio: neque enim dies præcedens conſtitutæ dotis,aut nuptiarum obſeruatur, ſed quo primùm dotalis res tradita eſt, l.de diuiſione.hoc titul.cùm non antè dotale prædium dicatur, l.dotale.§.j.ff.de fund. dotal.& maritus propter adminiſtrationem,& lucrum fructuum dominus dotis à lege fiat,l.doce ancillam. C. de rei vend.§.j.quib.alien.lic.Inſtit.Ante traditionem autem non transferatur in eum dominium,l.traditionibus.C.de pact.

Huic vltimo tamen tria obſtant. videtur enim in primis traditionem neceſſariam non eſſe, ſed litis conteſtationem ſufficere: ex qua fructus reſtituendi ſunt,l. videamus.§.ſi actionem.ff. de vſur. Deinde videtur dominium non neceſſarium: cùm & res aliena in dotem dari poſſit,l.ſi alienam. hoc tit. cuius maritus dominus nō fit,l.ſi vniuerſæ.C.de legat.& dos ſit ius vniuerſale,l.quod dicitur.ff. de impen.

in reb.dotal.fact.l.j.§.j.ff.de dot.præleg.In vniuersalibus autem dominium trāsfertur ex solo contractu sine traditione,l.j.in fin. cùm l.sequen.ff.pro soc.

Sed(quod ad primum attinet)dicendum est, quòd vbi iudicium acceptum est, licèt nondum res tradita sit, habetur tamen litis contestatio pro traditione, d. §. si actionem. idque propter motam mulieris: quam impunitam esse non oportet, l. in fideicommiss.§.fi.ff.de vsur.& quoniam indignum esset mulierem,quæ motam contrahit,melioris cōditionis esse eo,qui bonam fidem agnouit,l.Seruius.ff.quod vi,aut clàm. Quod autem dicebamus,rem alienam in dotem tradi posse, non vtget:nam licèt tum maritus dominus non efficiatur, acquirit tamen conditionem vsucapiendi,l.clauibus.ff.de contrah.emp.Accurs.in l.dotale.§.dotale. ff. de fund. dotal.Is enim loco domini est,qui vsucapere potest,§.sed iste de actio.in Instit.Denique(vt tertium tollamus) verum nō est simpliciter dotem ius esse vniuersale, vt & in rub.huius tit.& in l.qui liberos.ff.de tit.nupt.demonstraui. Nec item verum est in vniuersalibus ex solo contractu dominium transferri,l.qui tibi.C. de hæred. vel actio.vend.l.iij.C.de iis,qui à non domi.manu,nisi in consequentiam:cùm,scilicet,titulus vniuersalis accedit personæ,l.si adoptauero.ff.de preca.auth.ingressi. C.de sacrosanct.eccle.Vnde nec in dote (quamuis ius vniuersale dotem esse fateamur)transferetur sine traditione dominium, Accurs.in l.j.ff.pro dot.

Annus quadruplex.

Postremò diuisio annorum præcognoscenda est. Annus (inquiunt Doct.) quidam est regularis,quidam emergens.Annus communis, & ordinarius dicitur,qui secundum mores nostros ab incarnatione, vel secundum aliorum mores, à natiuitate Domini incipit, & recurrit vsque ad diem incarnati Verbi, aut natiuitatis, cle.j.de sum.Tri.c.in nomine Domini.xxiij.distinct. Accurs.in Rub.de indict. lib. x.C.& hic immobilis est,& certus.Annus emergens, qui è re nascitur,& emergit: & hic mobilis,& incertus est:nunc enim ab hac, nunc ab alia die pro qualitate rei propositæ inchoatur,veluti xij. Martii 1545.à Valentinis in triennium conductus fui.annus hic inchoatur ab eo die, facto recursu ad similem diem. 13

Annus, Lunaris, Solstitialis, Vertens.

Tu verò latiùs dic, quòd annus lunaris xxx. dierum: annus solstitialis xij. mensium: annus vertens,seu mundanus,xv.milliū annorum,aut, secundum alios,xij. millium quingentorum liiij. annorum. Legito Macrob.in Somnio Scipionis. Solstitialem annum Romulus post vrbem conditam decem mensium, dierum verò quatuor & trecentorum constituit. Incipiebátque mense Martio. nam primum anni mensem voluit Romulus genitori suo Marti dicare,menséisque ita disposuit, vt quatuor ex iis tricenos & singulos,sex verò tricenos haberent dies.Sed cùm hęc temporum ratio neque solis,neque lunæ cursui conueniret,Numa Pōpilius duos menses addidit, ac vnum Ianuarium nuncupauit, priorémque anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem anni trāsacti finem futurique principia respicientem,ac prospicientem.Ianum enim bifrōtem,duásque facies antè,& retrò habentem veteres pinxêre,quòd præterita sciret,& futura prauideret: aut quòd superorum, inferorumque ianitor esset. Secundum mensem Pompilius dicauit Februo deo, qui lustrationum potens creditur. Lustrari enim eo mense ciuitatem moris erat.Et hunc annum communem,ordinarium,& regularem esse putauerim.nam. & principium anni vulgò appellatur dies Kalendarum Ianuariarum. Verùm hæc anni ratio in temporum supputationibus apud Christianos non est in vsu: quia omnia ad Christum seruatorem nostrum,non etiam ad ethnicorum instituta referri voluerunt. Itaque vel à Verbo incarnato annos Domini computant cle. j. de summa Tri. c. in nomine Domini. xxiij. distin. vel à natiuitate Domini nostri, Spec.in tit.de instru.edit. sed illud vsitatius est,vt,scilicet ab incarnatione, Accur. in rub.de indictio.lib.x.C. 14

Species legis Diuortio.

SPECIES L. DIVORTIO.

Nupsit Seia Kalend. Octobribus Titio, cui fundum maturis fructibus plenum, nempe,

nempe,vineam vuis pendentẽ in dotem dedit:maritus eodem mense vindemiam collegit.deinde Kalend.Nouembribus vineam hanc, quam excolere noluit, ipse Sempronio locauit pretio aureorum duodecim in annos singulos. factum posteà vltima die Ianuarii diuortium:& ita constitit matrimonium quatuor mẽsibus.hîc quæritur, quo pacto illorum mẽsium fructuum diuisio sit ineunda, hoc est, an die contracti matrimonii,an verò ex die locationis fundi dotalis fructus inter maritũ, & vxorem diuidendi sint.Et respondet Papinianus non ex die locationis,sed habita ratione præcedentis temporis,quo mulier in matrimonio fuit, fructus diuidendos, vt ita pro quatuor mensibus maritus fructus dotis retineat:pro octo mẽsibus, quibus non durauit matrimonium,restituat.Confutatur autem in vers.(Neque enim)inepta quorundam opinio, qui dicebant maritum fructus omnes vindemiæ à se collectos lucrari,& quartam partem mercedis, nempe tres aureos.Dicit enim Papinianus,hoc esse iniquum, quandoquidem certum est maritum non lucrari fructus dotis,nisi pro tempore,quo durauit matrimonium: cùm eo tantùm sustinuerit onera matrimonii, propter quæ lucrum fructuum dotis sæpenumero diximus à lege marito deferri. In hac autem specie constitit matrimonium quatuor mensibus dũtaxat. quare iniquitatis plenum esset dicere omnes omnino fructus, quos in fundo pendentes reperit,maritum lucrifacere:alioquin absurdè nimis dicendum foret,quòd si,collectis vindemiis per maritum, postera die diuortium factum esset,fructus integros maritus retineret,quo falsius nihil,& ab æquitate magis alienum dici potest.

Dicendũ igitur (inquit Papinianus) vindemiæ fructus, & quartam portionem mercedis instantis anni cõfundi debere,hoc est,commisceri,vt,facta mistura, tertia portio redituum fundi dotalis viro relinquatur.nam cùm tertia parte anni matrimonium steterit,atque ideo tanto tempore onera matrimonii sustinuerit,nempe quatuor mensibus, eum quoque tertiam anni reditus portionem habere conuenit.tuncq;(vt rem admodùm obscuram exemplo manifestemus)cùm fundus locatus fuerit xij. aureis (vt iam posuimus) & vuæ à marito Octobris mense collectæ,itidem xij.aureis æstimentur,fiet confusio,& commistio trium aureorum, qui sunt quarta pars mercedis, & vuarum coactarum, seu æstimationis earum, quæ est xij: vtraque autem summa conglobata efficiet xv. ex quibus tertia portio, non eius summę,sed fructuum fundi,quę sunt quatuor,viro relinquetur,reliquum verò vxori restituetur. Nec ignoro tertiam portionem, Doct. hîc accepisse respectu pecuniæ confusæ,vt ea pars quinque aureis conficiatur.

Verum hanc computationem,vt iniquam, & absurdam reiicimus. nam cùm fundi dotalis reditus is sit,vt non nisi xij.vnoquoque anno reddat, & matrimoniũ quatuor mensibus duntaxat steterit, non plus quatuor marito deberi potuerunt. Proinde non est credendum eidem Papinianum quinque dedisse. Nec me fugit, Doctores cõmunis intellectus rationem adferre diligẽtiæ, scilicet, qua in locando fructus maritus vsus est, propter quam eum plus rata consequi æquũ fuit, quæ ratio leuior sit, an absurdior, nescio. hîc enim nullam diligẽtiam mariti probabilem perspicio,quin ob eam rem minùs diligens fuisse mihi videtur:cùm nõ suo studio, sua cura, suáque opera agrũ colere voluit, sed fructibus,quos in fundo reperit statim collectis, alteri fundum fruendum locauit cõtra prudentium patrumfamiliâs, & peritorum agricolarum cõsuetudinem, qui vt fertiliora reddant prædia,eadem non alteri colenda locant,sed sua manu studiosissimè colunt.Inde fieri sæpe videmus, vt qui fundus fruendus decem aureis locatur,si à nobis,studióque nostro excolatur,fructus multò reddat vberiores.nam & Varro,Cato,Columella,& alii qui de re rustica scripsere, equum domino oculi pasci, eiusdémque præsentiâ agrum pinguescere dicunt. Non igitur dubitandum,quin maiorem re ipsa adhiberemus diligentiam, cùm fundum operâ nostrâ colimus, quæ cura ingens nobis facessit in dies negotiũ,quàm cum alteri fruẽdum locamus:quod nullo explemus labore.

siquidem locatio vel vno verbo absoluatur, l. consensu. ff. de actio. & oblig. Ab hoc sensu nostro non multùm abhorret Alciatus: licèt & ipse perperam text. d. l. diuortio, interpretetur: cùm putet illic tradi non vindemiæ fructus integros cõfundendos, sed fructuum partem, totámque pecuniam cõfusam marito queri: quæ omnia implacabiliter cum verbis legis pugnant: quâ euidẽter in primis traditum est, fructus vindemiæ cum quarta parte mercedis instantis anni confundendos: deinde non pecuniam confusam, sed ex pecunia tertiam partem viro relinqui. Et hic est nitidus sensus huius principii variis Doctorum interpretamẽtis obcęcati. ob quod (si vulgatam interpretum expositionem sequeremur) Papinianũ nostræ legis authorem expresso errore lapsum fuisse dicendum foret. quod quàm absurdum sit in hoc præsertim Iurisconsulto Papiniano, quem iuris Ciuilis apicem, & doctrinæ legalis thesaurum Lampridius meritissimè vocat, nemo non videt.

Vidua quando alatur ab hæredibus.

Diuortio facto. Idem (inquit Accurs. & bene) si morte soluatur matrimonium. nam & eo casu fructus vltimi anni, in quo matrimonium soluitur, pro rata portione temporis inter maritum, & vxorem diuidendi sunt, l. vnic. §. sed & nouissimi. C. de rei vxo. act. pręterquàm vno casu, cùm, scilicet, mulier ab hæredibus viri alenda esset, quod contigit, vbi hęredes dilatione anni legalis, in dotis restitutione vterentur. nec haberet aliunde mulier, vnde sese aleret, d. l. vnic. §. exactio. vbi Accurs. & cæteri: tunc enim (quia alimenta viduæ hæredes præstare tenentur. Accur. in l. pe. ff. vt in possess. legat.) lucrabuntur quoque fructus omnes vltimi anni, Accurs. & alii communiter hîc: quòd secundum naturam sit, vt eum commoda sequantur, quem sequuntur incõmoda, l. j. in princ. ff. de insti. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & per contrarium maximè absurdum alium habere commoda, & alium onera sustinere, l. is, qui. §. fin. ff. de legat. præstan. Et quoniam sicut maritus pro oneribus matrimonii dotis fructus lucratur, l. dotis fructus. ff. de iur. dot. l. pro oneribus. C. illo titu. ita hæredes viri, qui eodem iure vtuntur. §. j. de iure iuran. à mo. præsti. cùm & eo tempore mulier adhuc censeatur in matrimonio, l. fin. C. de bonis maternis. Quæ accipienda sanè sunt, vbi res mobiles, aut se mouentes, incorporalésue in dotem datæ essent. nam si res dotalis immobilis esset, ea cum fructibus ab hæredibus viri vxori viduæ ilico soluto matrimonio, esset restituenda, d. §. exactio. quem text. paulò pòst dicentem restitutionem rei mobilis post annum cum fructibus faciundam plerique omnes pessimè interpretantur de fructibus à die soluti matrimonii perceptis. Cùm hoc tantùm ad fructus immobiliũ rerum imperator referat, quòd earũ, statim soluto matrimonio, fieri debeat restitutio. Est itaque (vt nemo sani iudicii negauerit) locus ille de dotis fructibus perceptis post annum necessariò accipiendus: quos æquum est in restitutionem venire: cùm ab eo tempore hæredes in mora fuerint, l. videamus. in prin. & §. si actionem. ff. de vsur. fructus verò dotis antè perceptos restituendos non esse constat, sed eos mariti lucro cedere. d. §. quoties. marito namque datur dilatio anni ad reddẽdam dotem, d. §. exactio: fructus autem pendente dilatione debitor lucratur, l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. nisi fructus tales essent, qui ex re, aut propter rẽ perciperentur, vt fœtus pecorum, lana, & operæ seruorum, d. §. exactio. & hac l. §. non solùm, Bar. in d. l. si constante. §. quoties. hoc tit. quæ declaratio mihi non arridet. Considerandum igitur iure antiquo exactionem dotis in re immobili se mouenti, iure incorporali, aliisue rebus quibuscunque, præter eas, quę constant pondere, numero, vel mensura, in quibus habuit dilationem maritus, hærésue eius annua, bima, trima die ilico à die soluti matrimonii fieri debuisse, nulláque mora vti potuisse maritum, aut eius hęredem, d. l. vnic. §. cùm autem. C. de rei vxo. actio. qua ratione iure antiquo Digestorũ constitutum videmus, vt fœtus pecorum, lana ouium, operæ seruorum, fructus rusticorum prædiorum, & pensiones vrbanorum à die soluti matrimonii à quo contracta est mora, ad mulierem pertinere, vt hîc & d. §. non solùm. Iure autem nouo Codicis, quo vtimur, variata est dilationis forma. eo quippe iure constitutum est,

vt solæ

vt solæ res immobiles ilico restitui debeãt: in cæteris verò anni dilatio marito, aut eius hæredi detur, d.§.exactio. Quocirca eo iure obseruato dicendum solos rerum immobilium fructus ex tempore dissoluti matrimonii præstandos: fructus verò rerum mobilium, se mouentium, aut incorporalium post annum, quo pendente, cedant lucro mariti, & hæredum eius, d.l.si constante.§.quoties.

Sed dices cum Petro, hæredes mariti ad dotem restituendam annum habere sine onere, d.§.exactio. neque enim legitur alicubi eos onere alendi viduã obstringi. Quare hoc onus a nobis minimè exaudiendum est, cùm lege deficiamus, l.illam, C.de collat. sine qua disputare erubescimus. §. consideremus, de triente, & semis. collat.iij. nec temerè asserendum est, quod nulla iuris constitutione confirmatur, l. dissentientis. C. de repud. nam nec alicubi scriptum est debitorem in diem, aut sub conditione interim teneri alere creditorem. Tu dic satis probari in l. curator. ff. de ventr. in possess. mitten. Docet enim illic Gaius decernenda mulieri prægnanti alimenta, tametsi dotem non habeat, vnde sustentare se possit, à contrario significans, quòd si dotẽ haberet, tametsi prægnans non esset, eidem alimenta statui deberent ex dote, quæ ad eius solatiũ, & sustentationem destinata est, l. si cùm dotem.§.si verò dotem, hoc tit. probatur præterea ex l. quæ legatorum. ff. vt in possess. legat. quæ vult eam, quæ legatorum seruandorũ caussa in possessionem missa est, si filia, neptis, proneptis, vxórue sit, non nupta nec suum quicquam habens, alendam ex bonis illis esse.

Denique non plus iuris imò minus multò hęredes habent in caussa dotis marito, l. maritum. cum l. sequen. hoc tit. atqui maritus, qui dotis fructus, constante matrimonio, pleno iure lucratur, vxorem alere cogitur, d.l. si cùm dotem.§. sin autem in sæuissimo. Et si instes hanc argumentationem bonam non esse: cùm maritus vxorem aliunde licet habentem vnde sese alat, nihilominùs teneatur alimentare, l. quòd si nulla. ff. de religios. & l. quod in vxorẽ. vbi Doct. C. de neg. gest. respondeo hoc ideo, quia & ei mulier operari, & omnia omnino similia exhibere tenetur, l. sed si vir. in prin. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. sicut. ff. de oper. libert. vtitúrque, & fruitur maritus corpore ipsius mulieris, d.l. quòd si nulla. Nec obstat quod dicebamus de debitore in diem. nã licèt hoc regulare sit, hoc tamen casu nostro singulariter, & summa ratione constitutum est, vt hæredes mariti in diem debitores mulierem creditricem interim alãt ex dote, quæ est ad solatium eius destinata, d.§.si verò dotem. nam & pariter debitor conditionalis, & in diem iusta aliqua caussa subsistente, cogitur cauere de soluendo adueniente die, vel conditione, l. in omnibus. ff. de iudic. veluti si debitor sui culpâ post contractum in suspicionem veniat, l. si creditores. ff. de priuileg. credit. l. quæsitum. ff. de pigno. Imò tantus potest esse fauor, vt debitor in diem ante diem soluere cogatur, l.j. C. de condict. ex leg.

16 Ad hæc & illud notandum, hęredes posse se hoc alimentandi onere liberare restituendo dotem, inuita etiam muliere: quæ ferenda non est, si dicat se malle dilationem pati, & consequi alimenta, l. si cõstante.§.quoties. hoc tit. Nec obstat, quòd hæredes debitores sint in diem, quos certũ est soluendo diem præuenire nõ posse, si sua interest antè non recipere, l. qui Romæ. in princ. ff. de verb. oblig. hoc enim obtinet in die, qui inest actioni, & obligationi ab initio fauore creditoris, vel vtriusque, non etiam in eo, qui indulgetur debitori miserationis gratia, vt faciliùs explicetur solutio, quem debitor potest sine dubio præuenire, d.§. quoties. Bartol. in l. ita stipulatus. j. q. ff. de verb. oblig. Bald. in authent. ei, qui iurat. C. de bonis author. iudic. possiden. *Hæredes quomodo se onere alendi viduam exonerent.*

Notandum & aliud, eum qui ex dispositione legis alimenta consequitur, non posse ea petere, si habet aliunde, vnde se alat, d. l. quæ legatorum. debentur enim officio iudicis, quod sola æquitate subnixũ est, l. planè. & l. fi. ff. de peti. hæredi. quæ æquitas tunc cessat. Qua ratione nec mendicantibus validis annona ciuilis quę egentibus, & infirmis destinata est, erogãda, l. vnic. C. de mendicant. valid. lib. xj. C.

esurienti enim panis vtiliter tollitur, vt eius inertia cohibeatur. c. non omnis. v. q. v. Hac etiam ratione nec filius, qui alere se potest, à patre alimenta iure petit, l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnoscen. Indéque Bart. & cæteri hic meritò concludunt, mulierem, pendente anno legali non posse ab hęredibus viri alimenta petere, si aliunde habeat, vnde victum sibi parare possit. Vnde nec his casibus alimenta præteriti temporis petentur. Barto in l. libertis, quos. §. j. ff. de alim. & ciba. leg. Castren. & alii hic. Alex. consil. lxxij. in v. vol. nisi moram pater in alendo filio, aut hæredes viri in alenda vidua contraxissent. Possent quippe filius, & vxor petere, vt creditoribus soluerent, l. si. ff. de in rem verso. Alex. & alii in l. de alimentis. C. de transact. idque Bald. in specie nostra consulendo approbauit. Cùm vidua, interpellatis hæredibus, ad fratris sui domum concessisset, à quo fuisset nutrita, Bald. consil. cxxiiij. vol. ij. Quòd si alimenta ex contractu, vel ex testamento, & ita ex hominis dispositione deberētur, rectissimè etiam ab eo, qui diues est, petuntur Bal. & alii in l. de alimentis. alleg. Ioan. Ana. consi. liiij.

Circa ea, quæ tractantur hic à Bar. & cæteris in tribus vltimis quæstionibus, notabis sequentes doctrinas. Prima, viduam ibi operari debere, vbi debet alimentari, l. sicut. ff. de oper. liber. si tamen alimenta ex legis dispositione deberentur, vt hic: secus, si ex dispositione testantis, l. libertis, quos. §. j. ff. de alimen. & ciba. legat. veluti (inquiūt illic Din. Bar. & alii) si testator reliquit vxori victum, & vestitum, aut alimēta simpliciter, Specu. in tit. qui filii sint legit. ver. si quis ita. Eo quippe casu non tenetur hæredibus operari, præterquàm duobus casibus. Primus, si alimenta in domo relicta essent: censetur enim tunc de stando grauata, vt aliquid operetur, Bald. in l. j. C. de legib. vnde (inquit) si velit stare in domo, sicut corpus mortuum poterit ei dici, *Qui non laborat, non manducet*, Accur. in l. quamuis. ff. de dam. infect. Intellige, vt idem Bald. exprimit respectu operarum obsequialium, quas, viuente marito, operabatur, vt seruire, sternere lectos, apparare coquinam, & alia id genus modica, l. Seio. §. fi. ff. de ann. leg. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. Artificiales autem non tenetur præstare.

Alter casus, si maritus relinquat vxorem dominam, massariam, & vsufructuariam: quo casu ex consuetudine vulgi, si sunt filii, censentur duntaxat alimenta relicta, Accur. in authent. hoc locum. C. si secund. nup. mul. Bar. in l. Titia. Seio. §. Imperator. ff. de leg. ij. hoc nanque casu, licet alimenta debeantur ex dispositione testantis, tenebitur tamen vxor operari filiis, & hæredibus. maritus enim, ita legādo, videtur constituere vxorem in illa prærogatiua domus, in qua erat, viuente marito, vt d. authent. hoc locum. & d. §. Imperator. Doctores scribunt. Vnde sicut tunc operabatur in domo mariti, ita & nunc in domo filiorum operari debebit, Bald. in d. auth. hoc locum. Benedict. Capta. consi. lxxij.

Vidua an teneatur habitare cum hæredibus.

Altera doctrina, vidua, cui debentur alimenta à lege, vel à defuncto marito relicta sunt, non tenetur habitare cum hæredibus: sed potest petere, vt alibi alimentetur, d. l. libertis. §. j. vbi Bartol. & cæteri. & hæc est veritas vsquequaque ita seruari refert Cuma. hic: nisi testator alimenta nominatim reliquisset, l. Gaio. §. imperator. ff. de alimen. & cibar. legat. Sed & tunc videtur posse mulierem alimenta seorsum petere: hoc enim, quòd in domo alimentetur mulier, adiectum est eius fauore. quocirca ad id cogi non debet, l. Titio centum, in prin. ff. de condit. & demonstrat. Sed & hoc non tantùm in legatarii, sed etiam in hæredis fauorem adiectum censetur: qui facilius, & cum minore sumptu præstabit in domo sua, quam extra domū alimenta, vt euidentia facti docet. 17

Quocirca verissimum est quod docuimus, vxorem eo casu extra domū alimenta petere non posse. Intellige, si potest commodè, & honnestè in domo cum hæredibus morari, & ita si non facto hæredum impediatur, l. qui concubinam. §. vxori. ff. leg. iij. l. Mæuia. §. fin. ff. de ann. legat. Quocirca à contrario, si propter hæredum sæuitiam, austeritatem, & malos mores non possit mulier cum illis morari, aut non

possit

possit cum illis honestè habitare, quia ea formosa esset, & elegans. hæredes autem, alioqui licèt tractabiles, procaces essent, luxuriosi, talésque, qui facilè possent in eã ruere, eiúsque pudicitiæ insidiari, l.pe.ff. vbi pupil. educar. debe. conditio illa habitandi cum hæredibus, velut turpis, remitteretur, l.pe.ff. de aliment. & cibar.leg. & d.§. Imperator. haberetúrque pro non scripta. l. conditiones. ff. de condit. instit. Bald. Angel & cæteri in d.l.j. C. de legat. perpulchrè Bald. consil. ccccclxxxiiij. volum.iiij.

Tertia doctrina, hæredes, quod plus colligunt ex fructibus, quàm sit ad alẽdam mulierem necessarium, lucrantur: quia vicem mariti defuncti sustinent, §.j. de iure iuran. à morien. præst. fingitúrque esse mulier in matrimonio, l.fi.C. de bon. mater. & quoniam si fructus dotis ad alimenta non sufficerent, deberent de suo supplere. quare quod similiter superest, debent lucrari. His rationibus Barto. hîc adducitur. Sed obstat in primis l.vnic.§.exactio. C. de rei vxo. actio. qui dicit fructus ex die soluti matrimonii restituendos. Et si intelligas (vt prædixi) illum text. de fructibus rerum immobilium, opponitur §.non solùm, huius legis, qui apertè dicit etiam fructus mobilium rerum dotalium ad mulierem, soluto matrimonio, pertinere. Denique, quòd non lucrentur in simili hæredes fructus, nisi vsque ad concurrentem quantitatem onerum, probat l.in insulam.§.j. hoc titu. vbi vir, qui fuit in matrimonio putatiuo bona fide, non retinet fructus dotis perceptos, nisi pro rata onerum. Nec obstat argumentum Bart. de marito ad hæredem, ductum, quòd secundum Castren. Alex. & sequaces non concludit. maritus enim lucratur fructus, siue sustineat onera matrimonii, siue non: quod non faciunt hæredes: maritus tenetur alere vxorem, etiam habentem aliunde bona, l.quod in vxorem. vbi Bart. & alii. C. de negot.gest. vel etiam nullam dotem habentem, l. quòd si nulla. ff. de religio. ad quæ hæredes tam rigidè non tenentur.

Bar. in l.si constante.§.quoties. hoc tit. distinguit inter fructus qui percipiuntur ex dote, & eos qui ex re mulieris aut propter rem percipiũtur. hi enim mulieri post annum restituendi à tempore soluti matrimonii, d.§.non solùm. sicut fructus rerũ immobilium, d. §. exactio. vers. similique modo. Illi non item. d.§. quoties, veluti si dos erat in pecunia, nõ tenebitur maritus post annum aliquid vsurarum nomine restituere, l.si nauis. ff. de rei vend. Interusurium quippe medii tẽporis cedit lucro mariti, d.§. quoties. Sed ego paulò antè hoc non probaui, alia noua, & vera distinctione vsus ex qua dissolutio præcedentis dubii liquet.

Ex dictis Accurs. Bar. & aliorum in gloss. mag. colligitur imprimis declaratio ad
18 legem, quæ dicit eũ, qui actionem habet, rem ipsam habere videri, l.qui actionem. *Actionem habens an rem habeat.*
ff. de reg. iur. obtinet enim secũdum largam, & impropriam significationem. nam propriè minùs est habere actionem, quam rem, l.minus. illo tit. plus siquidem cautionis est rei incumbere, quàm in personam experiri, l.itaque.§.si.ff. de furt. l.plus cautionis. ff. de reg. iur. §. furti. de obligat. quæ ex delict. in Instit. Præterea possessionis infinita sunt commoda, l.is, qui destinauit. ff. de rei vend. §. commodum. de interd. in Insti. dixi latè in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. Inde infertur, quòd cùm statuti verba propriè sint intelligenda, l.iij.§. hæc verba. ff. de nego. gest. statutum puniens vendentem rem suam, non haberet locum in vendente rem, ad quam actionem personalem haberet, Bar. Alex. & cæteri in l.Gallus. §. videndum. ff. de liber. & posthu. Et, ne hæc declaratio videatur diuinatoria, dicebam aliàs eam probari ex verbis vtriusque legis. Iuriscõsul. in d.l.qui actionem. vtitur verbo, *Videtur*, quod fictionis est, & impropriatatis, l.j.§.deiecisse. ff. de vi, & vi armat. Bar. & cæteri in l.si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. in l. minus, allegata, vtitur verbo, est, quod proprietatem notat. l. mercis appellatione. ff. de verb. signif. l.si maritus.§.legis Iuliæ. ff. ad leg. Iul. de adult.

Sunt qui aliter has regulas explicent, considerantes iura non dicere simpliciter eum, qui actionem habet, censeri quoque rem habere, sed cùm adiecto eum, qui

actionem habet ad rem recuperandam, l. qui actionẽ, & l. rem in bonis. ff. de acqui. rer. domi. Recuperare autem non dicitur, nisi, qui vi deiectus est, §. recuperandæ. de interd. in Instit. Vnde nec qui rei vendicationem habet, recuperare actionem propriè, sed vendicare rem dicitur, l. idem est. §. vti frui. ff. de vi. & vi armat. Vult ergo Iurisconsul. eum, qui actionem habet, hoc est, interdictũ ad recuperãdam rem, de qua detrusus est, perinde haberi, atque si rem possideret, l. si quis vi. ff. de acquir. poss. quod & rationem habet: cùm deiectus ciuilem semper possessionem retineat, de sola naturali detrusus, l. iij. §. in amittenda. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poss. & quoniam recuperandæ possessionis iudicium præsentissimum est, quo reus cogitur statim sine vlla mora, tametsi dominum se alleget, rem restituere, l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi pub. c. solicitè. c. conquerente. & c. in literis. de resti. spoliat. idque cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, l. videamus. §. item si vi. & §. in interdicto. ff. de vsur.

Hæc declaratio licèt subtilis sit, tamen nõ est tuta. quãdoquidẽ Vlpianus simpliciter dicat id apud se quem habere videri, de quo actionem habet, l. id apud se. ff. de verb. sig. Et alibi, rem in bonis nõ adnumerari de quo actionem, petitionem, aut persequutionem habemus, l. bonorum. §. fi. ff. de verb. sig. Præterea lex dicit actionem, ergo non de interdicto recuperatorio loquitur. Prætor enim in interdictis non dat actionem, sed iudicium se daturum pollicetur. & licèt ex interdicto Vnde vi, detur actio in factum, l. j. §. fi. & l. ij. & iij. ff. de vi, & vi armat. hoc tamen non facit contra deiicientem, sed contra hæredem, aut successorem, quatenus ad eos peruenit, d. l. j. §. fi.

Mulier an stet colono mariti.

Colligitur ex dictis Accurs. & Bart. altera doctrina, mulierem cogi stare locatio- 19
ni factæ per maritum, l. si filiofamiliàs. §. fi. hoc tit. Nec obstat l. emptorem. C. locat. & omnia alia iura, quæ dicunt singularem successorem non cogi stare locationi factæ per prædecessorem. nam obtinent (vt hic Accurs. tradit) in successore singulari ex voluntate: secùs, si sit successor singularis ex necessitate, vt est mulier in re dotali, d. l. si filiofa. §. fi. in quam, soluto matrimonio, maritus necessariò tenetur rem dotalem transferre, l. ij. hoc tit. Deinde circa hanc materiam Bart. in d. §. fi. l. si filiofa. Cin. Bald. & alii in d. l. emptorem, ponunt longam, & inuolutam distinctionem: cuius recitatione confundi possent, magisquam recreari auditorũ ingenia. Ideò clarè, & distinctè procedendo de more, concludam hanc quæstionem certis conclusionibus.

Successor quando teneatur stare locationi prædecessoris.

Prima, Successor vniuersalis, vt hæres, tenetur stare locationi factæ per defun- 20
ctum, l. viam. C. locat. cum enim hæres legis interpretatione eadem persona cum defuncto existimetur, §. j. de iur. iuran. à mo. præst. non debet is esse melioris conditionis, quàm defunctus à quo ius in eum transiit, l. hæredem. l. in omnibus. §. fi. ff. de reg. iur. Et sicut contra factum proprium nemini venire conceditur, l. post mortem. ff. de adopt. ita nec hæres contra factũ defuncti, l. cum à matre. C. de rei vend. Cùm hæres adeundo non modò creditoribus, & legatariis se obliget, sed & omnibus gestis à defuncto.

Hinc infero, quòd licèt fauore fisci constitutum dicamus, vt non teneatur, publicatis bonis, stare locationi factæ per confiscatum, l. si fundus. ff. locat. id tamen, (vt Bald. hîc, & illic declarat) recipiendum est, quando sola res locata cõfiscaretur: secùs, si omnia bona. tunc enim fiscus successor vniuersalis diceretur, quem cogi stare locationi prædecessoris constat, d. l. viam.

Successor singularis.

Altera doctrina, Successor singularis non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, l. emptorem. C. locat. Qua ratione dicimus emptorem posse colonũ, seu conductorem venditoris expellere, l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. d. l. emptorem, pariterque fructuarium, colonum proprietarii, l. arbores. §. j. ff. de vsufr. Et ediuersò proprietarium, vsufructu consolidato, colonum fructuarii, l. si quis domum. §. ij. ff. locat. Legatariúmque colonũ defuncti, l. qui fundum. ff. locat.

l. nihil

l. nihil proponi .§ .fin .ff. de leg.j. Colonus enim nullum ius in re habet: sed perso-
nam locatoris duntaxat obligatam, l.fi.§.fi. ff.de contrah.empt. Obligatio autem
personalis non sequitur rem, & ita singularem successorem, d.§.fi.& l.j.§. si hæres
præcepto fundo.ff.ad Treb.Bart.in d.l.emptorem. inferens singulariter duo. Pri-
mum,quòd si colonus ius in re haberet,quia vtile dominium, vt cōductor ad lon-
gum tempus putà decennium,qui vtile dominium habet,atque ideo actionem v-
tilem in rem,l.j.§.quod autem.ff.de superfi. tunc emptor, aut singularis successor
teneretur stare. Secundò,quòd si in instrumento locationis obligasset locator pro
obseruantia contractus bona sua, vt fieri solet, aut fundum locatum, non posset à
singulari successore expelli conductor,qui ius in re habet,l.cos.C.de pigno.§. item
Seruiana.de actio.in Insti.quod vltimum non est sine dubio,vt ostendunt Imol..&
alii in d.l.si filiosa.§.fi.Ab hac doctrina plures casus excipi constat.

Primus,vbi succederetur ex caussa necessaria. Accur. Bar.& alij,veluti in mulie- I.
Successor ex caussa necessaria.
re, in quam translatio rei dotalis, soluto matrimonio, debet maritus facere, velit
nolit,l.ij.hoc tit:ea igitur locationi factæ per maritum stare debet, d.l.si filiosa.§.fi.
Differentiæ ratio inter successorem voluntarium, & necessarium est: quia impu-
tandum ei, qui voluntariè alienauit, si ius coloni non reseruauit, l. si merces. §. j.
ff.locat.quod non est in alienante ex necessitate,vt non immerito iura dicant ma-
gis succurri ei,qui actum facit ex necessitate,quàm ex voluntate,l.si fideiussot.§. si
necessaria. ff. qui satisd. cogan. & (quod ad mulierem attinet) specialior ratio assi-
gnari potest: quia ea cēsetur successor vniuersalis: cum dos dicatur ius vniuersale,
l.quod dicitur.ff.de impens.atqui nos diximus successorem vniuersalem cogi stare
locationi prædecessoris,d.l.viam. Vel & secundò,quia maritus plenam rei admini-
strationem habet,constante matrimonio.quinimo dominus est, l. doce ancillam.
C.de rei vend. §.j.quib.alien.licèt: habēs autem plenam administrationem locare
potest,obligátque locando successorem,l.si tutelæ.C.de admi.tuto.

Sed tu considera huic casum verum non videri:quandoquidem proprietarius,
successor sit necessarius: quem tamen non teneri stare locationi fructuarii palàm
est,d.l.si quis domum.§.j. In primis differentiæ ratio concludit tantùm respectu a- 2
lienantis,seu prædecessoris:cur voluntarius in id,quod interest,teneatut, non ne-
cessarius.Sed respectu successoris non potest considerari ratio, cur potiùs necessa-
rius teneatur stare locationi,quàm voluntarius,quin potiùs occurrit in contrariū,
& ea euidens. minus enim debet me posse obligare is, quem ex necessitate rem in
me transferre oportet,quam quivoluntariè transfert.cùm hic liberam habeat eius
rei dispositionem. Vnde eam quoquomodo obligat, quámque legem vult antè,
quàm tradat, & in traditione imponere potest,l.in traditionib9.ff.de pact.Et quod
de muliere dicitur,nonobstat:cùm verum non sit mulierem pręcisè cogi,vt Bar.&
alii communiter docent in d.l.si filiosa.§.fi.sed causatiuè dūtaxat: quia tenetur ca-
uere marito se præstiturā marito id,quod interest, d.§.fi. quæ ratio superflua esset,
si præcisè cogi posset.

Sed nec aliqua prędictarum rationum apud me bona est.nam(quod ad primam
attinet) nos pluribus probauimus in Rub. verum non esse, quod vulgò dici solet,
dotem ius esse vniuersale,& dum dicimus maritum plenam habere rei administra
tionem,dominúmque rei dotalis esse,procedit quādiu durat matrimonium, non
etiam matrimonio dirempto, quo casu licet alioqui non transferatur dominium
sine traditione,l.traditionibus.C. de pact. transfertur tamen singulari iure in vxo-
rem rei dotalis dominium,l.in rebus.C.de iur.dot. vt itaque neque maritus dispo-
nere de dote, soluto matrimonio, ita nec constante, ita vt liget vxorem dispositio
post matrimonium.Nec obstat d.l.si tutelæ, quæ loquitur in administratore legiti-
mo, qui ex contractu suo pupillum potest obligare, vt in specie respondet Salic.
in d.l.emptorem. vj.oppos.dicendum igitur, nec quidem mulierem cogi stare co-
lono,d.l.emptorem.& l.nihil proponi.cum vulg. Licèt cogatur cauere marito,d.l.

si filiofa.§.fi. Sed hoc optima ratione contingit, ne maritus sine caussa damnificetur, cui nihil est, quod imputare possit mulier, quæ ei potestatẽ dedit administrandi res dotales, & liberè de fructibus earum disponendi. Vnde nõ tenetur restituere maritus, qui rebus dotalibus non aliter quàm propriis vsus est: nisi mulier se illum seruaturum indemnem caueat, ne maritus, qui bona fide in administratione rei dotalis versatur, sine caussa damnum patiatur, l. sed & si ideo.§.fi.hoc tit. cui casus fortuitus dissoluti matrimonii imputari non debet, l. si mora.hoc tit. Huc optimè pertinet quod diximus aduersus singularem successorem colonum vti posse retentione pro impendiis, donec de eis fuerit satisfactum, l. colonus.in fi.ff.de vi, & vi armat.l.qui iniuriæ.§.fi.ff. de furt. multò maiore igitur æquitate dicendum maritum aduersus mulierem, ex cuius tacita voluntate locauit, petere cautionem posse: cùm ex iusta caussa cautiones semper interponi debeant, l. in omnibus. ff. de iudic.

Hîc postremò notandum: quòd enim dicitur mulierem teneri caussatiuè stare locationi factæ per maritum, procedit, vbi bona fide maritus locauit: secùs, si fraudulenter facta fuit locatio à marito, l. in venditione.§.j.ff. de bo.auct. iudi. possid. Castren. & Alex. in d.l. si filiofa.§.fi. adferẽtes exemplum de marito, qui cum videret mulierem grauiter ægrotare, vt penè deplorata esset, fundum dotalem locauit, l. filiæ.hoc tit.

II. *Successor singularis fisci.* Alter casus est in singulari successore fisci, qui locationi per fiscũ factæ tenetur stare, l.fi.ff.de iur.fisc. atque ideo nequit colonũ expellere, l. cognouimus. de mancip. & colo.patri.l.xj.C. ne eo expulso contingat fiscum in id quod emptoris interest, condemnari, l.fi.vers. Papinianus.ff.de iur.fisc. Idémque dicendum (inquit Firma. in d.l. si filiofa.§.fi.) in successore ecclesiæ: cùm fiscus, & ecclesia æquiparentur, l.fi.C.de sacrosanct.eccles. Quod vltimum improbat Alex. in d.l. si filiofa.§.fi. quia nullibi legitur fiscum ecclesiæ comparari. Nec d.l.fi.C.de sacrosanct.eccles. obstat: quæ non loquitur de fisco, sed de ciuitate. Atqui in ciuitate cõstitutum non reperitur, vt successor eius particularis teneatur locationis contractum approbare.

III. Tertius, in successore singulari, qui non succedit in plenum ius, veluti in misso in possessionem ex primo decreto, qui nec quidem in ius possessionis succedit, sed nudam tantùm custodiam, & obseruationem habet, l. is cui.§.fi. plures.ff.vt in possess. legat. l. cùm legati. ff. quib. ex caus. in possess. eat, ideo tenetur stare locationi factæ per debitorem, l. in vẽditione.§.j.ff.de bo.auct.iud.possid. Sed obstat: quia in misso in possess. ex secundo decreto, quem certum est plenum ius quærere, l. si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect. Idem, vt scilicet, teneatur stare colono, tradit Bar. in d. l. in venditione. §. j. & alii communiter sequuntur. Cùm vtroque casu subsit illa vulgata ratio translationis necessariæ: ex qua si succedatur, existimatum est successorem teneri stare colono, d.l. si filiofa. §. fi. vbi Alex. Ego itaque puto aliam esse huius rei rationem: quia tunc succeditur ex dispositione legis, aut Prætoris auctoritate, quæ semper ius tertii reseruare censetur, proposita sibi semper ante oculos æquitate, l. quod si Ephesi.§.fi.ff. de eo, quod cert.loc. & hæc est propria ratio, d. l. in venditione.§.j. Nec obstat quod factum iudicis censeatur factum partis, l. si ob caussam.C.de euict. nam hoc est secundum legis fictionem.

IIII. *Partiarius colonus.* Quartus, & vltimus casus pro nunc est in colono partiario cui singularis successor stare tenetur, Butrig. in d.l. emptorem. Cuma. in d.l. si filiofa.§.fi. cùm is ius in re habeat tanquam socius. Coloni enim partiarij ij dicuntur, qui cum locatoribus damna, & lucra, quasi iure societatis partiuntur, l. si merces. §. vis maior.ff.locat. hi autem propriè coloni non sunt, sed ij, qui minus soluunt, vt Accurs. hac l.§. item si messes, declarat & in l.pe.ff.de vsufr.leg. Ideóque vti exceptione poterit aduersus emptorem, aut aliũ successorem singularem eum expellere volentem, vt & ea aduersus auctorem vti poterat, l. idémque.§.fi. vbi Bald.ff.pro socio. Sed obstat, quia partiarius colonus nec in re, nec in fructibus, donec percepti sint, ius habet, l. si apes.§.fi. 22

apes.§.fi.& l.seruus.§.locaui.ff.de furt.Ideóque conditionem furtiuam non antè ei competere palàm est, l.cũ in plures.§.messem.ff.locat.l.si fur.ff.de vsufr.Quocirca cùm ad emptorem post perfectum iure cõtractum fructus spectent,l.fructus.C. de actio.empt.non poterit agere contra eum colonus:cum non transeat in eũ, vt nec contra aliũ singularem successorem obligatio personalis, l. fi.§.fi. ff. de cõtra.emp. Nec obstat quòd exceptio, quæ datur contra auctorem,competit quoque contra singularem successorem,d.l.idémque.§.fi. nam verũ est, si exceptio illa afficit rem ipsam: qualis illa fuit, de qua ibi causata ex pacto de re non diuidẽda intra certum tempus, l.in venditione.ff.de actio.emp. l. si superatus. ff. de pigno.l.fluminum.§. adiicitur.ff.de damno.infect.secus si personam tantummodo afficiat, l. si tibi. §. si pactus.ff.de pact. Alios plerósque casus prædictæ regulæ limitatorios tractant copiosè Imol. & Alex. in d. l. si filiosa.§.fi. hoc tit.quos curiosus lector videre poterit. nam nobis propter proximum festum Resurrectionis Domini non vltra progredi licet.

Circa declarationem Ioannis, qui obscurè admodùm locutus est, dicebat ille, cui persuasum fuit totam pensionem, sicut totam vindemiam venire in contributionem,non obstare hunc tex.qui dicit, *Quartam partem mercedis* instantis anni confundendam.nam verũ est re,hoc est,de pręsenti non confundi,nisi quartã partem pensionis,&ita tria ex duodecim.Reliquæ autem partes,quæ sunt nouem ex duodecim,cõtribuuntur spe, id est,cùm effectu debebũtur: quod cõtingit, finito tempore locationis. Sed obstat inexpugnabiliter hic tex. in vers. & quarta portio. Et quia impossibile est talem fieri confusionem,vt nouem integra,quæ supersunt cõtribuantur intra annum soluti matrimonii.nam qui extra annum percipiuntur omnino pertinent ad mulierem.quare nec de eorum diuisione,aut confusione tractari potest,vt hîc familiariter explicat Castrens. Quoniam autem ampliter suprà Azonis intellectum improbauimus, superest nunc, sensibus omnium confutatis, nostrum ab auditorum quorundam impugnationibus defendere. Quatuor autem,in summa,videntur obiecisse. Primum si hîc decidat Iuriscõs. tertiam portionem vnius anni præstãdam marito,vana redditur hęc lex,otiosa,& superflua:cum idem suprà decisum esset,in l.de diuisione.& l. si ante nuptias.hoc tit. Sed respondetur,illis legibus terminatum fuisse aliud dubiũ,an,scilicet, haberetur ratio temporis,quo traditus fuit fundus dotalis, vt ab eo annus diuisionis inciperet. an verò temporis,quo cõtractum est matrimonium: hîc verò diuersa longè tractatur quæstio, an, scilicet, ex die locationis, an ex die contracti matrimonii fructus diuidendi sint.

Alterum dubium,Si non tertia portio pecuniæ conflatæ, sed redituũ anni præstanda venit, cur iubet Papinianus vtrumque & fructus, & mercedem confundi? Respondeo,quia sunt fructus duodecim annorum. pro cuiusque autem anni parte fuit in matrimonio maritus:ideóque oportet ex vtrisque fructibus eum capere, quod commodè non,nisi facta fructuum commistione,fieri potest.

Tertium dubium, Si ita,vt declarauimus legem nostram intelligamus proposita à Papiniano quæstio non deciditur: quæ fuit pro qua parte maritus lucraretur & fructus vindemiæ, & mercedem. Respondeo hanc non fuisse quæstionem propositam,sed illam, an ex die locationis, an verò ex die cõtracti matrimonii fructus diuidendi essent:& ita pro qua parte anni fructus retineret maritus.

Vltimum dubiũ, Improbauimus cõmunem interpretationem, velut iniquam: cùm nostra hæc vitio vacare non videatur. quæ est enim æquitas, vt maritus, qui perceptorum fructuum sit dominus, qui certa quoque anni parte onera sustinuit non pro ea fructus perceptos habeat, sed diem soluendæ pensionis expecter, ad quam tantùm actionem habet, quæ multis ex caussis inuitis potest reddi, vt si vi maiore fructus, læsi essent. l.si merces.§.vis maior.ff.locat.aut fundus locatus chasmate periisset, l. cùm res. §. fi. ff. de leg.j. Et hæc obiectio non tam interpretationi

noſtræ quàm literæ Papiniani quomodocúque intellectæ opponitur. Sed dic ideo totam portionem debitam marito ex fructibus perceptis non conficiendam: ſed partim ex mercede, partim ex fructibus collectis: quia (vt dixi) matrimonium fuit, conſtitit, & durauit vtroque tempore & collectionis fructuum, & locationis. nec eſt ſuccurrendum marito actionem ad mercedem duntaxat habenti: cum is in ea neceſſitate ſe poſuerit, l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. fundum dotalem alteri locando, quem per ſe ipſe excolere potuit: & ita rem habere. Nec conſiderandi ſunt illi aduerſi caſus vis maioris, & chaſmatis, in propoſita præſertim ſpecie: alioqui abſurdè minus dicendum, quòd ſi penultimo anno matrimonii vi maiore fructus læſi fuiſſent, vltimo verò anno vbertas fructuum maxima contigiſſet, deberet maritus ex fructibus vltimi anni damnum præcedentis compenſare.

Mulier an agat ad pēſionem cōtra colonū ſine ceſſione.

Non eſt omittenda quæſtio, quàm Accur. Bart. & cæteri in fine huius principii tractant, an, ſoluto matrimonio, mulier poſſit ad penſionem agere cõtra colonum recta ſine ceſſione: in qua communiter concluditur, quòd non l. j. C. per quas perſ. Ideóque vir cogetur cedere, l. Iulianus. ff. de peti. hæred. Quandóque tamen tranſit in mulierẽ actio ſine ceſſione, cùm videlicet, maritus mortuus eſſet, aut abſens, qui reperiri non poſſet: tunc enim in ſubſidium (quia cogi nõ poſſet maritus) tranſiret in mulierem actio ex contractu locationis ſine ceſſione, l. j. C. de actio. & obligat. Solus Bal. in c. j. vlti. col. an agnat. vel fil. in feud. defendit mulierem indiſtinctè agere poſſe ad penſionem ſine ceſſione: cùm fructus adiudicentur mulieri ſententia legis, quę vim habet ſecundi decreti. Secundum autem decretum vim habet, & effectum ceſſionis, l. j. C. de præto. pigno. & vt videtur circuitus, l. dominus teſtamento. ff. de cond. indeb. 22

Ego neque communem, neque Bald. ſentẽtiam ſequor: ſed indiſtinctè teneo in mulierem non tranſire actionem ex locato ad penſionem: cum non quæratur per liberum hominem actio. d. l. j. C. per quas perſo. niſi in ſubſidium, d. l. j. C. de actio. & oblig. ex æquitate: quia res aliter ſeruari nõ poteſt, l. ij. ff. de inſti. actio. l. fi. in prin. ff. de eo, per quem fact. erit. l. in omnibus. ff. de Præto. ſtip. quo caſu tantùm contra legis ſcriptum ius ſubuenit mulieri, l. vxor marito. ff. de donat. int. vir. & vxo. atqui res aliter ſalua eſſe poteſt mulieri: cum (vt ſuprà probauimus) non teneatur ſtare præciſè locationi factæ per maritum, l. ſi filioſa. §. fi. vbi Bar. & cæteri, hoc tit. & diximus ſuprà. Illud fateor, quòd vbi mulier præſtitiſſet marito cautionem, de qua in eo §. fin. quia tunc non omnino res ſalua eſſe poteſt mulieri non ſtando præciſè locationi.

§. EX CONTRARIO.

1 *Penſio an mulieri, ſicut emptori, debeatur.*
2 *Emptor an penſionem rei locatæ percipiat.*
3 *Fructuarius an fructum eius anni conſequatur.*
4 *Fructus beneficiorum an tranſmittantur.*
5 *Conſuetudo iniqua.*

Ex contrario quoque idem obſeruandum eſt. Nam ſi mulier percepta vindemia, ſtatim fundum viro in dotem dederit, & vir ex Kal. Mart. eundem locauerit, Kal. April. prius diuortium ſubſequutum fuerit, non ſolùm partem duodecimam mercedis, ſed pro modo temporis omnium menſium, quo dotale prædium fuit, ex mercede, quæ debebatur, portionem retinebit.

Principio huius legis generaliter traditum eſt, facto diuortio, fructus diuidi non ex die locationis, ſed habita etiam ratione præcedentis temporis, quo matrimonium contractum fuit. quod tribus exemplis Papinianus explicat huius l. Primum húcuſque durat, & loquitur, quando fructus naturales percepti fuerunt per maritum: conſtititque matrimonium quatuor menſibus.

Secundum

Secundum scribitur in hoc vers.ex contrario diuersum tractãs, quando, scilicet, fructus per vxorem percepti fuerunt:& durauit matrimonium sex mensibus.

Tertium est in vers.Item si messes,quo loco eadem decisione diuersum omnino casum à superioribus terminat. cùm fructus neque per maritum, neque per vxorem,sed per tertium, nempe colonum percepti fuerunt. & in illo mãsit matrimonium nouem mensibus.

Ex contrario. Vide hîc Accurs. Idem obseruandum est quod in præcedenti responso, vt non ex die locationis, sed ex die contracti matrimonii, fructus diuidantur.

Percepta vindemia. Pridie Kalend.Octob.finge.

Statim. Kalendis Octobribus,quibus contractum est matrimonium.

Partem duodecimam mercedis. Facta computatione duntaxat ex die locationis.

Omnium mensium. Qui sex fuerunt. nam Kalendis Octobribus contractæ sunt nuptiæ,& Kalendis Aprilibus factum diuortium.

Ex mercede,quæ debebatur. A colono pro toto anno locationis.

Portionem retinebit. Videlicet dimidiam: cùm sex mensibus, & ita media parte anni manserit matrimonium:& fructus à die matrimonii contracti diuidendi sunt inter virum,& vxorem.Sed imò videtur,quòd tota pẽsio ad mulierem,cui fit fun-

1 di dotalis restitutio,debeat pertinere,sicut ad emptorem, l.fi. ad fi.princ.ff. de iur. fisc.Solutio,inquiunt Accur.Bar.& alii aliud in fundo nũc vendito,& prius alii locato quàm in prædio,soluto matrimonio,restituendo.Hæc quippe restitutio fit ex necessitate,l.ij.in prin.hoc tit. Venditio verò fit ex volũtate,l.in commodato. §.sicut.ff. commo.& l.sicut.C.de actio.& oblig.Ideo tota pensio sequitur emptorem, si nondum dies præstandæ pensionis tempore emptionis aduenerat. magis namque lex solet subuenire facientibus actum ex necessitate, quàm ex voluntate, l.fideiussor.§.si necessaria. ff. qui satisd. cogan. Hincque duo singulariter inferuntur. Primum, quòd si, fundo æstimato in dotem dato, optio mariti esset restituere vel prædium dotale,vel æstimationem, fundúmque restituere, tunc restituendo fundum videtur hoc facere voluntariè, & reuendere eum, sicut ab initio emisse eum censetur,ex quo recipit æstimatum,l.quoties.j. de iur.dot. Ideóque tunc nõ fieret diuisio fructuum:sed mulier integros fructus consequeretur, sicut vẽditione contracta omnes fructus emptorem sequũtur,d.l.fi.de iur.fisc.ita in specie Angel.hic. Infertur secundò,quòd si maritus sponte remisisset repudium vxori, quòd harum præsertim legum tempore fieri poterat, l. fi. ff. de diuor. nihil ex fructibus maritus perciperet:cùm tunc dicatur ex voluntate, & spõte restituere dotem. vnde omnis pensio sequetur vxorem,sicuti emptorem,d.l.fi.de iur.fisc.

Pensio an mulieri sicut emptori debeatur

2 Sed hîc ad plura aduertendum.Imprimis enim non est verum, quòd tota pensio rei locatæ,& posteà venditæ emptori præstari debeat, sed pro rata anni duntaxat,id est,pro futuro tempore,si nõ aliud conuenit, l.si cùm fundum. ff.de cõtrah. empt.imò persolui debet venditori,qui tamen pro rata temporis tenetur eam emptori restituere,l.Iulianus.§.si fructibus.vbi in specie Accurs.ff.de actio.empt. & ideo hac in re nulla est differentia inter mulierem, & emptorem maritum, & venditorem,vt pulchrè docet Bal. in l.j.col.penul.C.de vsur.& fruct.legat. Nec obstat d. l. fi. quæ loquitur in fisco venditore à quo emens cùm teneatur stare locationi, &ita approbare colonũ cõtra regulas iuris cõmunis,grauatus in hoc,in alio remuneratur, vt totã pensionem recipiat. Quare si ab alio emisset, non idem dicẽdum: cùm tũc non teneretur stare locationi factæ per venditorẽ, sed posset cõductorem expellere,l.emptorẽ. C.locat. & plenè in principio huius legis diximus. Et hoc est quod Bar.&alii volũt in d.l.fi.ff.de iur.fisc. Bal.&reliqui in l.fruct⁹.C.de actio.emp. vt pẽsio ad emptorẽ tota pertineat,si talis sit,qui locationis cõtractũ approbare teneatur,d.l.fi. si verò nõ teneatur stare locationi, vt est regulariter,debeatur tãtùm ei pensio pro futuro tẽpore:pro præterito verò vẽditori, d.l.Iulianus.§.si fructibus,

Emptor an pensionem rei locata percipiat.

Hinc quoque patet Bar. & aliorum rationē differentiámque inter restitutionem, quæ fit ex necessitate, & quæ ex voluntate, bonam non esse: cum in vtraque idem regulariter constitutum probauerimus. Confutatur item hæc ratio, l. fi. §. pe. ff. quę in fraud. credit. vbi restitutio fit ex necessitate ab iis, in quos fraudandorum creditorum caussa res alienatæ sunt: & tamen nulla fit inter eos, & creditores fructuum diuisio. Ex iis præterea patet illationes Angel. Alex. & sequacium bonas non esse: cùm totæ in ea ratione fundarentur, quas, etiam data ea ratione, Bar. in specie eleganter improbat Imol. Areti. & Claud. Seyssell. quorum dicta piget hîc inculcare: tu eos videto. Sed nec magis sapit Alex. ratio, vt dicamus, ideo ad emptorem totam pensionem pertinere: quia in venditione siue ea ex necessitate, siue ex voluntate fiat, pretium constituitur, habita ratione æstimationis, & valoris rei, quæ erat tempore cōtractus, l. fi. §. fructus. ff. quæ in fraud. cred. Vnde ad eum meritò debet tota pensio pertinere: cùm venditor pretium habeat in recompensationem rei debitæ. quod in casu nostro dici non potest: etenim vxor, quę succedit, nihil viro pręstat. Sed neque hæc ratio, quam Alex. tantopere laudat, mihi placet per prædicta. nam diximus etiam in emptore verum esse diuisionem pensionis pro rata temporis faciu ndam & inter maritum, & vxorem: & ita nullam esse differentiam.

Fructuarius an fructum eius anni consequatur.

Cur autem in fructuario aliud dicamus, vt ad hæredem eius totus vsusfructus pertineat, non attento, quota parte anni vixerit, l. defuncta. ff. de vsufr. maritus autem non consequatur, nisi pro rata, tota hac l. diuortio. dicunt Bart. & cæteri rationem differen[tiam] esse, quia vir lucratur fructus ob caussam oneris matrimonii, l. pro oneribus. C. de iur. dot. quo extincto, cessat lucrum: fructuarius verò percipit fructus non ratione oneris, sed propter ius, quod in re habet. 3

Beneficiorum fructus an trāsmittantur.

Hinc Bar. & alii inferunt, quòd si Canonicus moritur, trāsmittit tamen fructus sacerdotii pro rata tēporis: cùm non percipiat eos vt fructuarius, propter ius, quod habet in re, sed propter onera ecclesię, l. pręsenti. de offic. ordi. in vj. Fatetur tamen Bart. Canonistas contrarium sentire, quibus (ait) in hoc est standum: qua de re videnda gloss. in l. ij. de anno. ciuil. lib. xj. C. & in d. c. præsenti. vbi Anchar. & Franc. de offi. ord. in vj. Panor. Barb. & Canonist. in c. fi. de pecul. cleric. plenissimè Panor. in c. cùm esses de testa. & omnino Card. consi. ij. sub tit. de pecul. cleric. vbi pulchrè loquitur. 4

Gallorum mores.

Quicquid tamē sit de iure, moribus huius regni inductum est, vt clerici fructus beneficiorum suorum perceptos transmittant ab intestato ad proximiores: de eisdémque simul atque de acquisitis, ex fructibus beneficiorū testari possint, c. cùm tibi. secundum vnum intellectum de verb. signifi. Ioan. Fab. in §. is verò. de rerum diuisio. in Insti. glos. Pragmat. in tit. de annat. §. item quod si ecclesia. quam consuetudinem valere confirmant ex d. c. cùm tibi.

Consuetudo iniqua.

Sed tu considera hanc consuetudinem iniquam videri ecclesiarum publicęque vtilitati repugnantem, ideóque nullius momenti: cùm in præiudicium ecclesiarum, & grauamen non modicum consuetudo induci non possit, c. j. de consuet. ratione duplici, quam illic ponit Panor. Prima religionis fauore, l. sunt personæ. ff. de religio. & sump. funer. Altera, quia cùm consuetudo sit lex, l. de quibus. ff. de legib. & lex debeat esse rationabilis, iusta, sancta, honesta, atque ita cōueniens fini æternæ, & sic religioni. c. erit autem. iiij. distinct. Consuetudo ecclesiis grauosa cùm sit contra finem legis, hoc est, contra debitam Deo religionem, non valet. d. c. j. Quo loco infert Panor. non valere cōsuetudinem, vt non exigat decimas parrochus, nisi vicissim ille parrochianus nonnihil præstet, c. decimas. iij. xvj. q. vii. Hinc ex d. c. j. idem Panor. in c. nulli de reb. eccles. non alien. infert non valere consuetudinem, quâ solemnitates requisitæ à lege pontificia in alienatione rei ecclesiasticæ, quæ scribuntur in c. sine exceptione. xij. q. ij. remittuntur, c. caussam. de re iud. licèt (vt Innoc. in d. c. nulli. tradit) valeat consuetudo augēs eas solemnitates. alleg. notata in c. quod super his. de consang. & affinit. 5

Similiter

Similiter non valet consuetudo, vt absens, neque per se, neque per substitutum à se vicarium sacerdotio deseruiens fructus percipiat. Panor. in c. cùm omnes. col. fi. de constit. vel etiam, quòd canonici non residentes percipiant distributiones quotidianas. c. vnic. in prin. de cleri. nō resid. in vj. Eadem ratione nullius momenti est consuetudo, vt clericus coram seculari iudice conueniatur: aut vt iudex laicus spiritualia tractet, c. ad nostram. de consuet. c. Messana, & c. sacrosancta. de electi. c. clerici. de iudic.

Præterea non valet consuetudo disponens, vt ignobiles non recipiantur in Canonicos, c. venerabilis. de præbend. neque enim (vt illic ait summus Pontifex) est personarum acceptio apud Deum, qui ad regimen ecclesiarum non nobiles, ac potentes, sed ignobiles, & pauperes elegit. Quòd si non valet consuetudo (inquit Panor. ibidem) multò minus statutum: cùm plus possit contra canones consuetudo, quàm statutum, vt idem plenè demonstrat, in c. fi. col. viij. de consuet.

Putauerim igitur cōsuetudinem illam, qua tamen in hoc regno vtimur, vt clericus de fructibus beneficiorum, & de acquisitis ex iis disponat, nō valere per prædicta: nisi quatenus in fauorem pauperum, religiosorum, aut eorum, qui clerico viuenti seruierunt secūdum seruitii meritum disponatur, c. relatum. ij. de testamen. aut moderatè & in parua quantitate, c. cæterùm. de donat. Philipp. Franc. in d. c. præsenti. col. iiij.

Quid autem in vassallo moriente ante fructus perceptos, aut post perceptos antè, quàm dies soluendæ pensionis veniat, an ad hæredes fructus ipsos, vel ius exigendi pensionem transmittat. vide text. expressum in c. j. §. fi. hîc finit lex in feud. quem tex. Bald. ibidem ostendit sine ratione loqui: ad quem non aliud assignari potest quàm illud Iuuenal.

Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas.

Eo tamen casu non ad dominum feudum reuertitur, sed deuoluitur ad agnatum. Dicit Cuma. hîc seruādam esse huius legis distinctionem, vt pro rata temporis fiat fructuum aut pensionis diuisio, quod improbat hîc Seyssell. quem vide post Alex. col. ij. tractantem etiam quid in fructibus rei emphyteuticæ.

§. ITEM SI MESSES.

Item si messes eius anni, quo diuortium factum est, colonum ex forma locationis sequantur, ante vindemiam soluto matrimonio, nihilominus pecunia messium in computationem cum spe futuræ vindemiæ veniet.

Hactenus loquutus est Papinianus, quādo vnicus tantùm fructus nempe vindemia ex fundo percipitur: nunc quando duplex messis videlicet, & vindemia. fingendúmque hîc præterea matrimonium durasse nouem mensibus: cùm tamen in primo huius legis responso manserit duntaxat quatuor. & in vers. ex cōtrario. sex. diuersum deinde tractat à superioribus in alio Papinianus, quia principio legis nostræ egit, cùm fructus per maritū percepti sunt. in vers. ex contrario, quando per vxorem: hîc verò, cùm per tertium nempe colonum.

Habet autem in vers. tres lecturas, quæ omnes ex glossulis Accurs. colligūtur. Prima intelligit hunc tex. cùm maritus fundum datum in dotem locauit pro vtrisque fructibus tam pro messe, quam pro vindemia. glossa verò in verbo sequantur, intelligit, quòd mulier priùs, quàm fundum dotis nomine cōstitueret, fundum locauerit: pro totóque locationis tempore pensionem receperit: & ita maritum nihil anno constantis matrimonii percepisse. Glossa autem sub verbo vindemiæ interpretatur maritum hic locasse pro messe tantùm, non etiam pro vindemia. Et licèt

hi casus in discursu thematis differant, in decisione tamen iuris conueniunt. Primam lectionem Bart. dicit planam, claram, & bonam esse: alteram notabilem, tametsi nō adeò claram: posteriorem neque claram, neque notabilem adfirmat. Secunda lectura receptior est, singularem casum continens, & maximam declarationem ad hanc legem, Diuortio, & omnes text. qui de hac materia loquuntur: secundum quam talis species proponitur. Mulier locauit certa pensione (duodecim aureis finge) fruēdum fundum: ex quo duplex fructus colligi solitus erat, messis videlicet, & vindemia: (quod & in plerisque locis tam in Italia, quàm in Gallia fieri videmus: in quibus tanta est terræ pinguitudo, vt ad vitium, & segetum nutrimentum sufficiat, vitésque desuper arbores conseri videmus) contraxit. locauit autem fundum fruēdum respectu messium duntaxat. nam vindemiam sibi mulier reseruauit. Deinde matrimonium Kalendis contraxit Nouembribus, eiusque fundum in dotem marito dedit. Kalendis Iulii percepit colonus messes. Kalendis Augusti diuortium factum, aut alio modo solutum matrimonium: & ita post interfectas messes, ante tamen perceptam vindemiam. Quæritur hic de ratione diuisionis fructuum, & ex quo sit ineunda. Et pariter vt in superioribus, respondet hîc Papinianus ex die contracti matrimonii: ex quo cùm nouem menses, facta fideli supputatione, effluxerūt, ex duodecim aureis mercedis messium in cōputationem cùm spe futuræ vindemiæ veniet, vt, facta horum confusione, ex ea pro modo temporis omnium mensium portionem maritus retineat. Quarta autem pars dūtaxat mulieri relinquatur. Quod verò attinet ad fructus, quos mulier antè, quàm nuberet, percepit, ex prædictis omnibus (inquit Papinianus luculenter) cōstat in contributionem non venire. Vult igitur secundum hunc sensum Papinianus, quòd si maritus non percepit, nec percipere potuit de fructibus anni, quo matrimonium soluitur (non quia æditi, aut nati non sint) sed alia ratione, veluti propter præcedentem mulieris cōtractum, quia locauit fundum, & statim percepit pensionem. quo casu vir nihil habebit de fructibus illius anni: quia spectant ad colonum. nec de mercede, quia iam percepta est per mulierem. Habebit tamen in recompensationem partem de fructibus sequētis anni, facit l. si vno. in prin. ff. locat. quod tamen Bald. negat. cùm aliter subueniatur marito, qui potuit pensiones pro rata præteriti temporis ab vxore, vel hæredibus eius repetere. pro quo (licèt nihil adducat) facit optima ratio. quia si colonus vltimo mense locationis colligat fructus immaturos, ne dominus maturos percipere possit, tenetur domino ad interesse, l. & hæc distinctio. §. cùm fundum. ff. locat. Accur. in l. fructu. ff. de vsufr. leg. Idémque si proprietarius nonnihil faciat, quo fructuarii vsusfructus retardetur, l. si vsusfructus legatus. in prin. & l. si pendentes. in prin. vbi Accurs. ff. de vsufr. Ergo & mulier præmaturè mercedem rei locatæ accipiens teneri debet marito: cùm eadem sit caussa pensionis, & fructuum, l. mercedes. ff. de peti. hæred. Adhæc nō dissimile est quod scribit Inno. in c. fi. ne prę l. vic. su. & apertiùs Archid. in c. alienationes. xij. q. ij. quòd si in aliquot annos prælatus rem ecclesiæ locauerit, pensionémque pro toto tempore locationis perceperit: deinde ante finitum tempus locationis moriatur, poterunt repeti pensiones pro rata temporis ab hærede successoris. Quod si successor hæredem non haberet (quia religiosus, vel nihil haberet in bonis, ideóque hæredem non reperiret) possunt iterum peti à colono solutæ pensiones: cui imputandum est, qui non prospexit, & cogitauit hoc euenire posse, l. si quis domum. §. j. ff. locat.

Ioann. Imol. has opiniones sic conciliat, vt siquidem maritus cùm recipiebat fundum in dotem, sciebat locatum esse fundum, pensionemque vxori solutam, & tunc vera sit opinio Accurs. vt non possit agere ad repetitionem pensionum. Est enim imputandum marito, qui fundum sterilem accepit, d. l. si quis domum. §. j. ff. locat. cui scienti nec dolus, nec iniuria fit, l. cùm donationis. C. de transact. aut maritus hoc ignorabat. & tunc vera sit Bal. sententia, vt repeti possint pensiones à muliere, vel

here, vel eius hærede pro rata temporis, quo matrimonium durauit. nec enim verisimile est maritum voluisse annum matrimonii esse sine commodo fructuum, l. de diuisione.hoc tit. Cui præterea non est imputandum, si pẽsionem solutam mulieri non diuinauit, l.si putator.ff.ad leg. Aquil. Verùm nec hæc distinctio bona videtur: cùm & in primo membro imputandum quoque marito eadem ratione videatur, ne de fructibus sequentis anni sibi satisfiat.

Mihi videtur decisionem huius quæstionis ab ea pendere, an maritus teneatur stare locationi fundi dotalis factæ à muliere ante matrimonium. Quod Accurs.& alii communiter hic supponere videntur: vt seruetur æqualitas inter virum, & vxorem, quæ colonum viri probare tenetur, l.si filiosa.§.fi.hoc tit. Ego cum Alexand. contrà puto; quia maritus est singularis successor: quem constat non teneri approbare contractum locationis factum per prædecessorem, l.emptorem.cum similib.C.locat.etiam si esset successor ex caussâ lucratiua, l.nihil proponi.§.fi.ff.de leg. j. & diximus plenè in principio huius legis. Nec quicquam me mouerit quod de muliere econtrariò dicitur. nam verius est (vt ego suo loco docui) nec quidem ipsam teneri stare locationi factæ per maritum præcisè, d.l.si filiosa.§.fi.vbi Bartol. & alii communiter idem docent.

Ex his deciditur præcedens quæstio: quia cùm maritus tanquam singularis successor possit expellere colonum, si non expulit, videtur contractum mulieris approbasse. Cæterùm quia mulieris negotium vtiliter gessit, cum ratum habendo quod gesserat: tum quia effecit, ne ad interesse colono teneretur, l.ex conducto.in prin.ff.locat. d.l.si filiosa.§. fin. saltem actione negotiorum gestorum à muliere consequetur maritus partem pensionis pro rata temporis, quo durauit matrimonium, l. si pupilli, vers.quid ergo.ff.de nego.gest.

f.ii.

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONsulti prælectiones Italicæ.

RVBRICA.

Soluto matrimonio,[a] quemadmodum[b] dos[c] petatur.[d]

1 *Matrimonium sine dote.*
2 *Matrimonium quomodo contrahatur.*
3 *Patris consensus in nuptiis.*
4 *Deus quid coniungat.*
5 *Matrimonia quomodo dirimantur.*
6 *Diuortium ex qua causa fiat.*
7 *Repudij lex an sublata.*
8 *Maius malum vitandum.*
9 *Matrimonium sola morte dirimitur.*
10 *Papæ potestas in dissoluendis nuptiis.*
11 *Bonum pacis.*
12 *Monachismus quando nuptias soluat.*
13 *Vxore repudiata, an liceat aliam ducere.*
14 *Fornicationis verbum.*
15 *Quemadmodum.*
16 *Dos in genere, & in specie.*
17 *Græcorum lex de dotibus.*
18 *Nomina particularia, & vniuersalia.*
19 *Dos an ius vniuersale.*
20 *Pretium quando loco rei.*
21 *Libellus generalis in dote.*
22 *Dos quando propriè dos.*
23 *Petere, petitio.*
24 *Repetere, verbum.*

a L.iij.ff.de iur.dot. b L.ij.§.post hos.ff.de orig.iur. c L.j.ff.de diuor. d L.ij.in princ.hoc titul. e L.fi.C.de donat.ant.nup.l.iij.ff.de iur.dot. f c.de prudẽtia.de dona.int.vir. g L.fi.C.de repud.authent.præterea.C.vnd.vir.& vxor. h L.j.l.manumissiones.ff.de inst.& iur.l.j.ff.si cert.peta. i L.ad rẽ.

NON possum hîc à fronte ego non ridere vanitarem scripto-
rum, in interpretatione huius Rubr. futilia quædam, & otiosa,
nec ad rem quicquam pertinentia, magno fastu tractantium.
quale illud, Quare dicatur Infortiatum, In quot partes hic li-
ber diuidatur, An ista nomina Perusinus, & de Perusio, con-
uertantur, An ablatiui absoluti conditionem faciant, & alia id
genus sexcenta, de quibus potiùs silere conueniebat, & in iis
tantumdem operæ ponere, quæ ad propositum materiæ tractatum congruentiùs
spectabant: Quod me facturum spõdeo vobis, vel potius in me recipio. Sed ad rem. 1
Expositis sponsalibus, & matrimoniis, de iure dotium, quæ sine nuptiis consistere
non possunt,[a] Iuris auctores dixerunt: ac demum iustum ordinem sequuti, de di-
uortiis[b] quòd nimirum plerumque cõtingeret, misso quoque repudio, dirimi ma-
trimonia.[c] Cùm aurem, dissolutis nuptiis, oporteat dotem restitui mulieri:[d] eiusce
rei tractatum, Iurisconsulti meritò subiunxerunt. Cuius interpretationem non ag-
grediemur, nisi paucis quibusdam de modo contrahendarum nuptiarum repeti-
tis. Cùm enim matrimonium sit causa dotis,[e] ipsáque dos, veluti consequens, ac
appendix matrimonii,[f] vtpote sine quo (sicuti dictum est) dos nulla sit: licet econ-
tra nuptiæ sine dote cõsistant,[g] certa non potest haberi dotis cognitio, eius caussa
ignorata:[h] nec facilè consequens dignosci, nisi cognito primũ antecedente.[i] Huc
pertinet, quòd cum de dotis repetitione nõ soleat, nisi soluto matrimonio, tracta-
ri[k] & ita caussa nuptiarum dissolutionis, pernoscenda sit, modus cõtrahendi ma-
trimonii necessariò præmitti debet: quod priuationis cognitionem debeat habitus
scientia præcedere.[l] Enimuerò matrimonium contrahitur solo viri, & mulieris 2
consensu,[m] siue inter præsentes verbis declarato, aut etiam signis in non valenti-
bus loqui,[n] siue inter absentes per nuntium, aut epistolam.[o] Et rametsi nulla dotis
instru-

k ad legatũ.ff.de procur.l.illud.ff.de acq.hered. k L.ij.in prin.hoc tit. l L.decem.ff.de ver.oblig. m c.cum locum.c.cum apud.de sponsa.c.sufficiat.xxvij.q.ij. n c.tua.de sponsal.e Accurs.l.cum notissimi.C.de præscript.xxx.ann. o L.mulierem.ff.de rit.nup.c.ex parte.ij.de conuers.coniug.

instrumenta intercesserint.[p] nec vlla sit dos constituta,[q] quod non dotibus, sed affectu, & voluntate matrimonia contrahantur.[r] Sed nec carnis copula necessaria est.[s] quippe nuptias non concubitus, sed consensus facit.[t]

Ampliùs traditum, parentum auctoritatem, lege pontificia, quam solam in matrimoniis spectamus:[u] etiam in terris imperii,[x] nullatenus desiderari,[y] nisi honestatis gratia.[z]
3 Cùm passim sacri canones dicant, solum eorum cõsensum de quorũ agitur coniunctione, sufficere.[a] & in spiritualibus (qualis est matrimonii caussa:[b]) constet potestatis patriæ rationem non haberi.[c] Deinde quoniam cõstitutionem nuptiarum à parentũ voluntate pendere negat summus pontifex.[d] eóq; nomine Doctores existimãt antiquatas esse leges ciuiles, quę nuptias aliter cõsistere noluerunt, quàm si consensissent ij quoque, in quorum potestate coeuntes essent.[e] adeò quidem, vt non alioqui, iusti liberi nascerẽtur.[f] Hincque scriptores, tria potissimùm inferunt. Primum, contractas ita spreto patris cõsensu, nuptias, nec quidem summi pontificis auctoritate, dirimi posse.[g] Cùm nequeat homo separare, quod Deus coniunxit.[h] Rursus, patrem nihilominùs teneri dotare filiam, quæ se spreto, nupsit,[i] ne legis auctoritate filia circunueniatur,[k] quæ cum permissu legis nupserit, pœnam meretur nullam.[l] Eadémque ratione, nec filius exhæredari:[m] nisi fortè propudiosam, & infamem duxisset.[n] Atque ita receptum à nostratibus omnibus, qui ingenii sui monumenta posteris reliquerunt. Sed horum ego sententiam, Plutonis familiæ iampridem ascripsi, non cõtemnendis, vt mihi quidem videtur rationibus.[o] nam quod vim nuptiarum à parentum voluntate pendere nolint pontifices:[p] rectè quidem, vt scilicet, non cogatur filius (cui fortè magis placet cœlibatus, aut oblata puella displicet) patri matrimonium imperanti obtemperare.[q]
4 Et sacrum illud eloquium, QVOD DEVS CONIVNXIT, HOMO NON SEPARET,[r] sic accipi debet, vt credamus id Deum tantum coniungere, quod ritè, & honestè coniungitur. Vnde quod nimia libido, aut effrenis adolescẽtum temeritas, diabolo suasore conglutinauit, si caussâ cognita dirimat iudex, non homo separare, sed Deus ipse per suos ministros rectè dirimere dicitur.[s] Quæ omnia fusiùs suis locis.

5 *Soluto matrimonio.*[a] Hoc pandectarum iure, non tantùm morte, sed etiam diuortio, atque adeò cõtingente seruitute, dirimebatur matrimonium.[a] Morte dubium non est. cùm omnia mors dissoluat,[b] sitque rerum omnium (sicuti Cicero ait) extremum.[c] similitérque seruitute,[d] siue pœnæ, quia coniugum alter in metallum damnatus sit: vel in opus metalli,[e] siue hominis, quia coniux fuerit effectus priuati seruus, veluti hostium.[f] nam eadem est vtrobique[g] ratio. Etenim morti seruitus assimilatur.[h] Licèt hoc ipsum Nouellâ suâ lege Iustinianus antiquauerit.[i]
6 Diuortio verò, qualibet etiam leui de caussâ, soluebantur olim nuptiæ. vt ex Sulpitii Galli, P. Sempronii & Antisti Veteris historiis (quorum alibi meminimus)[k] apparet. Eiúsque in nuptiis dirimendis, hæc erant verba solemnia, RES TVAS TIBI HABETO, RES TVAS TIBI AGITO: In sponsalibus autem, hæc, CONDITIONE TVA NON VTAR.[l] Verùm Iustinianus, ex iustis tantùm, & à se definitis caussis, repudium permisit.[m] Qui tamen non ideo satis sibi cauit, cum eo nomine, tum à Theologis, tum à Pontificiis impetatur. quod aduersus ius diuinum insigniter dicatur peccasse.[n] siquidem lex repudii, per Euangelium sit sublata, di-

p L. fin. in prin. C. de repud. q L. fin. C. de donat. ant. nup. r D. l. fi. C. de repud. s §. nuptias. de nup. coll. iiij. t L. nuptias. ff. de reg. iur. v c. tuam. de ord. cog. c. fin. de secund. nup. x Accurs. §. fin. de grad. & in l. j. C. de sec. nup. y c. j. c. ex literis de sponsa. c. pe. de rapto. z Glos. d. c. sufficiat. a D. c. cum locum. d. c. sufficiat. b c. tuam. de ord. cog. c c. fin. de iud. lib. vj. d c. fi. xxx. q. ij. e L. ij. ff. de rit. nup. §. j. de nup. f L. Paulus. ff. de sta. hom. g Glo. c. ex publico. de conuer. cõiug. h c. Quos Deus. xxxiij. q.

v. Matt. xix. i Glo. c. fi. xxxij. q. ij. k L. j. C. de iis, qui ve. ata. l L. Gracchus. C. de adult. m Glo. c. fi. xxxvj. q. j. n L. iij. §. si emãcipatus. ff. de contra tab. o Lib. j. Miscell. c. xvij. & lib. epist. Quæstio. c. xxix. p c. fi. xxx. q. ij. q L. filiofa. ff. de sponsa. l. non cogitur. ff. de rit. nup. r Matth. xix. d. c. quos Deus. s c. si homicidiũ. in fi. xxxij. q. v. d. c. quos Deus. a L. j. ff. de diuort. b §. deinceps. de nup. coll. iiij. c Cicero lib. Epist. vj. ad Torq. d D. l. j. de diuort. e L. quidam. ff. de pœn. f L. cum hic status. §. si donator. ff. de do. int. vi. g L. res vxoris. C. illo tit. h L. seruitutem. ff. de reg. iur. i §. sed etiam captiuitas. de nup. coll. iiij. k Lib. v. Miscell. c. x. l L. ij. ff. de diuort. m L. consensu. C. de repud. §. miseretis. de nup. coll. iij. §. quia vero plurimas vt hic. mat. & auia. coll. vij. n c. lege. x. distinctio.

cente Domino, QVOD DEVS CONIVNXIT, HOMO NON SEPARET.[o] Sed
certè Iustinianus dupliciter defendi potest: primùm, quòd diuortiũ certis ex caus- 7
sis permiserit, ne quid grauius admitteretur à maritis, qui vxores inuisas nonnun-
quam occidebãt.[p] nam & hac ratione, dato libello, Iudæis olim Moses permisit, v-
xorem abiicere[q] ad duriciam videlicet cordis eorum: ne veneficium, aut homici-
dium committeretur.[r] Sic vsuras quoque ad certum vsque modum tolerauit Iu-
stinianus[s] contra illud Euangelii, MVTVVM DANTES:[t] vt grauior furtorum, &
rapinarũ præcideretur occasio.[u] Illicitam item concubinatus libidinem dissimula- 8
uit, & vt leuius malum indulsit:[x] vt vitarentur raptus, incestus, & adulteria.[y] Et in
simili permisit Augustinus, colligere sortes ex diuinæ Legis verbis, potiùs quàm
dęmonia cõsulere.[z] Et Hieronymus per Deum iurari potiùs, quàm per creaturas.[a]
Permultáque nolentes permittimus (inquit Chrysostomus) quia malas hominum
voluntates omnino non possumus prohibere.[b] Et si omnino nullus (ait Gregorius)
sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur. quia & qui muto-
rum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior
murus inuenitur.[c] Potest & illud dici, ecclesiam Iustiniani tempore verba illa E-
uangelii, QVOD DEVS CONIVNXIT, aliter intellexisse, quam posteà fecerit:
nimirum, vt homo dirimere cẽseretur, quod temerè, & nulla ratione disiungeret.
non item si iustis de caussis separaret.[d] Cùm enim iubebat Magistratus coniuges
diuertere, non homo, sed Deus ipse separare dicebatur:[e] quod & Agathensi con-
cilio expressum est. D. Ambrosius sentit, Tertullianus declarat, nouissiméque ve-
nustissima disputatione comprobauit Erasmus,[f] post Iustiniani verò tempora cœ- 9
pit ecclesia aliter interpretari, & Augustini contra Pollentium sequi sententiam,
vt coitum semel coniugium sola morte dirimatur.[g] Quam interpretationem non
potuit diuinare Iustinianus, vt meritò nihil rectè ei possit obiici.[h] Adeò porrò ve-
rum est, nuptias morte tantùm dissolui, vt nec quidem superueniente lepræ mor-
bo dirimãtur:[i] nec summus põtifex, qui fruitur alioqui plenitudine potestatis, eas
possit dirimere.[k] quando vetuerit Dominus, vti dictum est, ab homine separari
quos ipse coniunxerat. nec aduersus Dei legem quicquam possit Rom. Pontifex.[l]
Quod tamen, ita verum Doctores interpretantur, si matrimonium concubitu
consummatũ sit. circa nuptias enim carnis copula non confirmatas, quia sortiun- 10
tur naturam (vt illi putant) ex constitutione ecclesiæ latissimè volunt summi Pon-
tificis patere potestatem.[m] Similis enim in Monachismo adhibetur distinctio, vt
per eam monasticæ vitæ professionem, matrimonium carnis commixtione non
perfectum dirimatur.[n] Mihi verò (saluo semper sacrosanctæ ecclesiæ iudicio) nun-
quam placuit hæc sententia. posteaquàm enim verbis legitimis, mutuóque con-
sensu inter personas idoneas ritè contractæ sunt nuptiæ, verum est sine dubio, &
perfectum matrimonium, tametsi necdum vllus intercesserit concubitus:[o] cùm
nuptias non coitus faciat, sed consensus:[p] ac proinde proferatur istiusmodi matri-
monium, nuptiis posterioribus copula consummatis.[q] Vnde non debet posse Ro.
Pontifex sine caussa coniuges vllo casu dissoluere: cũ non separet ipse, quod Deus
cõiunxit:[r] nec vllam habeat diuini iuris laxãdi potestatem.[s] Atque ita, ex facto re-
spondisse fertur Innocẽtius Papa cuidam principi postulanti matrimonium nec-
dum copula firmatum dissolui.[t] vt mirum sit, cur summo Pontifici contra eius vo-
luntatem, nedum auctoritatem diuinæ legis, tantum posteà tribuerint Interpre-
tes. Et hęc vera, nisi ex magna grauíque caussa. cum ea subsistente, consummatum
etiam

o Matth. v. & xix. c. quos Deus. xxxiij. q. ij.
p c. si quod verius. xxxiij. q. ij. glos. d. c. lege.
q Deutero. xxiiij.
r Matth. xix. vbi Theophila. & Chrysosto. i. Corit. cap. vij.
s L. eos. §. j. & tot. tit. C. de vsur.
t Lucæ vj.
u Glo. d. c. lege.
x L. vn. C. de concub.
y Gloss. & DD. c. inter cætera. de sponsal.
z c. his qui. xxvj. q. ij.
a c. considera. xxij. q. j.
b c. hac ratiõe. xxxj. q. j.
c c. nerui. §. fin. xiij. distinct.
d c. quos Deus. xxxiij. q. ij.
e c. si homicidium in fi. xxiij. q. v. d. c. quos Deus.
f Ambros. & Erasm. i. Corinth. vij. Tertullianus. lib. iiij. aduersus Marcionem.

g c. ij. de trans. epis. c. ij. c. quanto. c. gaudemus. de diuort. h Alciat. lib. Parerg. vj. c. xx. i c. j. & ij. de coniug. lepros. k Glo. & DD. c. ex publico. de con. coniug. l c. non liceat. x. dist. c. sunt quidam. xxv. q. j. m Glo. d. c. ex publico. Dec. latè cons. cxij. n c. ij. c. ex publico. c. ex parte. ij. de conuer. coniug. c. scripsit. c. decreta. xxvij. q. ij. o c. ex parte. ij. de conuer. coniug. p L. nuptias. ff. de reg. iur. q c. fi. de spons. duo. r D. c. ex parte. ij. vbi Panor. iij. not. s D. c. non liceat. d. c. sunt quidam. t Panor. d. c. ex publico. col. pe.

etiam concubitu matrimonium, Rom. Pontifex possit dirimere.[w] vt & cum Ludo.
XII. Gallorum Rege dispensauit Alexander VI. vt Ioannam Valesiam vxorem,
11 cui per multis annis assueuerat, repudiaret. Caussa autem iusta dici potest, bonum
pacis, cuius conseruandæ gratia non tantum seueritates legis remittuntur,[x] sed e-
tiam mala quandoque tolerantur:[y] & econtrà pro bono pacis sustinetur matri-
moniũ alioqui inutile.[z] Caussam etiam probabilem plerique nec immeritò cen-
sent, vbi adolescentes per fraudem illecti, insidiosis putà lenonũ, meretricularum,
aut alterius captionibus circũuenti essent.[a] neque enim, sicuti diximus, leues, va-
nos, & repentina aliqua affectione permotos, aut id Deus coniũgit, quod intem-
perata libido per lenas, & lenones malè conglutinat.[b] Quod verò Monachismo
12 dici solet nuptias non concubitu confirmatas dirimi:[c] ita vt liberum sit ei, qui per-
stiterit in seculo, alteri iungi[d] satis probauerim, vbi honesta vtriusq; voluntas, non
iracundè, videlicet, nec intemperanter, sed pia, & sancta aliqua affectione permo-
ta, accederet:[e] alioqui cùm ante congressum (sicuti probauimus) legitimum sit, &
perfectum coniugium, suámque substantiam habeat,[f] & ita vis eius tota pendeat
à Deo Opt. Maximo,[g] non video, quomodo per mutationem cultus iuxta homi-
num institutionem, altero reclamante, nuptiæ ritè contractæ dissolui possint.[h]
Sed tamen ita pontificiæ leges scriptæ sunt, exemplis, & auctoritatibus plerisque
confirmatæ,[i] ea (vt opinor) ratione, quòd sanctiorem, & perfectiorem vitam mo-
nachismi professione censeatur coniunx eligere.[k] Quod an verum sit, viderint hi,
quibus eruditionis, & sapientiæ donum vberius contigit a Christo.

Ob caussam porrò fornicationis, non dubium, quin post confirmatum concu-
13 bitu matrimonium, liceat vxorem dimittere.[l] ita tamen (vt plerique omnes Theo-
logi, & pontificii interpretantur) vt torus tantum, & domestica consuetudo diri-
matur manente coniugii vinculo,[m] ac proinde non sit ius marito iterandi cum al-
tera coniugii.[n] Quæ sentẽtia non vsquequaque recepta videtur:[o] vt pote quæ non
paucos habeat contradictores, viros etiam apud ecclesiam Romanam magnæ
auctoritatis,[p] iure, meritóque, quemadmodum mihi (salua sacrorum canonum, &
ecclesiæ auctoritate) semper visum est. cum ex hac fornicationis caussa, liberum fe-
cerit Deus marito vxorem abiiciendi.[q] Et quoniam inhonestæ libidinis vitandæ
gratia præcipit Dominus, vnumquemque propriam vxorem habere:[r] nimis au-
tem iniquum esset, vt ob scelus mulieris, maritum qui nihil admisit, imò qui vehe-
menter afflictus est, tanta calamitate premi, vt libidinis incẽdium per omnem vi-
tam ferre cogeretur. Nec me mouerit illud, QVOD DEVS CONIVNXIT, HO-
MO NON SEPARET.[s] nuptiarum namque vinculum, vbi vxor est adultera, non
homo, sed Deus ipse dissoluit.[t] Cùm autem præcipit Dominus, vxorem à viro non
discedere, & si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari,[u] non agit il-
lic Paulus de discessione coniugis, quæ fit ob crimen adulterii, sed ex leuiusculis a-
liquibus offensis: vt ex eo colligitur, quod iubet Dominus, vxorem, quæ discessit,
viro suo reconciliari: quæ tamen si iure diuertisset, magis erat placanda, quàm vt
reconciliari iuberetur. Deinde mulierem Paulus tantùm alloquitur:[x] cui fas non
fuit, apud Iudæos repudiare maritum, aut ab eo discedere. nam cùm de viro agit,
eum tantum adhortatur, & monet, ne vxorem abiiciat. Nec illud addit, vt si dimi-
serit, maneat cælebs, aut vxori reconcilietur.[y] Sanè verò non dubiũ, quin ex caus-
14 sa fornicationis liceat vxorem abiicere,[z] fornicationisque verbum, extensius acci-
piendum, Pontificii censent, quàm sonet stricta, visitatáque vocabuli significatio.

w Gloss. & DD. c. j. c. super eo. de cog. spiritu. Panor. d. c. ex parte. x c. vt constitueretur. l. dist. y c. hec quippe. iij. q. vj. c. j. c. ecce inquiunt. xxiij. q. iiij. z c. ij. de despons. impub. a Mar. Soci. consil. xxviij. Anchor. cons. ccxl. Dec. consi. cxij. in fin. b c. quos Deus. xxxiij. q. ij. c c. ij. c. ex publico. c. ex parte. ij. de conuer. cõiug. c. desponsatam. xxvij. q. ij. d d. c. ex parte. ij. e c. sunt qui. §. fi. c. scripsit. xxvij. q. ij. f c. fin. de spons. duo. c. sufficiat. xxvij. q. ij. g c. vn. de vot. in vj. Mat. v. & xix. h c. lege. x. dist c. quos Deus. xxxiij. q. ij. d. c. sunt qui. Matth. xix. i c. scripsit. §. ecce. xxvij. q. ij. k §. distrahuntur. de nupt. coll. iiij. l c. quemadmodum. de iureiur. c. idololatria. xxviij. q. j. Mat. v. & i. Corinth. vij. m c. tua. de procur. c. ex literis. de diuor. c. licitè. xxxij. q. vij. n c. ex parte. de sponsal. c. gaudemus. de diuort. c. dixit. xxxij. q. j. o c. vxor. xxxij. q. vij. p Ambros. in vij. cap. j. Corinth. q Matth. v. d. c. vxor. r i. Corinth. vij. s Matth. xix. c. quos Deus. xxxiij. q. ij. t Matth. v. u i. Corinth. vij. x i. Corinth. vij. y D. c. vij. j. Corinth. vbi Ambros. & Erasmus. z Mat. v. & xix. i. Corinth. vij. d. c. quemadmodum. d. c. idololatria.

nimirum vt spiritualem quoque fornicationem complectatur.[a] veluti Hæresim,[b] & idololatriam,[c] atque adeò præposteram libidinem,[d] ob quæ vitia diuortium ita permissum est, vt, manente nuptiarum vinculo, thori tãtum separatio fiat, atque ideo non liceat diuertẽti alteri copulari.[e] Sicuti, & cùm cõiux leprosus detegitur, ex caussa matrimonium præcedente, quæ alterum coniugem latuit.[f]

15 *Quemadmodum.*[b] Dictio, *Quemadmodum*, ex tribus particulis, *Quem, ad, & modum*, composita, pro similitudinis aduerbio, plerumque poni solet.[a] At nonnunquam interrogatiuè,[b] vt & hîc fieri, plerique putant,[c] contra veri fidem. nulla quippe fieri potest in verbis Rubri. interrogatio: cùm eò tantùm spectent, vt ostendant, qua de re dicturus sit legislator.[d] Et cùm stat interrogatiuè, dictio, *Quemadmodum*, solet iungi futuro indicatiui, veluti *Quemadmodum* petatur, ac proinde rectiùs puto, dictionem, *Quemadmodum*, hîc poni demonstratiuè, vt & alibi sæpè,[f] nimirum vt significet Iurisconsultus, se tractaturum hoc tit. Quomodo, id est, per quos, A quibus, In quantum, & qua actione,[g] dissolutis nuptiis, dos repeti possit.

16 *Dos.*[c] Dotis verbum, in genere, & in specie potest accipi. generatim acceptum id omne significat, quod peculiariter, hominibus, vel etiam rei inanimatæ, natura concessit, vel hominum arte tributum est. Hinc virtutes animi Dotes dicuntur. Et pulchritudo, robúrque, dotes corporis: vnde Ouidius,[a]

Nam tibi cum satis mores natura pudicos,
Et raras dotes, ingeniúmque dedit.

Hinc dotem verborum, Cicero dixit,[b] pro maiestate dictionis, & orationis. Hinc in iure dotes prædiorum, pro impositionibus, & instrumentis agri.[c] Dos ecclesiæ, pro reditibus, qui clericis altario deseruiẽtibus, ad alimoniam assignantur.[d] Et dos Vestalis virginis, pro ea pecunia, quæ sanctimoniali datur, in monasticæ vitæ professione.[e] Pudicitiam quoque puellæ Plautus dotem dixit,[f]

Non ego illam dotem mihi duco esse, quæ dos dicitur: sed pudicitiam.

idémque Terentius,[g]

Primum indotata est, tum quæ secunda ei dos erat, petit,
Pro virgine, dari nuptum non potest.

Et per contrarium, Dotem Thusco modo, Plautus[h] vocat quæstum illum meretricium, quem Thuscæ quondam puellæ ad dotem comparandam facere solebant. Verba Plauti hæc sunt,

Tu iam locere in luculentam familiam:
Vnde tibi talenta magna, vigenti pater
Det dotis, non vt hîc, eam ex Thusco modo
Túte tibi indignè, dotem quæras corpore.

Contractiore porrò vocabulo, Dos in iure nostro id ipsum dicitur, quod mulier, ad solatium nuptiarum, marito[i] dat. quòd si à patre, tanquam parente, & de bonis, vel facto eius, profectum est, profectitia[k] dos: si aliunde, aduentitia dicitur. Cætera verò bona, quæ proprii, vel communis vsus caussa, mulier in mariti domum, defert, quod vltra dotem sint, Græca voce parapherna[l] dicuntur. Hinc dotiũ vsum, Solon, lege lata apud Athenienses, ex matrimoniis substulit, tres tantum vestes, & quędam minimi pretii vasa, nuptam secum importare iubens: non pecunia, non mercede, sed gratia, beneuolentiáque viri, vxorísque consortium coniungi debere existimans.[m] Et Lycurgus apud Spartanos lege lata, virgines sine dote nubere 17 iussit,

a c. non solũ. xxviij. q. j. Doc. l. j. C. de sec. nup.
b c. ij. de diuort.
c D. c. idololat. cum seq. d. c. non solum.
d c. omnes. xxxij. q. vij.
e c. quãto. c. ij. de diuort. c. ij. & iij. xxxij. q. vij. d. c. omnes.
f c. j. & ij. de coniug. lepros. d. c. quẽadmodum. & vtrobique Doct.
a L. iij. § si quis duobus. ff. de adm. leg.
b L. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. l. iij. § vtilitas. ff. de itin. actusque priu.
c Bar. Alex. & alij communiter.
d L. regula. § fi. ff. de iur. & fac. Alex. l. j. col. ij. ff. si cert. pet.
e L. iij. § vtilitas. ff. de itiner.
f L. j. C. de edend. ff. quemad. ser. amitt. C. vsufr. quemad. ca. & quemad. test. aper.
g L. ij. l. si cùm dotem. l. marito. hoc tit.

a Ouid. lib. iij. Trist. b Cic. in prin. de orator. c L. ij. § fi. l. Seia. § liberto. & § prædia. ff. de fund. instruc. l. amissi. § pen. ff. de fideiusso. l. si prædiorum. C. ad l. Fal. d c. cùm sicut. de consec. eccles. vel alta. e Bar. l. j. § si vel parens. ff. si quis à parent. f Plaut. in Amphytrione. g Terent. in Adelph. h Plaut. in Cistellaria. Alciat. lib. x. Parerg. c. v. i L. si pater mulieris. in fi. l. dotis fructus. ff. de iur. dot. l. pro oneribus. C. illo titul. k L. profectitia. in prin. § si quis certam. & § pen. ff. de iur. dot. l. ij. § j. vbi DD. hoc tit. l L. si ego. § dotis. ff. de iur. dot. l. hac lege. C. de pact. conuent. m Plutar. in Solone.

iussit, vt vxores eligerentur non pecunia, seueriúsque matrimonia sua viri coercerent, cum nullis dotium frenis, tenerentur.[n] Romani verò sapientiùs, dotium subsidia matrimoniis[o] adiunxerunt, censentes publicè interesse, mulieres pro natalium dignitate nonnihil ad maritum perferre; quo graues illas nuptiarum molestias vir tolerabiliores haberet:[p] & idipsum, *Dotem*, vocarunt. In cuius rei definitione, otio, & literis interpretes abuti mihi videntur, tot, & tantas verborum nænias effundentes, cùm quid sit dos, satis superque, vel ad sensum vnusquisque cognoscat: nec opus sit verbis, cùm res ipsa, cuius caussa verba quæruntur,[q] planè intelligitur. Et tamen Bartolus[r] (cui crebrò cæteri adsentiuntur) anxiè nimis (vt mihi videtur) dotem finiuit, *ius quoddam esse in se continens quod à muliere, vel eius parte, marito, vel eius parti, traditũ est, vel pro tradito habetur, ad onera matrimonij sustinenda*. Dotem cùm primis ius[s] esse dicunt: & id quidem vniuersale, quoniam fructus (qui res tantùm augent[t] vniuersales) ipsam quoque dotem ampliorem[u] reddunt. Et quia in dote pretium succedit loco rei,[x] sicut in vniuersalibus.[y] Denique quoniam dos proptium est patrimonium mulieris,[z] patrimonium autem sicut hæreditas, iuris est vniuersalis nomen.[a] Hinc illud item traditum, tametsi dos in rebus particularibus constituta sit, libellum, atque adeò sententiam incertam, & generalem, vt & in aliis iudiciis vniuersalibus,[b] admitti.

Mihi verò cum aliis plerisque, semper visum est, dotis verbo nõ ius aliquod, sed ipsissimum rei corpus à muliere marito ob caussam matrimonii datũ, significari:[c] quod & Terentii verba ostendunt,[d]

Dos est Pamphile, decem talenta.

Et alibi,[e]

Dos, hîc maneat Demipho.

Et cùm dos (sicuti M. Varro, & Festus Pompeius declarant) à dando dicta sit,[f] rem aut pecuniam, quæ datur, dotem ipsam esse, manifestum est. Demonstrátque prætereà, tractatus de impensis in res dotales, in quo passim impensæ in dotem, & in res dotales, confunduntur, ac pro eodem ponuntur.[g] Et quod primum Iurisconsultus *Dotem* vocauit, posteà fundum appellat.[h] Dotémque coram amicis tradi dixit summus[i] pontifex. Denique passim dos dari, reddi, numerari, retineri, condici, solui, & sequestrari[k] dicitur: cuiusmodi appellationes, ad rerum corpora, nõ etiam ad incorporea[l] iura referuntur. Quòd si dos, ius non est, igitur nec vniuersale: cùm non sit qualitas sine subiecto, & non entis qualitates nullæ sint.[m] Adde quod, rebus dotalibus perceptis, ipsa quoque dos[n] euanescit: cùm tamen dici soleat, ius vni
18 uersale permanere, extinctis etiam corporibus, quæ in eo[o] cõtinebantur. Et quamuis in pluribus fundis, aut aliis corporibus dos sit constituta, vt meritò rerum vniuersitas dici possit, non tamen ideo sequitur, ius esse vniuersale:[p] vt patet in grege, populo, legione, armento, choro seruorum, & aliis id genus, quæ vniuersitatis nomina sunt, cæterùm facti, non iuris.[q] Vnde grex vendicari potest, non facta singulorum capitum demonstratione:[r] contra iuris vniuersalis naturam, in quo singula corpora, vbi in rem agitur, peti debent.[s] Et vniuersale ius, non plurium modò rerum vniuersitatem significat: sed etiam iura, & actiones, actiuè, & passiuè continere solet, vt in hæreditate, patrimonio, peculio, similibúsque videre[t] est. Quod vbi

n Iustinia. lib. iiij.
o c. nullum, xxx. q. v.
p L. vn. §. pe. C. de rei vxo. act. de scr. lib. x. C.
q Cicer. pro Cecinna.
r Bart. & alii hic.
s L. quod dicitur. ff. de impens.
t L. itẽ venient. §. fructus. ff. de pet. hered.
u L. etiam C. de iur. dot. l. si marito. §. fin. hoc tit.
x L. res quæ ex dotali. l. ita cõstante. ff. de iur. do.
y L. si & rem. ff. de pet. hered. l. Imperator. ff. de leg. ij.
z L. ij. §. sed vtrum. ff. de mino.
a L. cogi. in princ. ff. ad Trebell. l. si fideicõmissum. §. j. ff. de iud.
b L. iij. l. si quo tempore. ff. de pet. hered. l. quæsitum. ff. de pecul.

DD. l. j. ff. de edend. c *L. si prædiorum. C. ad l. Fal. l. si mora. hoc tit. l. fi. C. de sent. quæ sine cert. quant. Azo. Angel. Cuma. Castrens. Lancelot. Dec. & ex iunioribus multi.* d *Terent. in Andria.* e *Terent. in Phormione.* f *l. fi. §. si à socero. ff. quæ in fraud. cred. §. est & aliud. de dona.* g *L. j. l. quod dicitur. j. & ij. ff. de impens.* h *L. impensa. ff. de verbo. sig.* i *c. nostrates. xxx. q. v.* k *L. profectitia. ff. de iur. do. l. ij. in prin. L. Titia. l. si cum dotem. §. si verò. l. si pater. hoc tit. l. inter. §. cum inter. ff. de pac. dot. l. ij. §. fi. ff. de priuil. cred.* l *L. seruus. §. incorporales. ff. de acq. re. do.* m *L. ij. ff. de vsufr. l. eius. ff. si cer. pet.* n *L. plerumque. ff. de iur. dot. l. j. C. eo tit.* o *L. hæreditas. ff. de pet. hered. l. peculium nascitur. in fi. ff. de pecul.* p *L. rerum mixtura. ff. de vsucap.* q *L. proponebatur. ff. de iud. l. si chorus. ff. de leg. iij.* r *L. j. §. fi. ff. de re. vend.* s *L. si peculium in princ. ff. de pec. leg. l. vendicatio. ff. de re. vend.* t *L. hæreditas. l. pecunia. ff. de verbo. signif. l. cogi. in prin. ff. ad Trebell. d. l. peculium.*

certum fundi corpus, in dotem datum est, vllo modo considerari nequit.[u]

Nec me mouerit, si quispiam contendat, dotalem fundum, vniuersitatem dici
posse:[x] id enim non negauerim, quatenus, scilicet, vniuersitatis verbum contra-
himus, vt id significet, quod passim Doctores appellant, totum integrale. Quo
modo Sabinus domum, vniuersitatem ædium dixit, cuius partes sunt solum, & su-
perficies.[z] Et Iulius Paulus vniuersitatem fundi empti, vt omnes eius partes fun-
dus contineat, quæ in vim contractus possidentur.[a] Nec valde absimiliter Iauole-
nus, vniuersitatem consummationis, pro opere omni ex parte perfecto.[b] Ac nec
hoc casu dos dici potest ius: & multò minùs vniuersale:[c] sed potius quid integrale,
suis ita conflatum partibus, vt, vel minima sublata, desinat esse totũ,[d] quippe quòd
res illa in dotem data, aut (si plura fortè fuerunt tradita corpora) res omnes dota-
les, simul, & coniunctim consideratæ, ab ipsa dote non[e] differunt: sicuti nec id to-
tum, quod in peculium conceditur, ab ipso peculio:[f] quamuis si plures res dotales
separatim, aut etiam vnius corporis in dotem dati partes singulariter, & per se cõ-
siderentur, aliud sint à dote:[g] vt & omnes leges ostendunt, quæ de rebus in dotem
datis, aut acceptis verba[h] faciunt. Sed nec tunc dos poterit ius vllo modo dici, sed
quædam vniuersitas rerum, aut nomen plurium collectiuum[i]. Illud quoque con-
cesserim ego, vt sicuti ex contractu, qui in facto consistit,[k] obligationem, quæ iuris
est vinculum, enasci[l] videmus. Et ex traditione rei, caussa legitima præcedẽte, non
tantùm dominium,[m] sed etiam ius agendi, & excipiendi ad rei defensionem vel
amissæ recuperationem.[n] Præterea ex rei corporalis vsu, possessionisque apprehen
sione, quæ facti est,[o] ius eius rei detinendæ, & conseruandæ quærimus:[p] quod &
ipsum possessio appellatur.[q] Denique sicut commodatum, & depositum, non rem
modò commodatam, aut depositam signat:[r] sed conuentionem ipsam, & obliga-
tionem, ex traditione rei contractam,[s] ita ex pecuniæ numeratione, aut dotalis
rei traditione ius quoddam oriri, & conflari, quod ipsum quoque dos, in iure no- 19
stro, nonnunquã dicitur.[t] de quo sanè probabilior esset quæstio, an particulare, vel
vniuersale censeri debeat. Qua in re iamdiu docui, vt quemadmodum actio mo-
bilis, vel immobilis, obligatio diuidua, vel indiuidua iudicatur secundum naturam
rei, propter quam proditæ sunt,[u] ita ius illud, quod dos dicitur, ex natura rei in do-
tem constitutæ definiatur: vt si singularis sit, aut particularis, ius particulare: si vni-
uersalis, vniuersale existimetur. quod & Cumanus acutè præsensit,[x] dotem esse
censens, ius vniuersale aptitudine, non actu: si vna res sit in dote. Hoc autem ius (vt
præcipuam aduersantium rationem tollamus) qualecunque illud sit, non etiam
singula dotalium rerum corpora, per sumptus necessarios, ipso iure[y] minuitur: hoc
est, corpora in dotem data (quia non fit confusio partis rei cum[z] pecunia: nec con-
ceditur, sicuti dici solet, de quantitate ad speciem compensatio[a]) per ipsas neces-
sarias impensas deminutionem non recipiunt. sed est ipsum ius dotis, hoc est, vni-
uersitas, seu rerum omnium dotalium quantitas, & æstimatio, quæ deminuitur, &
tantò minor efficitur.[b] vt & in simili dixit Vlpianus, non certas loci facultates per
æs alienum imminui, sed totum[c] patrimonium.

Quem-

u L. mulier bona. ff. de iur. do. Bald. l. j. col. iiij. hoc tit.
x L. ij. §. cũ Stichũ. ff. pro emp.
y Dixi. l. iij. col. iiij. ff. de seruitutib.
z L. cum qui. ff. de vsucapio.
a D. §. cum Stichum.
b L. eum, qui. §. fi. ff. locat.
c L. ij. ff. de vsufruc. l. eius. ff. si cer. peta.
d L. si duos. ff. de cont. emptio. dixi. d. l. iij. ff. de seruitut.
e L. etiam. in prin. C. de iur. do.
f L. depositi. §. fi. & l. peculium. j. ff. de pecul.
g L. quod dicitur. in prin. ff. de impens.
h L. dotis fructus. §. j. l. si ego. in prin. l. plerumque. in prin. & §. fi. l. si rem. l. si mancipia. l. res in dotem. ff. de iur. dot.
i L. rerum mistura. ff. de vsucapio.
k L. consilio. §. fi. ff. de cur. fur.
l L. ex placito. C. de re. permuta. §. j. de oblig.
m L. traditionibus. C. de pact.
n L. rem in bonis. ff. de acq. re. dom.
o L. nec vtilem. ff. ex qui. ca. ma. l. quæstio. ff. de verb. signif.
p L. homo liber. § fi. ff. de acq. re. do. l. peregrè. ff. de acq. poss.
q L. j. l. iij. § hæres. l. si vt cert. in prin. l. si is qui. ff. commoda. l. j. in prin. l. ei apud. ff. depos. l. si hominem. l. si in Asia. illo tit.
r L. iurisgentium. ff. de pact. § actionum de actio.
s L. j. § sed quod diximus. l. licet ff. de dot. præleg. Bar. l. cum pater. § pater filiæ. ff. de leg. ij.
t § j. de non alie. coll. ij. l. ij. § & harum. l. iiij. § Cato. l. stirpes. non diuid. ff. de verbo. oblig. dixi. l. qui liberos. ff. de rit. nup.
v L. dotis fructus. § si vsusfructus. ff. de iur. dot.
x Rap. Cuma. hic.
y L. quod dicitur. j. ff. de impens.
z L. si non sortem. § si centum. ff. de cond. ind.
a L. si conuenerit. ad prin. ff. de pig. actio. Accur. § in bonæ fidei. de actio.
b L. j. § impensæ. ff. de dot. præleg. l. si is qui. § quod dicitur. ff. de iur. dot.
c L. si fideicommissum. § j. ff. de iud. l. cogi. § an de quæritur. ff. ad Trebell.

Quemadmodum autem (vt & alterum de fructibus obicem tollamus) vniuersitas illa dotis minuitur necessariis impensis: [d] ita per fructus ante matrimonium perceptos (nam, constante matrimonio, maritus eos lucrifacit [e]) augmentum quoque recipit. [f] non quia dos sit quid vniuersale, sed tanquam verisimiliter, ex voluntate mulieris, sunt in dotem conuersi, [g] & velut additamenti caussa marito in dotem dati. [h] At hæc ratio cessat, vbi fructus, soluto matrimonio, maritus percepit. cùm enim dos tunc temporis nulla sit: [i] nec speretur matrimonium, non potest dici propriè dos augeri: [k] quasi tamen & ij fructus dotis fuerint, per actionem de dote petentur: [l] propterea quòd tacitè inter contrahentes actum intelligitur, vt qui fructus, solutis nuptiis percepti essent, velut caussa onerum matrimonii cessante, mulieri restituerentur. [m]

20 Porrò quod obiiciebatur, pretium in dote, sicut in vniuersalibus, loco rei succedere, [n] parum vrget: cùm enim dos (vt probatum est) non sit ius vniuersale, non cõtingit ex communibus iuris [o] regulis, sed peculiari mulierum fauore: quatenus illis vtile est. [p] Quod & Accursius ipse præsensit. [q] Nec nouum, vbi subest æquitas, loco rei, pretium succedere. [r] Nec item eo moueor, quòd dotem Vlpianus dixerit, ipsius filiæ proprium matrimonium esse. [s] hoc enim lata quadam interpretatione accipiendum est. Neque enim patrimonium mulieris propriè dicitur, sed [t] quasi. Vnde & idem Vlpianus, visum est veteribus, inquit, æquissimum, mulieres de dotibus,
21 quasi de patrimoniis suis funerari. [u] Hinc autem verũ non esse constat, quod Bartolus, cæterique docent, valere libellum, quo dos in rebus particularibus constituta, generaliter petitur. [x] Nec eo moueor, quod in legitima, cuius loco dos succedere [y] dicitur, generalis legitimæ petitio procedat. [z] nam hoc ex necessitate contingit (quemadmodum in obligatione alternatiua [a]) cùm non sit in agentis potestate, declarare incertitudinem. [b] ex quo legitima est quota bonorum, [c] & deducto ære alieno, ac funeris impensa, præstari debet. [d] Vnde eadem ratione dico, si dos, nulla re, vel quantitate demõstrata, foret promissa (sicuti fieri potest [e]) generalem, & incertam dotis petitionem admitti. [f] quoniam non sit in petentis arbitrio taxare dotis quantitatem, sed boni viri auctoritate fieri debeat, pro modo patrimonii, & natalium dignitate. [g] quod si non valet in dote libellus incertus, multò minùs sententia: [h] in qua res magis ad liquidum, quàm in libello deduci debet. [i] & quia non esset certa neque per se, neque per relationem ad acta. [k] Sed de iis satis, ac fortassis etiam nimiùm multa.

22 Illud quoque ex definitione [l] Bartoli colligunt, dotem non dici propriè, priùs quàm tradita sit, vel pro tradita habeatur. Quod & ipse verum puto [l] cum dos, à dando dicta, sit quædam species donationis. [m] Donatio autem (quemadmodum Cicero in Topicis scribit) sine traditione, acceptionéque nulla intelligitur. [n] Est enim donatio, doni datio. [o] Et dotem (inquit Imperator) nõ scriptura dotalis instrumenti, sed numeratio facit. [p] Nec dotale prædium Vlpianus intelligi voluit, cuius dominium per traditionem marito quæsitum non esset. [q] Et receptum est, ab exequutione dotis contractum, exemplo donationis, nomen accipere: [r] iisque ob-

d D.l. quod dicitur. d. §. impensa. e L. dotis fructus. ff. de iur. dot. f L. si marito. §. fin. hoc tit. l. si seruo dotẽ. ff. de iur. dot. g L. videamus. §. pe. ff. de vsur. d. l. dotis. h L. etiam. in fi. C. de iur. do. i L. j. §. pe. ff. pro dot. l. fi. C. de donat. ant. nup. k L. eius, qui. ff. si cert. peta. l L. si cum dotem. §. fi. hoc tit. l. Titia. c. §. Titio genero. ff. de cond. & demo. Accur. l. stẽ. §. fructus. ff. de peti. hered. m L. inter. §. cum inter. ff. de pact. dot. n L. imperator. ff. de leg. ij. l. Labeo. & Sabinus. ff. de verb. sig.

o L. qui vas. §. fi. ff. de fur. p L. ita constante. l. si ex lapidicinis ei. l. res qua. ff. de iur. dot. l. si mulier. in fi. ff. de pac. dot. q In l. si ex pecunia. C. de iur. do. r L. si eum seruum. ff. si cert. peta. s L. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. t L. vn. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. v L. in eum. ff. de religios. x L. si & rem. ff. de re. vend. c. ij. & iij. de lib. obla. Bar. & DD. hic. y L. quoniam Nouella. C. de inoff. test. Bar. d. §. Titio genero. z L. si quis in suo. vbi Bald. C. de inof. testa. a Accur. l. certi condictio. ff. si cert. peta. b L. j. §. quia autem. ff. quo. lega. c Bar. l. ex facto. col. y. ff. de here. inst. d L. Papinia. §. quarta. ff. de inoff. test. l. cum autẽ pars. ff. de leg. ij. e L. cum post. §. gener. ff. de iur. do. l. j. l. iij. C. de do. pro. f D. §. quia autem. g L. quero. ff. de iur. do. h L. fi. C. de sent. qua sine cer. quãt. i Accur. & DD. l. j. ff. de edend. k L. ait prator. §. si iudex. ff. de re iud. l L. j. C. de dot. caut. l. Titio centum. §. Titio genero: ibi, hoc enim mulieris. *ff. de cond. & demo. m L. fi. §. si à socero. ff. qua in fraud. cred. l. fi. vers. ideo. C. de do. ant. nup. §. est & aliud. de dona. n L. absenti. vbi not. ff. de dona. o L. senatus. §. j. ff. de dona. ca. mor. p D. l. j. C. de dot. caut. q L. dotale. §. dotale. ff. de fund. dotal. r Bar. l. Iurisgentium. in fi. prin ff. de pac. Bal. l. sicut. in fin. C. de actio.*

ligationibus adnumerari, quæ re contrahuntur.[s] Denique hanc sententiā Grammaticorum doctissimi confirmant, Pamphili responsum exponētes de oblatis decem talentis à Chremete patre Pasibulæ.[t] *Nisi dixisset* (inquiunt) *accipio, dos non esset. datio enim ob acceptum confirmatur, nec potest videri datum, quod acceptum non sit.*[u] Vnde & illorum sententiam probauerim, qui dotem promissam, necdum traditam, dotem impropriè dici censent:[x] cùm nec matrimonii oneribus deseruiat.[y] Nec obstat, quòd in iure nostro dos promissa, passim dos dicatur.[z] nam id fit, cum adiuncto *cauta*, aut *promissa*, non simpliciter: & plerumque larga quadam significatione, habita, videlicet, ratione eius, quod futurum est.[a] Qua pariter ratione, Iuriscōsulti dicunt, eum cēseri dotem habere, cui dos stipulatione promissa est, licèt necdum exacta.[b] Nec item me mouerit quod in pactis, & stipulationibus verba strictè accipiantur.[c] & tamen pactum, aut stipulatio de dote lucranda, post mortem vxoris, dotem quoque promissam contineat.[d] Idemque in statutis lucrum dotis marito deferentibus.[e] quorum verba pariter propriè accipi debent.[f] Nam respondeo id contingere, quia eadem est contrahentium, aut statuentium ratio, quam magis sequi conuenit, quàm scripturam, subtilémve proprietatem verborum.[g] Et in statutis, ex identitate rationis, rectè ducitur argumētum, de propria, & stricta ad latam significationem.[h] Qui actionem autem ad rem aliquam habet, rem ipsam habere videtur.[i] Atque ita vulgò receptum videtur eo etiam casu, quo statutum de dote percepta, vel numerata mentionem faceret.[k] Si tamen dotis promissor fuisset in mora soluendi dotem: tunc enim stipulatio, aut statutum dotale lucrum viro deferens, in dote quoque promissa, necdum numerata, dubio procul locum habebit:[l] ne promissori mora, frustratióque sua prosit:[m] néve melioris conditionis existat morosus, quàm debitor, soluendo bonam fidem agnoscens.[n] Et quoniam cùm per promissorem stet, quominus præstita sit dos, pro soluta, & numerata haberi debet:[o] qua de re, scriptores alibi pleniùs.[p]

Colligūt denique Doctores ex definitione Bartoli, quod dotis nomine datum est, si nuptiarum oneribus non deseruiat, non censeri propriè dotem:[q] veluti si numus, aut aliquid perexiguum dotis caussa datum sit,[r] vel etiam, alia quacunque re nomine pecuniæ dotis data, si dissolutū sit matrimoniū.[s] Cùm nec ibi dos propriè dicatur, vbi non est matrimonium.[t] Atque hinc veteres illæ quæstiones exagitari solent, an dos in vno asse consistere possit: & quo tempore dos propriè dicatur. De quibus (cùm alibi meam pluribus exposuerim sententiam)[u] in præsentia satis erit mihi summatim dicere dotem cùm primis eam censeri, quæ permodica sit.[x] ac proinde mulierem, vel in nummo vno dotatam, per statutum dotatas fœminas repellens, excludi.[y] Saluo iure mulieri (vt in legitima) agēdi ad congruæ portionis supplementum,[z] cùm dos legitimæ loco dicatur succedere.[a]

Quo verò tēpore dos significanter, & propriè dicatur, satis constat. quòd cum dotis appellatio ad matrimonia referatur.[b] Vbi nec matrimonium est, nec esse speratur, ibi nec dotem esse.[c] idémque si nuptiæ præcesserint, sed inutiliter.[d] cùm eius, quod nullum est, & inutile, par sit, eadémque ratio.[e] Soluto quoque matri-

monio

s *Alexād. cons. xiij. col. v. vol. iiij.*
t *Donatus in Andriā*
u *Cicer. in Top.*
x *D.l.j.C. de do.caut. Soci. l. de diuisione ij. not. hoc tit. Alex. hic.*
y *L. si pater mulieris in fi. ff. de iur. dot.*
z *L. si mulier. § si dos ff. Quod me. ca. l. si mulier ita dotem. ff. de iur. do.*
a *Bart. L. Lucius. § fi. ff. de leg. iij.*
b *L. cùm post. § j. ff. de ad. tuto. l. j. § j. ff. de col. dot.*
c *L. veteribus. ff. de pac. l. quicquid. ff. de verbo. obl.*
d *L. si donaturus. in fi. ff. de cōd. ca. da. l. ex morte. in fi. C. de pac. con. § dotes. in fi. de nup. col. iij.*
e *L. mulier. ff. de cond. inst. Ias. hic.*
f *L. iij. § hac verba. ff. de neg. gest.*
g *L. sed Celsus. § si fundus ff. de cont. emp. l. in conuentionibus. ff. de verb. sig. l. semper in stip. ff. de reg. iur.*
h *L. filium habeo. ff. ad Macedo.*
i *L. qui actionē. ff. de reg. iur.*
k *Alex. l. si donaturus. § fi. ff. de cond. ca. da.*
l *§ fi. vt exac. inst. dot. coll. vij. § fi. de non elig. coll. j.*
m *L. in condemnatione. § fi. ff. de reg. iur. l. mora. illo tit. in vj.*
n *L. non solum. § j. ff. de noxal. l. Seruius. ff. Quod vi aut clam.*
o *L. in executione. § fi. de verb. oblig. l. Labeo. ij. ff. de cont. emp.*
p *Bar. & Castr. l. iubemus. § sanè. C. de sac. sanc. eccl. Alex. & Ias. d. l. si donaturus. § fi.*
q *L. si pater mulieris, ff. de iur. do.*
r *Iason hic.*
s *L. j. § pen. ff. pro dote.*
t *L. iij. ff. de iur. do.*
u *In l. quis liberos. ff. de ritu nup.*
x *L. Neratius. vers. penult. ff. de religios.*
y *Bal. c. si proponente. de rescrip.*
z *L. omnimodo. C. de inoff. testa. Bal. l. fi. C. de do. promiss.*
a *Bar. l. Titio centum. § Titio genero. ff. de cond. & demo.*
b *L. iij. ff. de iur. do.*
c *L. j. § fina. ff. pro do. l. fina. C. de dona. ante nup.*
d *L. si serua. § fina. ff. de iur. do.*
e *L. quoties. ff. qui satisd.*

monio, subtili iure, dos dici non potest. [f] cùm cessauerint nuptiæ, sine quibus nulla dos intelligitur. [g] nec possit quod dotis nomine datum fuit, nuptiarum oneribus deseruire. [h] Per abusionem tamen, &c, facta ad aliud tempus relatione, dos non impropriè dicitur. [i] vt & ager, qui insula esse desijt, insula nihilominùs appellatur. [k] Nam mulier, quoad vidua manet, censetur esse in priori matrimonio. [l] Vnde & datum à patre ignorante, filiam diuertisse, dotis efficitur. [ll] & fructus à marito, dissolutis nuptiis percepti, in effectu saltem dotem augent. [m] Diremptóque matrimonio dotem reddi, restituíque dicimus. [n] Nec obstat quod Papinianus, dictione *intelligitur*, quæ signat improprietatem, vsus sit. [o] Nam istiusmodi dictiones, super ijs, quę iuris sunt, à lege prolatę, solent veritatem exprimere. [p] Nec est nouum *intelligitur*, verbum propriam rei substantiam designare. [q] constante verò matrimonio iusto, & non prohibito, nulli dubium, quin dos propriè dicatur, [r] licet matrimonium, vno die, atque adeò momento tantùm durauerit. [s] Quæ omnia nos alibi, largiore manu disputauimus. [t] Porrò autem quod quidam tradiderunt, dotis actionē iurisgētium esse. [v] satis ridere non possum, cum rei vxoriæ actio de dote introducta fuerit, anno vrbis conditæ D. X X I I I. M. Attilio & P. Valerio coss. post diuortium, quod Sp. Carbilius Ruga, cum vxore fecit. nec antea vllæ fuissent de dotibus actiones. [x]

23 *Petatur.* [y] Id est repetatur, inquit Accursius. Dos enim, quæ semel data fuit, sicuti à marito reddi potiùs, & restitui, quàm dari videtur. [z] (aliud est enim reddere, aliud quasi de suo dare: [a]) ita per mulierem, soluto matrimonio, non peti, sed repeti dos dicitur. [b] Vnde iuris autores, tametsi petitionis dotis, aliquando meminerint: [c] frequentius tamen, dotem repeti dicunt, [d] velut electo vocabulo significatiore. Sed mihi magis hæc à legislatoribus confundi videntur. qui promiscuè eodem etiam legis contextu, nunc peti, nunc repeti dotem aiunt. [e] recte quidem;
24 cùm verbū peti propriè, significatum quoque repetitionis habeat. [f] vt & verbum dari significationem reddendi. [g] Et sicuti qui reddit, dare dicitur, ita qui repetit, vtique petit. [h] non quidem ex legis duntaxat interpretatione, (sicuti plerique crediderunt:) sed ex ipsissima sermonis proprietate. Quod & veteres quidem annotarunt. [i] Sunt enim hæc verba, *Dare*, *Petere*, & similia, multò generaliora suis compositis. quæ per præpositionis, *Re*, adiectionem restringūtur. [k] Generi autem, propriè suam speciem inesse cōstat. [l] cùm ad positionem eius, positio cuiusque speciei necessariò sequatur. [m] Et de verbo, *Petere*, perspicuū facit rei vendicatio à Iurisconsultis *Petitio*, significanter appellata. [n] quæ tamen in id intenditur, vt actor quod suum est, recipiat. [o] & res in iudicio deducta actori restituatur. [p] Subtili tamen quadam interpretatione fateor, aliud esse petere, & aliud repetere. [q] Vt & aliud dare, & aliud reddere. [r] Aliud facere, aliud reficere. [s] cùm enim id tantum quod à nobis antè datum est, subtiliter repetere dicamur. [t] contrà, petere id, quod à nobis nunquam est profectum. [v] Cæterùm istiusmodi stricta verborum acceptio, tractatui nostro, conuenire minime potest: cùm res plerumque in dotem dentur, ad quarum restitutionem non obstringatur maritus. sed ad tantundem, aut acceptæ rei æstimationem, vt cùm res constantes pondere, numero, vel mensura, vel immobiles

f L. j. §. pen. ff. pro de. g d. l. iij. d. §. fi. h L. si pater mul. ff. de iur. do. i L. item prætor ff. de suis & leg. l. etiam. ff. de fund. do. k L. insula. ff. de acq. re. do. l L. fi. C. de bo. mater. Accur. l. vn. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. ll L. si pater ignorās. hoc tit. m L. si marito. §. fin. hoc tit. n L. cum quærebatur. ff. de verbo. sig. l. ij. hoc tit. o L. etiam. ff. de fund. dotal. p Bar. l. si is qui. ff. de vsuca. q L. j. §. itē acquirimus. ff. de acq. pos. r L. iij. ff. de iur. do. l. j. §. pen. ff. pro. de. l. fi. C. de donat. ant. nup.

s L. nō tantū. C. de leg. t L. qui liberos. ff. de rit. nup. v L. eas causas. ff. de cap. dim. x Gell. lib. iiij. c. iij. y L. cùm pater. §. fidei. ff. de leg. ij. z L. j. §. elegāter. ff. depos. a L. repetitio. ff. de cōd. ind. l. si repetēds. C. de cōd. ca. da. b L. ij. vers. deniq, hoc tit. l. j. C. de do. caut. c L. inter. § pe. ff. de pac. dot. l. si filia. C. de do. an. nup. c. plerunq. c. de prudentia. de dona. int. vir. d L. siquidem. l. filia. C. sol. mat. l. fi. C. de sent. quæ sine cer. e D. l. j. C. de dot. caut. d. vers. deniq. f L. cum quida. j. ff. de leg. ij. g L. qui vxori. in prin. ff. de aur. & arg. leg. l. verbū reddendi. ff. de verb. sig. h Alber. hic. col. ij. i L. restituere. ff. de verb. sig. k L. semper generalibus. ff. de reg. iur. l L. si quid eorum. §. inter. ff. de leg. iij. m L. actio in personam. ff. de actio. l. pecunia. §. actionis. ff. de verb. sig. n §. omnium de actio. o L. qui restituere & l. officium. ff. de re. vend. p L. non debet. §. in obscura. ff. de reg. iur. q L. j. §. eleganter. ff. depos. l. cum pater. §. fidei. ff. de leg. ij. r L. j. §. si quis ædificium. ff. de no. op. l. iij. §. pe. ff. de itinere. s L. eleganter. ff. de cond. ind. t L. videamus. §. si actionem. ff. de vsur.

g.i.

æstimatæ in dotem datæ sunt.[u] quo casu nec maritus reddere, nec mulier repetere, secundum scrupulosam illam significationem dici potest.[x] Vnde nec nos mouerit, quòd verba sint in specie accipienda, non etiam ad genus referenda.[y] nam hoc fateor, nisi subiecta materia repugnet.[z] vt & in verbo *Petere*, quo de agimus, videre est.[a] Hæc autem scriptores hîc protrahunt ad sexcentas species statutorum, quæ cùm nihil habeant commune cùm tractatu repetitionis dotis, auctores vobis indicasse satis nobis erit, ad nobilissimæ legis interpretationem accedentibus, quæ primam in titulo nostro sedem tenet. IOANNES CORASIVS FERRARIAE XV. NOVEMB. M.D.L.

SVMMÆ RERVM.

1 *Reipublicæ conseruatio.*
2 *Primipilare debitum.*
3 *Fideiussores dotium.*
4 *Dotis & fisci fauor.*
5 *Horæ prioritas.*
6 *Habitus, & priuatio.*
7 *Dos profectitia, & aduentitia.*
8 *Causæ multiplex significatio.*
9 *Dotis priuilegia an ad hæredes.*
10 *Prælationis priuilegium in dote.*
11 *Nuda pactio in dote.*
12 *Dos promissa an de bonis paternis.*
13 *Pater quando teneatur dotare filiam.*
14 *Auus quando dotare nepotem teneatur.*
15 *Frater quando dotet sororem.*
16 *Stipulatio quando fingatur in dote.*
17 *Incertitudo quando vitiet contractum.*
18 *Dos in arbitrium alterius collata.*
19 *Dotis alienatio prohibita.*
20 *Dos quãdo, cõstãte matrimonio, exigatur.*
21 *Prælationis priuilegium in dote.*
22 *Compensatio in dote.*
23 *Doti in dubiis fauendum.*
24 *Vbique, dictio.*

L. DOTIS CAVSSA.

Dotis[a] caussa,[b] semper,[c] & vbique,[d] præcipua[e] est. Nam & Reipublicæ interest[f] dotes mulieribus conseruari. Cùm dotatas esse fœminas, ad sobolem procreandam,[g] replendámque liberis ciuitatem, maximè sit necessarium.[h]

DE dotis repetitione dicturus legislator, illud generale præmittit, do- 1
tis caussam præcipuos habere fauores singularibúsque semper, & vbique ornari priuilegijs, non priuato tantum mulierum fauore, ob sexus fragilitatem, partus periculum,[a] & vt competens habeant vitæ solatium,[b] neue miseræ ad infelicitatem traducantur,[c] sed etiam publica vtilitate maximè suadente,[d] cuius apprimè interest mulieres dotatas esse, quò splendidius faciliúsque nubant,[e] & ita repleantur liberis hominibus ciuitates,[f] sine quibus neque regna neque imperia consistere possent.[g] Quod & Cicero venustè scripsit. sequũtur (inquit) connubia, & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui, quæ propagatio & soboles, origo est Rerũpublicarum.[h] Vnde tametsi permagni referat ad Reipublicæ conseruationem, subditos locupletes, & pecuniosos esse:[i] diuus tamen Adrianus se malle dixit suum imperium adiectione hominum, quàm pecuniarum copia ampliari.[k] Cęterùm videbatur (vt dubitationis aliquã rationem excitemus) dotis caussam non esse tam præcipuam, quàm hîc celebratur à Pomponio: cùm & impensa funeris ei præferatur,[l] & primipilaris 2
caussa.[m] nec ab inope marito solida dos exigi possit. sed quatenus facultates eius, patiuntur deductione facta, ne egeat.[n] cùm ab alijs solidum exigatur: alioqui detrahuntur

u L. plerunq. l. res in dotẽ. ff. de iur. do.
x d. §. elegãter. d. §. fidei.
y L. hoc legatũ. ff. de leg. iij.
z Panor. c. Rodulphus. col. j. de rescrip. Alex. cons. 248. vol. 6.
a L. petenti. ff. de pig. actio. Bar. rubr. ff. si cert. peta.

a L. assiduis. c. Qui potio. §. j. Quib. aliẽ. lic.
b si cũ dotem. §. si vero dotẽ. hoc tit.
c L. fin. in princ. C. de iur. do.
d L. in bello. §. medio ff. de capt.
e L. 2. ff. de iur. do. l. iij. ff. de priuileg. cred. §. quia verò de æqual. do. coll. vij.
f L. hoc modo. ff. de cond. & de. & hic.
g §. hæc nos. de rest. & ea. col. 4.
h Cicero j. officio.
i §. cogitatio vt iud. sine quo. coll. y.
k L. cum ratio. §. si plures. ff. de portio. quæ lib. da. conce.
l L. in eum. l. impensa. l. ideóq. ff. de religios.
m L. satis. C. in quib. ca. pig. tac.
n L. maritum. hoc tit. l. non tantum. ff. de re iud.

trahuntur in carcerem, nisi bonis cedant.[o] Denique quoniam in cæteris omnibus causis, quò magis consulatur creditori, fideiussor iure intercedat:[p] cùm tamen dotis seruandæ nomine prohibeantur fideiussores accipi.[q] Decisionis verò ratio, (sicuti mox diximus) tota publico fauori innititur.[r] Quoties autem plures, vel publicæ, vel priuatæ vtilitates concurrunt, maior, quæque præ cæteris eminet, reliquas impedit.[s] Nam & priuata vtilitas magna, publicam, quæ modica sit, superat.[t] Et nonnunquam videmus, publica fisci commoda priuatis ciuium vtilitatibus postponi.[u] Vt mirum videri non debeat, si dotis caussam vincat funerariæ actionis prærogatiua.[x] ne insepulta cadauera iaceant, & ita in religionis gratiam & fauorem, cuius summa fuit semper ratio.[y] nec dissimili valde ratione debito primipilari, (in quo de Reipublicæ summa quodammodo agi videtur) dos ipsa succumbit.[z] cùm enim primipilus stipendii militaris atque adeò totius pecuniæ publicæ, ad belli necessitatem pertinentis curam haberet, ac custodiam contracti eo nomine debiti, rationem potius quàm dotis, aut etiam liberorum haberi, ob impendẽs grauius Reipublicæ periculum, & bonum, & æquum fuit.[a] Vt & alibi, pluribus præter alios exposui.[b] Sed cur res aliæ vxoris, ex caussa administrationis primipilariæ fisco pariter non sint obnoxia,[c] sane quàm obscurum est nec ab interpretibus nostris explicatum. Ego dominium illud quod vir constante matrimonio, in dote habet,[d] in caussa esse puto, vt rerum dotalium obligatio, faciliùs fisco quæratur, quàm aliarũ rerum vxoris: quarum maritus nec dominium habet: quinimò nec administrationem, nisi de consensu mulieris.[e]

Quòd verò diximus maritum ad restitutionem dotis conuentum, non in solidum condemnari, sed in quantum facere potest, deducto ne egeat,[f] singulari æquitate, & humanitate tributum est reuerentiæ maritali.[g] Iniquum quippè foret, ac inhumanum ab infelici: & oppresso egestate marito, totum quicquid habet extorqueri: nec suæ necessitatis vllam haberi rationem.[h] Sed multò turpius esset inopem maritum cæterorum debitorum exemplo,[i] in carcerem detrudere:[k] cùm & virorum præstantissimorum patrimonia restitutioni dotis plerumque non suffecisse legamus.[l]

3 Porrò autem quod postremò obiectum est, fideiussores dotium non accipi,[m] singulariter quoque proditum fuit, ne caussa perfidiæ (inquit Iustinianus) in connubio generetur.[n] neque enim morosa tantùm, & difficilis, sed etiam perfidiosa mulier intelligitur, quæ cùm seipsam totam fidei mariti crediderit, eò nihilominus necessitatis maritum redigere vult, vt satis dationis contumeliam (sic enim loquitur Vlpianus)[o] ipse subire cogatur.[p] Vnde possent iurgia, contentiones, maledicta, & contumeliæ gigni, marito perfidiæ vxorem increpante. atque ita in graues inimicitias, diuina illa viri & vxoris societas, ac amicitia conuerti.[q] cui periculo tam graui lex ire obuiam voluit.[r] Atque ita mihi videtur Iustiniani ratio accipienda:[s] quamuis recentiores longè aliter interpretati sint.[t]

4 His porrò casibus circũscriptis solet præ cæteris caussis, dotibus magis faueri,[u] pro quibus ideo nos passim Paulus admonet, vt in ambiguis respondeamus.[x] Et illud vulgò receptum, si duo instrumenta, quorum alterum dotis sit, cum obligatione personali, & hypotheca, eodem die confecta reperiantur. neque planè constet, vtrum priùs conscriptum fuerit, dotis obligationem præsumi præcessisse.[y] Li-

o L. j. C. Qui bo. cede. po.
p L. j. & tot. tit. ff. de fideiusso.
q L. j. & ij. C. ne fide. do. dent.
r L. ij. ff. de iur. do. l. ij. ff. de priuil. cred. & hic.
s L. cætera. §. sed si quis. ff. de leg. j. l. verum. §. fin. ff. de mino. l. fi. ff. de dã. infec. c. bona. j. de postul. prælat. c. scias. vij. q. j.
t L. j. §. sunt autem qui putant. in fi. ff. ne quis. in fu. pub.
v L. j. C. de sec. nup. l. j. §. fin. C. de cad. toll.
x D. l. Ideóque.
y L. sunt personæ. in fin. ff. de religios.
z D. l. satis.
a L. fin. C. de primipil. lib. xij.
b Lib. v. Miscella. c. iij.
c L. j. C. de priuil. fis.
d L. doce ancillam. C. de rei vend. §. j. Quib. alie. lic.
e L. pen. in princ. vbi Bart. & Alex. ff. ad l. Fal. l. hac lege. C. de pac. conuent.
f §. item si de dote. de actio. d. l. maritum. d. l. non tantum.
g L. vn. §. cum autem. C. de rei vxo. actio. l. alia. §. fi. hoc tit.
h L. in condemnatione. ff. de reg. iur. d. l. alia. §. fi. d. §. cùm autem.
i L. j. C. Qui bo. ced. poss.
k L. j. & ij. ff. re. amota. l. fina. §. fina. C. de fur.
l Plutarc. in Aemilio.
m L. j. & ij. C. ne fid. do. dent.
n D. l. ij. in fine.
o L. testamento datos. ff. de testament. tutel.
p L. hac lege. C. de pac. con. c. præcipimus. xij. q. j.
q c. per vestras. de donatione inter virum.
r D. l. j. & ij.
s D. l. ij. in fine.
t Alciatus libr. iij. Parerg. c. xxvj.
v Vt hac l.
x in ambiguis. ff. de iur. dot. l. in ambiguis. ff. de regul. iur.
y Din. Bar. & alij hic.

cet alioqui par vtriusque caussa sit,& ambo creditores pariter admittãtur.[z] Quæ sententia in actionibus personalibus nihil prorsus habet difficultatis: cùm in eis quibuscunque creditoribus etiam anterioribus, mulierem præferri constet.[a] Sed nec etiam in tacita hypotheca, in qua pariter, vxor prælationis prærogatiuam habet.[b] Verùm in expressa plena periculi videtur hæc doctrina: cùm in eo hypothecæ genere receptum sit, mulieris omne priuilegium cessare.[c] locúmque esse antiquæ iuris regulæ, qui prior est tempore, iure potior existit:[d] & fundans se in tempore, debeat tempus probare.[e] Sed tamen huius textus argumento, & quoniam pro dotibus in dubio respondere iubemur,[f] obtinuit tandem sententia, vt dotalis hypotheca expressa, si non aliud appareat, prius conuenta præsumatur. Etiam si cũ fisco contenderet mulier,[g] cui magis in hypotheca præsertim, quàm fisco faueri, vel ex eo euidens fit, quòd respectu priorum creditorũ prælationis ius habeat,[h] fisco denegatũ:[i] cui sententiæ ego quoque assentior: cùm pro fauorabiliore caussa semper sit præsumendum.[k] in dubijsque quæstionibus pro dote respondere melius sit:[l] & pronuntiare contra fiscum.[m] cuius caussa sub bono principe, mala semper esse debet.[n] cui M. Antoninus Philosophus in causis cõpendij, nunquam iudicando fauit.[o] Vt meritò traditum sit, eum iure priuatorum vti, præterquàm in casibus iure expressis.[p] cùm tamen dotis caussam iuris auctores velint semper, & vbique præcipuam.[q] Eóque fit, vt rectè sentire mihi videantur, qui putant constituta singulariter in fisci gratiam ab Vlpiano,[r] & Antonino,[s] tum locum non habere, cum certaret de dote mulier contra fiscum.

Nec prædictis repugnat Antonini lex, quæ in casu claro loquitur.[t] cùm, videlicet, constet, obligationem fisci, dotis nexum præcedere.

Illo quoque casu, veram probauerim, aduersus alios, communem sententiam, 5
quo alterum instrumentum certam haberet horam. licet enim vnius horæ, atque adeò minoris temporis decursus actum faciat altero priorem posterioremve censeri,[u] etiam in sacerdotiorum collatione:[x] ex solius tamen horulæ adiectione, nusquam legi, prioritatem actus inferri, aut certiorem inde probationẽ colligi:[y] quin potiùs fraus præsumi debet: cùm horæ contractuum publicis instrumentis, non soleant adiici:[z] & insolita si apponantur: instrumentum suspectum reddant.[a] Quocirca nec illorum probo sententiam, qui dato duarum eiusdem diei collationum concursu, videlicet Papæ, & ordinarij, eam præferri censent, quæ processit ab ordinario, certam habens, & determinatam horam:[b] cùm fieri possit, vt pontificis collatio expressam horam præcesserit. & ita non planè constet, vtra collatio fuerit priore loco facta:[c] quo casu certum est pontificiam collationem præferri.[d] Addi solet & ille casus ad limitationem communis sententię, si contra dotis instrumentum eodem die cõscriptum, priuatus se possessorem probaret.[e] cùm in pari caussa potior sit eius conditio, qui possidet.[f] & idem iuris sit, vbi duo reperiuntur instituti in diuersis testamentis eodem die confectis.[g] quòd, videlicet, prior tẽpore præsumatur, qui in quærenda possessione diligentior fuit.[h] Quæ vtcũque inter priuatos obtineant, vbi tamen dotis, aut alterius caussæ fauor concurrit, aliud dicendum,[i] non impediri, videlicet, ex possessione fauorabilis caussæ præsumptionẽ.[k] Certiores itaque coniecturæ aliunde nobis petendæ sunt, quæ nos eò adducant, vt credamus, instrumentum priuati, eodem die confectum, obligationem dotis

præcessisse

z L. si fundus. §. si duo. ff. de pigno.
a L. ij. §. fi. ff. de priuileg. cred. l. vn. C. de priuil. dot.
b L. assiduis. C. Qui potio.
c Accur. & alij communiter. d. l. assiduis.
d L. potior. l. qui balneũ. ff. Qui potior. c. qui prior. de reg. iur. in vj.
e L. cum actũ. ff. de neg. gest. l. matrem. C. de proba.
f dd. l. l. in ambiguis.
g L. nõ puto. ff. de iur. fis. Bald. l. dotis. C. de iur. do.
h L. assiduis. C. Qui potior
i L. j. C. rẽ alie. geren.
k L. iij. C. in quib. ca. pig. ta.
l L. in ambiguis. ff. de iur. dot. & de reg. iur. l. ambiguis
m L. non puto. ff. de iur. fis.

n Plin. in Panegyrico Traiani. o Iul. Capitol. in M. Philoso. p L. item veniunt. §. aut senatus. vbi Accur. ff. de pet. hared. q Hac. l. nostra. r L. si is, qui. ff. de iur. fis. s L. j. C. illo tit. lib. x. t L. ij. C. de priuil. fis. v Accur. l. si ex plurib. ff. de solu. Bal. l. de rebus. C. de dona. an. nup. x Glo. c. duobus. de rescrip. in vj. y Fely. c. pastoralis. col. 3. de rescrip. z Glo. c. si à sede. de preb. in vj. a c. quàm graui. de cri. fal. Accur. l. si quis sub cond. ff. de cõd. instit. b Fely. & Dec. d. c. pastoralis. DD. hîc, præsertim Soci. & Ias. c L. non hoc. C. vnd. cog. c. in præsentia. de proba. d D. c. si à sede. in fi. glo. c. duduũ. de preb. in vj. e D. c. si à sede. in prin. f c. ex literis. de proba. l. in pari. ff. de reg. iur. g Bar. l. j. §. non autem. ff. de bo. poss. sec. tab. h L. de rebus. C. de do. an. nup. d. l. in pari. i D. c. ex literis. vers. præterquam. k L. j. C. de iur. fis. lib. x. Bar. l. & quæ nondum. §. j. ff. de pigno.

6 præcessisse, veluti ex ordine protocolli, vbi vtrumque instrumentum ab eodem tabellione fuisset conscriptum:[l] vel ex ordine naturæ: quia in instrumento priuati habitus, in mulieris instrumenro priuatio contineretur.[m] habitus quippe naturali ordine priuationem pręcedit.[n] Idémque si instrumentum mulieris de dote confessa tãtùm loqueretur, publica verò priuati scriptura, de vera numeratione,[o] cùm pro vero credito sit potiùs præsumendum.[p] Qua de re pluribus suo loco.

7 *Dotis.*[a] Tam profectitiæ, quàm aduentitiæ:[q] cùm vtriusque par sit, eadémque ratio: quò faciliùs, videlicet, mulieres nubere possint. & ita repleantur liberis hominibus ciuitates.[r] nec propterea quòd aduentitij, profectitijque peculij nomen ijs tantùm conueniat, qui sint in patris potestate:[s] credendum generalem nostræ legis regulam ad filiasfamiliàs dũtaxat coarctari.[t] Nam latior est multò profectitiæ aduentitiæque dotis significatio, quàm peculij. Vtpote quæ in emancipatam quoque filiam, atque adeò quamcunque sui iuris fœminam cædat.[u] neque enim ius potestatis (inquit Vlpianus) sed parentis nomen dotem profectitiam facit.[x] Vnde profectitia dos dicitur, quæ à patre, vel parente, de bonis, vel facto eius, profecta est.[y] Aduentitia, quæ aliunde, vel etiam ab ipso patre, non de eius bonis, aut non suo nomine.[z]

8 *Caussa.*[b] Idest conditio, natura, negotium, & materia dotis.[a] vt & alibi caussam operarum, Vlpianus dixit:[b] & Iulius Paulus, caussam nouationis.[c] nec ignotum, apud ipsos etiam rhetores, caussam, pro negotio accipi.[d] vt ita velit hîc Pomponi-

9 us, dotis negotium, & materiam, eius esse naturæ, vt singulari fauore præcipua sit. quamplurimisquè priuilegijs decoretur. Quæ siquidem actioni, vel etiam contractui concessa sint, vt prærogatiua fictæ stipulationis, & hypothecæ tacitæ contractæ,[e] aut quod bonę fidei sit actio,[f] ad hæredes, & successores quoscunquè transire, receptissimum est.[g] Idémque, si ipsi doti, hoc est, rei in dotem datæ: veluti nę possit dotalis fundus alienari.[h] nam & priuilegia, quæ rem ipsam respiciunt, ad hæredes transmittuntur.[i] Quæ verò singulariter ipsi mulieri, propter dotem, tributa sunt, cùm personæ cohæreant, hæredibus minimè dantur.[k] qualia sunt duo illa prælationis priuilegia, quæ mulier contra cæteros creditores habet, tam in actione personali, quod (vt nonnulli putant) nec ad filias quidem transit:[l] quam etiam in tacita hypotheca,[m] quæ solis filiis competit, nõ etiam successoribus.[n] atque ita ab omnibus traditum, qui ingenij sui monumenta posteris reliquerunt. Aduersus quos adolescens adhuc quandoque defendi, nullum dotis priuilegium hæredibus competere.[o] cùm Iustinianus nominatim testetur, priuilegia, quæ doti iam à lege data sunt, se nullis alijs præterquàm mulieri, initio vnquam dedisse, vel nunc dare velle.[p] Et alibi generaliter dixit Imperator, priuilegium dotis, quo mulieres vtuntur in actione de dote, ad hæredes non transire.[q] Vniuersalis autem sermo restrictionem non patitur.[r] Verbáque generalia debent generaliter accipi.[s] nec temere distinguẽdum, vbi lex non distinguit.[t] hoc maximè casu, quo in hæredibus cessat omnino priuilegij ratio. nimirum publica nuptiarum vtilitas, & fauor sobolis procreandæ.[u] Vnde & priuilegium cessare debet.[x] finita quippe caussa fauoris, cessat ipse fauor.[y] Et cessante ratione legis, obdormiet quoque legis dispositio.[a] Denique quia singulares dotis prærogatiuas, solius mulieris prouidentia introdu-

l L. quotiens.ff.de vsufruct. §. quibus.vbi Bar.j.cõst. C.Bar.l.y.§.prim. in fi.ff.de vulga.
m Cin.Bal.& aliy.l.cũ proponas. C.de codicill. Bal.d.§.quibus.
n L.decẽ.ff.de verbo.oblig.
o L.Titius.ff.qua res plus.
p Accur. & Bald.l.diuersis. C. Qui potio. in pig.
q L.profectitia.ff.de iur.do.Accur.hic.
r L.y.ff.de iur.do.l.y.ff.de priuil.credito. & hac l.
s L.fi.§.fi. C.de inoff.testa.
t Bar.hic. col.po.nu. 27.
u L.si filia. ff.de diuor. l.vn.§.& vt plenius. C.de rei vxo.actio.
x D.l.profectitia.in fi.
y D.l.profectitia.in princ.
z L.filiæ dotẽ.vbi moder.C.de collatiõ.d.l.profectitia.§.si quis certam.& vers.po.
a L.j.C.per quas persõ.l.aliã.C.de ijs qui.vt ind.
b L.si nõ fortẽ.§.libertus.ff.de cond.ind.
c L.aliã.ff.de nouatio.
d Quintilia.lib.vij.ad fi.
e L.j.in princip.& §.& vt plenius.C.de rei vxo.
f §.fuerat.de actio.instit.
g L.in omnibus.l.priuilegia.ff.de reg.iur.Bar.& omnes hic.
h §.j.quib.alię.lic.Instit.
i L.j.§.permittitur.ff.de aq.quot.l forma.§.quanquam.ff.de censib.l.quædam.ff.de reg.iur.
k L.vn.C.de priuil.dot.
l L.dabimus.ff.de priuil.cred d.l.vnic.
m §.fuerat.de actio.
n L.fi.§.fi.C.qui potio.§.j.vt exact.inst.do.coll.vij.
o L.vn.C.de priuil.dot.
p §.fi.in fi.vt immob.ante nup.dona.coll.v.
q D.l.vnica.
r L.Iulianus.ff.de leg.iij.
s L.iy.§.& generaliter ff.de leg.præst.c.si Romanorum.xix.dist.
t L.de pretio.ff.de publicia.
u L.y.ff.de iur.do.& hic.
x L.Titia Seio.§.vsuras.ff.de leg.ij.c.suggestum,de deci.
y L.fi.C.Qui.ad libert.
z L.adigere.§.quamuis.ff.de iur.pat.l.miles agrum.ff.de re milit.

ctas Iustinianus scribit. [a] Sublata verò persona, quæ locum facit beneficio, ipsum
quoque beneficium perimitur. [b] Et quæ personæ cohærent, non solẽt ad hæredes
transire.[c] Vnde nec nos mouerit, quòd Iustinianus filijs quoque prælationis præ-
rogatiuam in hypotheca concesserit.[d] nam id eis tributum est, non tanquam hæ-
redibus, sed singulari filiationis beneficio indultum est.[e] quod ad consequentiam
minimè ptoducendum venit.[f] Non obstat pręterea quod priuilegium tacitæ hy-
pothecæ non personæ mulieris, sed actioni de dote concessum sit:[g] ac proinde ad
quoscunque successores transmitti debeat. [h] Nam priuilegia quæ sunt actionis, ita
demum ad hæredes transire intelligo, si non persona, caussa finalis sit priuilegij,[i]
vt est in proposito mulier. [k] Quod & veteres in alia quæstione tradiderunt. [l] &
expressa in lege ratio demonstrat. [m] ex qua minui, augeri, & interpretari iuris tra-
ditiones conuenit.[n] cùm non in figura verborum, sed in ratione leges cõsistant. [o]
Sed nec obest quod Iustinianus prælationis priuilegium soli mulieri competere 10
tradens, à contrario velle videatur, ius hypothecę tacitæ, cuius anteà meminerat,
successoribus quoque dari.[p] suadente vel maximè natura dictionis *Autem*, quæ so-
let præcedentibus, in iure, & facto, aduersari. [q] Nam has argutiunculas inde sumi
non posse, perspicuum facit idem Imperarot, illis verbis, *Cuius solius prouidentia hæc
induximus.*[r] quæ pluraliter prolata ad hypothecæ etiam tacitæ priuilegium neces-
sariò referuntur.[s] Vnde nostram confirmant sententiam, vt illi aduersentur, tan-
tùm abest. cùm soleant dicta legislatorum per rationem legis restringi, vel amplia-
ri.[t] Sed tamen super his amplius deliberandum teor, respectu prę sertim eorũ pri-
uilegiorum, quę defunctæ mulieri cœperant competere, quorumque muliere vi-
uente facta est executio:[u] vt tacitę hypothecę.[x]

Semper.[c] Idest, omni tempore, siue ante matrimonium, siue constantibus nu-
ptijs, siue etiam matrimonio dirempto. quocunque enim istorum temporum dos
singularibus prętogatiuis refulget. Nã ante nuptias dos nudo pacto constituitur.[a]
Et acceptus de dote fideiussor, simplici pollicitatione obligatur.[b] cùm alias, ex nu-
dis pactis agi non possit.[c] nec sine stipulatione consistant obligationes fideiusso-
rię.[d] Hodie tamen, quoniam noua lex Iustiniani, in quacunque dotis promissio-
ne, stipulationem interuenisse fingit,[e] receptum est, antiquatam Theodosij con-
stitutionem.[f] Quam ego sententiam, pluribus alibi confutaui.[g] Dici prę terea so-
let, hoc priuilegium ad legem nostram minimè pertinere: cùm Pandectarum iure
nec quidem dotis fauore, pactum nudum actionem pareret, sed stipulatio esset
necessaria.[h] Verùm res hęc tota, prę ter aliorum opinionem definiẽda mihi vide-
tur. nimirum vt dicamus, nullam pactionem dotis promissoriam, nudam posse di-
ci. cùm præter conuentionem subsit caussa, & ea quidem publica, nimirum ma- 11
trimonij.[i] Et cùm caussa subest, quia res in se negotium aliquod habet, tametsi
speciale contractus nomen non assumens, non sit nuda conuentio.[k] Rursus, quia
nusquam in iure nudæ pactionis de dote fit mentio. nã quod nudæ pollicitatio-
nis Tribonianus meminit,[l] non ad caussę defectum, quæ facit conuentionẽ cen-
seri nudam:[m] sed ad veterem verborum solennitatem referendum est. [n] Nec du-
bitationis multum haberet hęc sententia, si cum nostratibus teneremus, dotis cõ-
uentionem, re nondum etiam tradita, & iurisgentium, & nominatam esse. [o] Qua-
propter

a §. fuerat. in fine. de actio.
b L. j. ff. de iur. immunit. l. in omnibus caussis. ff. de reg. iur.
c L. nõ solum. §. fi. ff. de lib. leg.
d L. fi. §. fi. C. qui potio. d. §. j. vt exac. inst. dot.
e Accur. l. vnica. C. de priuil. dot.
f L. quod verò cõtra. ff. de legib.
g L. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxo. §. fuerat. de actio.
h L. si filius. §. fi. ff. de religios. l. priuilegia. l. in omnibus. ff. de reg. iur.
i L. vn. C. de pri. dot. §. fi. vt immob. coll. v.
k D. §. fuerat & hic.
l Dy. hic Cy. d. §. & vt plenius.
m L. cùm tale. §. fi. ff. de cond. & dem.
n L. milites agrum. ff. de re milit.

o L. scire. ff. de legib. c. Marcton. j. q. j. *p D. §. fuerat.* *q L. hoc amplius. §. j. ff. de dam. infec.* *r D. §. fuerat. in fi.* *s L. vbi numerus. ff. de testib.* *t L. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. d. l. scire. d. l. milites.* *u L. defuncta. ff. de vsufr. Bar. l. quia tale. & l. post dotem. col. fi. hoc tit.* *x L. vnica. §. ille proculdubio. C. de rei vxo.* *a L. ad exactionem. C. de dot. promiss.* *b L. fin. C. ad Velleya.* *c L. Iurisg. §. igitur. ff. de pac.* *d L. v. §. satisdatio. ff. de verbo. oblig. l. blanditus. C. de fideiusso.* *e L. vn. C. de rei vxo. actio.* *f D. l. ad exactionem.* *g In l. qui liberos nu. 79. ff. de rit. nup.* *h L. stipulationem, qua l. seq. l. promittendo. l. tali. l. cùm post. §. gener. ff. de iur. do. l. iij. C. de dot. promiss.* *i L. si extraneus. ff. de cond. ca. da.* *k L. solent. ff. de præs. verb. d. l. Iurisg. in princ.* *l In Rub. C. de dot. pro. & nuda pollicita.* *m D. l. iurisg. d. l. solent.* *n Alciat. lib. j. Parerg. c. j.* *o Pet. Bellopertic ensis. quem Bald. refert d. l. Iurisgentium. in prin. Alex. in rub. huius tituli.*

propter omni iure puto, ex simplici dotis promissione, (quemadmodum ex pollicitatione reipublicæ ob caussam facta,)[p] obligationē, & actionem nasci, [q] nō quidem ciuilem præscriptis verbis, vt in Vlpiani, Iulianíque legibus,[r] sed ex stipulatu, qua actione dotes omnes exigũtur, licèt nulla fuerit interposita stipulatio.[s] Quod ne quis cum Doctoribus noua tantum Iustiniani lege inductum putet, [t] cùm primis considerandum est, abuti plerumque nostrates interpretes Iustiniani auctoritate, aliud iure Codicis, aliud Pandectarum iure constitutum passim dicentes. Cùm Iustinianus se operam dedisse profiteatur, vt nouus suus codex compositus ex tribus veteribus,[u] cum Iurisconsultorum responsis, omnino concordaret.[x] neque priores leges, nisi per repetitam codicis editionem, hoc est, quinquaginta decisiones, quæ vltimæ editioni adiectæ posteà fuerunt, corrigi dici possunt.[y] Vt non malè sentiant, qui tradunt, oportere eum qui legem Pandectarum antiquari dicit, ab vna ex quinquaginta decisionibus ostēdere esse factum.[z] ex quibus cum constet, neque legem illam Iustiniani,[a] neque Theodosij constitutionem [b] esse, nec in earum aliqua veteris iuris correctionem subesse pariter dicere possumus. Subesset autem, si reciperemus quod Doctores tradunt, Pandectarum cùm primis lege, ex promissione dotis, cui subiecta non esset stipulatio, agi non potuisse.[c] hodie verò iure Codicis, solo pacto nudo dotem constitui.[d] Deinde ex stipulatione de dote, hoc iure non aliter agi posse, quàm si expressa fuerit:[e] Iustiniani verò lege, tametsi nulla sit interposita.[f]

Adde quòd cum lege Codicis Iustiniani, constet stipulationem fingi semper intercessisse,[g] consequitur, vt iure Digestorum idem sit constitutum. cùm quinquaginta Pandectarum libros quarto post editum Codicē anno Iustinianus promulgauerit. ea semper cura, vt cum Codice suo concordarent Iurisconsultorum responsa.[h] Dicendum igitur, iure quoque Pandectarum simplicem dotis pollicitationem vim habuisse interpositæ stipulationis.[i] Vnde dote simpliciter promissa, agi nihilominus sequutis nuptiis, ex stipulatione, passim iura dicunt.[k] Et mulierem quæ dotem promisit, dixit Paulus, Iure ciuili, & ita per stipulationem esse obligatam.[l] quibus in locis, non possumus diuinare stipulationem interpositam. cùm verbum, *Promittit*, in scriptura præsertim non redactum, ad simplicem promissionem referatur.[m] Et mutum, surdum, dotis nomine, Iulius Paulus obligari dicat.[n] quem tamen stipulari non posse, manifestum est.[o] Denique Theodosius, multo ante Iustinianum tempore, imperauit.[p] qui iam tamen prodiderat ad exactionem dotis, qualiacúmque verba, licèt non scripta, neque prolata, solenniter sufficere.[q] non quidem vt ex pacto nudo, (sicuti falsò creditum est,) dotis fauore agi posse voluerit. Promissio quippe dotis, quãlibet simplex cùm caussam habeat, & negotium, non potest (vt iam ostēdimus) nuda dici.[r] sed vt ex stipulatu, perinde ac si solenniter cauisset, dotis conseruandæ gratia, promissor cōueniatur.[s] nam & cur in caussa dotis, quæ ad publicam pertinet vtilitatem?[t] Et cuius fauore, iuris conditores, seueritatem legum, sæpe mollierunt?[u] Vetus lex Digestorum non id induxisset? quæ alioqui priuato plerumque fauore, stipulationem interuenisse fingit.[x] Nec me mouerit quod Iustinianus, se nouè facere dicat, vt stipulatio interuenisse fingatur, tametsi nulla sit subiecta.[y] Nam hoc est in Iustiniani more positum, (vt & alibi pluribus ostendi)[z] se passim eorum iactitare auctorem, quæ multo antè tempore, à Iurisconsultis prodita fuere, omnia sua faciens, (tametsi in ve-

p L.j.l.iij. & tot.titu. ff. de pollicita.
q D.l.vni.
r D. l. Iurisgent. in princ. d. l. solent.
s L.vn. in princ. C.de rei vxo.
t D.l.vnic.
u L. j. C. de ne.cod. fac.
x L. j. §. nulla itaq. C.de vete. iur.
y L.j.C.de emēd. Cod. Insti.
z Alciat. lib.Parerg. vj.c.xiiij.
a L.vn.C. de rei vxo.
b L.ad exactionē. C. de dot. pro.
c L.stipulationem. cum l.seq.l. promittendo. l. cum post. §. gener. ff. de iur.do. l.iij. C. de dot. promiss.
d D. l. ad exactionē.
e D.l.stipulationem. cum simul.
f D. l. vn. C.de rei vx.
g D.l.vnica.
h L. j. §. nulla itaq. & §. nostram.C.de vet.iur. Alciat.lib.vj.Parerg.c.xiiij.

i L.si ei.l.nuptura.l.si mulier ita.ff.de iur.do.l.cum pater dotē. in princ.ff.de pact.dotal. k L.promittendo.l.si pater filiæ.l.dotis.ff.de iur.do. l L.ex diuersis.§.j.hoc tit.cum §.de constituta de.actio. m L.sciendum.§.dictum.ff.de ad.ed.D D.l.lecta.ff.si cert.peta. n L.mutus.ff.de iur. dot. o L.j.ff.de verbo.oblig. p L.j.§.sed cùm sit.C.de Iust.cod.confir. q L.ad exactionem.C.de do.promiss. r L.Iurisg.in prin.ff.de pac.l.solent.ff.de præs.verb. s L.vn.in prin.C.de rei vxo.actio. t L.in bello.§.medio. ff.de capt. u L.fi.C.ad Velleya. x L. his verbis.ff.de adep.l.iij.§.item sciendum.ff.si cui plus quàm per l. Fal.l.si finita.§.eleganter.ff.de dam.infec. y D.l.vn.C.de rei vxo.actio. z Lib.v.Miscella.c.xvij.

teribus ſcriptis legibus) quibus ſuam impertitur auctoritatem.[a] Quinimò Digeſtorum leges apertè ſuas eſſe dicit.[b]

PRIVILEGIA DOTIS.

PRIVILEGIVM DOTIS PROMISSAE, DE BONIS PATERNIS.

Eſt & illud in dotis conſtitutione ſingulare. Vt tametſi nemo donare præſumatur:[c] paterque non nihil ſoluens pro filio, cuius ipſe res aduentitias adminiſtrat, de bonis filij cenſeatur exoluiſſe.[d] ſimpliciter tamen dotans filiam legitimã (nam ſecùs ſi naturalem)[e] alioqui diuitem, de ſua ſubſtantia, non etiam de filiæ bonis, ſi non aliud appareat, intelligitur dotem promiſiſſe.[f] cùm enim paternum ſit officium, filias dotare,[g] præſumit lex, patrem officio ſuo fungi,[h] illóque iuris vinculo ſeſe eximere voluiſſe.[i] Et vt patrem cõtraxiſſe magis, quàm vt adminiſtratorem.[k] quod præſertim ad eum non ſpectet alienatio bonorum filiæ, ſed ad filiam ipſam: licèt de illius conſenſu.[l] Vnde tametſi de bonis ſuis, & filiæ non facta aliarum partium expreſſione, ſe dotem conſtituere dixerit, idem iuris erit.[m] Siquidem illi ſit imputandum, qui ſermone nimis effuſo, ambiguóque fuit vſus. nec apertiùs diſtinxit, an pro rata, an pro virili cuiuſque ſubſtantiæ dederit dotem.[n] túmque copula, quæ vim orationis inter perſonas expreſſas æqualiter diſtribuere ſolet,[o] ex ſubiecta materia (quod nec nouum eſt)[p] naturam, vimque ſuam perdit. Quoniam verò Iuſtiniani legi, in caſu tantùm dubio, locus eſt,[q] apparet, aliud dicendum, vbi manifeſtè conſtaret, patrem noluiſſe omnino teneri.[r] cùm in claris nulla ſit voluntatis quæſtio, nec coniecturæ locus.[s] Veluti ſi pater nominatim teſtetur, ſe non de ſuis bonis dotem conſtituere,[t] aut ſe de ſubſtãtia ſua dimidiam, & alteram de filiæ bonis dare dotem.[u] 12

Idémque, ſi promiſerit quantitatem certam, nomine dotis, computato omni eo, quod filiæ poſſet ex bonis aduentitiis obuenire.[x] quæ ſententia poſt longam tandem altercationem obtinuit[y] iure, meritóque: cùm tunc euidenter appareat, patrem principaliter voluiſſe de filiæ bonis dotem præſtari: & ſi quid deeſſet, id de ſuo duntaxat ſuppleri.[z] Cùm prætereà maternum non ſit officium filias, niſi in ſubſidium vel alere, vel dotare,[a] in matre bona filiæ adminiſtrante, & ſimpliciter dotem promittente, Iuſtiniani legi[b] locus non eſſet:[c] vt nec etiam in patre reſpectu aliarum expenſarum, ad quas ſuo nomine nullatenus vrgeri poteſt.[d]

PATER QVANDO TENEATVR DOTARE FILIAM.

Prædicta verò ſatis demonſtrant, patrem teneri pro modo facultatũ, filiam dotare.[e] Officium namque paternum eſt (inquit Iuſtinianus) doté pro ſua dare progenie[f] nõ quidem vt actionis via pater cogi poſſit: ſed implorato iudicis officio:[g] qui decernet, quantum ex bonis patris, etiam ex neceſſaria cauſſa abſentis, filiæ in dotem dare debeat.[h] Licèt alioqui nulla poſſit inter patrem, & filiam lis eſſe:[i] & rerum ſuarum diſpoſitio libera, nemini ſit auferenda:[k] nec contrahere cogi quiſpiam debeat.[l] Quod in filia quoque naturali, quæ non haberet aliunde bona,[m] procedere 13

a L. j. §. & ideo. §. nos verò. et l. ij. §. tãta. C. de veter. iur.
b L. j. §. j. C. de emẽd. cod. Iuſtinia. §. Et hos tres, in proœm. Digeſtorum.
c L. cùm de indebito. ff. de prob. c. ſuper hoc. de renuntia.
d L. fi. ff. de petit. hære.
e L. vxorẽ. §. pater. ff. de leg. iij.
f L. fi. C. de do. promiſſ.
g L. qui liberos. ff. de ritu nup.
h D. l. fin.
i L. & magis. ff. de ſolutio.
k L. profectitia. §. j. ff. de iur. do.
l L. fi. §. ſinautẽ as alienũ. C. de bo. quæ lib.
m D. l. fin. verſic. vbi autem.
n L. veteribus. ff. de pac. d. l. fin. in fine.
o L. reos. §. cum tabulis. ff. de duo. re. l. vnic. C. ſi plures vna ſent.
p L. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſt.
q D. l. fi. in fi. vbi Bald.
r D. l. fi. verſi. vtramq. ubi ſiquidem nihil addendum exiſtimauerit.
s L. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. oblig. l. ille aut ille. §. j. ff. de leg. iij.
t D. verſic. vtramq.
v Soci. hic nu. 40. in fi.
x Mar. Soci. c. tua. de ſponſal.
y Cor. latè conſ. col. 16. vol. 3. Soci. Iaſ. & Moder. hic.
z L. & ideo. §. fi. ff. de in rem verſ. Bar. l. ij. ff. de nouatio.
a L. ſi quis à liberis. in princ. ff. de lib. agnoſ. l. neque. C. de iur. do.
b D. l. final.
c L. Neſennius. ff. de neg. geſt.
d L. final. ff. de petitio. hæred.
e L. qui liberos. ff. de rit. nup.
f L. fi. C. de do. promiſſ.
g D. l. qui liberos. vbi dixi.
h L. profectitia. §. j. ff. de iur. do.
i L. lis nulla. ff. de iud. l. fi. C. de in ius voc.
k L. non vſque. ff. ſi quis à par.
l L. ſicut. C. de actio. l. nec emere. C. de iur. delib.
m L. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. iij.

procedere,cum aliis plerisque putauerim.[n] Nam & eam pater alere, & educare tenetur.[o] Regulare autem est, vt qui cogitur alimenta prestare,dotẽ quoque dare sit obstrictus.[p] Et in ambiguis pro dote respondere iubemur.[q] Nec habet (vt opinor ego)hæc sententia iure pontificio dubitationem.[r] siquidem ea lege, spuriam ex nefario etiam complexu natam (si communem probemus sententiam,) teneatur pater alere,eidémque necessaria subministrare.[s] Filiæ autem,quo nubere possit,néve ad turpem vitam miserè nimis,& infeliciter traducatur, nõ minus quàm alimenta præbere necessarium est:[t] vnde non dubium, quin pater naturalis,eatenus saltem,quatenus alimentorum nomine cogeretur erogare, dotem ei constituere teneatur.[u] non tantum in terris ecclesiæ, in quibus ius canonicum perpetuò viget,& seruatur:[x] sed etiam in terris imperij.[y] cùm hoc ipsum, ad animæ fauorem spectare videatur, ne cum Catullo, paupertate, & inopia pressa, dicere possit,[z]

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

Quocirca seruandum vbique pontificium ius:[a] licèt alij quidam dissentiant.[b] Petenda tamen alimenta,vel etiam dotem, ab spuria coram iudice ecclesiastico crediderim:cùm Pontificis verba non simpliciter statuãt,sed ad episcopos,ecclesiæq; iudices,dirigantur.[c]Quod & ab aliis adnotatum extat.[d] Filiam quoque legitimam quæ inconsulto patre nupsit,si non se collocauerit indigno,[e] nihilominùs à patre dotandam receptum est.[f]manentéque communi sententia,quæ pontificio iure credit,ad nuptias filiorum familiàs,patris consensum minimè necessarium.[g] non habet hæc traditio dubitationem.si quidem non mereatur pœnam, quod legis permissu fit:[h] nec quod delicto caret.[i] maximè quia licet nupta sit filia, non omnino cessat dotis constituendæ ratio.[k]cùm alimentorum loco filia dotem habeat.[l] cuius ideo defectu, ad infelicem, & miserabilem vitam posset traduci.[m] si præsertim maritus,illam tanquam indotatam(quod summo iure potest)à se repelleret.Et hæc vera,nisi semel tradita dos à patre,constantibus nuptiis fuisset euicta. Nam pater teneretur filiam,quæ se spreto nupsisset, iterum dotare.[o] Amplius traditum est patrem teneri dotare filiam aduentitio suo peculio diuitem.[p] nam & dos succedit loco legitimæ:[q]quam cuique filio,licet opulentissimo,in paternis bonis deberi constat.[r]Sunt tamen qui dissentiant:[s] quorum ego sententiam semper probaui.cùm pater ad dotandum iudicis tantùm officio cogi possit.[t] quod totum innititur æquitati:[u] cessat autem æquitas vbi filia diues est.[x] vt & in alimentis dicimus.[y] Quinimò cessat omnino ratio.cùm qualis qualis illa obligatio, qua pater dotare filiam obstringitur,tota ex caussa nuptiarum proficiscatur.[z]quo nimirum mulieres faciliùs nubant.[a]Et si vera esset communis sententia, vana profectò fuisset veterum dubitatio, an pater simpliciter filiam dotans de bonis suis dotem dedisse videatur.[b]perperámque Iustinianus eam finiens dubitationem,semel atque iterum dixisset,patrem simpliciter promittendo dotem nominæ filiæ,aliunde bona habentis ex sua mera liberalitate fecisse censeri.[c]nulla quippe in necessitatibus existit liberalitas.[d] Adde si placet,quòd cùm filius nullum ius habeat in bonis patris viuentis:[e]quòd dotem pater viuus,filiæ dare teneatur,singulari fauore contra

n Bar. & Imol. l. Mauius. §. duobus. ff. de leg. ij. Soci. hîc. o §. si verò filius. §. fi. Qui. mo. nat. effi. sui. Aut. licet. C. de nat. lib. p L. cognouimus. C. de heret. q L. in ambiguis. ff. de iur. do. r c. cũ haberet. de eo, qui dux. in ma. Bar. d. §. duobus. s D. c. cùm haberet. t L. si cum dotem. §. sinautẽ in sauissimo. hoc tit. l. fi. ad prin. C. de iur. do. u Bar. l. fi. §. si à socero. ff. Quæ in fra. Bal. l. mater. C. de iur. do. x Glo. c. ij. de arb. in vj. y Panor. d. c. cùm haberet. z L. fin. C. de iur. dot. a c. fi. vbi DD. de

præscrip. Bart. & Bald. l. priuilegia. C. de sac. sanct. eccles. b Imol. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. Alex. cons. lxxiiij. vol. iij. & hîc. c D. c. cum haberet. in fi. d Aret. cons. xlviij e L. iij. §. si emancipatus. ff. de contratab. Glos. c. de raptoribus xxxvj. q. j. f Accur. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig. Glo. c. fi. xxxij. q. ij. g c. cùm causa. de rapto. c. sufficiat. xxvij. q. ij. h L. Gracchus. C. de adult. i L. j. §. quæris possit. ff. ad Turpil. k Bar. l. nupta. hoc titu. l L. si cum dotem. §. sin autem in sauissimo. hoc titul. m L. fi. ad prin. C. de iur. do. n L. fi. C. ad Velleia. o L. pater filia. ff. de euictio. p DD. hic, & in l. fi. C. de dot. promiss. q l. quoniam nouella. C. de inof. testa. r §. aliud quoq;. vt cum de app. coll. viij. s Bar. l. mulier. §. pen. ff. ad Trebell. Alciat. viij. Parerg. c. iij. t L. qui liberos. vbi dixi. ff. de ris. nup. u L. planè. l. hereditas. in fi. ff. de petitio. hered. l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod cer. loc. x L. fi. ff. de petitio. hared. y L. si quis a liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agnos. z D. l. qui liberos. a §. quia verò. de æqual. do. coll. vij. b L. fi. C. de do. promiss. c D. l. fi. versic. vtramque. d L. rem legatam. ff. de adi. leg. e L. j. §. si impuber. ff. de coll. bo.

iuris rationem receptum est,[f] ac proinde sic accipiendum, vt minùs quam possit, ius ipsum offendat.[g] Nam quod Iustinianus ait,[h] officiũ patris esse dotare filiam, nostram (si nouissimis credendum est)[i] iuuat sententiam. si quidẽ non pertineant ad obligationis necessitatem, quæ sunt officij.[k] Vnde & illud Atheri Libertinum reum defendentis, cui obiiciebatur, quòd patroni Cynedus fuisset. Impudicitia, inquit, in ingenuo, crimẽ, in liberto, officiũ, in seruo necessitas.[l] Qua in re tamen Alciati iudicium, quandoque desideraui, atque etiamnum desidero.[m] Hæreticam porrò filiam, Iudæam, aut alterius improbatæ religionis, pater non cogitur dotare:[n] nisi fortè & ipse eadem criminis labe esset aspersus.[o] *Nihil enim* (inquit Satyricus) *Catilina Cethego.*[p]

Non item filiam quæ virginalis pudoris oblita, se vitiari antè XXV annum passa esset:[q] nisi fortè turpitudinis pœnitentiam agens iam castè, continentérque viuere cœpisset.[r] Quod & ego (tametsi quidam fortiter dissentiant)[s] verissimum, Christianęque pietati maximè consentaneum arbitror. neque enim, vt Hieronymus ait,[t] contemni debet quis in eo quod fuit, si iam incipit esse quod non fuit[u] & exclusione incontinentiæ, & improbitatis, (dicit Ambrosius) innocentiam copulari.[x] Denique quia non satis est filiam in corpus suum peccasse, vt exhæres à patre fieri possit, nisi turpiter, & (vt Imperator ait) cum flagitiosa fœditate viuat.[y] Nec me mouerit quòd filius ingratus, licèt monasticę professioni se addicat, & ita ad melioris vitę frugem reuertatur,[z] nihilominus possit exhæredari.[a] nam id posteriora pontificum iura haudquaquam receperunt.[b] Sed nec fortasse Nouellæ Iustiniani, quę monachismo maculam omnem abstergi, abolerique cẽsuerunt.[c] Vnde nec credendum, Leonis legem contradicere.[d] quę cùm tradit ob eam tantummodo caussam quod filius sanctimonialem vitam elegerit patris hęreditate priuari non posse. non ideo infert ex caussa ingratitudinis, ingressum monasterij pręcedente: posse filium exhęredem fieri.[e] atque ita nouè intelligi debet. Cùm autem manifestæ pœnitudinis signa ostendat puella deuirginata, (sic enim cum Paulo loqui placet)[f] quę hęc caussa monasticam vitam profitetur.[g] Et monachatus (sicuti dictum est) diluat omnem notam.[h] dotem cœnobio dare pater compellẽdus erit.[i] tantùm abest, vt incontinentiæ nomine, dotem filiæ denegare, aut eandem iure possit exhæredare.[k]

AVVS AN TENEATVR NEPTEM DOTARE.

Et hæc satis de patre: nunc reliquas personas quæ puellas dotare tenentur, tra- 14
ctemus. Et auum paternum obstringi dotem nepti ex filio dare certum est.[l] quamuis eam neptis in patris legitimam necessum habeat imputare,[m] aut conferre fratribus, quibuscum ab intestato succedere desiderat.[n] proptereà quòd contemplatione patris eam auus dederit:[o] ac deinde profectitia intelligatur.[p] Profecta autem à patre in legitimam imputantur,[q] & in consequens conferri debent.[r] Quod tamen auus dotare neptẽ cogatur, sic accipi volunt, si pater egens sit, aut iam mortuus.[s] Alioqui patris, non aui, hoc onus esse.[t] Officium quippe aui circa neptem, ex officio patris (inquit Celsus) erga filium pendet.[u] Et quia patet filię, ideo auus, propter filium, nepti dotem dare debet. multo magis igitur dicendum filiam suo peculio diuitem dotare teneri. propter enim vnum quodque tale, & illud magis.

f D. l. qui liberos. g L. si seruus. C. de noxal. c. cùm dilectus. de consuet. h D. l. fin. i Alciat. lib. Parerg. viij. c. iij. k L. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmoda. l Senec. lib. iiij. declamatio. m Dixi lib. epist. respõs. c. xviij. n L. cognouim⁹. C. de haret. Acc. l. si verò. ff. de in rem verso. o L. in arenam. C. de inof. test. §. caussas. vt cũ de app. coll. 3. p L. si duo. ff. de dol. l. viro. hoc titul. q L. si filiã. cum auth. seq. C. de inof. test. r Bal. l. fi. C. de dot. promiss. s Io. Crot. hic nu. xxxv. t Hiero. super Ezechielem. u c. ferrum. l. dist. x c. cũ renuntiatur. xxxij. q. j.

y D. l. si filiam. z c. cõmissum. de sponsal. a L. fi. §. j. C. de epis. & cler. b c. fi. xix. q. iij. c §. j. de monach. col. j. d D. l. fi. §. j. e D. §. j. de monu. Accur. d. l. fi. §. j. f L. fi. ff. de offi. presid. g D. c. commissum. h D. §. j. de monach. coll. j. i Glo. & DD. c. cùm deputati. de iud. k c. fi. xix. q. iij. l L. dotem dedit. ff. de coll. bo. l. cognouimus. §. fi. C. de heret. m Ang. Alex. l. in quartam. ff. ad l. Fal. n L. illud. C. de collatio. o D. l. dotem dedit. p L. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. l. aditio. ff. de acq. hered. q L. scimus. § an computatione. C. de inoff. testa. r D. l. illud. C. de collatio. s L. non quemadmodum. ff. de lib. agnos. t L. profectitia. §. si filiusfa. y. ff. de iur. do. Bal. auth. res quæ. C. cõ. de leg. u D. l. dotem dedit.

gis.[x] Neque verò desunt qui peracutè defendăt auū omni casu teneri, etiă si filius locuples sit[y]: sicuti & pater ipse filium aduentitio peculio suo diuitē:[z] & quoniam Celsus simpliciter scribit auum propter filium nepti dotem dare debere.[a] Quorum sententiam fortius iuuerit, quòd neptis ex filio, non in filij potestate sit (cùm nec ipse suæ sit potestatis:[b]) sed in potestate aui.[c] ac proinde nepti nubenti sola voluntas, & auctoritas aui sufficiat.[d] Et onus dotandi ad eos spectet qui liberos habēt in potestate.[e] Nam quòd pater emancipatæ filiæ dotem dare sit obstrictus,[f] faciūt reliquiæ præcedentis patriæ potestatis.[g] vt ita dicamus, onus dotandi pendere à iure potestatis præsentis, vel præteritę.[h] nisi ex caussa inopię, aut alia magna, & probabili.[i] Denique quod Vlpianus ait, acceptam à filio familiàs mutuam pecuniam, vt filiæ dotem daret, in rem patris versum videri.[k] Adde quòd iura passim dicunt, officium esse paternum, non filias modò dotare, sed & liberos, & progeniem:[l] vt iis verbis nepotes quoque, & cæteros descendentes complectatur. qui liberorum verbo,[m] & progeniei veniunt.[n] videtúrque (vt tandem concludam) verior hæc sententia: non tam iis rationibus, quàm quod dicat Marcellus, ad onus aui, non etiam patris, pertinere liberos filiorum masculorum.[o] Quo fit vt non obster, quod idem subiicit, quòd filia parit non auo, sed patri suo esse oneri, nisi pater egeat.[p] Nam fateor, maternum auum, nec ad alimenta, nec ad dotem teneri: cùm nec quidem ipsa mater, sanguine proximior vrgeri possit, nisi ob patris inopiam, aut aliam iustam caussam.[q] Quod autem Celsus ait, auum propter filium, nepti dotem dare debere,[r] nihil me mouerit, siquidem non ex eo sequatur, auo viuo, filium teneri. Sed sic accipimus, auus dotem dare debet propter filium: quod patris munus proprium sit, filiam dotare,[s] nisi præcedat auus qui cùm maiore polleat in neptem, quàm pater auctoritate:[t] præsertim in negotio nuptiarum:[u] vicem, personámque patris hac in re sustinet. Postremò non obstat quod Vlpianus ait, si filius familiàs dotem promiserit, & sui iuris factus dederit, profectitiam esse dotē.[x] Nam hoc ideo, quia solutio sequens declarat se debitum velut suum agnouisse.[y] Et ideo Vlpianus, quia, inquit suum æs alienum susceptum, dum filius familiàs esset, nunc pater familiàs factus dissoluit. Et nisi sequuta esset solutio, aliud dicendum foret.[z] Hac autem probata sententia sequitur, filium nec in legitimam imputare, nec cum fratribus patri succedentem conferre dotem cogi.[a] vt nec iis casibus, quibus receptū est, auum teneri dotare neptem.[b] veluti ob patris inopiam:[c] cùm id tantùm profectitium respectu patris hac in re existimetur, quod auus dat nepti, ad quod propter filium tenebatur.[d] De auo porrò materno, constat eum non teneri neptē dotare:[e] cùm nec quidem mater ipsa, nisi necessitas vrgeat, aut magna aliqua caussa obstringatur.[f] Quinimo nec alere,[g] nisi pater, ex paternáque linea superiores inopia premerentur.[h] Qua caussa, non alia iustior considerari potest.[i] vt meritò putem matrem, ac quoscunque per eam descendentes, si vel non sit pater superstes, vel egeat, nepti dotem dare debere.[k] Nam & frater sororem egentem, si vtrinque coniuncta sit, dotare tenetur.[l] quam certum est minùs multò iuris in fratrum facultatibus, quàm in bonis habere maternis.[m] Vnde in hanc sententiam ego transeo: licèt alij quidam temerè dissentiant.[n]

x Auth. multò magis. C. de episc. & cler.
l. cum quib. C. de nat. lib.
y Soci. hîc & Cret. nu. 38.
z L. fin. C. de do. promiss.
a D. l. dotē dedit.
b L. sic eueniet. ff. de adult.
c L. nam ciuium, cū l. seq. ff. de iis qui sunt sui. §. pe. de pa. pot.
d L. oratione. §. j. ff. de ritu nup.
e L. qui liberos. ff. de rit. nup.
f L. fin. in prin. C. de do. promiss.
g L. patre. ff. de iis qui sunt sui.
h D. l. qui liberos.
i L. neque mater. C. de iur. do.
k L. & ideo. §. fi. ff. de in rem vers. d. l. profectitia. §. si filius j.
l D. l. qui liberos. d. l. final. *m L. sed si hac. §. fi. ff. de in ius voc. l. liberorum. ff. de verbo. sig.* *n L. fi. C. de emancip. lib.* *o L. non quemadmodum. ff. de lib. agnos.* *p D. l. non quemadmodum.* *q L. Nesennius. ff. de neg. gest. l. neq. mater. C. de iur. do.* *r D. l. dotem dedit.* *s L. qui liberos. alleg.* *t §. penult. in fi. de pat. pot.* *u L. oratione. §. j. ff. de rit. nup.* *x D. l. & ideo. §. fina. d. §. si filius. j.* *y L. & magis. ff. de solutio.* *z D. l. profectitia. §. si filius. d. l. & ideo. §. fina.* *a L. pater filia. ff. de eusctio. Bald. l. fin. C. de dot. promiss.* *b Alex. l. in quartam. col. penult. ff. ad l. fal.* *c D. l. non quemadmodum.* *d Bar. auth. ex testamento. C. de sec. nup. Alex. d. l. in quartam.* *e Accur. & DD. l. fina. C. de dot. promiss.* *f L. neque mater. C. de iur. dot.* *g D. l. Nesennius. ff. de neg. gest.* *h D. l. non quemadmodum. in fi.* *i L. de etate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. l. ij. ff. de ser.* *k §. Illud vt lic. mat. & auia. coll. vij.* *l L. cum plures. §. pen. ff. de admi. tutor.* *m L. j. l. filiam. l. fratres. C. de inoff. test.* *n Ludo. Roma. & Alex. hîc.*

FRATER, VEL FILIVS, AN SOROREM, VEL MATREM, DOTARE TENEATVR.

15 Fratrem prætereà qui sororem, si egeat, educare tenetur,[o] receptum est, eidem, si eodem patre nata sit, dotem quoque dare obstrictum esse:[p] & si clericus sit, nec habeat aliunde bona, posse id ex reditibus sacerdotij facere.[q] Non idem in filio, qui licèt matrē inopem alere teneatur:[r] ad secundas tamen nuptias properātem dotare minimè cogi potest.[s] quippe periniquum esset teneri filium de suo quicquam inferre matri, secundò nubere volenti,[t] quæ defuncti patris animam, eo nomine contristat:[u] & filiis grauem irrogat iniuriam.[x] Rectissimè igitur, ab Imperatore responsum, matrem quæ res filij nomine, vitrico dedit, filio non obesse.[y] Eo tamen casu nonnulli putant, filium teneri, quo de eius consensu, mater secundò nupsit:[z] cùm volenti non inferatur dolus, neque iniuria.[a] Et proinde tunc cōstet mulierem pœnas secundò nubentis effugere.[b] Quorum ego sententiam non facilè probauerim: cùm actus hominum voluntarij, non extendantur nisi quatenus de necessitate inferunt.[c] nec quicquam operentur, vltra intentionem agentis.[d] Nec ea sit capienda coniectura, vt quis se obligare, aut suum profundere velle videatur.[e] Et satis alioqui sibi præiudicet consensus, à se nuptiis secundis præstitus, vt mulierem pœnis legis liberet.[f]

PRIVILEGIVM FICTAE STIPVLATIONIS.

Refertur hîc à DD. illud quoque dotis priuilegium fictæ stipulationis:[g] licèt alioqui non nisi vtroque loquente, stipulatio contrahatur.[h] Quod Bartolus, cæterique, vt hodie verum non ambigunt:[i] ita Pandectarum iure putant nullam in dote fingi stipulationem: cùm id à se nouè dicat Iustinianus inductum.[k] Sed hanc ego sententiam nouis rationibus suprà confutaui: ex quibus etiam satis potest defendi, non in mulieris tantùm gratiam, vt eidem dissolutis nuptiis, ex stipulatu actio detur, ad dotis repetitionem, sed etiam in fauorem mariti, ad exactionem promissæ dotis, stipulàtionem effingi:[l] quod & DD. receperunt.[m] Alioqui (sicut ostendimus alibi)[n] vix est, vt hæc communis opinio subsistat. Sed an respectu muti, qui dotem accepit, (nam & matrimonium contrahere potest,[o] & nomine dotis obligari)[p] huic priuilegio locus erit, vt in dote fingatur stipulatio? Et videtur non esse: cùm mutus stipulationem non possit contrahere:[q] & non fingat lex impossibile.[r] Receptior tamen, & verior est contraria sententia:[s] vt fingatur videlicet stipulatio, eo modo quo potest, puta per seruum: per quem constat mutum stipulari posse:[t] aut per publicam tabellionis personam.[u] Vt autem stipulatio fingatur, satis est, quòd seruum habere potuerit, aut notarius intercedere: licèt neutrum ex accidenti fortè contingat.[x] Sufficitque rem in genere possibilem esse.[y] quo planè tollitur secundum communes etiam traditiones, ex Vlpiano desumpta regula.[z] quam tamen nec iure defendi posse, nos alibi larga manu probauimus.[a] At verò dixerit fortasse quispiam, personam extrinsecam nunquam subintelligi:[b] etiam fauore dotis.[c] Nec prætereà vsque adeò faueri doti, vt duo singularia circa idem concurrant:[d] quæ tamen hîc cumulantur. Nam & stipulatio fingitur, quæ facti est.

16

o L. qui filiū. vbi Accurs. ff. vbi pup. educ.
p Accur. l. cùm plures. §. fin. ff. de adm. tuto.
q Panor. c. peruenit. de arbit.
r L. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agnos.
s L. tutor secundum. §. fi. ff. de adm. tuto. l. j. §. Præterea. ff. de tutel. et rat. dist.
t L. qui accusare. C. de edend. c. j. de prob.
u §. nos igitur de nup. coll. iiij.
x §. prospeximus de nō elig. sec. nub. coll. j.
y L. si vinea. C. de præsc. long. tempo.
z Io. Crot. hic. nu. 41
a L. j. §. vsq. adeo. ff. de iniur. l. cum donationis. C. de transac.
b Accur. §. j. de non elig. sec. nub. coll. j.

c L. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itiner. actuq. pri. d L. fin. C. ne vxor. pro mar. l. j. & l. ij. C. de neg. gest. e L. cùm de indebito. ff. de proba. f Accurs. d. §. j. Bald. l. j. C. de secund. nup. g L. vn. C. de rei vxo. act. §. fuerat. de actio. h L. j. ff. de verbor. oblig. i D. l. vnica. k D. l. vnica. l D. l. vnica. m Accur. l. si diuortio. ff. de verb. oblig. in d. l. vn. in d. §. fuerat. n In l. qui liberos. nu. 80. ff. de rit. nup. o L. ex facto. in princ. ff. de vulg. c. cùm apud. de spons. p L. mutus. ff. de iur. dot. q L. j. ff. de verb. oblig. r L. qui ad certum. ff. loca. s Bart. & alij hic. t D. l. j. in princ. u L. non aliter. ff. de adop. l. ij. ff. rem pup. sal. for. x §. sed illud. de adoptio. y L. qui in vtero. ff. de sta. ho. Bar. l. sub conditione. ff. de solutio. z D. l. qui ad certum. a In l. si is qui. ff. de vsucap. Alciat. lib. iij. Paradoxo. c. xvj. b L. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. c Bar. l. post dotem. ij. lect. hoc tit. d L. j. C. de dot. promiss.

est,[e] cùm tamen facta non præsumantur:[f] & serui, aut tabellionis extranea persona,contra iuris regulas subintelligitur.[g] Quinimò & iussum præcessisse, respectu serui fingere oportet:[h] cùm tamen non soleat præsumi mandatum, vt nec alia quæuis extrinseca solennitas:[i] etiam ex lapsu mille annorum.[k] Tu dic personam non expressam in stipulatione subintelligi propter naturam actus præcedentis: super quo stipulatio verè,vel per legis interpretationem interposita est:[l] cùm stipulatio semper intelligatur contracta, secundum naturam actus, cui adiicitur:[m] vel dici potest, quod vulgò effertur,non expressam personam non censeri inesse stipulationi:[n] procedere quando redderetur stipulatio inutilis, si subintelligeretur tertia persona.alioqui secùs,[o] fauore præsertim dotis, mulieri conseruādæ.[p] Quod autem duo singularia non concurrant, etiam fauore dotis nusquam probatur, vt infrà docebo. Et quamuis verum demus, eo casu receptum ei regulę locum non esse:cùm vnum speciale ad aliud in consequentiam venit.[q] vt in proposito.Nam si fingamus cum lege, mutum dotis nomine per stipulationem promisisse; cùm ipse loqui non possit,& ideo nec nisi per seruum,cui iubeat, stipulādo obligetur.[r] hæc omnia necessariò exaudiri debent.

PRIVILEGIVM INCERTITVDINIS, ET COLLATAE IN ALTERIVS ARBITRIVM CONVENTIONIS.

17 Commiscentur ab interpretibus subinde duo priuilegia, quia licèt in alterius contrahentium voluntatem non soleant conuentiones hominū regulariter conferri:[s] vitientúrque contractus,quemadmodum cæteri quoque actus, propter incertitudinem.[t] Dotis tamen promissio rectè conferatur in arbitrium promissoris: nec propter eà quòd incerta sit, vitietur:[u] sicuti nec legatum.[x] Quod pariter eo casu receptum est, quo in meram & liberam promissoris voluntatem collata est dotis promissio:quia veluti promiserit dotem quam vellet.[y] boni quippe viri arbitrium creditur stipulationi semper insertum:[z] cùm soleant absolutæ voluntatis verba (vbi de damno tractatur)arbitrium viri boni significare.[a] Nec oppugnat (vt aiunt)prædicta,responsum Alexandri Cæsaris, quo traditum est, ex promissione dotis incerta agi non posse.[b] non id ideo,quia cum pacto nudo facta fuisset cōuentio,duorum singularium concursus induci non debet.[c] Quæ interpretatio verbis legis non conuenit cum illic referat Imperator, nuptiali instrumento scriptum, dotem à muliere promissam.[d] & verbum *Promisit*, scripto comprehensum, ad stipulationem referatur.[e] Neque præterea vim vllam facit Alexander in eo specialium concursu.sed quoniam dotis promissio erat incerta.[f] Denique plura specialia quæ non ex eodem fonte manant,ex interpretum etiā sententia concurrunt.[g] Quinimò dotis fauore,duorum, pluriúmue singularium concursus absolutè permitti videtur.[h] Adde quòd nusquam prohibitum legimus concursum plurium specialium, dum ad ea inducenda sufficiens subsit æquitas.[i] Sunt & alij qui nihil hac in re specialiùs doti tribuendum censent:[k] ex quo per relationem ad aliud,nimirum ad promittentis facultates,& dignitatem natalium viri dos certa fit:[l] & incerta dispositio, quæ relatione ad aliud certa fieri potest non vitietur.[m] cùm nihil referat,an aliquid per se certum sit,vel per relationem ad aliud,[n] apertéque videtur Vlpianus hanc probare sententiam in dotis fauore,vim nullam faciens: sed in eo,quòd dotis quantitas,pro modo facultatum,& dignitate natalium viri con-

e L.consilio. §.fi.ff. de cur.fur. f L.in bello. §.facta. ff.de capt. g D. §. Chrysogonus. h L.j.in fi. princ.ff. de verb.oblig. i L. quæcunque. §. fi.ff. de public. k Bal. l.ij. C.si ex fal. instr. DD. l.sciendum. ff. de verb. oblig. l D.l.post dotē.secundū ij. lect. Accurs. m L.si stipulatus.ff. de vsur. n D. §. Chrysogonus. o L.quodcunque. §. fi.ff. de ver. oblig. vbi Cum.a. p L.vn.§. accedit. C. de rei vxo. actio. q §.si ab hostibus. Quib. mo. ius pat.pot. l.sub cōditione.ff. de soluti. Bar. l.si is, qui.vlt.q.ff. de vsucap. r L. j. in prin. ff. de verb.oblig.

s L.sub hac.ff.de act.& oblig.l.in vendentis.C.de cont.emp. t L.triticū.l.ita stipulatus.ff.de verb. oblig. u L.cum post.§.gener.ff.de iur.do.l.ij.C.de do.prom. x L.si filia pater.ff.de leg.ij. y L.fideicōmissa. §.quāquam.ff.de leg.ij. z D.l.ij.vbi Doctores. a L.cùm quidā.ff.de leg.ij.Accur.l pe.ff.de arb. b L.j.C. de do.prom. c L.si quis rem.§.fi.ff.de pollicita.Bar.l.si is qui.vlt.q.ff.de vsucapio. d D.l.j. C. de dot.prom. e §.si scripsiū.de inutil.stip. f D.l.j. g L.singularia.ff.si cer.peta.Bar.d.l.si is,qui.col.pe. h L.licet.§.j.ff.de iur.dot.l.fi.C.ad Velleia. i L.postliminij.in princ.ff.de capt. k Pet.Cy.& Fulg.d.l.j. l L.quæro.l.cùm post. §.gener.ff.de iur.do.l.si filia pater.ff.de leg.ij. m L.pe.C.de sent.quæ sine cert.quant. n L.fi.C.de fal.caus.

stitui potest. [o] Nec sanè omnino improbabile videtur. Quanquam potest dici, vt
incerta omnino dotis promissio, quia facta simpliciter, nulla re, vel quantitate de-
monstrata, non valeat. [p] Cùm enim dos, vel in teruntio vno rectè cõstituatur: [q] fa-
cilè deludi posset conuentio, promissore vel minimum nomine dotis offerente: [r]
tantáque est hoc casu incertitudo, vt commodè nequeat per relationem ad aliud
certitudinem recipere: [s] ob plenum voluntatis arbitrium promissori relictum. [t]
Nec obstat quòd Papinianus ait stipulationem dotis, nulla re, vel quantitate de-
mõstrata, in arbitrium soceri collatam, arbitrio quoque detracto valere. [u] Tractat
namque specialem casum Papinianus, cùm, videlicet facta est ab eo promissio, qui
tenetur alioqui pro viribus patrimonii dotare, vt à patre, auo, similibúsque perso-
nis. [x] Tum enim certitudo illa pro modo facultatum, & dignitate natalium, [y] ex
qualitate personæ, ad quam referũtur stipulationis verba, satis expressa videtur: [z]
vbi præsertim dies solutioni est adiectus: vt in specie Papiniani. [a] Idémque si dos 18
promissoris etiam extranei arbitratu promissa fuisset, nulla licèt speciei, vel quan-
titatis demonstratione facta: vtilis quippe erit stipulatio. [b] Nam nec hoc casu me-
ræ voluntatis arbitrium promissori datum intelligitur: sed quasi viro bono com-
missum. [c] ac proinde cẽsetur boni viri arbitrium, stipulationi insertum: [d] ad quod
redacta promissio, velut certam quantitatem exprimit, pro patrimonij viribus, &
natalium dignitate. [e] Quibus casibus, ideo existimandum est, nihil specialius doti
tributum, vt ob incertitudinem videlicet, eius promissio non vitietur: cùm & in
annuum alimentorum legatum, & quod fit ad publicæ vię refectionem, licèt incer
ta sustineantur: [f] non quidem, vel alimentorum, vel Reipublicę fauore: cùm nul-
lam ea in re vim Iurisconsulti faciant: alioqui idem dicendum in legato, ad domus
priuatæ refectionem, aut alimentorum diuiti facto: [g] sed quoniam pro rei, aut per-
sonæ necessitate, & facultatibus defuncti, potest certus legati modus statui. [h] Nec
me mouerit quòd quidam aiunt hac ratione attenta, nullum contractum, nullúm
que legatum per incertitudinem vitiari: [i] cùm pretium, mercésque in venditione,
& locatione secundum rei qualitatem intelligatur. [k] Legatum iuxta legatarij me-
rita: [l] & sic de aliis. Nam respondeo, huiusce æstimationis nusquã in iure rationem
haberi, vt contractum ipsum, sicuti conceptus est sustineat. [m] quod magis sit con-
fusa, generalis, & obscura, quàm vt ex ea certitudo facilè deprehendi possit. [n] Por-
rò autẽ sunt qui dicant, illo nomine speciale in dote esse, vt quãuis in arbitrium
rei promittendi, collata stipulatio regulariter non valeat: [o] fauore dotis, diuersum
respondeamus. [p] Deinde, vt licèt ab eius persona qui debet arbitrari, non possit re-
cedi: [q] ac proinde non arbitrãte eo nequeat ad arbitrium boni viri peti reductio: [r]
quia videlicet insit eiusmodi conuentioni conditio, si ille talis arbitretur: [s] qua de-
ficiente, nihil agi cõstat. [t] fauore tamen dotis promissore non arbitrante, redigitur
ad arbitrium boni viri promissio. [u] Ego verò, nec iis quidem casibus, singulare quic
quam doti tribuo. Licèt enim contractus qui vltro citróque obligant, non possint
in alterius contrahentium conferri voluntatem: [x] ne claudicet conuentio ex vna
parte pura, ex altera conditionalis: [y] stipulatio tamen in arbitrium promissoris ali-
ter quàm per conditionem collata valet. [z] Et licèt vbi in arbitrium tertij confer-
tur contractus, non recedatur ab eius persona, [a] ratione quam attigimus suprà: vbi,
tamen

o D.l.cùm post. §. gener.
p D.l.j. C. de do. promiss.
q L.si vsusfructus. in fi. ff. de iur. do. Bal. c. si proponẽte. de rescrip.
r Accur. l. legato generaliter. ff. de leg. j. d. §. gener.
s L. pe. & final. C. de sent. quæ sine cer. quãt.
t L. fideicõmissa. §. quãquam. ff. de leg. iij. l. si mercu. ff. locat.
u D.l.cùm post. §. gener.
x L. qui liberos. ff. de ritu nup. l. fi. C. de dot. promiss.
y L. si fil. a pater. ff. de leg. iij.
z L. quæro. l. fine generalis. ff. de iur. do. l. plenum. §. equity. ff. de vsu & habit.
a D.l.cùm post. §. gener.
b L. iij. C. de dot. pro.
c D. §. quamquã.
d D.l.iij. C. de dot. promiss.
e L.j. in fi. ff. de leg. y. d.l. quæro. d.l. fine. d. §. gener.
f L. quidam in testamento. ff. de leg. y. l. si cui. ff. de ann. leg. l. pen. ff. de alim. leg.
g Bal. Nouell. tract. dot. vj. parte xj. speciali.
h D.l. quædam. d.l. pe. d.l. si cui.
i Bar. & cæteri. hic.
k Accur. l. j. §. quod autem. ff. de superficieb.
l L. nec adiecit. ff. pro soc.
m §. qua de causa. de locat. l. Bald. l. contractus. C. de fid. instr.
n L. pen. & l. fin. C. de sent. quæ sine cer. quant.
o L. stipulatio non valet. ff. de verb. oblig. l. quod sæpè. §. j. ff. de cont. emp.
p L. cùm post. §. gener. ff. de iur. do. l. iij. C. de dot. promiss.
q L. in compromissis. ff. de arb.
r L. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig.
s L. final. C. de cont. emp.
t L. cedere diem. ff. de verbo. sig.
u d.l. iij. d. §. gener.
x L. quod sæpe. §. j. l. hac venditio. §. j. ff. de cont. emp.
y L. si. ff. de acceptila. l. emptor. ff. de re. vend.
z L. centesimis. §. fin. ff. de verbo. oblig.
a D.l. in compromissis. d.l. si quis arb.

tamen in arbitrium vnius ex contrahentibus collata est conuentio, regulariter eo in arbitrando moram faciente fit ad viri boni arbitratum reductio.[b] Qui enim curat ne existat conditio, sub qua est obligatus, non ideo minus obstringitur:[c] quinimò habetur pro impleta contra illum ex contrahentibus, per quem stetit quominùs impleretur.[d]

PRIVILEGIVM CESSANTIS IN DOTE VELLEIANI.

Adiicitur & illud dotis priuilegium, quia mulier intercedens pro dote, etiam pacto nudo, non iuuatur Velleiano:[e] qua in re tria, contra receptas iuris regulas, videntur concurrere singularia:[f] cùm ex nuda pactione regulariter non agatur,[g] nec sine stipulatione consistat regulariter fideiussoria obligatio:[h] & mulier quæ intercessit creditorem agentem exceptione SC. Velleiani repellat:[i] cùm autem iura plerumque magis faueant restitutioni, quàm dationi rerum:[k] & doti restituendæ vxori non minores soleant tribui prærogatiuæ, quàm doti constituendæ viro,[l] non dubito quin eo casu, quo fideiussores de restituenda dote iure præstantur (veluti soluto matrimonio,[m] aut etiam constante, propter inopiam mariti)[n] sit huic quoque priuilegio locus, si mulier pro dote restituenda intercesserit:[o] cùm fauor dotis, qui solus est huiusce priuilegij ratio, ne, videlicet, mulieres indotatæ maneant:[p] cuiusque caussa publicam dicitur respicere vtilitatem:[q] hoc quoque casu vigeat.[r] ac proinde satis tacitè cautum in lege censeatur:[s] & lex vtilis Reipublicæ sit semper iuuanda interpretatione.[t]

PRIVILEGIVM ALIENANDI REM DOTALEM RESTITVTIONI SVBIECTAM.

19 Donatur illo quoque priuilegio dos, quia licèt res fidei commisso oneratæ, non possint irreuocabiliter alienari:[a] ex caussa tamen dotis possunt liberi ab ascendente grauati ea, iure, atque irreuocabiliter alienare.[b] Nam & ad defunctum grauantem hoc onus dotandi pertinuisset.[c] Vnde censetur ab hæredibus id fieri voluisse, quod & ipsum, si viueret, oportuisset fecisse.[d] Quod Vlpianus subsensit fortasse, dum ait, dationem istiusmodi dotis, voto grauantis patris congruere.[e] Alia tamen ratione Iustinianus vsus est,[f] quià fœminas dotatas esse publicè expedit:[g] quæ verò publicè sunt vtilia, priuatorum commoditatibus sunt semper ante ferenda.[h] Et hæc vera, non tantùm pro custodienda dote, sed etiam pro recepta restituenda,[i] & in bonis quæ testator voluisset extra familiam alienari:[k] tametsi (dictu mirum) nominatim fideicommiss. deminutionem, ex caussa etiam dotis inhibuisset:[l] quatenus tamen legitima grauati non sufficeret ad dotis constitutionem.[m] Sed si filius grauatus legitimam suam dissipasset, poterit adhuc ex reliquis filiæ bonis dotem constituere:[n] quinimò vxor grauati dotem suam repetere.[o] Quod ipsum vix receperim ego. Cum Iustiniani lex dotis caussam non præferat fideicommissario, nisi respectu legitimæ portionis, quam mortuo testatore grauatus omnino habiturus erat:[p] & periniquum sit vitium illud profusionis filij grauati posse fideicommissi euersionem operari contra testantis voluntatem, & iustam vtilitatem fideicommissarij.[q] Denique quia morte filij grauati cessit dies fideicommissi, & ita ius fideicommissario quæsitum est.[r] Cuius ideo caussa, velut prior tempore, debet po-

b D.l. hac venditio. c L. in executione. §. fi. ff. de verb. oblig. d L. iure ciuili. ff. de cond. & demonst. e L. fin. C. ad Velleia. f L. j. vbi Doct. C. de dot. promiss. g L. Iurisg. §. igitur. ff. de pac. h L. v. §. satisfacceptio. ff. de verb. oblig. i Tot. titu. ff. & C. ad Velleia. k L. videamus. §. j. ff. de vsur. l L. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxor. m L. & si fideiussor. ff. de re iud. n c. per vestras. de donatio. inter vir. o Bal. Nouell. parte vj. & xy. priuilegio. p L. fin. C. ad Velleia. q Hac nostrà l. j. r L. illud. ff. ad l. Aquil. s L. his solis. C. de reuo. dona. t L. hoc modo. ff. de cond. & demo.

a L. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. l. pen. & final. C. com. de lega. b §. quamobrem. de rest. & ea quæ par. coll. ij. auth. res quæ. C. com. de leg. c L. qui liberos. ff. de ritu nup. d L. cùm seruus. §. pen. ff. de cond. & dem. e L. mulier. §. pen. ff. ad Trebell. f D. auth. Res, quæ. g L. ij. ff. de iur. dot. & hic. h L. vn. §. final. C. de cad. toll. i D. §. quamobrem. j. vbi Accurs. Alex. cons. 67. vol. j. k L. à filia. in princ. ff. ad Trebell. l Accurs. d. §. quamobrem. m D. auth. res quæ. d. §. quamobrem. n Bart. d. l. mulier. §. pen. DD. d. auth. Res quæ. o Castrens. cons. xv. vol. j. Corn. d. auth Res quæ. p D. auth. res quæ. q L. paterfa. ff. de hæred. inst. r L. si dies. & tot. tit. ff. quando dies. leg. l. ex his. C. illo tit.

tiot esse posteriori caussæ dotis.[s] Quocirca reot ampliùs deliberandum.[t] Sed
iam est tempestiuum vt de secundi temporis, hoc est constantis matrimonij pri-
uilegiis quædam dicamus.

CONSTANTIS MATRIMONII IN DOTE PRIVILEGIA.

Duo tantùm solent, circa hoc tẽpus commemorari dotis priuilegia: ego tamen 20
tria tractabo. Primum est, quia licet donatio inter coniuges constante matrimo-
nio, non valeat: ne interim, cùm pretio nuptialẽ concordiam conciliare volunt,
se inuicem mutuo amore spolient:[u] dos tamen quæ à dando dicta, species dona-
tionis est:[x] constante matrimonio fieri, & anteà facta augeri potest.[y] Hæc enim
donatio maritalem cõcordiam, & amorem magis fouet, ac prouehit.[z] proindeq;
cessat prohibitionis ratio,[a] & in quandam veluti remunerationem onerum ma-
trimonij (quæ virum supportare oportet) dos marito conceditur.[b] Donatio autem
coniugalis remuneratoria valet:[c] qua ratione dici potest nihil specialius hoc no-
mine doti tribui: cùm & donationes alioqui inutiles, remunerationis gratia factæ
defendantur.[d] Alterum priuilegium, qua licet maritus rei dotalis dominus sit:[e]
& possit liberè quis de rebus, quarum dominium habet, disponere:[f] nequit tamen
dotalem fundum maritus constante matrimonio alienare.[g] Adeò vt nec mulieris
quidem consensus istiusmodi alienationem firmet,[h] ne naturæ suæ fragilitate ad
miseram inopiam mulier traducatur:[i] etiam (vt ego cum Accursio sentio) si iura-
uerit mulier:[k] siquidem nihil operatur contra legum auctoritatem interpositum
iuramentum:[l] & qua fragilitate mulier ad consentiendum alienationi inducitur,
maritalibus, nimirum, vel minis, vel delinimentis inescata, eadem facilitate indu-
catur ad iurandum.[m] Nec interpretibus assentior, qui contrarium pontificia lege
constitutum putant,[n] Nusquam enim iure canonicũ legimus alienationes dota-
lium rerum, iurisiurãdi religioni firmari. licèt præstita iuramenta pontifices ser-
uari præcipiant.[o] inter quæ plurimum interest, vt alibi probaui[p]: & nostrates in-
terpretes non vno in loco docuerunt.[q] Tribus porrò casibus rei dotalis aliena-
tio, iure quoque ciuili permissa videtur. Primus, si sit vtilis mulieri:[r] quia sterilis I.
putà, fundus dotalis cum fertili permutetur.[s] Neque enim contorquendum est
in odium mulieris, quod in eius gratiam lex introduxit.[t] Alter casus, si fundus in II.
dotem datus fuerit æstimatus:[u] cùm transferat æstimatio liberum rei dominium
in accipiente.[x] Tertius casus, in rebus dotalibus mobilibus, quarum alienatio nul III
lo iure marito videtur interdicta,[y] lex quippe Iulia de *Fundo*,[z] & ita de rebus soli
loquebatur:[a] & de immobilibus Nouella constitutio tantùm agit,[b] vt meritò cen
sendum sit ad immobilia non extendi prohibitionem.[c] Quæ sententia nullam
prorsus habet dubitationem, in rebus quæ pondere, numero, mensurâve constãt:
cùm in hoc dentur (inquit Gaius) vt eas maritus ad arbitrium suum distrahat.[d] &
quandoque, soluto matrimonio, aliàs ipse, vel hæres eius restituat, eiusdem gene-
tis, & qualitatis.[e] in aliis verò rebus mobilibus, longè aliud Doctores probant: ni-
mitum, vt cum seruando seruari possint, hodie alienari nequeant:[f] nisi secundum
Nouellæ legis formam:[f] hoc est, nisi post biennium mulier eam alienationem
comprobet, & adhuc res supersint, quibus satis sit ipsi consultum.[g] vel fauote li-
bertatis

s L. qui bal neum. l. po- tior. ff. qui potio. c. qui prior. de reg. iur. in vj.
t Iason d. auth. res quæ col. pe.
u L. j. l. y. l. iij. ff. de dona. inter vir.
x L. j. ff. de donatio.
y L. fi. C. de donat. ant. nup. §. pen. de donatio.
z L. fi. C. ad Vellea.
a D. l. j. y. & iij.
b L. dotis fructus. ff. de iur. dot.
c L. quod autem. §. si vir. ff. de dona. int. vir.
d L. Aquilius. ff. de donat.
e L. doce ancillã. C. de re. vend.
f L. in re. C. manda.
g L. Lex Iulia. ff. de fund. dotal.
h §. j. quib. alien. licet. Instit.
i L. vn. §. & cùm lex. C. de rei. vxor.
k Accurs. d. §. & cũ lex.
l L. non dubium. C. de legib.
m L. doli. §. diuersum. ff. de nouatio.
n c. cùm contingat. de iureiur. c. y. illo tit. in vj.
o D. c. cùm cõtingat. d. c. y.
p In l. admonẽdi. ff. de iureiur. & in l. qui liberos. ff. de ritu nup.
q Bar. l. si quis pro ee. ff. de fideiuss. Panor. d. c. cùm contingat. col. v.
r L. final. ff. de iur. dot.
s L. ita constante. l. res, quæ. illo tit.
t L. quod fauore. C. de legib.
u L. quod si fundus. ff. de fund. dotal. l. j. C. illo tit.
x L. quoties. l. si inter. C. de iur. dot.
y L. diuortio. §. si fundum. hoc tit. l. si ex lapidicinis. ff. de iur. dot.
z L. vn. §. & cùm lex. C. de rei vxo. §. j. quib. alienar.
a L. quæstio. l. fundi. ff. de verbo. sig.
b §. j. & in rub. vt immobil. ante nup. do. col. v. Auth. siue a me. C. ad Velleia.
c L. cum Prætor. ff. de iud. l. necnon. §. quod eis. ff. ex qui. cau. ma.
d L. res in dotem. ff. de iur. dot.
e L. lex quæ. C. de adm. tute.
f D. auth. siue à me.
g §. si quis igitur, vt immobil. ante nup. don. coll. v.

bertatis.[h] Sed mihi, in iis quoque rebus quæ possunt seruando seruari (si non aliud tamen in dotis constitutione sit actum)[i] videtur adhuc sine solennitate Nouellæ legis,[k] permissa alienatio,[l] per prædicta, dummodò intelligamus, vt si res istiusmodi alienatæ, dissolutis nuptiis, adhuc extent fauore dotis ab vxore vendicari possint,[m] (quemadmodum in re vendita cum pacto addictionis in diem:[n] & in rebus restitutioni subiectis)[o] nisi tamen fuisset manumissus seruus, & alia via posset mulier indemnitati suæ cauere.[p] Nec huic nostræ sententiæ Nouella Iustiniani constitutio contradicit.[q] quæ respectu alienationis dotis (vt eius verba palàm faciunt) nihil noui statuit. cùm hæc (inquit) sufficienter declarata, atque sancita sint:[r] nec sanè verisimile est, si non aliud luculentiùs doceatur: veteres leges corrigi, quæ mobilium rerum alienationem permiserunt.[s] Qua in re veteres, & ex recentioribus nonnulli mecum apertè sentiunt.[t]

PRIVILEGIVM EXACTIONIS DOTIS, CONSTANTE MATRIMONIO, OB INOPIAM VIRI.

Postremò huius temporis priuilegium est, quia licèt, constante matrimonio, non possit mulier ad dotis repetitionem experiri:[u] cùm eo tempore dos sit in bonis mariti nuptiarum onera sustinentis.[x] ibi autem dotem esse oporteat, vbi matrimonij onera sunt.[y] si tamen, manente adhuc matrimonio, ad egestatem traducatur maritus, dotis exactio mulieri dabitur.[z] contra id (inquit Accursius) quod ab initio partes egerunt: nimirùm, vt dos apud maritum esset perpetuò.[a] Cæterùm, alij dotem hoc nomine nihil habere prærogatiuæ, censent:[b] cùm & in cęteris quoque negotiis plerumque contingat, extra id quod agitur obligationem nasci.[c] Ego verò re aliter, quàm reliqui faciant, perpensa multùm fauoris hoc in casu, doti tributum autumo. Licet enim debitor in diem, non antè possit exigi, quàm dies venerit,[d] emergente etiam inopia debitoris: quo casu cautiones tantùm interponuntur.[e] in dote tamen singulare est, vt ea à marito (qui tamen in diem duntaxat soluti matrimonij debitor est[f], si deducatur ad egestatem, manentibus adhuc nuptiis, repeti possit:[g] ne pereant dotes, quas mulieribus conseruari Reipublicæ interest.[h] cúmque plus cautionis sit rei incumbere, quàm personali actione niti,[i] noluit lex cogi posse mulierem accipere fideiussorem, sub hócque cautionis incerto se committere:[k] quamuis laudandam, nedum audiendam semper ego censuerim mulierem, quæ cautionem interponi maluit, quàm summo iure vti, & dotis restitutione virum molestare.[l]

PRIVILEGIA DOTI TRIBVTA SOLVTO MATRIMONIO.

21 Superest vt de tertij temporis priuilegiis nonnulla dicamus. Et illud cùm primis constat mulierem, licèt tempore posteriorem, cæteris creditoribus in caussa dotis præferri:[m] non tantùm in actione personali, sed etiam in hypotheca.[n] Quod in tacita creberrimè Doctores interpretantur.[o] Nam si in expressa hypotheca creditores alii anteriores sunt, iure quoque potentiores erunt.[p] Nec enim temerè à regula recedendum est, quæ iure potiorem eum facit, qui prior est tempore.[q] & in fisco (cuius caussa & mulieris in hypotheca par esse videtur[r]) idem dicimus. nimirum eius hypothecam posteriorem, quamuis expressam, superari ab anteriori hypothecam ...

h L. iij. C. de iur. do. l. j. l. fin. C. de ser. pig. dat. l. dotalem. hoc tit.
i L. si mulier. ff. de pac. dotal.
k D. auth. siue à me.
l D. l. si ex lapidicinis. d. §. si fundum.
m L. in rebus. C. de iur. dot.
n L. si ex duobus. §. final. ff. de in di. addic.
o L. iij. §. fi. C. cõ. de leg.
p D. l. j. d. l. fi. d. l. dotalem.
q D. auth. siue à me.
r §. fin. vt immobil. ante nup. do. coll. v.
s L. si quãdo. in prin. C. de inoff. test. c. ecclesia. de electio.
t Iacob. ab Aren. Crot. & Alciat. hîc.
n L. sed si alia. ff. de bo. dãnato. l. dotis. C. de colla. l. cum notissimi. §. illud. C. de praes. xxx. an.
x L. Lucius. §. idẽ resp. constãte. ff. ad municipal.
y L. si filia. §. j. l. si maritus. ff. fa. erc. l. actione. §. fi. ff. pro soc. l. si is qui. §. j. ff. de iur. do.
z L. seruum. ff. de manumissio. l. si constante. in prin. hoc tit.
a L. j. ff. de iur. dot. Accur. hic.
b Cast. & Alex. l. ij. in prin. hoc tit.
c L. si is qui. §. fin. ff. commod.
d L. cedere. ff. de verb. sign.
e L. inter omnes. ff. qui satisd. l. in omnibus. ff. de iud. l. quod si in diem ff. de pet. hered.
f D. l. ij. in prin.
g L. in rebus. §. omnis. C. de iur. do. d. l. si cõstante.
h L. ij. ff. de iur. do. & hic.
i L. itaq;. §. fi. ff. de fur. l. plus. ff. de reg. iur.
k L. cogi. §. si pater. in fi. ff. ad Trebell.
l L. si extraneus. ff. de cond. ca. da. dicam in d. l. si cõstante.
m L. ij. ff. de priuil. cred. l. vn. C. de priuil. do.
n L. assiduis. C. qui potior. §. fuerat. de actio. instit.
o Glo. c. ex literis de pignor.
p Accur. & DD. in d. l. assiduis. & in d. §. fuerat.
q L. potior. l. qui balneũ. ff. qui potior. c. qui prior. de reg. iur. in vj.
r L. ij. C. de priuileg. fisc.

potheca priuati nominatim conuenta.[s] Adde quod Iustinianus ait posse mulierem, constante matrimonio, si maritus inops fiat, res obligatas à posterioribus creditoribus vendicare.[t] innuens à contrario, aduersus priores expressa fultos hypotheca non posse agere.[u] & paulò pòst idem scribit, in rebus quas in dotem dedit, mulierem omnibus creditoribus præferri.[x] in bonis mariti priorum creditorum caussam sentiens posteriorem esse.[y] Nec eadem est ratio præferēdi mulierem habentibus expressam (quàm contrahentes sua conuentione, sibi quæsierunt) quæ habentibus tacitam, sola vi legis inductam:[z] cùm potentior sit hominis, quàm legis prouisio.[a] & ius proprio labore quæsitum, fortius, quàm quod legis beneficio.[b] Martinus verò, Petrus, & alii multæ auctoritatis viri contra putauerunt. hypothecam nempe dotis posteriorem, anteriori quamuis expressæ præferri:[c] cùm dicat Iustinianus mulierem in exactione dotis omnem habere prærogatiuam, & neminem creditorum, etiam priorum, potiorem hypothecam habere,[d] quæ verba generaliora sunt, quàm vt ad creditores tacitas duntaxat hypothecas habentes, coarctari possint: cùm & vix quatuor reperiantur, qui tacitè pignus contrahant. nimirum fiscus,[e] pupillus in bonis tutoris,[f] aut mariti matris tutricis, quæ non reddita ratione, secundo nupsit,[g] locator in bonis inuectis à conductore.[h] & mutuās ob refectionem.[i] vnde deluderetur hac interpretatione priuilegium,[k] quod tamen exuberans, & præsigne Iustinianus esse voluit,[l] qui præstereà inter expressam, & tacitam hypothecam non distinxit, sed generaliter prodidit, mulieres in hypotheca cōtra omnes mariti creditores, prælationis habere prærogatiuam: eóque modo quo datū ei fuit à veteri lege, in personalibus priuilegiū.[m] in quibus cōstat, mulierem sine distinctione, creditoribus vniuersis quamuis anterioribus, præpositam fuisse.[n] & ideo citra discrimen quoque generaliter accipiendum est, quod Iustinianus ait mulierem, cunctis creditoribus anterioribus præferri.[o] Denique si creditori mutuanti in refectionem (quem tamen in iure hypothecæ cæteris etiam in iure antiquioribus anteponi constat)[p] mulier ipsa præfertur:[q] multò magis prioribus creditoribus.[r] Neque repugnat argumentum à similitudine ductum de fisco ad dotem,[s] quod fallax est: cùm mulier in dote, maioribus priuilegiis donetur. nam in hypotheca tacita præfertur anterioribus,[t] quod non conceditur fisco.[u] & mulier in ambiguis fisco potior est.[x]

Quod autē ait lex fiscū qui prius contraxit, in hypotheca mulieri præponi,[y] nihil infert: siquidem & priuatus quoque fisco posteriori in iure pignoris præfertur.[z] cuius tamen caussam non esse cum fisco parem constat.[a] Et hanc Martini sententiam licèt controuersam, in hoc opinionum conflictu velut fauorabiliorem sequi conuenit.[b] quam Tolosanum senatum vsu comprobasse, multísque decretis confirmasse, nuper mihi fidem, primores eius ordiuis fecerunt. Neque potest, non probari hæc sententia, vbi mulier expressam haberet hypothecam:[c] vt quemadmodum tacita dotis hypotheca, licèt tempore posterior anteriorum creditorum tacitis præfertur,[d] ita & expressis anteponatur expressa.[e] solam verò tacitam anteriori expressæ præferri, lex vna, atque altera Iustiniani negare videtur.[f]

At verò dixerit quispiam fiscus expressam habens hypothecam anteriorem, mulieri præfertur.[g] priuatus autem prior anteponitur fisco.[h] Ergo & mulieri, ex protrita in hoc tractatu Scæuolæ regula,[i] quam ita detorquebat in Martinum: & sequiores subtiliter, vnus ex auditoribus nostris. Verùm huic responsum in prom-

ptu

s L. si pignus. ff. qui potior. l. si fundum. C. illo tit.
t L. vbi adhuc. vbi Saly. C. de iur. dot.
u L. necnō. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma. l. maritus. C. de procur.
x L. in rebus. C. de iur. dot.
y L. maritus. C. de procur.
z L. si quid bello. ff. de capt.
a L. fi. C. de pac. cōuēt.
b L. si Augustæ. & l. quod princips. ff. de leg. ij. d. l. si quid bello.
c D. l. assiduis. vbi Accurs. Pano. c. ex literis de pignor.
d L. in rebus. C. de iur. dot.
e L. ij. C. in quib. cau. pig. tac. l. j. C. si propter pub. pensit.
f L. pro officio. C. de adm. tuto.
g L. pe. C. in qui. cau. pig. tac.
h L. item quia. ff. de pac. l. ij. ff. in qui. cau. pig. tac.
i L. interdum. ff. qui pot. in pig.
k c. si ciuitas. de sent. exc. in vj.
l D. l. assiduis.
m L. ij. §. fi. ff. de priuil. cred.
n §. fuerat. de actio. d. l. ij. §. fi.
o L. de pretio. ff. de publicia. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præst.
p D. l. interdum. ff. qui potior.
q §. his consequens. de æqual. dot. coll. vij.
r L. de accessionibus. ff. de diuer. præscrip.
s L. ij. C. de priuil. fis.
t D. l. assiduis.
u L. si is qui. ff. de iur. fis.
x L. in ambiguis. ff. de iur. do. l. non puto. ff. de iur. fis.
y D. l. ij. C. de priuil. fis.
z L. si pignus. ff. qui potior.
a L. j. C. de iur. fis. lib. 10.
b D. l. in ambiguis.
c Angel. §. his consequens. de æqual. dot. coll. vij.
d D. l. assiduis. d. §. fuerat.
e L. cum quid. ff. si cert. peta.
f L. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iur. dot.
g L. ij. C. de priuil. fis.
h L. si pignus. l. fi. §. fi. qui potior. l. si fundum. C. illo tit.
i L. de accessionibus. ff. de diuer. præsc.

ptu fuit fiscum ita demum præferri mulieri, si mulier tacita duntaxat hypotheca nitatur, & fiscus expressa:[k] secùs si mulier, quamuis tempore posterior, expressam habeat. Nam sicut præferretur habens tacitam fisco, pariter tacitam habenti, licèt anteriori:[l] ita & in expressa.[m]

PRIVILEGIVM COMPENSATIONIS.

22 Porrò autem (quod ad compensationis prærogatiuam attinet) alibi cum cõmuni probaui, etiam in caussa dotis compensationem admitti.[n] Licèt interpres, hoc quoque prærogatiuæ dotem habere, vt eius petitioni compensatio non obiiciatur, Iustiniani lege fretus putauerit,[o] quæ cùm retentionem, non etiam compensationem prohibeat:[p] nihilo eum iuuerit, cùm alia sit longè ratio: quippe qui compensat soluit.[q]

Et hæc sunt præcipua dotis priuilegia, quæ nobis hic Accursij vestigia sequutis attingere placuit: non ignari perferri alia multa, quorum collectio, vt idem interpres testatur. plus certè laboris, quàm fructus habet. Ea tamen in re, scio plerosque diligentem operam posuisse, nominatim etiam in eam rem edito tractatu, à quorum lectione neminem auoco.

23 *Præcipua.*[d] Idest, super alias causas fauorabiles, & multa habens singularia:[r] vnde & in dubiis pro dote respondendum,[s] in cuius gratiam iuris auctores legum rigorem persæpe mollierunt.[t] Et ideo nec odiosa legis dispositio, quamlibet generalis, ad dotem velut singularibus prærogatiuis fultam debet protẽdi.[u] Verbi caussa, cùm dotalibus instrumentis specialiter sit indultum, ne vlla egeant insinuatione:[x] non censebitur sublatum priuilegium, per municipii legem, quæ statuisset tabellionum instrumẽta non aliter probare, quàm si in archiuo reperta forent.[y] Sic & lex, quæ fiscum alienantem præscriptione triennii fauorabiliter tuetur:[z] aduersus dotem locum non habebit.[a] Nam & contra dotem fisci priuilegium cessat,[b] & in ambiguis quæstionibus, contra fiscum, & pro dote respondere monemur.[c] Sic nec generalis renuntiatio filiæ si nõ expressim, aliud fuerit actum, ad ius petendæ dotis protrahitur.[d] Cùm & id legitimæ quoque specialiter sit indultum,[e] in cuius locum dotem ipsam succedere certum est.[f] Cæterùm impẽsæ funerariæ caussam, & primipilaris debiti (quod & initiò attigimus) doti præferri constat.[g] at non idcirco (sicuti quidam malè putant)[h] negandum, quin dotis caussa præcipua sit: hoc est præ cæteris fauorabilis:[i] cùm speciales casus, falsam regulam non efficiant.[k] quando nulla sit quæ non aliquas habeat exceptiones.[l] Cùm itaque dotis caussa præ cæteris fauorabilis sit, arbitrantur nonnulli, huiusce iudicii instantiam perpetuam esse: nec vllo temporis lapsu perimi.[m] Sicut nec caussas fiscales: & quæ ad publicas functiones respiciunt,[n] aut etiam ecclesiæ.[o] Nam dos & fiscus paribus (quod dici solet) passibus ambulant.[p] & fiscus & ecclesia, æqui parantur.[q] Indubitatáque mihi videtur hæc sententia pontificio iure.[r] Lege verò ciuili diuersa crebrior est, & receptior.[s] cùm pecuniarias omnes caussas, etiam si de hominum statu, aut iure ciuitatis agatur, lapsu triennii, à die contestatæ litis, Iustinianus finiri velit.[t] idq́ue publico fauore, vt tandem sit aliquis litium finis:[u] nec temerè sit à regulis iuris cõmunis recedendum.[x] Quod enim fiscales caussas excepit Imperator:[y] magis reuincit in iudicio dotis regulæ standum esse.[z] Præsertim quia excepit taxatiuè. *Exceptis, inquit, tantummodo causis, quæ ad ius fiscale pertinent, vel quæ publicas functiones respi*

k D.l.ij.C. de priu. fis. l D.l. assiduis. m D.l. cum quid. n L. rei iudicata. §. j. vbi Bar. et cæteri. hoc tit. dixi l. qui liberos. ff. de rit. nup. o L. vn. §. taceat. C. de rei vxor. p D. §. taceat. q L. si debitor. ff. de compensa. l. amplius. in fi. ff. rem rat. ha. r L. j. in fi. ff. de offic. proc. Cæsa. c. fina. de re iud. s L. in ambiguis. ff. de iur. dot. t L. fi. C. ad Velleia. l. si ego. §. j. ff. de iur. dot. u Accur. l. sciendum. ff. qui satisd. & in l. ij. C. de silentiar. lib. xij. x L. fin. in princ. C. de iur. dot. y Salic. in d. l. fin. per illum text. z L. ij. l. fi. C. de quad. præs.

a Bal. cõs. 857. quemadmodum Imperat. b L. ij. in fi. C. de priuil. fis. c L. non puto. ff. de iur. fis. d. l. in ambiguis. d Cast. cons. 275. Licet ista. e L. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. test. §. cæterũ vt cum de app. col. 7. f L. quoniã nouella. C. de inoff. testa. g L. idcirq. ff. de religios. l. satis. C. in quib. cau. pig. tac. h Ias. & Alciat. hic. i L. j. in fi. ff. de off. proc. Cæsar. k c. quoniam. vt lit. non cont. Accurs. c. j. de reg. iur. l Glo. rub. de reg. iur. in vj. m Bald. Nouellus q. xviij. part. ix. n L. properandum. in prin. C. de iud. o c. pen. vbi Panor. de iud. p L. ij. C. de priuil. fis. q L. fi. C. de sacros. eccles. r D. c. penult. s Bal. Imol. & alij hic. t D. l. properandum. in prin. u D. l. properandũ. in prin. x L. ab ea. ff. de proba. y D. l. properãdũ. in prin. z L. nam quod. §. fi. ff. de pe. leg.

ciunt.[a] & taxatiuæ natura sit, casus omnes omissos excludere.[b] Vnde non debet ad alios, quamuis similes, fieri extensio.[c] Nam & alia ratio fiscalium caussarum esse videtur: nimirum, quia à magistratibus, & rerum publicarum moderatoribus tractantur, qui plerumque torpent, & negligentes sunt.[d] Sed cùm in causis dubus leges contra fiscum pronuntiari velint: [e] fauorabiliter autem pro dotibus, iubeant respondere, [f] superior adhuc magis mihi placet sententia, vt quæ iure pontificio sit apertè confirmata: [g] (Cui legi, in iis etiam quæ de iure ciuili sunt controuersa, standum esse constat) [h] nisi quatenus mulieri vtilius esset, instantiam petimi, per lapsum triennii.[i] Nec me mouerit valde taxatiua dictio, quæ dissimiles tantùm casus excludit, non etiam similes.[k]

Nunc videamus an in caussa dotis summariè procedatur, quod quidam existimant.[l] Cùm à caussa matrimonii pendeat,[m] & in iis quæ matrimonii negotium quodammodo tangunt, summatim, & de plano procedatur.[n] Idémque est in alimentis,[o] in quorum locum, dos subrogata videtur.[p] Adde quòd Iustinianus ait, solutis nuptiis, dotalẽ fundum, ilico restituendum: [q] quæ verba significant, instrumenta dotis paratam executionem habere, & summariam tantùm cognitionem requirere.[r] Alii verò creberrimè contrà: [s] nimirum vt libellus offerri, lis contestari, cæterique ritus iudiciorum religiosè seruari debeant.[t] In quam sententiam ego quoque transeo, si tamen principaliter de dote moueatur controuersia. nam si incidenter duntaxat tractetur (quia veluti cùm propter adulterium ageretur ad separationem thori, in consequens experiatur maritus, ad lucrum dotis) sufficeret summaria cognitio: [u] probatio præterea in dotis iudicio, principaliter intentato, legitima, & concludens exigitur: [x] iure etiam pontificum. [y] licèt solennis ille probandi modus, lege canonum nobis traditus, vt fiant articuli, & singulariter, ac distinctè probentur,[z] quemadmodum in aliis fauorabilibus causis negligi possit.[a] vt & breuiores à iudice concedi dilationes, quo dotis quæstio celerius terminetur.[b] Quinimò poterit iudex, vt & in alimentorum caussa, diebus feriatis adiri.[c] Quæ sententia, dubitatione caret. Vbi mulier non haberet, vnde alias posset ali.[x] cùm tunc & pietatis, & necessitatis ratio suadeat, ferias negligi, licèt in honorem Dei introductas.[y] Sed & si cesset illa necessitatis caussa, putauerim ego (quamuis nonnulli subsistant) in feriis ob necessitatem hominum inductis, veluti messium, & vindemiarum, de negotio dotis, ad prætorem iri posse.[z] quandoquidem, non vt alimenta modò constituãtur (quorum loco dos succedit)[a] sed etiam vt ætates probentur, testamenta exhibeantur, & hæreditati iacẽti dentur curatores (quibus casibus multò minor est ratio) nullus sit huiusmodi feriis locus.[b] sicuti nec in causis piis, & quæ celeritatem exigunt, publicámque respiciunt vtilitatem.[c] qualis dos est, quæ pia caussa intelligitur: [d] celeritatẽ desiderat, quò mulieres citius nubant.[e] & pertinet ad bonum publicum[f]. Adde quòd caussæ fiscales, quibuscum dos gradu pari incedere solet: [g] (quinimò illis plerumque fauorabilior est[h]) diebus illis hominum gratia feriatis, tractari possunt.[i] licèt feriarum solennium tempore, quas nimirum ecclesia ob Dei reuerentiam indixit, crediderim, dotis caussam, nisi quatenus necessitatis illa ratio suaderet, tractari non posse.[k] Sed an iudicio dotis vsq; adeò fauebitur, vt super eo iudex ecclesiasticus, à meris laicis adiri possit? quod plerique autumant: [l] cùm dicat Innocentius III. ecclesiam teneri, dotes protegere viduarum

a D. l. properandum. b L. iij. §. cùm Titio. ff. de adim. leg. c L. ij. c. de iurisd. l. ij. C. de patribus qui fil. dist. d Bart. l. respublica. ff. Quib. ex ca. ma. e L. nõ puto. ff. de iur. fis. f L. in ambiguis. ff. de iur. dot. g D. c. pen. de iud. h c. j. & ij. de no. oper. i L. vn. §. accedit. versic. in præsenti. C. de rei vxor. k Accur. l. ferus. ff. de vsucapio. l Imol. & Roma. l. si constante. hoc tit. m L. iij. ff. de iur. dot. n Cle. dispẽdiosam de iud. o L. si quis. §. si vel parens. ff. de lib. agnos. p L. si cum dotem. §. si natiuũ in sanissimo. hoc tit. q D. l. vn. §. exactio. r L. pen. vbi Bart. ff. depos. s DD. d. l. si constante. t L. iij. C. de dot. pro. d. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. & l. si mulier. hoc tit. o Cle. dispendiosam de iud. Bal. hic. p L. doce ancillam. C. de re. vend. §. illi. de æqual. dot. coll. vij. q cle. sæpè. §. non sic tamen. de verb. sig. r c. causam quæ. c. ex tenore. c. veniens ij. de testib. c. præsentiam. illo tit. in vj. s Bar. in tit. Quo. in les. ma. cri. in verbo. Summariè. t L. ij. ff. de re. iud. u L. j. & ij. ff. de fer. x D. l. ij. vbi Alex. & Ias. y c. fi. vbi Butr. de fer. z L. ij. & iij. ff. de fer. Bar. l. solent. ff. de alim. leg. a L. assiduis. in fi. prin. C. qui pot. b D. l. ij. ff. de fer. c L. j. in fi. l. ij. l. iij. ff. de fer. d L. cùm in. §. si mulier. ff. de cond. indeb. e L. ij. ff. de iur. dot. f vt hic & d. l ij. g L. ij. C. de priuil. fis. h L. in ambiguis. ff. de iur. dot. l. non puto. ff. de iur. fis. i L. publicas. C. de fer. k L. omnes. l. fi. C. de fer. c. fi. illo tit. l c. ex literis. de pignor. Fulg. auth. quod locum. C. de collatio.

viduarum.[m] Ego verò fortiter nego, vbi copia secularis iudicis haberi potest.[n] quãuis in subsidium, vbi ille non adest, non id improbem.[o] Sicuti nec cum ad causam matrimonii, principaliter motam corã ecclesiastico. veluti super separatione thori, incidenter de dote quæreretur.[p] Nam de caussa quæ incidit incompetens alioqui iudex cognoscit.[q] Idémque dici potest vbi mulier esset oppressa, vel spoliata.[r] cùm tanquam miserabilis persona sub ecclesiæ protectione sit, & de eius foro:[s] túmque propriè, & verè caussa dotis pia dicatur.[t] Denique in terris ecclesiæ subiectis non dubito, quin possit, & debeat ecclesiasticus iudex adiri in dotis negocio, principaliter etiam intentato.[u]

24 *Vbique.*[x] Idest, in omni loco.[y] non Romæ tantùm, sed etiam in Italia, & quibuscunque prouinciis, vt ex locorum differentia, nullum circa dotis prærogatiuas inducatur discrimen.[z] præterquam iure isto, circa fundi dotalis alienationem, quam in rebus Italici soli duntaxat lex Iulia vetuit. licèt posteà per Iustinianum ad prouinciales fuerit extenta.[a] Verùm ob hunc casum particularem, tota vis generalis sermonis, *Semper, & vbique*, corrumpi non debet.[a] Nam & cùm Paulus dixisset, Vbique, seu quolibet loco, repetitionem concedi: ad idoneam rectè coarctatus fuit.[b] & vniuersaliùs scripsit Iulianus, per omnia, & in omnibus, absentis, quiescentisque loco, furiosum haberi.[c] cùm tamen constet, absentis vices furiosum non agere, vt velut absens, procurator constituatur.[d] Possunt quidem, imò verò debẽt sermones non modò generales, sed etiam vniuersales ex subiecta materia restringi, & angustari.[e] quo modò hic obex tollendus mihi videtur. Neque enim illis assentior qui negant Iuliam legem ad Italica prædia se constrinxisse.[f] cùm id Iustiniani verbis ex professo repugnet.[g] quamuis sciam Iurisconsultorum legibus, id non satis constare.[h] Sanè verò, quoniam respectu loci nedum temporis, dotis caussa præ cæteris fauorabilis est.[i]

Sunt qui existiment dotem repetendam vbi maritus domicilium habuit: non etiam vbi dotis instrumentum conscriptum est.[k] cùm tamen alias regulare sit, quem sortiri forum ratione contractus.[l] Sed certè mihi videtur, hac in re specialius nihil doti tributum ab Vlpiano:[m] sed constitutionis suæ illam esse rationem, quia cùm ex eo loco, vbi conscriptum est instrumentum dotale, & sequuta fortè numeratio pecuniæ, non tantum vir ipse breui recessurus esset, sed etiam mulier ipsa confestim profectura cum marito: velut aduena contrahens in eius domicilium, quod & ipsa mox erat habitura, solutionem destinasse intelligitur: & illic contraxisse.[n] Vnde non locum negotii gesti, sed electum domicilium sequi oportet.[o] Quòd & ab aliis antè nos animaduersum scio.[p] Nam & illic est forum mariti rei, & mulier experitur: constat autem actorem debere sequi forum rei.[q]

Reipublicæ interest.[r] Sic Iulius Paulus interesse Reipublicæ dixit, mulieres dotes suas cõsequi, & saluas habere, quibus legitimam ætatem nactæ, nubere possint.[r] Neque enim facilè quis ducturus est vxorem sine dote.[s] & Triphoninus publicæ nuptiarum vtilitatis meminit.[t] Quod tamen inconsequens omnes interpretantur. Nam principaliter priuato tantum mulierum fauore lex tot, & tanta doti concessit priuilegia.[u] Ob sexus, nimirùm fragilitatem.[x] obsequia, quæ maritis prçstantur, partus periculum:[y] vt competens habeant solatium vnde se alant.[z] néve ad miseram traductæ vitam, occasionem habeant delinquendi.[a] idque satis con-

m c. super vbi Host. de dona. int. vir. n c. ex tenore. in fin. de for. comp. o L. in contractibus. §. fina. vbi Bald. C. de nõ nu. pec. p c. de prudentia. vbi glo. de don. int. vir. cle. disp. ẽdiosa. de iud. q L. quoties. C. de iud. r D. c. nuper. d. c. ex literis. s c. super quibusdã. in fi. de verbo. sign. c. j. & y. 87. dist. t L. cũ is. §. si mulier. ff. de cõd. ind. u D. c. nuper. Alex. & iuniores hic. x L. j. ff. de. abig. y L. cùm interdum. ff. de institor. l. final. C. de temp. in integ. rest. z L. vn. §. & cùm lex. C. de re. vx. §. j. quib. alie. lic. a L. inter

oẽs. ff. qui satisd. l. j. C. de sac. sanc. eccles. b L. qui loco. ff. de cõd. ind. c L. y. §. pe. ff. de iur. codicill. d L. y. §. fi. ff. de procur. e L. promittẽdo. ff. de iur. dot. l. vt gradatim. ff. de muner. & hon. f Bar. hic. nu. 23. g D. l. vn. §. & cùm lex. h L. j. l. lex Iulia. l. dotale. l. si fundum & l. pen. ff. de fund. dotal. i vt hic. k L. exigere dotem. vbi. Doctor. ff. de iud. l L. heres. §. j. & l. seq. ff. de iud. c. fi. de for. comp. m D. l. exigere. n L. quæro. ff. de solutio. l. contraxisse ff. de actio. & oblig. o D. l. heres absens. §. j. p Angel. Castren. & Curt. d. l. exigere. Felyn. c. j. col. xy. de sponsal. q L. y. C. de iurisd. c. cum sit de for. comp. r L. y. ff. de iur. dot. l. xy. ff. de priuil. cred. s L. si. §. si a socero ff. quæ in frau. cred. t L. in bello. §. medio. ff. de capt. u L. assiduis. C. qui potior. l. pen. C. de primipil. lib. xy. DD. hic. x §. j. Quib. alie. lic. y D. l. assiduis. z L. si cum dotem. §. si verò dotem. hoc tit. d. l. assiduis. a L. final. C. de iur. dot. l. fi. C. ad Velleia.

textus noster innuere videtur. dum ait, *Nam & Reipublicæ*, dictio quippe, & quæ pro etiam hîc ponitur, implicat, non solùm in gratiam mulierum, sed etiam Reipublicæ dotis causam præcipuam esse.[b] vnde & istiusmodi prærogatiuis tãquam priuato mulierum fauore doti concessis, mulier cum iuramento renuntiat:[c] cùm tamen palàm sit, quæ publicam principaliter vtilitatem respiciunt, nulla conuentione, quantumlibet iurata, tolli posse.[d] Mihi verò semper magis aduersus omnes placuit, principaliter ob publicum fauorem, caussam dotis factam à lege præ cæteris singularem, & præcipuam,[e] in consequénsque duntaxat, & certis quibusdam casibus ad priuata mulierum commoda legem respicere:[f] cùm in publica mulierum vtilitate lex passim se fundet.[g] quæ in eo versatur, vt repleantur liberis hominibus ciuitates,[h] quo nihil vtilius esse posse, scribit alibi Iustinianus.[i] Ex ratione autem in lege expressa, verus finis, & scopus legis colligitur.[k] & cùm finis (quemadmodum Philosophi dicunt) primum sit, & principium in intellectu, illud dicitur principaliter, vel publicum, vel priuatum commodum respicere, quò mẽs, & propositum disponentis, maximè dirigitur.[l] Adde quod veteres legislatores, qui dotibus priuilegia concesserunt, vtilitatis priuatæ mulieris, nullam aut permodicam rationem habuisse videntur.[m] Denique in iis quæ principaliter priuatam respiciunt vtilitatem, iudex non interponit suum officium, nisi parte petente.[n] secus in iis quæ publicam.[o] atqui in caussa dotis, iudex vltrò suum impertitur officium.[p] Nec me mouerit Cæsaris lex, quæ publicam primipili caussam priuatorum super dote contractibus anteponit.[q] Nam hoc infert caussam dotis ad priuatam principaliter vtilitatem pertinere, quod præsertim aliud sit dicere, priuatorum contractibus aliud vtilitatibus. Præfert autem doti caussam primipilarem, tanquam Reipublicæ vtiliorem, & magis necessariam:[r] quod initio huius legis declaratum extitit. Nonobstat item, quod hîc Pomponius ait, *Nam & Reipublicæ*. Non enim (vt mihi quidem videtur) hæ particulæ *Nam &*, implicant: sed pro coniunctione caussali ponuntur, idque significant ambæ quod vna dictio *Nanque*, & quamuis implicare demus, nõ tamen implicarent priuato mulierum intuitu præ cæteris factam esse caussam dotis præcipuam, sed hoc ipsum, interesse quoque mulieris: at eius commodi non tantam lex rationem habet quantum publicæ vtilitatis.[s] Ex iis puto, pactionem, qua mulieris in dote conditio deterior fit, velut publicum oppugnantem commodum, non valere.[t] licèt iuramento roboratam.[u] præter quàm iure Pontificio, vbi conuentio fieret constante matrimonio.[x] Tunc enim visum est publicæ vtilitatis caussam (quia iam mulier nupta sit) magna ex parte cessare[y] & impendere salutis æternę periculum, propter periurium.[z] cui occurrendum Pontifices censuerunt,[a] qui in eo semper toti fuêre, ne sacrosanctum Dei nomen vel pollueretur, vel assumeretur in vanum.[b] nec prætereà credendum est hac iurisiurandi religione voluisse eos renuntiationem dotis confirmari: sed tantùm iuramento parendum esse.[c] inter quæ plurimum interesse constat.[d] Ad hæc porrò distingunt Doctores quadrupliciter vtilitatem publicam, simúlque tractant, quæ præferri debeat, vbi plures pugnant inuicem. Qua in re breuiter putauerim, spectandum si concurrant, quæ grauior sit, & magis necessaria. Quemadmodum enim ex priuatis duobus commodis, maius præpollet,[e] ita & maior vtilitas publica præualet minori:[f] quinimò & priuata magna vtilitas publicæ, quæ modica sit, præfertur.[g] Vnde & eorum sentẽtiam facilè probauerim, qui censent fabrum mal

leis

b Accurs. hic. & in l. iurisgen. §. quinimò. ff. de pac. c c. cùm cõtingat. de iureiur. c. licet. eod. tit. in vj. d c. si diligenti. in fi. de for. cõp. e L. ij. ff. de iur. do. l. iij. ff. de priuil. cred. & hic. f D. l. assiduis. d. §. j. g D. l. ij. d. l. iij. & hic. h L. hoc modo. ff. de cond. & demõ. l. fi. §. si plures. ff. de bo. dãnat. i §. hac nos. de rest. & ea, quæ par. coll. iiij k L. cùm tale. §. falsam. ff. de cond. & demonst. l Bartol. l. ambitiosa. nu. 19. ff. de decret. m D. l. assiduis. ibi nec ad fragilitatem. n L. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. l. iiij. §. hoc autẽ. ff. de dam. infec. o L. congruit. ff. de offi. præs. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. p L. si cùm dotem. §. eo autem tempore. vbi Bar. hoc tit. q L. pen. C. de primipil. lib. xij. r L. cætera. §. sed si quis. ff. de leg. j. l. fi. ff. de dam. infec. s L. ij. ff. de iur. do. l. iij. ff. de priuil. cred. & hic. t L. de dic. l. Atilicinus ff. de pac. dotal. u L. ius publicum. ff. de pact. x c. cùm contingat. de iureiur. c. licet. eod. tit. in vj. y D. l. ij. d. l. iij. z c. in nouo. cum seqq. xxij. q. j. a D. c. cùm contingat. b Leuit. xix. c. habemus. cum seqq. xxij. q. j. c D. c. cum contingat. d c. debitores. de iureiur. dixi. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. e L. verũ. §. fi. ff. de minor. f L. cætera. §. sed si quis. ff. de leg. j. l. fi. ff. de dam. infec. c. bona. j. vbi glo. & DD. de postul. prala. g L. j. §. sunt autem. ff. ne quid in flu. pub. DD. in d. c. bona.

ſeis iuxta ſcholas obſtrepentem, expelli poſſe de vicinia, aut ſaltem compelli, ne arte ſua vtatur.[h] Quamuis enim Reipublicæ expediat, artes etiam fabriles, & mechanicas in ciuitate exerceri: maior tamen ſine controuerſia vtilitas, in ſtudiis liberalibus verſatur.[i]

Ad ſobolem procreandam.[g] Cùm non ignorarent priſci Romanorum Rempublicam facilè euerſam iri, ſi infrequentiores factę ciuitates, à numeroſis hoſtium copiis ſeſe tueri nõ poſſent, propagationi prolis ſedulò ſtuduerunt: multa cum primis mulieribus ob fœcunditatem concedentes præmia, velut ius ſucceſſionis ex Tertyliano matri, quæ tres liberos fuerat enixa: aut quatuor, ſi libertina:[k] quamuis hodie ius illud liberorum ſublatum ſit:[l] habeátque commodum Tertyliani perpetuò mater.[m] Doti quoque complures à lege prærogatiuas, ſobolis procreandæ cauſſa datas conſtat,[n] vt ambigendum minimè ſit, quin omnis priuilegiorum dotis ratio illi publicæ vtilitati maximè nitatur, vt repleantur liberis hominibus ciuitates.[o] Quocirca dixit Iuſtinianus, nuptiis nihil humano generi datum, aut præſtantius, aut vtilius:[p] tanquam homines in omne æuum propagare volentibus.[q] Et Adrianus Imperator ſe malle dicebat hominum copia, quàm diuitiis, imperium ſuum ampliari.[r] Antè quos omnes Lycurgus, qui leges Spartis dedit, cupiens repleri liberis ciuitatem, lege lata ſanxit, vt qui tres filios ſuſcepiſſet, præſidii, & ſtationis: qui quatuor omnino haberet munerum vacationem: quãquam hoc inſtitutum non ſatis probare videtur Philoſophus, cùm ſi quamplurimi ſint, neceſſarium exiſtat, multos pauperes futuros.[s] Præter hanc tamen publicam procreandæ ſobolis vtilitatem, alias rationes Iuriſconſulti perpenderunt: nimirum, vt mulier nubere poſſit:[t] & ita non habeat occaſionem ſe proſtituendi.[u] Sexus item fragilitatẽ,[x] partus labores, & onera, nécnon obſequia, quæ maritis præſtantur.[y] Cùmque conſtet vna ex pluribus rationibus deficiente, diſpoſitionem nihilominus manere:[z] crebrò receptum eſt mulieri ſterili, aut etiam quinquagenariæ (in qua frigere ſolent effœtæ in corpore vires)[a] competere quoque dotis priuilegia:[b] niſi tamen, inquiunt, natura ſterilis eſſet,[c] aut tam arcta, vt non poſſet cõcipere.[d] Nam inhabiles iſtiuſmodi, & impotentes à natura non poſſunt nuptias contrahere, nec habere dotem:[e] vnde nec priuilegia dotis: cùm qualitas non poſſit ſine ſubiecto cõſiſtere.[f] Verùm hanc exceptionem, velut excuſatricem naturæ,[g] ego non probo, veriùs exiſtimans, eo quoque caſu mulieribus competere priuilegia:[h] cùm ſit matrimonium (modo coire poſſint) dos & dotis actio.[i] & eo caſu, quo mulier arctior foret, quàm vt vlla arte poſſet iniri. licèt non conſiſtat matrimoniũ, viro conquerente:[k] circa tamen dotis repetitionem ei ſubueniri æquum eſt, nec debent indultæ generaliter mulieribus prærogatiuæ, per hũc particularem caſum reſtringi,[l] qui præſertim raro, & citra vllam mulieris culpam contingat:[m] quæ cùm ſatis ipſo naturæ vitio affligatur, eius miſeriæ potiùs miſerendum eſt.[n] & debet lex vtilis Reipublicæ ampla iuuari interpretatione.[o] His à contrario, non valde diſſimile eſt, quod dicimus de pupillo, qui iudicii defectu, prohibetur teſtari:[p] & hæreditatem adire, bonorúmque poſſeſſionem, ſine tutoris auctoritate agnoſcere.[q] licèt ſtabilem mẽtem ſit adeptus, aut nullum ex aditione damnum poſſit ſentire.[r] Caſtratis porrò concederem nullum priuilegium in dote, aut in matrimonii reuerentiam indulgendum,[s] quòd illis imputandum ſit, qui cùm ſcirent execta ſibi virilia, nuptiis nihilominus obtrudere ſe auſi ſunt.[t]

h L. vn. in fi. vbi Accurſ. C. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. xj. DD. hic.
i auth. habita. in pri. C. ne filius pro patre.
k §. j. de S. C. Tertyliano.
l L. j. & ij. C. de iur. liber.
m L. j. & ij. ff. ad Tertylia.
n L. ij. ff. de iur. dot. & hic.
o L. hoc modo. ff. de cond. & demõſt. & hic.
p §. j. §. hac nos. de reſt. & ea quæ par. coll. iiij.
q L. liberorum. in fi. ff. de verb. ſig.
r L. fi. §. ſi plures. ff. de bo. dam.
s Ariſtotel. ij. Politico. c. vij.
t L. iij. ff. de prom. cred. l. ij. ff. de iur. dot.
u §. his cõſequẽt. ver. videbamᵘˢ. de æqual. dot. coll. vij.
x §. j. qui. alie. lic. Inſtit.
y L. aſſiduis. C. qui potior.
z §. affinitatis. de nup. Inſtit.
a L. ſi maior. C. de leg. hered.
b L. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſth.
c L. ſed eſt quaſitũ. ff. illo tit.
d L. quæritur. §. mulierem. ff. de ædil. edict. c. fraternitatis. de frig. & mal.
e L. ſi ſerua. §. fi. ff. de iur. dot. c. ij. de frigid. & malef.
f L. ij. ff. de vſufr. l. eius. ff. ſi cer. pet.
g L. maximum. C. de lib. præter.
h d. l. aſſiduis.
i D. l. ſi ſerua. §. fi.
k c. ij. c. ex literis. c. pen. de frig. & mal.
l L. proſpexit. ff. qui, & à quib.
m L. nam ad ea. ff. de legib. d. l. maximũ.
n L. diuus. ff. de offi. præſ. c. ex parte. de cler. ægrot.
o L. hoc modo. ff de cond. & dem.
p §. præterea. quib. non eſt permiſſ.
q L. ſeruus. §. j. ff. de bo. poſſ.
r §. neque. de auctor. tutor. DD. l. ſi frater. C. Qui teſt. fac. po.
s D. l. ſi ſerua. §. final.
t L. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog.

Necessarium.[b] Id est, vtile, inquit Accursius.[w] nam & cùm mulieres sine dote nubere possint,[x] citráque matrimonii vinculum possint liberis repleri ciuitates: nimirum per concubinatus, & alios complexus illicitos,[y] & per spurios administrari Respublicæ, vel ipso Philosopho teste.[z] nulla vis, nulláque necessitas præcisè nos adigit dotare fœminas, vt vrbes, & oppida populosa reddamus. Neque verò nouum, necessitatis verba, pro subiecta materia sic resolui, vt vel vtilitatem duntaxat, vel honestatem designent.[a] etiam si illis fuerint præcisæ dictiones adiectę, *omnino*, vel *omnimodo*.[b] Sed certè mihi videtur dictionem *necessarium*, qua hic Pomponius vsus est: parcius detorquendam & accipiendam. Licet enim sine dote nuptiæ consistant: quæ non dotibus, sed affectu contrahuntur,[c] hominum tamen vsque adeò

Feruet auaritia, miseráque cupidine pectus,

vt indotatam vxorem nemo ducere velit: & si quandoque contingat sine dote mulierem nuptiis copulari, tam raró id euenire lex animaduertit, vt de iis constituendum ius non putauerit.[d] Neque præterea verisimile est Iurisconsultum hoc loco de iisce filiis intellexisse, quos lex non agnoscit, nec pro filiis habet:[e] sed de iustis, & legitimis,[f] quos videlicet nuptiæ demonstrant.[g] Nam & id tantùm nos habere posse lex interpretatur, quod iure, & salua dignitate habere possumus,[h] nec per spurios concedimus posse Rempublicam administrari, nisi in subsidium: legitimis nimirum non sese offerentibus.[i] cùm autem turpes, inhonestæque personæ censeantur, & suspectæ ob paternam incontinentiam: ab honoribus, tanquam viles, & probrosi repelluntur.[k] Nec me mouerit quòd maximi nominis viri ambiguis, imò verò pudendis orti natalibus perhibeantur, vt Hercules (ad cuius proinde templum spurii deferri solebant) Artaxerses, & Darius Persarum Reges, Theseus Rex Athenarum, Romulus, Remus, Themistocles,[l] Demosthenes Orator, Homerus Poeta, Constantinus magnus Imperator, & ex nostratibus Clodouæus primus Francorum Rex, qui Christum coluit. Denique tres nostræ professionis Iurisconsulti celeberrimi: nempe, Ioannes Andreas, Bartolus, & Iason.[m] Hęc enim rara quædam sunt, & admiranda miracula, quæ nec in consequentiam produci, nec ad actionis humanæ exemplum trahi debent.[n] Sed iam satis, aut etiam plus satis, quod ad expositionem huiusce legis primæ spectat.

IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, XXVIII. NOVEMBRIS M. D. L.

L. SOLVTO MATRIMONIO, II.

VLPIANVS LIB. XXXV. AD SABINVM.

Solu to matrimonio,[a] solui[b] dos mulieri debet.[c] Nec cogitur maritus eam alii ab initio[c] stipulâti promittere: nisi hoc ei nihil noceat.[e] Nam si incommodum aliquod maritus suspectum habet,[d] non debere eum cogi alii, quàm vxori[f] promittere dicendum est: hoc, si sui iuris mulier est.

SVMMÆ RERVM.

1 *Dos restituenda soluto matrimonio.*
2 *Captiuitas an repetitioni locum faciat.*
3 *Thori separatio.*
4 *Stipulatio dotem reddi.*
5 *Matrimonium ab initio nullum.*
6 *Dos quo tempore soluenda.*
7 *Osculum an dote mulierem priuet.*
8 *Adulterium quãdo vxorem dote priuet.*
9 *Stuprata vi mulier.*
10 *Lenocinium mariti.*

11 *Hæres*

w L.j.ff.de off. Pref. Prætor. *x L.fi.C. de repud.l. fi.C.de don. ante nup.* *y §.palam. Qui. mo. sui col.vij.* *z L. generaliter §. pen. l. spurij.ff.de decurio. Aristotel. vj. Politico.* *a L.j. vbi Accurs. ff. de inst. & iur. c.cõfidimus.xxv. q.j.* *b c.j.de desponf. impub.* *c D.l.fi. C. de repud.* *d L. iura. cum seqq. ff.de legib.* *e L.filium. ff. de ijs qui sunt sui.* *f L.ij.C.de indic. viduit.* *g L. quia semper. ff. de in ius voc.§.j.de pat.pot.* *h L. filius. ff. de cond. instit. l. nepos. ff. de verbo.sig.* *i D.l.generaliter. §. spurios.* *k c.inter dilectos. de excess.prælat.Glo.c.fi. de fil.præsbyt.in vj.* *l Plutar.in Romulo, Theseo, & Themistocle.* *m Ripar.c.inter cæteras.col.j.de rescrip. Alciat.lib. Parerg.x.c.vij.* *n L.quod vero contra.ff.de legib.c final.§.fi.xxv.q.xv.*

11 *Hæres an queratur de viduæ impudicitia.*
12 *Vidua an per stuprum dotem amittat.*
13 *Pactum de lucranda dote.*
14 *Fortuna alterius aduersa quādo spectetur*
15 *Delegatio quādo contra voluntatem fiat.*
16 *Dotis restitutio. & promissio cui faciūda.*

1 Diremptis nuptiis, quia cessat caussa cur apud maritū dos esse debeat (cùm non amplius sustineat onera matrimonii) [a] dotem restitui mulieri,& naturalis, & ciuilis dictat ratio: [b] quòd cessante caussa fauoris, ipsum quoque fauorem cessare, [c] & cessante caussa,eiusdem effectum quiescere oporteat. [d] Nec obstat quòd dotis caussam dicat Iurisconsultus perpetuam:& cùm dātis voto contrahi,vt semper sit apud maritum. [e] Nam dictiones illæ, *Perpetuò*, & *Semper*, vt cæteræ omnes, [f] pro subiecta materia restringuntur. [g] Actum autem in proposito intelligitur,vt,soluto matrimonio,dos reddatur mulieri. [h] Et quamuis non censeretur actum,suggereret tamen æquitas obligationem nasci. [i] Nec præctereà dici potest quòd cùm maritus, constante matrimonio,nuptiarum onera sustinuerit,cessare debeat ex eo restitutio: quòd caussam semel impletam sufficiat. [k] Et datum ob caussam, sequuta semel caussa non repetatur. [l] Nam respōdeo,non ipsam dotem marito dari,sed eius fructus & vtilitatem: [m] quamuis, vt pleniorem vir consequatur administrationem, ipsius quoque dotalis ei dominirum in eum lex translatum fingat. [n] Vero semper,naturali,& proprio,apud mulierem remanente: [o] quod alibi pluribus aduersus cæteros adnotauimus. [p] Præctereà,quod dicitur satis esse caussam semel impletam, [q] in iis obtinet,quæ momento,vel modico tempore possunt explicari:non etiam in iis quæ tractum habēt successiuum: [r] in quibus implementi duratio necessaria est. [s]

Soluto matrimonio. [a] Quomodocunque id contingat:semper enim repetitioni dotis locus erit. [a] quod videlicet actum censeatur,vt nullo casu dissolutis nu-
2 ptiis,dos maneat apud maritum. [b] Vnde dirempto per captiuitatem, iure isto matrimonio,receptum reddi debere. [c] Cui ego sententiæ non valde repugno. Vbi cōstituens dotem,eādem sibi reddi solutis nuptiis,stipulatus esset. [d] Cùm enim solutum esse matrimonium verum sit, merum factum spectamus: non quomodo id acciderit. [e] Quod si ex sola legis dispositione restitutionem oporteret fieri, non omnino idem dicendum.nam siquidem vxor in hostium potestatem peruenisset, nulla, quoad viuet,dotis erit repetitio: [f] propter spem redintegrandi matrimonii per postliminium. [g] Nam quis(quæso)repeteret?non sanè ipsa, quæ cùm hostium serua sit, [h] & pro mortua habeatur, [i] experiri non potest. [k] Non proximiores,velut hæredes:cùm viuentis hæreditas nulla sit. [l] Non denique pater, si fortè filia familias esset. Cùm propter spem postliminii, sequuta tantùm morte concedatur ei hoc casu repetitio. [m] Idémque si maritus ab hostibus captus fuerit:quia postliminii spes facit, vt nuptiæ prorsus dissolutę non censeantur. [n] Quamuis hoc casu, licèt ex capite soluti matrimonii,dos non repetatur: [o] quia tamen seruus hostium maritus factus,ad inopiam traductus est (nihil enim habet qui ab aliis possidetur) [p] dotis repetitionem concedi mulieri ęquum sit. [q] Nam & cùm maritus exulat(bannitum hodie vocant)ab eo,velut facultatibus lapso, [r] dos repeti potest: [s] quo tamen casu, manere nuptias certum est. Vsque adeò,vt teneatur vxor, maritum exulem
3 iugiter sequi,& comitari. [t] Verùm enimuerò illis quoque casibus, quibus thori tā-

a L.si pater mulieris.in fin.ff. de iur.do.l. pater.ff.de dol.excep.
b hac l.cum simileb.
c L.fin. C. qui ad liberta.per.
d L.adigere.§.quamuis. ff. de iur. pat. c. magna. de vot.
e L.j.ff.de iur.dot.
f L.si vno. ff.locat.l.insulam.ff.de præs.verb.
g L.j. ff. pro soc.§.j. de perpet. actio.c.sanctorum.70. dist.
h L.cùm quærebatur. ff. de verbo.sig.l. vn.§.accedit.C.de rei vxo.ac.
i L.si is, qui.§.fi.ff. commoda.
k L.si quis hæredē. C. de institutio. l. cùm vxori. C. quand. dies leg.ced.
l L.j.ff.de cōd. ca.dat.
m L.dotis fructus. ff. de iur.dot.

l.pro oneribus.C.illo tit. *n L.doce ancillam.C.de re.vend.l.si prædiū.C.de iur.dot.* *o L.in rebus.C.de iur.dot.* *p Lib.v.Miscell.c.xiiij.* *q D.l.si quis.d.l.cùm vxori.* *r L.si quis ita legauerit.ff.de cōd.& demon.* *s Bal. l.humanitatis. C. de impub.& in l.fi.C.de indic.viduit.* *a Accur.Castren.& Alex.in rub.huius tit.* *b L. vn.§.accedit. C.de rei vxo.l.cum quærebatur. ff. de verb.sig.* *c L.si quis sic stipuletur. hoc tit. Alex.vbi suprà nu.17.* *d D.l.cum quærebatur.d.l.si quis sic stipuletur.* *e L.cùm seruus. ff.de verbo.oblig.* *f L.siquidem. C.sol.mat.l.si ab hostibus.in prin.hoc tit.* *g L.vxores.ff.de diuort.* *h §.penul.de iur.person.* *i L.seruitutem. l.quod attinet.ff.de reg.iur.* *k D.l.siquidem.* *l L.j.ff.de hered.vel act vend.* *m D.l.si ab hostibus.in prin.* *n D.l.vxores.* *o D.l.si ab hostibus.d.l.siquidem.* *p L.cùm heredes.§.j.ff.de acq.poss.* *q L.si constante.in prin. hoc tit. l.vbi adhuc.C.de iur.dot.* *r Accurs.§.j.de exhib.re.coll.v.* *s DD.hic, & in d.l.si constante* *t Glo.c.vnaquaque.xxij.q.ij.Alex.l.si cum dotem.§.si maritus.hoc tit.*

tùm separationem lex Pontificia permittit, dos perinde restituenda erit, acsi ma-
trimonii vinculum fuisset dissolutum: [w] nisi propter vxoris adulterium thorus es-
set separatus. quo casu dos mariti lucro cedit. [x] An autem stipulatio dotem reddi, 4
soluto matrimonio, committatur, sequuta tantùm thori genialis separatione, ad
rauim vsque disputant Doctores. Mihi breuiter videtur, vt si generaliter conce-
pta sit, in omnem putà casum dotis restituendę committatur. [y] omnes quippe ca-
sus, quibus nuptiis etiam manentibus, dos restituenda esset, hęc stipulatio conti-
net. [z] Quod si simpliciter (vt quęstionis thema propositum est) sunt qui negent
eam committi: [a] cùm tunc verè nuptiæ dissolutæ non sint, [b] & ita non extiterit
conditio, quam tamen præcisè, & ad vnguem impleri oportet. [c] Et quoniam ei qui
super dotis restitutione, in vnum casum sibi cauit, in omissum actio denegatur. [d]
Sed tamen receptior est contraria sententia, [e] cùm thori separatio sit hodie loco di
uortii subrogata. [f] Et ideo facta separatione, sicuti matrimonio dissoluto, dos de-
beat restitui. [g] In quam sententiam ego quoque transeo, cùm satis dicãtur direm-
ptæ nuptiæ, quantum ad effectum restitutionis dotis. [h] maximè, cùm cesset caussa
propter quam dos apud maritum esse debet: nimirum onerum matrimonii. [i] Sanè 5
verò, vbi matrimonium ab initio nullum fuit, ad repetitionem actio de dote nulla
datur: [k] cùm nulla sit dos, vbi nomen matrimonii non est. [l] & non éntis nulla sit
petitio. [m] Sed quoniam datum ob caussam matrimonii, apud maritum sine caussa
manere, interímque mulierem inopia forte premi, nimis iniquum esset: [n] cõdictio-
ni ob caussam, vel sine caussa agi poterit. [o] fulgebúntque istiusmodi actiones priui-
legiis actionis de dote, [p] veluti loco illius, ex quadam necessitate subrogatæ. [q] Am-
pliùs plerisque visum, hanc agendi viam patere mulieri, quæ scienter illicitas nu-
ptias contraxit. [r] Licèt enim eo casu dos ab ea velut indigna auferri possit, & appli
cari fisco: [s] hanc tamen indignitatem, præter fiscum, obiicere nemo potest. [t] Et cõ-
stat regulariter de iure tertii opponi non posse. [u] Mihi tamen contraria sententia
verior semper visa est. Cùm enim ob impossibilem caussam mulier scienter dede-
rit, inhibenda est repetitio. [x] non quidem ex eo, quia deliquerit (hoc enim fiscus
solus opponit:) [y] sed quia purè donasse, merámque liberalitatem exercuisse, intel-
ligitur, quæ ob eam caussam dedit. [z]

Solui. [b] Statim, si res in dotem data sit immobilis: si verò mobilis, olim an- 6
nua bima trima die: [a] hoc est, in tres annos diuisa totius summæ solutione, pensio-
nibus æquis. [b] hodie verò intra annum. [c] Differentiæque ratio ea mihi videtur,
quòd in rebus immobilibus nulla sit iusta caussa dilationem concedendi marito.
Cùm enim omnis species alienationis ei sit interdicta: [d] semper apud maritũ repe-
rientur. Quod in rebus mobilibus dici non potest, quarum cum liberam habuerit
maritus, etiam alienando administrationem: [e] cõgruum temporis spatium indul-
gendum ei fuit. [f] quo res distractas, aut obligatas redimere, vel tantundem colli-
gere (si res fortè numero, pondere, mensuráve constarent) [g] sine magno incommo
do posset: ne legis auctoritate periclitaretur. [h] A cessante igitur ratione, credide-
rim, si res mobiles apud maritum extarent, eas immobilium exemplo, statim resti-
tuendas. Sic enim in simili quadrimestris dilatio, in exolutione iudicati, ei dene-
gatur, qui facilè, & sine vllo incommodo confestim soluere potest. [i]

Debet.

v c.ij. & iij. de don. int. vir. *x L. consensu. §. virum. C. de repud. c. plerunque. de donat. int. vir.* *y Bart. & Castrens. l. si sic stipule tur. hoc tit.* *z L. mutus. §. j. ff. de iur. dot. Accur. hic.* *a Bart. d. l. si quis sic sti pul.* *b c. ij. de di uort. c. licet te xxxij. q. vij.* *c L. qui ha redi. l. Maximu. ff. de cond. & demonst.* *d L. si cùm dotẽ. in pri. hoc tit.* *e Ripar. et Alciat. in rubr. huius tituli.* *f Cin. Alex. & Ias. l. j. C. vnde vir & vx.* *g c. ij. & iij. de don. int. vir.* *h D. c. ij. & iij.* *i L. actione. §. fin. ff. pro soc. l. si is, qui. §. j. ff. de iur. do.*

k L. j. C. de cond. ob. ca. Bar. in rub. hoc tit. iij. opp. *l L. iij. ff. de iur. dot.* *m L. eius qui. ff. si cert. petat.* *n L. si extraneus. ff. de cond. ca. da. l. fi. C. de iur. dot.* *o L. fi. ff. de cond. sine ca. d. l. j.* *p L. si cùm dotem. §. fi. hoc tit.* *q L. ij. ff. de priuil. cred.* *r Bart. d. l. fin. in fi. Ripar. in rub. huius tit. nu. 24.* *s L. qui contra. C. de incest. nup.* *t Accur. l. his consequẽter. §. j. ff. famil. ercis.* *u L. loci. §. competit. ff. si ser. vend.* *x L. dictum. l. si liber. C. de cond. ob cau.* *y Accur. d. l. his consequenter. §. j.* *z L. cuius per errorem. ff. de reg. iur. l. Campanus. ff. de oper. liberto. Fulgos. d. l. fi.* *a L. vn. §. exactio. C. de re. vxo. actio.* *b L. iij. ff. de ann. lega. l. si ita. iij. §. sed si ita. ff. de manu. testa.* *c L. cùm in fundo. §. si fundus. ff. de iur. dot. d. §. exactio.* *d L. lex Iulia. ff. de fund. dot. d. l. vn. §. & cum lex.* *e L. si diuortio. §. si fundum. hoc tit. authen. sine a me. C. ad Velleia.* *f L. quod dicimus. ff. de solutio.* *g L. res in dotem. ff. de iur. dot.* *h L. j. C. de ys qui ven. ata. imp.* *i L. debitoribus. vbi DD. ff. de re iud. DD. in l. ij. & iij. C. de vsur. rei iud.*

Debet.[e] Nisi culpâ mulieris solutum esset matrimonium, veluti ob eius a-
dulterium: quo casu mulier dotem[k], atque adeò (vt plerique volunt) paapherna
perdit:[l] hoc est, ea bona quæ præter dotem ad domum mariti detulit.[m] Iulius ta-
men Capitolinus refert cum M. Antonio Philosopho, de Faustina Anto. Pii filia,
& M. vxore, prostratę pudicitiæ fœmina diceretur, vt eam repudiaret, si non occi-
deret, respondisse Imperatorem, *Si vxorem dimittimus, reddamus & dotem.* Dotis ver-
bo, imperium intelligens, quod ille à socero, volente Adriano, adoptatus accepe-
7 rat.[n] Amplius, sunt qui putent propter osculum libidinosum idem dicendum:[o]
cùm & cliens, quem vassalum vocant, ex ea caussa feudi beneficium amittat.[p] Et
quoniam impudica istiusmodi suauia sunt ex proœmiis adulterii:[q] quæ (sicut Ci-
cero docet) scelus ipsum arguunt.[r] Nec minori pœna coercentur, qua ipsum adul
terium. Vbi etiam de vita tractatur:[s] multò magis igitur vbi de bonis.[t] Alii verò
hanc sententiam, vt nimis duram reiiciunt:[u] non tam Nouellâ Iustiniani addu-
cti,[x] quàm quia non fit in pœnis extensio:[y] & ideo non infligatur pœna, nisi casi-
bus lege expressis.[z] Deinde, quia ex suspicionibus nemo damnari debet,[a] etiam
in hoc crimine adulterii:[b] & vbi ex probationibus præsumptis quis damnatur,
non solet affligi vera pœna delicti.[c] At ego qui iamdiu didici castitatem & pudici-
tiam in fœminis rem teneram esse: vtpote quæ quasi pulcherrimus flos, ad leuem
auram citò marcescat, flatúque vel tenuissimo corrumpatur: non tantùm, scilicet,
vbi veneris turpitudinem mulier attrectat, sed quùm primùm animus incontinen
tiæ consentit:[d] præcipuè si alicuius actus lasciuia corruptum animum manifestet.[e]
Superiorem sententiam magis probauerim: non vulgaribus Doctorũ rationibus
adductus, quæ nihil sanè, vel permodicum vrgent. Sed cùm primis considero de
simplici osculo hîc non tractati, sed de impudico, luxurioso, & pleno libidinis:
quod, videlicet, vel contrectationem aliquam lasciuam habet admistam, vel con-
iunctam loci, temporis, aut aliam circunstantiam, quæ facilè mouere potest suspi-
tionem expletæ libidinis, aut propensi in eam rem animi mulieris.[f] Sic enim Bal-
dus loquitur, à quo tota hæc controuersia profecta est.[g] Et cùm osculum libidino-
sum exprimitur, omnia ad libidinem habilia supponuntur.[h] Rursus consideran-
dum adulterium rectà non posse probari, ac proinde necessariò recurri ad conie-
cturas:[i] ex quibus, si graues sint, plena eiusce delicti probatio elicitur.[k] Sufficien-
tes autem coniecturæ colliguntur vbicunque mulier libidine flagrans ad actum a-
liquem impudicum progressa est:[l] quia in loco suspecto, vel pudenda sibi contre-
ctari, vel se in terram prosterni passa est, vel mutuis amplexibus, & exhibitis presso
ore suauiis, amasiũ excipiebat.[m] Quin & olim rectè repudiatam à Cæsare Pom-
peiam legimus, quòd resciuisset Clodium habitu psaltriæ in ædes suas noctu in-
tromissum.[n] Deinde considero criminibus grauissimis adulterium adnumerari:[o]
in quibus constat malam voluntatem, quæ ad actum aliquem deducta est, perinde
puniri, ac delictum consummatum.[p] Quod & in adulterio Bartolus adnotauit.[q]
Denique prætereundum non est mulierem à lege priuari dote, non tantum ob a-
dulterium, sed etiam per actus procaces & lasciuos, quibus incontinentiam animi
manifestat.[r] veluti si extraneorum virorum appetat conuiuia, si ludis, aut specta-
culis publicis, contra mariti voluntatem, interfuit:[s] qui tamen actus non tam pro-
pè accedunt ad ipsam veneris turpitudinem, quàm osculum libidinosum, vt P.
Mæuii exemplum comprobat, qui libertum enecari iussit, ob illatum filiæ iam nu-

k L. Lucius. hoc tit. l L. consensu. §. virũ. C. de repud. c. plerunq. vbi glo. de dona. inter vir. m L. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. n Iul. Capitol. in M. Philos. o Bald. c. tua. de procur. p c. j. §. j. Qui. mo. feu. amitt. q L. quod ait lex. vbi Accur. ff. de adult. r Cicero in Topic. s D. l. quod ait lex. t L. nec in ea. §. fin. ff. de adult. u Iason & Alciatus hic. Dec. in Rub. C. de edend. x §. quia verò plurimas vt lic. mat. & amia. coll. vij. y L. at si quis. §. donus. ff. de religios. l. factum. §. fi. ff. de reg. iur. z §. optimum. de nõ

elig. y. nub. coll. j. Glo. c. fi. de iur. patro. a *L. absentem. ff. de pœn.* b *Panor. c. tertio loco de proba.* c *Glo. c. fi. de purg. cano.* d *c. qui viderit. xxxij. q. v. Matth. 15.* e *c. nec aliqua. xxvij. q. j.* f *Bald. l. si quis non dicam. C. de episc. & cler.* g *Bald. d. c. tua. de procur.* h *L. qui testa. ff. de testa.* i *c. præterea. de testib. c. literis. c. tertio loco de præsump. Bar. l. y. §. fi. ff. de adult.* k *L. si his qui. C. de adult. c. dixit. vbi glo. xxxij. q. j.* l *L. fugitiuus. in fi. ff. de verbo. sig.* m *D. c. literis. d. c. tertio loco. d. c. præterea. Bart. l. capite quinto. ff. de adult. Alex. cons. 75. vol. 5.* n *Sueton. & Plutar. in Cæsar.* o *c. quod in omnibus. xxxij. q. vij. Accur. l. auxiliũ. ff. de minor.* p *L. si quis non dicam. vbi Doctor. C. de episc. & cler.* q *Bar. l. j. ff. de extraord. crim.* r *L. consensu. C. de repud.* s *D. l. consensu. §. vir quoq.*

bilis ætatis osculũ.[t] Nec me mouerit Iustiniani Nouella, ibi, *Et si huiusmodi accusatio verax esse ostendatur.*[u] illa quippe verba non exigunt veri adulterii probationem, sed eorum quæ in accusatione proposita sunt. In pœnalibus prætereà (vt alterum tollamus) facimus extensionem, vbi par est, vel maior ratio:[x] tametsi de iuris priuatione tractetur.[y] Nam filius non tantùm ex xiiij. causis expressis à Iustiniano,[z] sed etiam ex similibus, vel maioribus exhæres iure fit.[a] Et donatio similiter ex paribus, vel grauioribus, quàm in lege sint expressæ, reuocatur.[b] Quod autem dicitur ex suspitionibus neminem damnandum,[c] ad condemnationem corporis referendum est, non pecuniariam:[d] & in criminibus quæ rectà probari possunt, alioqui ne maleficia impunita maneant,[e] ad coniecturas necessariò recurrimus:[f] quæ si graues sint, & violentæ, ad condemnationem etiam mortis sufficiunt, nedum ad iuris priuationem.[g] Sed de iis satis, ac vt video nimium multa, quæ contra instituti mei rationem, & opinionem congessi, vt vobis quotidie clamitantibus, *Dicatur de osculo luxurioso*, morem gererem. Redeat igitur sermo noster, vnde decessit, ad eum, nimirum casum, quem à generali nostrę legis definitione excepimus, 8
Vbi mulier commisisset adulterium.[h] Sed tamen hic casus certis modis temperatur: quibus nec ob adulterium quidem mulieris, maritus dotem lucratur.

Primus, in præiudicium patris viuentis, à quo dos profecta est:[i] cùm factum I.
filii, patri non præiudicet,[k] maximè in dote.[l] Vnde cùm patri sit actio communis de dote cum filia: faciet filiæ turpitudo actionem patri consolidari.[m] Quam sententiam probauerim ego, vbi pater pacto, aut stipulatione sibi prospexisset: alioqui secùs.[n] cùm pater, de cuius voluntate filia nubit, censeatur se obstringere filiæ delicto,[o] & constituens dotem se obligat legibus, de dote loquentibus.[p] Leges autem applicant dotem marito ob adulterium,[q] saluo semper iure communium liberorum, quibus post mariti mortem, dos reseruatur.[r]

Illud fateor, quòd si filia delinquat, vt damno dotis patrem afficiat, nullo modo præiudicatur patri.[s]

Alter modus, si per vim mulier stuprata fuisset.[t] Stuprum nanque volunta- 9
rium, non item violentum in patiente lex punit.[u] Et non potest (inquit Ambro- II.
sius) fœdissima caro corrũpi, cuius mens non fuit antè corrupta.[x] Et delictum sine dolo non committitur:[y] caret autem dolo, qui vim patitur.[z] Cuius rei præclarum exemplum proposuit olim nobilissima Lucretia Collatini vxor.

Tertius, quoties lenocinium, aut par culpa, marito obiici potest.[a] Indignum 10
nanque foret virum à muliere pudicitiam exigere, quam ipse non exhibet:[b] & mo- III
res improbare, quos ipse, vel anteà corrupit, vel posteà approbauit.[c] & ita paria delicta mutua compensatione tolluntur.[d] Vbi scilicet agitur ciuiliter, ad separationem thori, aut lucrum dotis.[e] Nam si criminaliter, ad pœnam legis infligendam, alterius peccato, alterius crimen non absorbetur: sed vtrumque dignas pœnas luere debet.[f]

Quartus, si maritus sciens vxorem impudicè viuere, de ea questus non est.[g] 11
Qua ratione Marius Consul Tinnium, Fanniæ vxori dotem restituere iussit.[h] IIII.
Cùm enim aboleatur dissimulatione iniuria,[i] maritus offensam remisisse videtur.[k]

t Valerius Max. libr. vj. c. ij.
u §. quia vero plurimas. vt lic. mat. & auia. coll. vij.
x L. cùm mulier. vbi Doctor. ff. sol. mat.
y c. j. §. porrò qua fuit prim. causs. in feud.
z §. causas. vt cùm de app. cog. coll. viij.
a D. c. j. §. porrò. Ias. authen. nõ licet. C. de lib. præt.
b L. fi. vbi Ac. C. de reuoc. dona.
c L. absentem. ff. de pen.
d c. afferte. de præsump.
e L. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.
f c. literis. de præsũp. Bar. l. y. §. final. ff. de adult.
g L. si quis ei. l. si hi, qui. C. de adulter. Glo. d. c. literis. vbi Felin. & in d. l. absentem.
h L. consensu. C. de repud. c. plerunq;. de donat. int. vir.
i L. sed si alia. ff. de bo. damnat. §. est quoque. de nup. coll. iiij.
k L. filius. C. de pac.
l §. quod si in patris. hac l.
m Cin. Bal. & Saly. l. si dotem. C. de iur. dot.
n D. l. si dotem.
o L. y. in prin. ff. ad municip.
p L. si duo. ff. de acq. hared.
q D. l. consensu. vbi Accur. d. c. plerunque.
r D. l. consensu. §. si verò filio. vbi Alber.
s L. si filia. ff. de diuort. l. filia. hoc tit.
t L. si vxor. §. si quis planè. ff. de adult. Panor. cons. 4. vol. j.
u L. j. §. remouet. ff. de postul. l. fœdissimam. C. de adulter.
x c. reuera. c. proposita. xxxij. q. v.
y L. verùm. ff. de fur. l. quod respub. ff. de iniur. l. j. C. ad l. Corn. de sicar.
z L. immò. ff. de lib. caus.
a L. cùm mulier. & l. viro. hoc titul.
b L. si vxor. §. iudex. ff. de adult.
c D. l. cùm mulier.
d D. l. viro.
e c. intelleximus. de adulter.
f L. ij. §. si publico. ff. de adult.
g L. rei iudicata. §. j. hoc titul.
h Plutar. in Mario.
i L. non solùm. §. j. ff. de iniur. l. quod si iterum. ff. de adm. leg.

tur.[k] Vnde nec actionem, eius iniuriæ nominè hæres suscitare poterit.[l] Sed condonabitur vxori, cuius crimen maritus viuens dissimulauit.[m] hæredique denegãda est morum coercitio.[n] Nec in simili facultas reuocandi donationem, ob ingratitudinem hæredibus conceditur,[o] nec potest pariter hęres patris ad exhæredationis pœnam filio ingratitudinem opponere: cùm eum ingratum fuisse creca se testator non dixit.[p] Denique nec hæres, si dominus de vassalli felonia questus nón est, super amissione feudi, cõtra vassallum contendere.[q] Sed tamen hic modus sic accipi debet, nisi maritus sciens, accusare vxorem non potuisset: quia à parẽtibus, aut vxoris amicis prohibitus,[r] aut repentina morte præuẽtus.[s] Sic enim in domino, qui feloniam vasalli iis de causis non potuit increpare, nostrates responderũt.[t]

Ad hunc præterea modum singulariter interpretantes, quod Vlpianus scripsit, iniuriarum actionem hæredi non competere.[u] Idémque dicendum, si maritus ignorasset.[x] Nam & eo ipso legatum reuocatum intelligitur, quod illata est iniuria testatori: quam si sciuisset verisimiliter, legatum ademisset.[y] nec ignorans, ius suum censetur remittere.[z] Sed tamen huic declarationi, Doctores crebrò repugnant:[a] quia hoc remedium non ad pecuniam, sed ad vindictam concedatur: & ita non nisi facta contestatione, transeat ad hæredes.[b] vt, & in actione iniuriarum dicimus:[c] cùm ante contestationem non sit in bonis nostris.[d] Cæterùm mihi superior magis placet sententia, qui non arbitror, actionem ad dotis lucrum ob impudicitiam vxoris, vindictam propriè continere: cùm eam habeat maritus, vxore mortua, in præiudicium hæredum.[e] constet autem actiones ad vindictam competentes, neque actiuè, neque passiuè in hæredes dari.[f] cùm non nisi contestata lite, sicuti dictum est, in bonis nostris esse intelligantur.[g]

V: Quintò declara hunc primum, & principalẽ casum procedere, nisi qui dotem pro muliere cõstituisset, dotem sibi reddi nuptiis dissolutis. fuisset stipulatus: cui agenti non obstaret exceptio adulterii.[h]

12 Sed an vidua, propter stuprum dotem perdat? solet in quæstionem venire. Quod quidam putant,[i] atque ita nonnulli ex facto consulti responderunt.[k] cùm in priore matrimonio vidua adhuc esse censeatur,[l] & non tantùm viduitatem stupri procacitate maculet,[m] sed etiam iniuriam irroget defuncto,[n] qui non minùs offenditur stupro viduę, quàm si se viuẽte facinus adulterii patratum fuisset.[o] iniurię autem illatę defuncto persequutionem hæredibus dari certum est.[p] Alii verò fortiter dissentiunt:[q] cùm iura de priuationis dote loquentia, adulterium exprimant. & ita delictum commissum viuente marito.[r] Vnde non debẽt (cùm sint pœnalia) ad alium casum extendi.[s] Mihíque probabilior multò videtur hæc sententia: cùm Iustinianus mulieris intra annum luctus, ex stupro parientis, hanc pœnam esse dicat,[t] vt antenuptiali donatione priuetur. Eam enim mulierem, per virum lucrari, quem sic velociter dehonestauit, perabsurdum esset. Quòd si post tempora luctus stuprari se permittat, ne illa quidem pœna afficitur.[u]

II. Alter casus principalis, quo dos, soluto matrimonio, mulieri non restituitur,

13 est, si aliter sit conuentum, putà dotem, mortua muliere, lucro mariti cedere.[x] Vi cuius pactionis, maritus per mortem vxoris, dotem lucratur, superstitibus etiam

k §.fin. de iniur. in Instit.
l L. j. §. penul. ff. de priua. delic. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio.
m L. j. §. fi. ff. ad Sillania.
n D. l. rei iudicata. §. j.
o L. j. l. fi. C. de renoc. donatio.
p L. omnimodo. C. de inoff. testa.
q Accur. in d. l. fi. in d. l. omnimodo. & in c. j. §. prætereà. & in §. porrò. quæ fuit prima caus. in feud.
r L. fi. in fi. C. de adult.
s L. in confirmando. l. vtilitatem. ff. de confir. tuto.
t Cin. l. j. C. de renoc. donatio. Bal. d. c. j.
u L. j. §. penul. ff. de priu. delic.
x D. l. in confirmando. d. l. vtilitatem. L.ndo. Roma. in d. l. rei. Sali. in d. l. fin.
y L. j. ff. de iis qui. vt indig. Accur. in l. fideicommissum. C. de fideicom.
z L. mater. ff. de inoffi. testa.
a Bal. Imol. Castrens. Alex. & cæteri communiter.
b L. cùm emancipati. §. emancipatus. ff. de coll. bono. l. pro hærede. §. fin. ff. de acq. hæred.
c L. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. j. §. fi. ff. de priua. delic.
d L. iniuriarum actio. ff. de iniur.
e L. fin. C. de adult.
f D. §. qui iniuriarum.
g D. l. iniuriarum actio.
h L. si dotem. vbi Accurs. & reliqui. C. de iur. dot.
i Castrens. in l. sororem. C. de iis, qui. vt indig. & in l. fideicommissum. C. de lega. Feli. c. pastoralis. col. ij. de iudic.
k Castrens. cons. cxlvij. vol. ij.
l L. fœmina. ff. de senator. l. filij. §. j. ff. ad municipal.
m L. si mulier. C. de adulter.
n §. soluto. de nup. coll. iiij.
o Bart. d. l. si mulier.
p D. l. j. §. & si forte. §. quoties. ff. de iniuriis.
q c. ij. de feud. sine culp. non amit. Alexand. d. l. sororem. Ias. d. l. fideicommissum.
r L. consensu. C. de repud. c. plerunque. de donatione inter vir.
s L. final. C. de interd. mat.
t §. final. de rest. & ea quæ par. coll. v.
u L. j. cum auth. seq. C. de secund. nup.
x §. si verò constante. de sanctiss. episc. coll. ix.

tior esse posteriori caussæ dotis.[s] Quocirca reor ampliùs deliberandum.[t] Sed iam est tempestiuum vt de secundi temporis, hoc est constantis matrimonij priuilegiis quædam dicamus.

CONSTANTIS MATRIMONII IN DOTE PRIVILEGIA.

Duo tantùm solent, circa hoc tēpus commemorari dotis priuilegia: ego tamen 20
tria tractabo. Primum est, quia licèt donatio inter coniuges constante matrimonio, non valeat: ne interim, cùm pretio nuptialē concordiam conciliare volunt, se inuicem mutuo amore spolient:[u] dos tamen quæ à dando dicta, species donationis est:[x] constante matrimonio fieri, & anteà facta augeri potest.[y] Hæc enim donatio maritalem cōcordiam, & amorem magis fouet, ac prouehit.[z] proindeq; cessat prohibitionis ratio,[a] & in quandam veluti remunerationem onerum matrimonij (quæ virum supportare oportet) dos marito conceditur.[b] Donatio autem coniugalis remuneratoria valet:[c] qua ratione dici potest nihil specialius hoc nomine doti tribui: cùm & donationes alioqui inutiles, remunerationis gratia factæ defendantur.[d] Alterum priuilegium, quia licèt maritus rei dotalis dominus sit:[e] & posit liberè quis de rebus, quarum dominium habet, disponere:[f] nequit tamen dotalem fundum maritus constante matrimonio alienare.[g] Adeò vt nec mulieris quidem consensus istiusmodi alienationem firmet,[h] ne naturæ suæ fragilitate ad miseram inopiam mulier traducatur:[i] etiam (vt ego cum Accursio sentio) si iurauerit mulier:[k] siquidem nihil operatur contra legum auctoritatem interpositum iuramentum:[l] & qua fragilitate mulier ad consentiendum alienationi inducitur, maritalibus, nimirum, vel minis, vel delinimentis inescata, eadem facilitate inducatur ad iurandum.[m] Nec interpretibus assentior, qui contrarium pontificia lege constitutum putant,[n] Nusquam enim iure canonicū legimus alienationes dotalium rerum, iurisiurādi religioni firmari. licèt præstita iuramenta pontifices seruari præcipiant.[o] inter quæ plurimum interest, vt alibi probaui[p]: & nostrates interpretes non vno in loco docuerunt.[q] Tribus porrò casibus rei dotalis alienatio, iure quoque ciuili permissa videtur. Primus, si sit vtilis mulieri:[r] quia sterilis I.
putà, fundus dotalis cum fertili permutetur.[s] Neque enim contorquendum est
in odium mulieris, quod in eius gratiam lex introduxit.[t] Alter casus, si fundus in II.
dotem datus fuerit æstimatus:[u] cùm transferat æstimatio liberum rei dominium
in accipiente.[x] Tertius casus, in rebus dotalibus mobilibus, quarum alienatio nul III
lo iure marito videtur interdicta,[y] lex quippe Iulia de *Fundo*,[z] & ita de rebus soli loquebatur:[a] & de immobilibus Nouella constitutio tantùm agit,[b] vt meritò censendum sit ad immobilia non extendi prohibitionem.[c] Quæ sententia nullam prorsus habet dubitationem, in rebus quæ pondere, numero, mensurâve constāt: cùm in hoc dentur (inquit Gaius) vt eas maritus ad arbitrium suum distrahat. & quandoque, soluto matrimonio, aliàs ipse, vel hæres eius restituat, eiusdem generis, & qualitatis.[d] in aliis verò rebus mobilibus, longè aliud Doctóres probant: nimirum, vt cum seruando seruari possint, hodie alienari nequeant:[e] nisi secundum Nouellæ legis formam:[f] hoc est, nisi post biennium mulier eam alienationem comprobet, & adhuc res supersint, quibus satis sit ipsi consultum.[g] vel fauore libertatis

s L. qui bal neum. l. potior. ff. qui potio. c. qui prior. de reg. iur. in vj.
t Iason d. auth. res quæ col. pe.
u L. j. l. ij. l. iij. ff. de dona. inter vir.
x L. j. ff. de donatio.
y L. fi. C. de donat. ant. nup. §. pen. de donatio.
z L. fi. C. ad Velleia.
a D. l. j. ij. & iij.
b L. dotis fructus. ff. de iur. dot.
c L. quod autem. §. si vir. ff. de dona. int. vir.
d L. Aquilius. ff. de donat.
e L. doce ancillā. C. de re. vend.
f L. in re. C. manda.
g L. Lex Iulia. ff. de fund. dotal.
h §. j. quib. alien. licet. Instit.
i L. vn. §. & cùm lex. C. de rei. vxor.
k Accurs. d. §. & cū lex.
l L. non dubium. C. de legib. *m L. doli. §. diuersum. ff. de nouatio.* *n c. cùm contingat. de iureiur. c. y. illo tit. in vj.* *o D. c. cùm cōtingat. d. c. y.* *p In l. admonēdi. ff. de iureiur. & in l. qui liberos. ff. de ritu nup.* *q Bar. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Panor. d. c. cùm contingat. col. v.* *r L. final. ff. de iur. dot.* *s L. ita constante. l. res, quæ. illo tit.* *t L. quod fauore. C. de legib.* *u L. quod si fundus. ff. de fund. dotal. l. j. C. illo tit.* *x L. quoties. l. si inter. C. de iur. dot.* *y L. diuortio. §. si fundum. hoc tit. l. si ex lapidicinis. ff. de iur. dot.* *z L. vn. §. & cùm lex. C. de rei vxo. §. j. quib. alienar.* *a L. quæstio. l. fundi. ff. de verbo. sig.* *b §. j. & in rub. vt immobil. ante nup. do. col. v. Auth. sine a me. C. ad Velleia.* *c L. cum Prætor. ff. de iud. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma.* *d L. res in dotem. ff. de iur. dot.* *e L. lex quæ. C. de adm. tuto.* *f D. auth. sine à me.* *g §. si quis igitur, vt immobil. ante nup. don. coll. v.*

bertatis.[h] Sed mihi, in iis quoque rebus quæ possunt seruando seruari (si non aliud tamen in dotis constitutione sit actum)[i] videtur adhuc sine solennitate Nouellæ legis,[k] permissa alienatio,[l] per prædicta, dummodò intelligamus, vt si res istiusmodi alienatæ, dissolutis nuptiis, adhuc extent fauore dotis ab vxore vendicari possint,[m] (quemadmodum in re vendita cum pacto addictionis in diem:[n] & in rebus restitutioni subiectis)[o] nisi tamen fuisset manumissus seruus, & alia via posset mulier indemnitati suæ cauere.[p] Nec huic nostræ sententiæ Nouella Iustiniani constitutio contradicit.[q] quæ respectu alienationis dotis (vt eius verba palàm faciunt) nihil noui statuit. cùm hæc (inquit) sufficienter declarata, atque sancita sint:[r] nec sanè verisimile est, si non aliud luculentiùs doceatur: veteres leges corrigi, quæ mobilium rerum alienationem permiserunt.[s] Qua in re veteres, & ex recentioribus nonnulli mecum apertè sentiunt.[t]

PRIVILEGIVM EXACTIONIS DOTIS, CONSTANTE MATRIMONIO, OB INOPIAM VIRI.

Postremò huius temporis priuilegium est, quia licèt, constante matrimonio, non possit mulier ad dotis repetitionem experiri:[u] cùm eo tempore dos sit in bonis mariti nuptiarum onera sustinentis.[x] ibi autem dotem esse oporteat, vbi matrimonij onera sunt.[y] si tamen, manente adhuc matrimonio, ad egestatem traducatur maritus, dotis exactio mulieri dabitur.[z] contra id (inquit Accursius) quod ab initio partes egerunt: nimirùm, vt dos apud maritum esset perpetuò.[a] Cæterùm, alij dotem hoc nomine nihil habere prærogatiuæ, censent:[b] cùm & in cęteris quoque negotiis plerumque contingat, extra id quod agitur obligationem nasci.[c] Ego verò te aliter, quàm reliqui faciant, perpensa multùm fauoris hoc in casu, doti tributum autumo. Licet enim debitor in diem, non antè possit exigi, quàm dies venerit,[d] emergente etiam inopia debitoris: quo casu cautiones tantùm interponuntur.[e] in dote tamen singulare est, vt ea à marito (qui tamen in diem duntaxat soluti matrimonij debitor est[f], si deducatur ad egestatem, manentibus adhuc nuptus, repeti possit:[g] ne pereant dotes, quas mulieribus conseruari Reipublicæ interest.[h] cúmque plus cautionis sit rei incumbere, quàm personali actione niti,[i] noluit lex cogi posse mulierem accipere fideiussorem, sub hócque cautionis incerto se committere:[k] quamuis laudandam, nedum audiendam semper ego censuerim mulièrem, quæ cautionem interponi maluit, quàm summo iure vti, & dotis restitutione virum molestare.[l]

PRIVILEGIA DOTI TRIBVTA SOLVTO MATRIMONIO.

21 Superest vt de tertij temporis priuilegiis nonnulla dicamus. Et illud cùm primis constat mulierem, licèt tempore posteriorem, cæteris creditoribus in caussa dotis præferri:[m] non tantùm in actione personali, sed etiam in hypotheca.[n] Quod in tacita creberrimè Doctores interpretantur.[o] Nam si in expressa hypotheca creditores alii anteriores sunt, iure quoque potentiores erunt.[p] Nec enim temerè a regula recedendum est, quæ iure potiorem eum facit, qui prior est tempore.[q] & in fisco (cuius caussa & mulieris in hypotheca par esse videtur[r]) idem dicimus. nimirum eius hypothecam posteriorem, quamuis expressam, superari ab anteriori hy-

h L. iij. C. de iur. do. l. j. l. fin. C. de ser. pig. dat. l. dotalem. hoc tit.
i L. si mulier. ff. de pac. dotal.
k D. auth. siue à me.
l D. l. si ex lapidicinis. d. §. si fundum.
m L. in rebus. C. de iur. dot.
n L. si ex duobus. §. final. ff. de in di. addic.
o L. iij. §. fi. C. cõ. de leg.
p D. l. j. d. l. fi. d. l. dotalem.
q D. auth. siue à me.
r §. fin. vt immobil. ante nup. de. coll. v.
s L. si quãdo. in prin. C. de inoff. test. c. ecclesia. de electio.
t Iacob. ab Aren. Crot. & Alciat. hic.
u L. sed si alia. ff. de bo. dãnato. l. dotis. C. de colla. l. cum notissimi. §. illud. C. de praes. xxx. an.
x L. Lucius. §. idẽ resp. constãte. ff. ad municipal.
y L. si filia. §. j. l. si maritus. ff. fa. ers. l. actione. §. fi. ff. pro soc. l. si is qui. §. j. ff. de iur. do.
z L. seruum. ff. de manumissio. l. si constante. in prin. hoc tit.
a L. j. ff. de iur. det. Accur. hic.
b Cast. & Alex. l. y. in prin. hoc tit.
c L. si is qui. §. fin. ff. commod.
d L. cedere. ff. de verb. sign.
e L. inter omnes. ff. qui satisd. l. in omnibus. ff. de ind. l. quod si in diem ff. de pet. hared.
f D. l. ij. in prin.
g L. in rebus. §. omnis. C. de iur. do. d. l. si cõstante.
h L. ij. ff. de iur. do. & hic.
i L. itaq. §. fi. ff. de fur. l. plus. ff. de reg. iur.
k L. cogi. §. si pater. in fi. ff. ad Trebell.
l L. si extraneus. ff. de cond. ca. da. dicam in d. l. si cõstante.
m L. ij. ff. de priuil. cred. l. vn. C. de priuil. do.
n L. assiduis. C. qui potior. §. fuerat. de actio. instit.
o Glo. c. ex literis de pignor.
p Accur. & DD. in d. l. assiduis. & in d. §. fuerat.
q L. potior. l. qui balneũ. ff. qui potior. c. qui prior. de reg. iur. in vj.
r L. y. C. de priuileg. fisc.

potheca priuati nominatim conuenta.[s] Adde quod Iustinianus ait posse mulierem, constante matrimonio, si maritus inops fiat, res obligatas à posterioribus creditoribus vendicate.[t] innuens à contrario, aduersus ptiores expressa fultos hypotheca non posse agere.[u] & paulò post idem scribit, in tebus quas in dotem dedit, mulierem omnibus crediroribus ptæferri.[x] in bonis mariti priorum creditorum caussam sentiens posteriorem esse.[y] Nec eadem est tatio præferẽdi mulicrem habentibus expressam (quam contrahentes sua conuentione, sibi quæsierunt) quæ habentibus tacitam, sola vi legis inductam:[z] cùm porentior sit hominis, quàm legis prouisio.[a] & ius proprio labore quæsitum, fortius, quàm quod legis beneficio.[b] Martinus verò, Petrus, & alii multæ auctoritatis viri contra putauerunt. hypothecam nempe dotis posteriotem, anteriori quamuis expressæ præferri:[c] cùm dicat Iustinianus mulierem in exactione dotis omnem habere prærogatiuam, & neminem creditorum, etiam priorum, potiorem hypothecam habere,[d] quæ verba generaliora sunt, quàm vt ad creditores tacitas duntaxat hypothecas habentes, coarctari possint: cùm & vix quatuor reperiantut, qui tacitè pignus contrahant. nimirum fiscus,[e] pupillus in bonis tutoris,[f] aut mariti matris tutricis, quæ non tedita ratione, secundo nupsit,[g] locator in bonis inuectis à conductore.[h] & mutuãs ob refectionem.[i] vnde deluderetur hac interpretatione priuilegium,[k] quod tamen exuberans, & præsigne Iustinianus esse voluit,[l] qui præterea intet expressam, & taciram hypothecam non distinxit, sed generaliter prodidit, mulieres in hypotheca cõtra omnes mariti creditores, prælationis habere prerogatiuam: eóq; modo quo datũ ei fuit à veteri lege, in personalibus priuilegiũ.[m] in quibus cõstat, mulierem sine distinctione, creditoribus vniuersis quamuis anterioribus, præpositam fuisse.[n] & ideo citra discrimen quoque generaliter accipiendum est, quod Iustinianus ait mulierem, cunctis creditotibus anterioribus præfetri.[o] Denique si creditori mutuanti in refectionem (quem tamen in iute hypothecæ cæteris etiam in iure anriquioribus anteponi constat)[p] mulier ipsa præfertur:[q] mulrò magis prioribus creditoribus.[r] Neque repugnat argumentum à similitudine ductum de fisco ad dotem,[s] quod fallax est: cùm mulier in dote, maioribus priuilegiis donetur. nam in hypotheca racira præfertur anterioribus,[t] quod non conceditur fisco.[u] & mulier in ambiguis fisco potiot est.[x]

Quod autẽ ait lex fiscũ qui prius contraxit, in hypotheca mulieri præponi,[y] nihil infert: siquidem & priuatus quoque fisco posteriori in iure pignoris præferatut.[z] cuius tamen caussam non esse cum fisco parem constar.[a] Er hanc Martini senrentiam licèt controuersam, in hoc opinionum conflictu velut doti fauorabiliorem sequi conuenit.[b] quam Tolosanum senatum vsu comprobasse, multísque decretis confirmasse, nuper mihi fidem, ptimores eius otdinis fecerunt. Neque potest, non ptobari hæc sentẽtia, vbi mulier expressam haberet hyporhecam:[c] vt quemadmodum tacita dotis hypotheca, licèr rempore posterior anteriorum crediroru m tacitis præfertur,[d] ita & expressis anteponatur expressa.[e] solam verò tacitam anreriori expressæ præferri, lex vna, atque altera Iustiniani negare videtur.[f]

At verò dixerit quispiam fiscus exptessam habens hypothecam anteriorem, mulieri præfertur.[g] priuatus autem prior anteponitut fisco.[h] Ergo & mulieri, ex protrita in hoc tractatu Scæuolæ regula,[i] quam ita detotquebat in Martinum: & sequiores subtiliter, vnus ex auditoribus nostris. Verùm huic responsum in promptu

s L. si pignus. ff. qui potior. l. si fundum. C. illo tit.
t L. vbi adhuc. vbi Saly. C. de iur. dot.
u L. necnõ. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma. l. maritus. C. de procur.
x L. in rebus. C. de iur. dot.
y L. maritus. C. de procur.
z L. si quid bello. ff. de capt.
a L. fi. C. de pac. cõuẽt.
b L. si Augustae. & l. quod princips. ff. de leg. ij. d. l. si quid bello.
c D. l. assiduis. vbi Accurs. Pano. c. ex literis de pignor.
d L. in rebus. C. de iur. dot.
e L. ij. C. in quib. cau. pig. tac. l. j. C. si propter pub. pensit.
f L. pro officio. C. de adm. tuto.
g L. pe. C. in qui. cau. pig. tac.
h L. item qua. ff. de pac. l. ij. ff. in qui. cau. pig. tac.
i L. interdum. ff. qui pot. in pig.
k c. si ciuitas. de sent. exc. in vj.
l D. l. assiduis.
m L. ij. §. fi. ff. de priuil. cred.
n §. fuerat. de actio. d. l. ij. §. fi.
o L. de pretio. ff. de publicia. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præst.
p D. l. interdum. ff. qui potior.
q §. his consequens. de æqual. dot. coll. vij.
r L. de accessionibus. ff. de diuer. præscrip.
s L. ij. C. de priuil. fis.
t D. l. assiduis.
u L. si is qui. ff. de iur. fis.
x L. in ambiguis. ff. de iur. do. l. non puto. ff. de iur. fis.
y D. l. ij. C. de priuil. fis.
z L. si pignus. ff. qui potior.
a L. j. C. de iur. fis. lib. 10.
b D. l. in ambiguis.
c Angel. §. his consequens. de æqual. dot. coll. vij.
d D. l. assiduis. d. §. fuerat.
e L. cum quid. ff. si cert. peta.
f L. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iur. dot.
g L. ij. C. de priuil. fis.
h L. si pignus. l. fi. §. fi. qui potior. l. si fundum. C. illo tit.
i L. de accessionibus. ff. de diuer. præsc.

ptu fuit fiscum ita demum præferri mulieri, si mulier tacita duntaxat hypotheca nitatur, & fiscus expressa:[k] secùs si mulier, quamuis tempore posterior, expressam habeat. Nam sicur præferretur habens tacitam fisco, pariter tacitam habenti, licèt anteriori:[l] ita & in expressa.[m]

PRIVILEGIVM COMPENSATIONIS.

22 Porrò autem (quod ad compensationis prærogatiuam attinet) alibi cum cõmuni probaui, etiam in caussa dotis compensationem admitti.[n] Licèt interpres, hoc quoque prærogatiuæ dotem habere, vt eius petitioni compensatio non obiiciatur, Iustiniani lege fretus putauerit,[o] quæ cùm retentionem, non etiam compensationem prohibeat:[p] nihilo eum iuuerit, cùm alia sit longè ratio: quippe qui compensat soluit.[q]

Et hæc sunt præcipua dotis priuilegia, quæ nobis hic Accursij vestigia sequutis attingere placuit: non ignari perferri alia multa, quorum collectio, vt idem interpres testatur. plus certè laboris, quàm fructus habet. Ea tamen in re, scio plerosque diligentem operam posuisse, nominatim etiam in eam rem edito tractatu, à quorum lectione neminem auoco.

23 *Præcipua.*[d] Idest, super alias causas fauorabiles, & multa habens singularia:[r] vnde & in dubiis pro dote respondendum,[s] in cuius gratiam iuris auctores legum rigorem persæpe mollierunt.[t] Et ideo nec odiosa legis dispositio, quamlibet generalis, ad dotem velut singularibus prærogatiuis fultam debet prorẽdi.[u] Verbi caussa, cùm dotalibus instrumentis specialiter sit indultum, ne vlla egeant insinuatione:[x] non censebitur sublatum priuilegium, per municipii legem, quæ statuisset tabellionum instrumẽta non aliter probare, quàm si in archiuo reperta forent.[y] Sic & lex, quæ fiscum alienantem præscriptione triennii fauorabiliter tuetur:[z] aduersus dotem locum non habebit.[a] Nam & contra dotem fisci priuilegium cessat,[b] & in ambiguis quæstionibus, contra fiscum, & pro dote respondere monemur.[c] Sic nec generalis renunriatio filiæ si nõ expressim, aliud fuerit actum, ad ius petendæ dotis protrahitur.[d] Cùm & id legitimæ quoque specialiter sit indultum,[e] in cuius locum dotem ipsam succedere certum est.[f] Cæterùm impẽsæ funerariæ caussam, & primipilaris debiti (quod & initiò attigimus) doti præferri constat.[g] at non idcirco (sicuti quidam malè putant)[h] negandum, quin dotis caussa præcipua sit: hoc est præ cæteris fauorabilis:[i] cùm speciales casus, falsam regulam non efficiant.[k] quando nulla sit quæ non aliquas habeat exceptiones.[l] Cùm itaque dotis caussa præ cæteris fauorabilis sit, arbitrantur nonnulli, huiusce iudicii instantiam perpetuam esse: nec vllo temporis lapsu perimi.[m] Sicut nec caussas fiscales: & quæ ad publicas functiones respiciunt,[n] aut etiam ecclesiæ.[o] Nam dos & fiscus paribus (quod dici solet) passibus ambulant.[p] & fiscus & ecclesia, æqui parantur.[q] Indubitataque mihi videtur hæc sententia pontificio iure.[r] Lege verò ciuili diuersa crebrior est, & receptior.[s] cùm pecuniarias omnes caussas, etiam si de hominum statu, aut iure ciuitatis agatur, lapsu triennii, à die contestatæ litis, Iustinianus finiri velit.[t] idque publico fauore, vt tandem sit aliquis litium finis:[u] nec temerè sit à regulis iuris cõmunis recedendum.[x] Quod enim fiscales caussas excepit Imperator:[y] magis teuincit in iudicio dotis regulæ standum esse.[z] Præsertim quia excepit taxatiuè. *Exceptis, inquit, tantummodo causis, quæ ad ius fiscale pertinent, vel quæ publicas functiones respi*

k D.l.ij. C. de priu. fisc.
l D.l. assiduis.
m D.l. cum quid.
n L. rei iudicatæ. §. j. vbi Bar. et cæteri. hoc tit. dixi l. qui liberos. ff. de rit. nup.
o L. vn. §. taceat. C. de rei uxor.
p D. §. taceat.
q L. si debitor. ff. de compensa. l. amplius. in fi. ff. rem rat. ha.
r L. j. in fi. ff. de offic. proc. Cæsa. c. fina. de re iud.
s L. in ambiguis. ff. de iur. dot.
t L. fi. C. ad Velleia. l. si ego. §. j. ff. de iur. dot.
u Accur. l. sciendum. ff. qui satisd. & in l. ij. C. de silentiar. lib. xij.
x L. fin. in princ. C. de iur. dot.
y Sal. in d. l. fin. per illum text.
z L. ij. l. fi. C. de quad. præs.
a Bal. cõs. 857. quemadmodum Imperat. *b L. ij. in fi. C. de priuil. fisc.* *c L. non puto. ff. de iur. fisc. d. l. in ambiguis.* *d Cast. cons. 275. Licet ista.* *e L. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. test. § cæterũ vt cum de app. col. 7.* *f L. quoniã nouella. C. de inoff. testa.* *g L. idcirco. ff. de religios. l. satis. C. in quib. cau. pig. tac.* *h Ias. & Alciat. hic.* *i L. j. in fi. ff. de off. proc. Cæsar.* *k c. quoniam. vt lit. non cont. Accurs. c. j. de reg. iur.* *l Glo. rub. de reg. iur. in vj.* *m Bald. Nouellus q. xviij. part. ix.* *n L. properandum. in prin. C. de iud.* *o c. pen. vbi Panor. de iud.* *p L. ij. C. de priuil. fisc.* *q L. fi. C. de sacros. eccles.* *r D. c. penult.* *s Bal. Imol. & alij hic.* *t D. l. properandum. in prin.* *u D. l. properandũ. in prin.* *x L. ab ea. ff. de proba.* *y D. l. properãdũ. in prin.* *z L. nam quod. § fi. ff. de pe. leg.*

ciunt.[a] & taxatiuæ natura sit, casus omnes omissos excludere.[b] Vnde non debet ad alios, quamuis similes, fieri extensio.[c] Nam & alia ratio fiscalium caussarum esse videtur: nimirum, quia à magistratibus, & rerum publicarum moderatoribus tractantur, qui plerumque torpent, & negligentes sunt.[d] Sed cùm in causis dubus leges contra fiscum pronuntiari velint:[e] fauotabiliter autem pro dotibus, iubeant tespondere,[f] superiot adhuc magis mihi placet sententia, vt quæ iure pontificio sit apertè confirmata:[g] (Cui legi, in iis etiam quæ de iure ciuili sunr controuersa, standum esse constat)[h] nisi quatenus mulieri vtilius esset, instantiam perimi, per lapsum ttiennii.[i] Nec me mouerit valde taxatiua dictio, quæ dissimiles tantùm casus excludit, non etiam similes.[k]

Nunc videamus an in caussa dotis summariè procedatur, quod quidam existimant.[l] Cùm à caussa matrimonii pendeat,[m] & in iis quæ matrimonii negotium quodammodo tangunt, summatim, & de plano procedatur.[n] Idémque est in alimentis,[o] in quorum locum, dos subrogata videtur.[p] Adde quòd Iustinianus ait, solutis nuptiis, dotalē fundum, ilico restituendum:[q] quæ verba significant, instrumenta dotis paratam executionem habere, & summariam tantùm cognitionem tequirere.[r] Alii verò creberrimè contrà:[s] nimirum vt libellus offerri, lis contestari, cæterique ritus iudiciorum religiosè seruari debeant.[t] In quam sententiam ego quoque transeo, si tamen principaliter de dote moueatur controuersia. nam si incidenter duntaxat tractetur (quia veluti cùm ptopter adulterium ageretur ad separationem thori, in consequens experiatur maritus, ad lucrum dotis) sufficeret summaria cognitio:[a] probatio præterea in dotis iudicio, principaliter intentato, legitima, & concludens exigitur:[p] iure etiam pontificum.[q] licèt solennis ille probandi modus, lege canonum nobis traditus, vt fiant articuli, & singulariter, ac distinctè probentur,[r] quemadmodum in aliis fauorabilibus causis negligi possit.[s] vt & breuiores à iudice concedi dilariones, quo dotis quæstio celerius terminetur.[t] Quinimò poterit iudex, vt & in alimentorum caussa, diebus feriatis adiri.[u] Quæ sententia, dubitatione caret. Vbi mulier non haberet, vnde alias posset ali.[x] cùm tunc & pietatis, & necessitatis ratio suadeat, ferias negligi, licèt in honorem Dei introductas.[y] Sed & si cesset illa necessitatis caussa, putauerim ego (quamuis nonnulli subsistant) in feriis ob necessitatem hominum inductis, veluti messium, & vindemiarum, de negotio dotis, ad prætorem iri posse.[z] quandoquidem, non vt alimenta modò constituãtur (quorum loco dos succedit)[a] sed etiam vt ætates probentur, testamenta exhibeantur, & hæreditati iacẽti dentur curatores (quibus casibus multò minor est ratio) nullus sit huiusmodi feriis locus.[b] sicuti nec in causis piis, & quæ celeritatem exigunt, publicámque respiciunt vtilitatem.[c] qualis dos est, quæ pia caussa intelligitur:[d] celeritatẽ desiderat, quò mulieres citius nubant.[e] & pertinet ad bonum publicum.[f] Adde quòd caussæ fiscales, quibuscum dos gradu pari incedere solet:[g] (quinimò illis plerumque fauorabilior est[h]) diebus illis hominum gratia feriatis, tractari possunt.[i] licèt feriarum solennium tempore, quas nimirum ecclesia ob Dei reuerenriam indixit, crediderim, dotis caussam, nisi quatenus necessitatis illa ratio suaderet, tractari non posse.[k] Sed an iudicio dotis vsque adeò fauebitur, vt super eo iudex ecclesiasticus, à meris laicis adiri possit? quod plerique autumant:[l] cùm dicat Innocentius III. ecclesiam teneri, dotes protegere

viduarum

a D.l. properandum. b L. iij. §. cùm Titio. ff. de adim. leg. c L. ij. c. de iurisd. l. ij. C. de patribus qui fil. dist. d Bart. l. respublica. ff. Quib. ex cau. ma. e L. nō puto. ff. de iur. fis. f L. in ambiguis. ff. de iur. dot. g D. c. pen. de iud. h c. j. & ij. de no. oper. i L. vn. §. accedit. versic. in præsenti. C. de rei vxor. k Accur. l. serui. ff. de vsucapio. l Imol. & Roma. l. si constante. hoc tit. m L. iij. ff. de iur. dot. n Cle. dispēdiosam. de iud. o L. si quis. §. si vel parens. ff. de lib. agnos. p L. si cùm dotem. §. finantē in fauissimo. hoc tit. q D. l. vn. §. exactio. r L. pen. vbi Bart. ff. depos. s DD. d. l. si constante. t L. iij. C. de dot. pro. d. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. & l. si mulier. hoc tit. o Cle. dispendiosam de iud. Bal. hîc. p L. doce ancillam. C. de re. vend. §. illo. de æqual. det. coll. vij. q cle. sæpè. §. non sic tamen. de verb. sig. r c. causam quæ. c. ex tenore. c. veniens ij. de testib. c. præsentiam. illo tit. in vj. s Bar. in tit. Quo. in las. ma. cri. in verbo. Summariè. t L. ij. ff. de re. iud. u L. j. & ij. ff. de fer. x D. l. ij. vbi Alex. & Ias. y c. fi. vbi Butr. de fer. z L. ij. & iij. ff. de fer. Bar. l. solent. ff. de alim. leg. a L. assiduis. in fi. prin. C. qui pot. b D. l. ij. ff. de fer. c L. j. in fi. l. ij. l. iij. ff. de fer. d L. cùm in. §. si mulier. ff. de cond. indeb. e L. ij. ff. de iur. dot. f vt hîc & d. l. ij. g L. ij. C. de priuil. fis. h L. in ambiguis. ff. de iur. det. l. non puto. ff. de iur. fis. i L. publicas. C. de fer. k L. omnes. l. fi. C. de fer. c. fi. illo tit. l c. ex literis. de pignor. Fulg. auth. quod locum. C. de collatio.

viduarum.[m] Ego verò fortiter nego, vbi copia secularis iudicis haberi potest.[n] quãuis in subsidium, vbi ille non adest, non id improbem.[o] Sicuti nec cum ad causam matrimonii, principaliter motam corã ecclesiastico. veluti super separatione thori, incidenter de dote quæreretur.[p] Nam de caussa quæ incidit incompetens alioqui iudex cognoscit.[q] Idémque dici potest vbi mulier esset oppressa, vel spoliata.[r] cùm tanquam miserabilis persona sub ecclesiæ protectione sit, & de eius foro:[s] túmque propriè, & verè caussa dotis pia dicatur.[t] Denique in terris ecclesiæ subiectis non dubito, quin possit, & debeat ecclesiasticus iudex adiri in dotis negocio, principaliter etiam intentato.[u]

24 *Vbique.*[e] Idest, in omni loco.[x] non Romæ tantùm, sed etiam in Italia, & quibuscunque prouinciis, vt ex locorum differentia, nullum circa dotis prærogatiuas inducatur discrimen.[y] præterquam iure isto, circa fundi dotalis alienationem, quam in rebus Italici soli duntaxat lex Iulia vetuit. licèt posteà per Iustinianum ad prouinciales fuerit extenta.[z] Verùm ob hunc casum particularem, tota vis generalis sermonis, *Semper, & vbique*, corrumpi non debet.[a] Nam & cùm Paulus dixisset, Vbique, seu quolibet loco, repetitionem concedi: ad idoneam rectè coarctatus fuit.[b] & vniuersaliùs scripsit Iulianus, per omnia, & in omnibus, absentis, quiescentísque loco, furiosum haberi.[c] cùm tamen constet, absentis vices furiosum non agere, vt velut absens, procurator constituatur.[d] Possunt quidem, imò verò debẽt sermones non modò generales, sed etiam vniuersales ex subiecta materia restringi, & angustari.[e] quo modò hic obex tollendus mihi videtur. Neque enim illis assentior qui negant Iuliam legem ad Italica prædia se constrinxisse.[f] cùm id Iustiniani verbis ex professo repugnet.[g] quamuis sciam Iurisconsultorum legibus, id non satis constare.[h] Sanè verò, quoniam respectu loci nedum temporis, dotis caussa præ cæteris fauorabilis est.[i]

Sunt qui existiment dotem repetendam vbi maritus domicilium habuit: non etiam vbi dotis instrumentum conscriptum est.[k] cùm tamen aliàs regulare sit, quem sortiri forum ratione contractus.[l] Sed certè mihi videtur, hac in re specialius nihil doti tributum ab Vlpiano:[m] sed constitutionis suæ illam esse rationem, quia cùm ex eo loco, vbi conscriptum est instrumentum dotale, & sequuta fortè numeratio pecuniæ, non tantum vir ipse breui recessurus esset, sed etiam mulier ipsa confestim profectura cum marito: velut aduena contrahens in eius domicilium, quod & ipsa mox erat habitura, solutionem destinasse intelligitur: & illic contraxisse.[n] Vnde non locum negotii gesti, sed electum domicilium sequi oportet.[o] Quòd & ab aliis antè nos animaduersum scio.[p] Nam & illic est forum mariti rei, & mulier experitur: constat autem actorem debere sequi forum rei.[q]

Reipublicæ interest.[f] Sic Iulius Paulus interesse Reipublicæ dixit, mulieres dotes suas cõsequi, & saluas habere, quibus legitimam ætatem nactæ, nubere possint.[r] Neque enim facilè quis ducturus est vxorem sine dote.[s] & Triphoninus publicæ nuptiarum vtilitatis meminit.[t] Quod tamen inconsequens omnes interpretantur. Nam principaliter priuato tantum mulierum fauore lex tot, & tanta doti concessit priuilegia.[u] Ob sexus, nimirùm fragilitatem.[x] obsequia, quæ maritis præstantur, partus periculum:[y] vt competens habeant solatium vnde se alant.[z] néve ad miseram traductæ vitam, occasionem habeant delinquendi.[a] idque satis con-

m c. nuper vbi Host. de dona. int. vir. n c. ex tenore. in fin. de for. comp. o L. in contractibus. §. fina. vbi Bald. C. de nõ nu. pec. p c. de prudentia. vbi glo. de don. int. vir. cle. dispẽdiosa. de iud. q L. quoties. C. de iud. r D. c. nuper. d. c. ex literis. s c. super quibusdã. in fi. de verbo. sign. c. j. & ij. 87. dist. t L. cũ is. §. si mulier. ff. de cõd. ind. u D. c. nuper. Alex. & iuniores hic. x L. j. ff. de abig. y L. cùm interdum. ff. de institor. l. final. C. de temp. in integ. rest. z L. vn. §. & cùm lex. C. de re. vx. §. j. quib. alie. lic. a L. inter

oẽs. ff. qui satisd. l. j. C. de sac. sanc. eccles. b L. qui loco. ff. de cõd. ind. c L. ij. §. pe. ff. de iur. codicill. d L. ij. §. fi. ff. de procur. e L. promittẽdo. ff. de iur. dot. l. vt gradatim. ff. de muner. & hon. f Bar. hîc. nu. 23. g D. l. vn. §. & cùm lex. h L. j. l. lex Iulia. l. dotale. l. si fundum & l. pen. ff. de fund. dotal. i vt hic. k L. exigere dotem. vbi. Doctor. ff. de iud. l L. heres. §. j. & l. seq. ff. de iud. c. fi. de for. comp. m D. l. exigere. n L. quæro. ff. de solutio. l. contraxisse ff. de actio. & oblig. o D. l. heres absens. §. j. p Angel. Castren. & Curt. d. l. exigere. Felyn. c. j. col. xij. de sponsal. q L. ij. C. de iurisd. c. cum sit de for. comp. r L. ij. ff. de iur. dot. l. iij. ff. de priuil. cred. s L. fi. §. si a socero ff. quæ in frau. cred. t L. in bello. §. medio. ff. de capt. u L. assiduis. C. qui potior. l. pen. C. de primipil. lib. xij. DD. hic. x §. j. Quib. alie. lic. y D. l. assiduis. z L. si cum dotem. §. si verò dotem. hoc tit. d. l. assiduis. a L. final. C. de iur. dot. l. fi. C. ad Velleia.

textus noster innuere videtur.dum ait, *Nam & Reipublicæ*, dictio quippe, & quæ pro etiam hic ponitur, implicat, non solùm in gratiam mulierum, sed etiam Reipublicæ dotis causam præcipuam esse.[b] vnde & istiusmodi prærogatiuis tāquam priuato mulierum fauore doti concessis, mulier cum iuramento renunciat:[c] cùm tamen palàm sit, quæ publicam principaliter vtilitatem respiciunt,nulla conuentione,quantumlibet iurata,tolli posse.[d] Mihi verò semper magis aduersus omnes placuit,principaliter ob publicum fauorem, caussam dotis factam à lege præ cæteris singularem, & præcipuam,[e] in consequensque duntaxat, & certis quibusdam casibus ad priuata mulierum commoda legem respicere:[f] cùm in publica mulierum vtilitate lex passim se fundet.[g] quæ in eo versatur,vt repleantur liberis hominibus ciuitates,[h] quo nihil vtilius esse posse,scribit alibi Iustinianus.[i] Ex ratione autem in lege expressa,verus finis,& scopus legis colligitur.[k] & cùm finis (quemadmodum Philosophi dicunt) primum sit, & principium in intellectu, illud dicitur principaliter,vel publicum,vel priuatum commodum respicere, quò mēs,& propositum disponentis,maximè dirigitur.[l] Adde quod veteres legislatores,qui dotibus priuilegia concesserunt, vtilitatis priuatæ mulieris, nullam aut permodicam rationem habuisse videntur.[m] Denique in iis quæ principaliter priuatam respiciunt vtilitatem, iudex non interponit suum officium, nisi parte petente.[n] secus in iis quæ publicam.[o] atqui in caussa dotis, iudex vltrò suum impertitur officium.[p] Nec me mouerit Cæsaris lex, quæ publicam primipili caussam priuatorum super dote contractibus anteponit.[q] Nam hoc infert caussam dotis ad priuatam principaliter vtilitatem pertinere, quod præsertim aliud sit dicere, priuatorum contractibus aliud vtilitatibus.Præfert autem doti caussam primipilarem,tanquam Reipublicæ vtiliorem, & magis necessariam:[r] quod initio huius legis declaratum extitit.Non obstat item, quod hîc Pomponius ait, *Nam & Reipublicæ*. Non enim (vt mihi quidem videtur)hæ particulæ *Nam &*,implicant:sed pro coniunctione causali ponuntur,idque significant ambæ quod vna dictio *Nanque*,& quamuis implicate demus, nō tamen implicarent priuato mulierum intuitu præ cæteris factam esse caussam dotis præcipuam,sed hoc ipsum, interesse quoque mulieris : at eius commodi non tantam lex rationem habet quantum publicæ vtilitatis.[s] Ex iis puto,pactionem, qua mulieris in dote conditio deterior fit, velut publicum oppugnantem commodum, non valere.[t] licèt iuramento roboratam.[u] præter quàm iure Pontificio, vbi conuentio fieret constante matrimonio.[x] Tunc enim visum est publicæ vtilitatis caussam (quia iam mulier nupta sit)magna ex parte cessare[y] & impendere salutis æternę periculum, propter periurium.[z] cui occurrendum Pontifices censuerunt,[a] qui in eo semper toti fuêre, ne sacrosanctum Dei nomen vel pollueretur,vel assumeretur in vanum.[b] nec prætereà credendum est hac iurisiurandi religione voluisse eos renuntiationem dotis confirmari: sed tantùm iuramento parendum esse.[c] inter quæ plurimum interesse constat.[d] Ad hæc porrò distinguunt Doctores quadrupliciter vtilitatem publicam,simulque tractant, quæ præferri debeat,vbi plures pugnant inuicem. Qua in re breuiter putauerim, spectandum si concurrant, quæ grauior sit,& magis necessaria. Quemadmodum enim ex priuatis duobus commodis, maius præpollet,[e] ita & maior vtilitas publica præualet minori:[f] quinimò & priuata magna vtilitas publicæ, quæ modica sit, præfertur.[g] Vnde & eorum sententiam facilè probauerim,qui censent fabrum mal

leis

b Accurs. hîc. & in l. iurisgen. §. quinimò. ff. de pac.
c c.cùm cōtingat. de iureiur. c.licet. eod. tit. in vj.
d c.si diligenti. in fi. de for.cōp.
e L.ij.ff.de iur.do.l.iij. ff.de priuil. cred.& hic.
f D. l. assiduis.d.§.j.
g D.l.ij. d. l.iij.& hic.
h L. hoc modo.ff. de cond.& demō.l.fi.§.si plures.ff.de bo.dānat.
i §. hac nos.de rest. & ea, quæ par.coll.iiij
k L. cùm talo. §. falsam. ff. de cond.& demonst.
l Bartol. l. ambitiosa. nu.19. ff.de decret.
m D.l.assiduis.ibi nec ad fragilitatem.
n L.de pupillo. §.qui opus. ff. de no. oper. l. iiij. §. hoc autē. ff. de dam.infec.
o L. congruit. ff. de offi.præf.l.si quis in hoc genus. C. de epis.& cler.
p L.si cùm dotem.§.eo autem tempore.vbi Bar.hoc tit.
q L. pen.C.de primipil.lib.xij.
r L.cætera.§.sed si quis.ff.de leg.j.l.fi.ff.de dam.infec.
s L.ij.ff.de iur.do.l.iij.ff.de priuil.cred.& hîc.
t L.de die.l. Aulicenus ff.de pac.dotal.
u L.ius publicum.ff.de pact.
x c.cùm contingat. de iureiur.c.licet.eod.tit.in vj.
y D.l.ij.d.l.iij.
z c.in nouo.cum seqq.xxij.q.j.
a D.c.cùm contingat.
b Leuit.xix.c.habemus.cum seqq.xxij,q.j.
c D.c.cum contingat.
d c.debitores.de iureiur.dixi.l.si quis pro eo.ff.de fideiussor.
e L.verū.§.fi.ff.de minor.
f L.cætera.§.sed si quis.ff.de leg.j.l.fi.ff.de dam.infec. c.bona.j.vbi glo.& DD.de postul prela.
g L.j.§.sunt antem.ff.ne quid in flu.pub.DD.in d.c.bona.

leis iuxta ſcholas obſtrepentem, expelli poſſe de vicinia, aut ſaltem compelli, ne arte ſua vtatur.[h] Quamuis enim Reipublicæ expediat, artes etiam fabriles, & mechanicas in ciuitate exerceri: maior tamen ſine controuerſia vtilitas, in ſtudiis liberalibus verſatur.[i]

Ad ſobolem procreandam.[g] Cùm non ignorarent priſci Romanorum Rempublicam facilè euerſam iri, ſi infrequentiores factę ciuitates, à numeroſis hoſtium copiis ſeſe tueri nō poſſent, propagationi prolis ſedulò ſtuduerunt: multa cum primis mulieribus ob fœcunditatem concedentes præmia, velut ius ſucceſſionis ex Tertyliano matri, quæ tres liberos fuerat enixa: aut quatuor, ſi libertina:[k] quamuis hodie ius illud liberorum ſublatum ſit:[l] habeátque commodum Tertyliani perpetuò mater.[m] Doti quoque complures à lege prærogatiuas, ſobolis procreandæ cauſſa datas conſtat,[n] vt ambigendum minimè ſit, quin omnis priuilegiorum dotis ratio illi publicæ vtilitati maximè nitatur, vt repleantur liberis hominibus ciuitates.[o] Quocirca dixit Iuſtinianus, nuptiis nihil humano generi datum, aut præſtantius, aut vtilius:[p] tanquam homines in omne æuum propagare volentibus.[q] Et Adrianus Imperator ſe malle dicebat hominum copia, quàm diuitiis, imperium ſuum ampliari.[r] Antè quos omnes Lycurgus, qui leges Spartis dedit, cupiens repleri liberis ciuitatem, lege lata ſanxit, vt qui tres filios ſuſcepiſſet, præſidii, & ſtationis: qui quatuor omnino haberet munerum vacationem: quāquam hoc inſtitutum non ſatis probare videtur Philoſophus, cùm ſi quamplurimi ſint, neceſſarium exiſtat, multos pauperes futuros.[s] Præter hanc tamen publicam procreandæ ſobolis vtilitatem, alias rationes Iuriſconſulti perpenderunt: nimirum, vt mulier nubere poſſit:[t] & ita non habeat occaſionem ſe proſtituendi.[u] Sexus item fragilitatē,[x] partus labores, & onera, nécnon obſequia, quæ maritis præſtantur.[y] Cúmque conſtet vna ex pluribus rationibus deficiente, diſpoſitionem nihilominus manere:[z] crebrò receptum eſt mulieri ſterili, aut etiam quinquagenariæ (in qua frigere ſolent effœtæ in corpore vires)[a] competere quoque dotis priuilegia:[b] niſi tamen, inquiunt, natura ſterilis eſſet,[c] aut tam arcta, vt non poſſet cōcipere.[d] Nam inhabiles iſtiuſmodi, & impotentes à natura non poſſunt nuptias contrahere, nec habere dotem:[e] vnde nec priuilegia dotis: cùm qualitas non poſſit ſine ſubiecto cōſiſtere.[f] Verùm hanc exceptionem, velut excuſatricem naturæ,[g] ego non probo, veriùs exiſtimans, eo quoque caſu mulieribus competere priuilegia:[h] cùm ſit matrimonium (modo coire poſſint) dos & dotis actio.[i] & eo caſu, quo mulier arctior foret, quàm vt vlla arte poſſet iniri. licèt non conſiſtat matrimoniū, viro conquerente:[k] circa tamen dotis repetitionem ei ſubueniri æquum eſt, nec debent indultæ generaliter mulieribus prærogatiuæ, per hūc particularem caſum reſtringi,[l] qui præſertim tarò, & citra vllam mulieris culpam contingat:[m] quæ cùm ſatis ipſo naturæ vitio affligatur, eius miſeriæ potiùs miſerendum eſt.[n] & debet lex vtilis Reipublicæ ampla iuuari interpretatione.[o] His à contrario, non valde diſſimile eſt, quod dicimus de pupillo, qui iudicii defectu, prohibetur teſtari:[p] & hæreditatem adire, bonorúmque poſſeſſionem, ſine tutoris auctoritate agnoſcere.[q] licèt ſtabilem mētem ſit adeptus, aut nullum ex aditione damnum poſſit ſentire.[r] Caſtratis porrò concederem nullum priuilegium in dote, aut in matrimonii reuerentiam indulgendum,[s] quòd illis imputandum ſit, qui cùm ſcirent execta ſibi virilia, nuptiis nihilominus obtrudere ſe auſi ſunt.[t]

h L. vn. in fi. vbi Accurſ. C. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. xj. DD. hic.
i auth. habita. in pri. C. ne filius pro patre.
k §. j. de S. C. Tertyliano.
l L. j. & ij. C. de iur. liber.
m L. j. & ij. ff. ad Tertylia.
n L. ij. ff. de iur. dot. & hic.
o L. hoc modo. ff. de cond. & demōſt. & hic.
p §. j. §. hæc nos. de reſt. & ea qua par. coll. iiij.
q L. liberorum. in fi. ff. de verb. ſig.
r L. fi. §. ſi plures. ff. de bo. dam.
s Ariſtotel. ij. Politico. c. vij.
t L. ij. ff. de prom. cred. l. ij. ff. de iur. dot.
u §. his cōſequēs. ver. videbam?. de æqual. dot. coll. vij.
x §. j. qui. alie. lic. Inſtit. *y L. aſſiduis. C. qui potior.* *z §. affinitatis. de nup. Inſtit.* *a L. ſi maior. C. de leg. hæred.* *b L. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſth.* *c L. ſed eſt quæſitū. ff. illo tit.* *d L. quæritur. §. mulierem. ff. de ædil. edict. c. fraternitatis. de frig. & mal.* *e L. ſi ſerua. §. fi. ff. de iur. dot. c. ij. de frigid. & malef.* *f L. ij. ff. de vſufr. l. eius. ff. ſi cer. pet.* *g L. maximum. C. de lib. præter.* *h d. l. aſſiduis.* *i D. l. ſi ſerua. §. fi.* *k c. ij. c. ex literis. c. pen. de frig. & mal.* *l L. proſpexit. ff. qui, & à quib.* *m L. nam ad ea. ff. de legib. d. l. maximū.* *n L. diuus. ff. de offi. præſ. c. ex parte. de cler. ægrot.* *o L. hoc modo. ff de cond. & dem.* *p §. præterea. quib. non eſt permiſſ.* *q L. ſeruus. §. j. ff. de bo. poſſ.* *r §. neque. de auctor. tutor. DD. l. ſi frater. C. Qui teſt. fac. po.* *s D. l. ſi ſerua. §. final.* *t L. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog.*

Necessarium.[b] Id est, vtile, inquit Accursius.[w] nam & cùm mulieres sine dote nubere possint,[x] citràque matrimonii vinculum possint liberis repleri ciuitates: nimirum per concubinatus, & alios complexus illicitos,[y] & per spurios administrari Respublicæ, vel ipso Philosopho teste.[z] nulla vis, nullàque necessitas prçcisè nos adigit dotare fœminas, vt vrbes, & oppida populosa reddamus. Neque verò nouum, necessitatis verba, pro subiecta materia sic resolui, vt vel vtilitatem dũtaxat, vel honestatem designent.[a] etiam si illis fuerint præcisæ dictiones adiectę, *omnino*, vel *omnimodo*.[b] Sed certè mihi videtur dictionem *necessarium*, qua hîc Pomponius vsus est: parcius detorquendam & accipiendam. Licet enim sine dote nuptiæ consistant: quæ non dotibus, sed affectu contrahuntur,[c] hominum tamen vsque adeò

Feruet auaritia, miseróque cupidine pectus,

vt indotatam vxorem nemo ducere velit: & si quandoque contingat sine dote mulierem nuptiis copulari, tam rarò id euenire lex animaduertit, vt de iis constituendum ius non putauerit.[d] Neque præterea verisimile est Iurisconsultum hoc loco de iisce filiis intellexisse, quos lex non agnoscit, nec pro filiis habet:[e] sed de iustis, & legitimis:[f] quos videlicet nuptiæ demonstrant.[g] Nam & id tantùm nos habere posse lex interpretatur, quod iure, & salua dignitate habere possumus,[h] nec per spurios concedimus posse Rempublicam administrari, nisi in subsidium: legitimis nimirum non sese offerentibus.[i] cùm autem turpes, inhonestæque personæ censeantur, & suspectæ ob paternam incontinentiam: ab honoribus, tanquam viles, & probrosi repelluntur.[k] Nec me mouerit quòd maximi nominis viri ambiguis, imò verò pudendis orti natalibus perhibeantur, vt Hercules (ad cuius proinde templum spurii deferri solebant) Artaxerses, & Darius Persarum Reges, Theseus Rex Athenarum, Romulus, Remus, Themistocles,[l] Demosthenes Orator, Homerus Poeta, Constantinus magnus Imperator, & ex nostratibus Clodouæus primus Francorum Rex, qui Christum coluit. Denique tres nostræ professionis Iurisconsulti celeberrimi: nempe, Ioannes Andreas, Bartolus, & Iason.[m] Hęc enim rara quædam sunt, & admiranda miracula, quæ nec in consequentiam produci, nec ad actionis humanæ exemplum trahi debent.[n] Sed iam satis, aut etiam plus satis, quod ad expositionem huiusce legis primæ spectat.

IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, XXVIII. NOVEMBRIS M. D. L.

L. SOLVTO MATRIMONIO, II.

VLPIANVS LIB. XXXV. AD SABINVM.

Soluto matrimonio,[a] solui[b] dos mulieri debet.[c] Nec cogitur maritus eam alii ab initio[d] stipulati promittere: nisi hoc ei nihil noceat.[e] Nam si incommodum aliquod maritus suspectum habet,[f] non debere eum cogi alii, quàm vxori[f] promittere dicendum est: hoc, si sui iuris mulier est.

SVMMÆ RERVM.

1 *Dos restituenda soluto matrimonio.*
2 *Captiuitas an repetitioni locum faciat.*
3 *Thori separatio.*
4 *Stipulatio dotem reddi.*
5 *Matrimonium ab initio nullum.*
6 *Dos quo tempore soluenda.*
7 *Osculum an dote mulierem priuet.*
8 *Adulterium quãdo vxorem dote priuet.*
9 *Stuprata vi mulier.*
10 *Lenocinium mariti.*

11 *Hæres*

w L.j.ff.de off. Praef. Praetor.
x L.fi.C. de repud.l.fi.C.de don. ante nup.
y §.palàm. Qui. mo. sui col.vij.
z L. generaliter §. pen. l. spurij.ff.de decurio. Aristotel. vj. Politico.
a L.j. vbi Accurs. ff. de inst. & iur. c.cõsiderimus.xxv. q.j.
b c.j.de desponsf. impub.
c D.l.fi. C. de repud.
d L. iura. cum seqq. ff.de legib.
e L.filium. ff. de iis qui sunt sui.
f L.ij.C.de indic. viduit.
g L. quia semper. ff. de in ius voc.§.j.de pat.pot.
h L. filius. ff. de cond. instit. l. nepos. ff. de verbo.sig.
i D.l.generaliter. §. spurios.
k c.inter dilectos. de excess.praelat.Glo.c.fi. de fil.presbyt.in vj.
l Plutar.in Romulo, Thesco, & Themistocle.
m Ripar.c.inter caeteras.col.j.de rescrip. Alciat.lib. Parerg.x.c.viij.
n L.quod vero contra.ff.de legib.c final.§.fi.iij.q.iij.

11 *Hæres an queratur de viduæ impudicitia.*
12 *Vidua an per stuprum dotem amittat.*
13 *Pactum de lucranda dote.*
14 *Fortuna alterius aduersa quãdo spectetur*
15 *Delegatio quãdo contra voluntatem fiat.*
16 *Dotis restitutio. & promissio cui faciũda.*

1 DIremptis nuptiis, quia cessat caussa cur apud maritũ dos esse debeat
(cùm non amplius sustineat onera matrimonii) [a] dotem restitui mu-
lieri,& naturalis, & ciuilis dictat ratio: [b] quòd cessante caussa fauoris,
ipsum quoque fauorem cessare, [c] & cessante caussa,eiusdem effectum
quiescere oporteat. [d] Nec obstat quòd dotis caussam dicat Iuriscon-
sultus perpetuam:& cùm dãtis voto contrahi,vt semper sit apud maritum. [e] Nam
dictiones illæ,*Perpetuò*, & *Semper*, vt cæteræ omnes, [f] pro subiecta materia restrin-
guntur. [g] Actum autem in proposito intelligitur,vt,soluto matrimonio,dos redda-
tur mulieri. [h] Et quamuis non censeretur actum,suggereret tamen æquitas obliga-
tionem nasci. [i] Nec præterea dici potest quòd cùm maritus, constante matrimo-
nio,nuptiarum onera sustinuerit,cessare debeat ex eo restitutio: quòd caussam se-
mel impletam sufficiat. [k] Et datum ob caussam, sequuta semel caussa non repeta-
tur. [l] Nam respõdeo,non ipsam dotem mariro dari,sed eius fructus & vtilitatem: [m]
quamuis, vt pleniorem vir consequatur administrationem, ipsius quoque dotalis
ei dominirum in eum lex translatum fingat. [n] Vero semper,naturali,& proprio,a-
pud mulierem remanente: [o] quod alibi pluribus aduersus cæteros adnotauimus. [p]
Præterea,quod dicitur satis esse caussam semel impletam, [q] in iis obtinet,quæ mo-
mento,vel modico tempore possunt explicari:non etiam in iis quæ tractum habẽt
successiuum: [r] in quibus implementi duratio necessaria est. [s]

Soluto matrimonio. [a] Quomodocunque id contingat:semper enim repetitio-
ni dotis locus erit. [a] quod videlicet actum censeatur,vt nullo casu dissolutis nu-
2 ptiis,dos maneat apud maritum. [b] Vnde dirempto per captiuitatem, iure isto ma-
trimonio,receprum reddi debere. [c] Cui ego sententiæ non valde repugno. Vbi cõ-
stituens dotem,eãdem sibi reddi solutis nuptiis,stipulatus esset. [d] Cùm enim solu-
tum esse matrimonium verum sit, merum factum spectamus: non quomodo id
acciderit. [e] Quod si ex sola legis dispositione restitutionem oporteret fieri, non o-
mnino idem dicendum.nam siquidem vxor in hostium potestatem peruenisset,
nulla, quoad viuet,dotis erit repetitio: [f] propter spem redintegrandi matrimonii
per postliminium. [g] Nam quis(quæso)repeteret?non sanè ipsa, quæ cùm hostium
serua sit, [h] & pro mortua habeatur, [i] experiri non potest. [k] Non proximiores,velut
hæredes:cùm viuentis hæreditas nulla sit. [l] Non denique pater, si fortè filia fami-
lias esset. Cùm propter spem postliminii, sequuta tantùm morte concedatur ei
hoc casu repetitio. [m] Idémque si maritus ab hostibus captus fuerit:quia postliminii
spes facit, vt nuptiæ prorsus dissolutę non censeantur. [n] Quamuis hoc casu, licèt
ex capite soluti matrimonii,dos non repetatur: [o] quia tamen seruus hostium mari-
tus factus,ad inopiam traductus est (nihil enim habet qui ab aliis possidetur) [p] do-
tis repetitionem concedi mulieri ęquum sit. [q] Nam & cùm maritus exulat(banni-
tum hodie vocant)ab eo,velut facultatibus lapso, [r] dos repeti potest: [s] quo tamen
casu, manere nuptias certum est. Vsque adeò,vt teneatur vxor, maritum exulem
3 iugiter sequi,& comitari. [t] Verùm enimuerò illis quoque casibus, quibus thori tã-

a L.si pater mulieris.in fin.ff.de iur.do.l.pater.ff.de dol.excep. b hac l.cum simil. c L.fin.C.qui ad libertã.per. d L.adigere.§.quamuis.ff.de iur.pat.c.magne.de vot. e L.j.ff.de iur.dot. f L.si vno.ff.locat.l.insulam.ff.de praes.verb. g L.j.ff.pro soc.§.j.de perpet.actio.c.sanctorum.70.dist. h L.cùm quærebatur.ff.de verbo.sig.l.vn.§.accedit.C.de rei vxo.ac. i L.si is,qui.§.fi.ff.commoda. k L.si quis hæredẽ.C.de institutio.l.cùm vxori.C.quand.dies leg.ced. l L.j.ff.de cõd.ca.dat. m L.dotis fructus.ff.de iur.dot.

l.pro oneribus.C.illo tit. n L.doce ancillam.C.de re.vend.l.si prædiũ.C.de iur.dot. o L.in rebus.C.de iur.dot. p Lib.v.Miscell.c.xiiij. q D.l.si quis.d.l.cùm vxori. r L.si quis ita legauerit.ff.de cõd.& demon. s Bal.l.humanitatis.C.de impub.& in l.fi.C.de indic.vidui. a Accur.Castren.& Alex.in rub.huius tit. b L.vn.§.accedit.C.de rei vxo.l.cum quærebatur.ff.de verb.sig. c L.si quis sic stipuletur.hoc tit.Alex.vbi suprà nu.17. d D.l.cum quærebatur.d.l.si quis sic stipuletur. e L.cùm seruus.ff.de verbo.oblig. f L.siquidem.C.sol.mat.l.si ab hostibus.in prin.hoc tit. g L.vxores.ff.de diuort. h §.penul.de iur.person. i L.seruitutem.l.quod attinet.ff.de reg.iur. k D.l.siquidem. l L.j.ff.de hæred.vel act.vend. m D.l.si ab hostibus.in prin. n D.l.vxores. o D.l.si ab hostibus.d.l.siquidem. p L.cùm hæredes.§.j.ff.de acq.poss. q L.si constante.in prin.hoc tit.l.vbi adhuc.C.de iur.dot. r Accurs.§.j.de exhib.re.coll.v. s DD.hic, & in d.l.si constantę t Glo.c.vnaquæque.xiij.q.ij.Alex.l.si cum dotem.§.si maritus.hoc tit.

tùm separationem lex Pontificia permittit, dos perinde restituenda erit, acsi ma-
trimonii vinculum fuisset dissolutum: [v] nisi propter vxoris adulterium thorus es-
set separatus.quo casu dos mariti lucro cedit.[x] An autem stipulatio dotem reddi, 4
soluto matrimonio, committatur, sequuta tantùm thori genialis separatione, ad
rauim vsque disputant Doctores. Mihi breuiter videtur, vt si generaliter conce-
pta sit, in omnem putà casum dotis restituendę committatur.[y] omnes quippe ca-
sus, quibus nuptiis etiam manentibus, dos restituenda esset, hęc stipulatio conti-
net. [z] Quod si simpliciter (vt quęstionis thema propositum est) sunt qui negent
eam committi: [a] cùm tunc verè nuptiæ dissolutæ non sint, [b] & ita non extiterit
conditio, quam tamen præcisè, & ad vnguem impleri oportet.[c] Et quoniam ei qui
super dotis restitutione, in vnum casum sibi cauit, in omissum actio denegatur.[d]
Sed tamen receptior est contraria sententia,[e] cùm thori separatio sit hodie loco di
uortii subrogata.[f] Et ideo facta separatione, sicuti matrimonio dissoluto, dos de-
beat restitui.[g] In quam sententiam ego quoque transeo, cùm satis dicātur direm-
ptæ nuptiæ, quantum ad effectum restitutionis dotis.[h] maximè, cùm cesset caussa
propter quam dos apud maritum esse debet: nimirum onerum matrimonii.[i] Sanè 5
verò, vbi matrimonium ab initio nullum fuit, ad repetitionem actio de dote nulla
datur:[k] cùm nulla sit dos, vbi nomen matrimonii non est.[l] & non entis nulla sit
petitio.[m] Sed quoniam datum ob caussam matrimonii, apud maritum sine caussa
manere, interímque mulierem inopia forte premi, nimis iniquum esset:[n] cōdictio-
ni ob caussam, vel sine caussa agi poterit.[o] fulgebúntque istiusmodi actiones priui-
legiis actionis de dote,[p] veluti loco illius, ex quadam necessitate subrogatæ.[q] Am-
pliùs plerisque visum, hanc agendi viam patere mulieri, quæ scienter illicitas nu-
ptias contraxit.[r] Licèt enim eo casu dos ab ea velut indigna auferri possit, & appli
cari fisco:[s] hanc tamen indignitatem, præter fiscum, obiicere nemo potest.[t] Et cō-
stat regulariter de iure tertii opponi non posse.[u] Mihi tamen contraria sententia
verior semper visa est. Cùm enim ob impossibilem caussam mulier scienter dede-
rit, inhibenda est repetitio.[x] non quidem ex eo, quia deliquerit (hoc enim fiscus
solus opponit:)[y] sed quia purè donasse, merámque liberalitatem exercuisse, intel-
ligitur, quæ ob eam caussam dedit.[z]

Solut.[b] Statim, si res in dotem data sit immobilis: si verò mobilis, olim an- 6
nua bima trima die:[a] hoc est, in tres annos diuisa totius summæ solutione, pensio-
nibus æquis.[b] hodie verò intra annum.[c] Differentiæque ratio ea mihi videtur,
quòd in rebus immobilibus nulla sit iusta caussa dilationem concedendi marito.
Cùm enim omnis species alienationis ei sit interdicta:[d] semper apud maritū repe-
rientur. Quod in rebus mobilibus dici non potest, quarum cum liberam habuerit
maritus, etiam alienando administrationem:[e] cōgruum temporis spatium indul-
gendum ei fuit,[f] quo res distractas, aut obligatas redimere, vel tantundem colli-
gere (si res fortè numero, pondere, mensurá ve constarent)[g] sine magno incommo
do posset: ne legis auctoritate periclitaretur.[h] A cessante igitur ratione, eredide-
rim, si res mobiles apud maritum extarent, eas immobilium exemplo, statim resti-
tuendas. Sic enim in simili quadrimestris dilatio, in exolutione iudicati, ei dene-
gatur, qui facilè, & sine vllo incommodo confestim soluere potest.[i]

Debet.

v c.ij.&iij. de don.int. vir.
x L. consensu.§.virum. C. de repud.c.plerunque. de donat. int. vir.
y Bart. & Castrens. l. si sic stipuletur. hoc tit.
z L. mutus. §.j.ff. de iur. dot. Accur.hic.
a Bart.d.l. si quis sic stipul.
b c.ij. de diuort. c.licitè xxxij. q.vij.
c L.quis heredi. l.Maximus. ff. de cond.& demonst.
d L.si cùm dotē.in pri. hoc tit.
e Ripar.et Alciat. in rubr. huius tituli.
f Cin. Alex. & Ias. l.j. C.vnde vir & vx.
g c.ij.&iij. de don. int. vir.
h D. c. ij. & iij.
i L. actione. §.fin.ff. pro soc. l.si is,qui. §.j. ff.de iur.do.

k L.j.C.de cond.ob.ca. Bar.in rub.hoc tit.iij.opp. l L.iij.ff.de iur.dot. m L.eius.qui.ff.si cert.petat. n L.si extraneus.ff.de cond.ca.da.l.fi.C.de iur.dot. o L.fi.ff.de cond.sine ca.d.l.j. p L.si cùm dotem.§.fi.hoc tit. q L.ij.ff.de priuil.cred. r Bart.d.l.fin.in fi. Ripar.in rub. huius tit.nu.27. s L.quis contra. C.de incest.nup. t Accur.l.his consequēter.§.j.ff.famil.ercisc. u L.loci.§.competit.ff.si ser.vend. x L.dictum.l.si liber.C.de cond.ob cau. y Accur.d.l.his consequenter.§.j. z L.cuius per errorem.ff.de reg.iur.l.Campanus.ff.de oper.liberto. Fulgos.d.l.fi. a L.vn.§.exactio.C.de re.vxo.actio. b L.iij.ff.de ann.lega.l.si ita.iij.§.sed si ita.ff.de manu.testa. c L.cùm in fundo.§.si fundus.ff.de iur.dot.d.§.exactio. d L.lex Iulia.ff.de fund.dot.d.l.vn.§.& cum lex. e L.si diuortio.§.si fundum.hoc tit.authen.sine à me.C.ad Velleia. f L.quod dicimus.ff.de solutio. g L.res in dotem.ff.de iur.dot. h L.j. C.de ijs qui ven.æta.imp. i L.debitoribus. vbi DD.ff.de re iud. DD.in l.ij.&iij. C.de vsur.rei iud.

Debet.[a] Nisi culpâ mulieris solutum esset matrimonium, veluti ob eius adulterium: quo casu mulier dotem[k], atque adeò (vt plerique volunt) parapherna perdit:[l] hoc est, ea bona quæ præter dotem ad domum mariti detulit.[m] Iulius tamen Capitolinus refert cum M. Antonio Philosopho, de Faustina Anto. Pii filia, & M. vxore, prostratę pudicitiæ fœmina diceretur, vt eam repudiaret, si non occideret, respondisse Imperatorem, *Si vxorem dimittimus, reddamus & dotem.* Dotis verbo, imperium intelligens, quod ille à socero, volente Adriano, adoptatus acceperat.[n] Amplius, sunt qui putent propter osculum libidinosum idem dicendum:[o] cùm & cliens, quem vassalum vocant, ex ea caussa feudi beneficium amittat.[p] Et quoniam impudica istiusmodi suauia sunt ex prœmiis adulterii;[q] quæ (sicut Cicero docet) scelus ipsum arguunt.[r] Nec minori pœna coercentur, qua ipsum adulterium. Vbi etiam de vita tractatur:[s] multò magis igitur vbi de bonis.[t] Alii verò hanc sententiam, vt nimis duram reiiciunt:[u] non tam Nouellâ Iustiniani adducti,[x] quàm quia non fit in pœnis extensio:[y] & ideo non infligatur pœna, nisi casibus lege expressis.[z] Deinde, quia ex suspicionibus nemo damnari debet,[a] etiam in hoc crimine adulterii:[b] & vbi ex probationibus præsumptis quis damnatur, non solet affligi vera pœna delicti.[c] At ego qui iamdiu didici castitatem & pudicitiam in fœminis rem teneram esse: vtpote quæ quasi pulcherrimus flos, ad leuem auram citò marcescat, flatúque vel tenuissimo corrumpatur: non tantùm, scilicet, vbi veneris turpitudinem mulier attrectat, sed quùm primùm animus incontinentiæ consentit:[d] præcipuè si alicuius actus lasciuia corruptum animum manifestet.[e] Superiorem sententiam magis probauerim: non vulgaribus Doctorũ rationibus adductus, quæ nihil sanè, vel permodicum vrgent. Sed cùm primis considero de simplici osculo hîc non tractari, sed de impudico, luxurioso, & pleno libidinis: quod, videlicet, vel contrectationem aliquam lasciuam habet admistam, vel coniunctam loci, temporis, aut aliam circunstantiam, quæ facilè mouere potest suspitionem expletæ libidinis, aut propensi in eam rem animi mulieris.[f] Sic enim Baldus loquitur, à quo tota hæc controuersia profecta est.[g] Et cùm osculum libidinosum exprimitur, omnia ad libidinem habilia supponuntur.[h] Rursus considerandum adulterium rectà non posse probari, ac proinde necessariò recurri ad coniecturas:[i] ex quibus, si graues sint, plena eiusce delicti probatio elicitur.[k] Sufficientes autem coniecturæ colliguntur vbicunque mulier libidine flagrans ad actum aliquem impudicum progressa est:[l] quia in loco suspecto, vel pudenda sibi contrectari, vel se in terram prosterni passa est, vel mutuis amplexibus, & exhibitis presso ore suauiis, amasiũ excipiebat.[m] Quin & olim rectè repudiatam à Cæsare Pompeiam legimus, quòd resciuisset Clodium habitu psaltriæ in ædes suas noctu intromissum.[n] Deinde considero criminibus grauissimis adulterium adnumerari:[o] in quibus constat malam voluntatem, quæ ad actum aliquem deducta est, perinde puniri, ac delictum consummatum.[p] Quod & in adulterio Bartolus adnotauit.[q] Denique prætereundum non est mulierem à lege priuari dote, non tantum ob adulterium, sed etiam per actus procaces & lasciuos, quibus incontinentiam animi manifestat.[r] veluti si extraneorum virorum appetat conuiuia, si ludis, aut spectaculis publicis, contra mariti voluntatem, interfuit:[s] qui tamen actus non tam propè accedunt ad ipsam veneris turpitudinem, quàm osculum libidinosum, vt P. Mæuii exemplum comprobat, qui libertum enecari iussit, ob illatum filiæ iam nu-

k L. Lucius. hoc tit. l L. consensu. §. virũ. C. de repud. c. plerunq. vbi glo. de dona. inter vir. m L. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. n Iul. Capitol. in M. Philos. o Bald. c. tua. de procur. p c. j. §. j. Qui. mo. feu. amitt. q L. quod ait lex. vbi Accur. ff. de adult. r Cicero in Topic. s D. l. quod ait lex. t L. nec in ea. §. fin. ff. de adult. u Iason & Alciatus hîc. Dec. in Rub. C. de edend. x §. quia verò plurimas vt lic. mat. & ama. coll. vij. y L. at si quis. §. diuus. ff. de religios. l. factum. §. fi. ff. de reg. iur. z §. optimum. de nõ elig. y. nub. coll. j. Glo. c. fi. de iur. patro. a L. absentem. ff. de pœn. b Panor. c. tertio loco de proba. c Glo. c. fi. de purg. cano. d c. qui viderit. xxxij. q. v. Matth. 15. e c. nec aliqua. xxvij. q. j. f Bald. l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. g Bald. d. c. tua. de procur. h L. qui testa. ff. de testa. i c. preterea. de testib. c. literis. c. tertio loco de præsump. Bar. l. ij. §. fi. ff. de adult. k L. si his qui. C. de adult. c. dixit. vbi glo. xxxij. q. j. l L. fugitiuus. in fi. ff. de verbo. sig. m D. c. literis. d. c. tertio loco. d. c. preterea. Bart. l. capite quinto. ff. de adult. Alex. cons. 75. vol. 5. n Sueton. & Plutar. in Cæsar. o c. quid in omnibus. xxxij. q. vij. Accur. l. auxiliũ. ff. de minor. p L. si quis non dicam. vbi Doctor. C. de episc. & cler. q Bar. l. j. ff. de extraord. crim. r L. consensu. C. de repud. s D. l. consensu. §. vir quoq.

tur.[k] Vnde nec actionem, eius iniuriæ nomine hæres suscitare poterit.[l] Sed condonabitur vxori, cuius crimen maritus viuens dissimulauit.[m] hæredique denegāda est morum coercitio.[n] Nec in simili facultas reuocandi donationem, ob ingratitudinem hæredibus conceditur,[o] nec potest pariter hęres patris ad exhæredationis pœnam filio ingratitudinem opponere: cùm eum ingratum fuisse creca se testator non dixit.[p] Denique nec hæres, si dominus de vassalli felonia questus non est, super amissione feudi, cōtra vassallum contendere.[q] Sed tamen hic modus sic accipi debet, nisi maritus sciens, accusare vxorem non potuisset: quia à parētibus, aut vxoris amicis prohibitus,[r] aut repentina morte præuētus.[s] Sic enim in domino, qui feloniam vasalli iis de causis non potuit increpare, nostrates responderūt.[t]

Ad hunc præterea modum singulariter interpretantes, quod Vlpianus scripsit, iniuriarum actionem hæredi non competere.[u] Idémque dicendum, si maritus ignorasset:[x] Nam & eo ipso legatum reuocatum intelligitur, quod illata est iniuria testatori: quam si sciuisset verisimiliter, legatum ademisset.[y] nec ignorans, ius suum censetur remittere.[z] Sed tamen huic declarationi, Doctores crebrò repugnant:[a] quia hoc remedium non ad pecuniam, sed ad vindictam concedatur: & ita non nisi facta contestatione, transeat ad hæredes.[b] vt & in actione iniuriarum dicimus:[c] cùm ante contestationem non sit in bonis nostris.[d] Cæterùm mihi superior magis placet sententia, qui non arbitror, actionem ad dotis lucrum ob impudicitiam vxoris, vindictam propriè continere: cùm eam habeat maritus, vxore mortua, in præiudicium hæredum.[e] constet autem actiones ad vindictam competentes, neque actiuè, neque passiuè in hæredes dari:[f] cùm non nisi contestata lite, sicuti dictum est, in bonis nostris esse intelligantur.[g]

V. Quintò declara hunc primum, & principalē casum procedere, nisi qui dotem pro muliere cōstituisset, dotem sibi reddi nuptiis dissolutis. fuisset stipulatus. cui agenti non obstaret exceptio adulterii.[h]

12 Sed an vidua, propter stuprum dotem perdat? solet in quæstionem venire. Quod quidam putant,[i] atque ita nonnulli ex facto consulti responderunt.[k] cùm in priore matrimonio vidua adhuc esse censeatur,[l] & non tantùm viduitatem stupri procacitate maculet,[m] sed etiam iniuriam irroget defuncto,[n] qui non minùs offenditur stupro viduę, quàm si se viuēte facinus adulterii patratum fuisset.[o] iniurię autem illatę defuncto persequutionem hæredibus dari certum est.[p] Alii verò fortiter dissentiunt:[q] cùm iura de priuationis dote loquentia, adulterium exprimant. & ita delictum commissum viuente marito.[r] Vnde non debēt (cùm sint pœnalia) ad alium casum extendi.[s] Mihique probabilior multò videtur hæc sententia: cùm Iustinianus mulieris intra annum luctus, ex stupro parientis, hanc pœnam esse dicat,[t] vt antenuptiali donatione priuetur. Eam enim mulierem, per virùm lucrari, quem sic velociter dehonestauit, perabsurdum esset. Quòd si post tempora luctus stuprari se permittat, ne illa quidem pœna afficitur.[u]

II. Alter casus principalis, quo dos, soluto matrimonio, mulieri non restituitur,
13 est, si aliter sit conuentum, putà dotem, mortua muliere, lucro mariti cedere.[x] Vi cuius pactionis, maritus per mortem vxoris, dotem lucratur, superstitibus etiam

k §.fin. de iniur. in Instit.
l L. j. §. penul. ff. de priua. delic. l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio.
m L. j. §. fi. ff. ad Sillania.
n D. l. rei indicata. §. j.
o L. j. l. fi. C. de reuoc. donatio.
p L. omnimodo. C. de inoff. testa.
q Accur. in d. l. fi. in d. l. omnimodo: & in c. j. §. præterea. & in §. porrò. quæ fuit prima caus. in feud.
r L. fi. in fi. C. de adult.
s L. in confirmando. l. vtilitatem. ff. de confirmato.
t Cin. l. j. C. de reuoc. donatio. Bal. d. c. j.
u L. j. §. penul. ff. de priu. delic.
x D. l. in confirmando. d. l. vtilitatem. Ludo. Roma. in d. l. rei. Sali. in d. l. fin. y L. j. ff. de ijs qui. vt indig. Accur. in l. fideicommissum. C. de fideicom. z L. mater. ff. de inoffi. testa. a Bal. Imol. Castrens. Alex. & cæteri communiter. b L. cùm emancipati. §. emancipatus. ff. de coll. bono. l. pro hærede. §. fin. ff. de acq. hæred. c L. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. j. §. fi. ff. de priua. delic. d L. iniuriarum actio. ff. de iniur. e L. fin. C. de adult. f D. §. qui iniuriarum. g D. l. iniuriarum actio. h L. si dotem. vbi Accurs. & reliqui. C. de iur. dot. i Castrens. in l. sororem. C. de ijs, qui. vt indig. & in l. fideicommissum. C. de lega. Feli. c. pastoralis. col. iij. de indic. k Castrens. cons. cxlvij. vol. ij. l L. fœmina. ff. de senator. l. filij. §. j. ff. ad municipal. m L. si mulier. C. de adulter. n §. soluto. de nup. coll. iiij. o Bart. d. l. si mulier. p D. l. j. §. & si forte. §. quoties. ff. de iniuriis. q c. ij. de feud. sine culp. non amit. Alexand. d. l. sororem. Ias. d. l. fideicommissum. r L. consensu. C. de repud. c. plerumque. de donatione inter vir. s L. final. C. de interd. mat. t §. final. de rest. & ea quæ par. coll. v. u L. j. cum auth. seq. C. de secund. nup. x §. si verò constante. de sanctiss. epis. coll. ix.

ex ea liberis: y quamuis id lucrum, hodie post patris mortem, filiis communibus reseruetur, solúmque pater lucretur vsumfructum. z Et eo casu, quo necasset vxorem, nihil: a cùm ex delicto suo nemo debeat præmium referre. b Sed nec pactum de lucro dotis, soluto matrimonio, viuente muliere, effectum habebit. c Cùm autem pactum huiusmodi de lucranda dote, donationem contineat, d aliud longè plerisque visum est: nimirũ retractari natiuitate filiorum. e Quæ sentẽtia vera non est: f tum quod de liberis verisimiliter cogitatum censeatur ab iis qui matrimonii caussa contrahunt: g quo casu legi Cæsaris h locus non est. i Et ita Gallorum moribus receptum, nisi tertius quidam, hoc est, alius à cõiugibus donaret: k tum etiam quod pactum de lucro dotis non possit absoluta, puráque donatio dici: sed ob caussam, nimirum ob onera matrimonii, l vt in simili de statuto lucrum dotis deferente, Doctores censent. m Donationes autem ob caussam, quæ donationes propriè non sunt, sed permutationes, & retributiones: n superuenientiâ liberorum non reuocari receptius est. o

Ab initio. e Idest, in ipso constituendæ dotis tempore. f Neque putandum, hoc prorsus subiectæ materiæ repugnare, quæ de tempore soluti matrimonii agit. Nam & ad id tempus refertur promissio, quæ fit ab initio. promittit quippe maritus restituere dotem in casum matrimonii dissoluti.

Suspectum habet. d Quia creditor ille, cui mulier dotis delegat restitutionẽ, rixosus sit, contumeliosus, & acerbus exactor, q aut factiosus & potens, r à cuiusmodi hominum genere plerumque tenuiores opprimuntur: s vel quia fortè solidum exacturus esset: cùm mulier non nisi quatenus facultates mariti patiuntur, exactionem habeat. t Nec obstat quod tum casum, aduersámque fortunam mariti considerare videatur. u Nam & hoc prudentis est hominis: cùm præsens status, 14
futuram præsagit calamitatem. x Veluti si maritus verisimiliter dubitaret ne non soluendo efficeretur: quia fictiles fortè diuitias possidebat, vasa putà, aut alias res fragiles, quę facilè comminuuntur, aut prædia ruinosa, vel aquarũ corrosioni subiecta, y quæ omnia instans periculum demonstrant. z alioqui neque ciuile esset, neque naturale, casus hominum aduersos considerare, aut spectare. a

Nihil noceat. e Sed obstat, quia contrahere nemo cogitur. b nec debitor mu- 15
tare creditorem: c sicuti nec ecõtra, creditor alium debitorem suscipere. d Dici solet hoc specialius doti tributum, vt cogatur maritus alteri promittere: si nihil ei noceat. Quod vix est, vt admittam: cùm hac in re magis videatur mulieris odium versari, si non sibi dos ex conuentione debeat restitui. e Alii in consequentiam dotis iam receptæ, ad id maritum teneri volunt. f Sed si dotem numerauerit mulier, receptio hæc dotis non potest producere obligationem, nisi respectu mulieris, à qua dos est profecta. Nec enim personæ in contractibus subaudiuntur. g nec actuum voluntariorũ vlla fit extensio, nisi quatenus necessariò inferũr, h vt meritò neutra mihi placeat dissolutio. Minúsque Doctoribus assentior, censentibus, speciale quoque hic esse dotis fauore, vt contra debitoris volũtatem debiti delegatio fiat: i cùm, vt probaui, magis hoc sit doti mulieris damnosum, quàm fauorabile. Quocirca res hæc tota aliter explicanda est, vt nimirum dicamus, maritum nunquam cogi, nisi magna aliqua, & iusta caussa subsit: veluti mulieris euidens vtilitas, quàm

nullum

y L.j. vbi Accurs. C. si dos const. mat. §. dotes. de nup. coll.iiij. z Authen. v.xore. C. de secũd. nup. a L. si ab hostibus §. si. hoc tit. b L. sine hæred. tetia. ff. de neg. gest. c L.ij. ff. de pact. dot. l. j. ff. de dot. preleg. d L. donari. ff. de donatio. l. donari. ff. de reg. iur. e L. si vnquam. C. de reuoc. don. f L. vn. C. si dos const. matr. g §. j. de æqual. dot. coll. vij. h D. l. si vnquam. i Barto. l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. ij. k Nicol. Boer. decis. clxx. l L.j. § lucratiuas. C. de impo. luc. descrip. lib. x. m Bald. authẽ. præterea. C. vnd. vir & vxor. n L.j. l. Aquilius. ff. de donatio. o L.j. C. de pac. Bal. Ang. & aly. d. l. si vnquam p L. cum dos. in prin. ff. de pac. dotal. q L. si seruos. ff. de pignor. actio. l. si conuenerit. in fi. ff. pro soc. l. si bene. ff. de vsur. r L.j. in fin. & l. iij. ff. de aliena. iud. Iason hic. s L. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præs. l. j. C. ne lic. potentior. t L. si prior. hoc tit. l. Nesennius. ff. de re iud. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. u L. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. x L. habitatores. §. si. ff. locat. l. qui bona. §. cùm inter. ff. de damno infec. y L. verùm. §. si locuplem. ff. de minor. z L. iij. cum seqq. ff. de dona. cau. mor. a L. si in emptione. §. liberum. ff. de contrah. emp. d. §. sacram. b L. nec emere. C. de iur. delib. c L. ij. l. nec creditoris. C. de nouatio. d L. si mandato meo. in fin. prin. ff. mand. e L. ij. ff. de pac. dotal. §. j. quib. alie. lic. f L. si quis seruum. ff. de actio. empt. Accurs. & aly hic. g L. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. h L. j. §. si quis. hoc interdicto. ff. de itiner. i Ac. & aly hic.

nullum ipsius viri damnum comitatur. tūc autem maritum perpetuò cogendū.[k] Sic enim & alii quicunque contrahere coguntur,[l] & creditor, debitórque, caussam obligationis mutare.[m] Quæ sententia fuit aliquantisper Petri, & Romani hîc.

16 *Alii, quàm vxori.*[f] Non tenetur maritus alii, quàm vxori, in casum soluti matrimonii, dotem promittere: si suspicetur id sibi incommodo fore. Nec habet hæc traditio dubitationem, vbi sub promissione dotis vxorem duxerat. Alioqui, cùm liberum vnicuique sit traditionibus rerum suarum, quam vult legem adiicere:[n] poterit in dotis constitutione, quam volet legem dicere.[o] Quod præsertim recipiendum videtur, vbi extraneus pro muliere dotem daret.[p] Sed & si non sub vxoris, sed extranei promissione, maritus vxorem duxisset, non cogeretur maritus in dotis numeratione, eam alteri, quàm vxori promittere:[q] cùm iam quæsitum fuerit ius mulieri.[r] Cui simpliciter promittendo censetur extraneus dotem donasse.[s] Et traditio quam nunc extraneus facit, sit necessaria, propter promissionem præcedentem. Vnde nec ei pactum sine consensu mariti possit adiici.[t] Nam perfecta semel conuentio, alterutra parte inuita, conditiones non capit.[u] Quinimò credimm hoc casu, etiam de cōsensu mulieris, maritum non cogi alteri promittere dotem:[x] cùm nequeat mulier suam in dote conditionem deteriorem facere.[y] licèt alioqui initio cōstituendæ dotis, possit qui dotem dat, legem quam vult adiicere.[z] Et ita ego quoque sentio, cùm non tantùm à numerationis, sed etiam à promissionis dotis tempore extraneus promittendo, ius quærat mulieri: & non sibi statim pacto, aut stipulatione cauerit:[a] alii licèt contrà.[b] IOANNES CORASIVS TOLOSAS FERRARIAE, VI. DECEMB. M. D. L.

k vt hîc l.
l L. ij. §. pen. ff. de re ligios.
m L. vsuras. et auth. hoc nisi. C. de soluti.
n L. in traditionibus. ff. de pact.
o L. cùm dos. in prin. ff. de pac. dotal.
p L. vn. §. accedit. C. de rei vxo. actio.
q Bar. hîc post hūc tex.
r L. ex morte. in fi. ff. de pac. con.
s D. l. vn. §. accedit.
t L. si intra. ff. de pac. Acc. d. l. in traditionibus Bar. l. quoties hoc tit.
u L. perfecta. C. de donatio. quæ sub mod.
x Alexād. hîc.
y L. de diuis. l. Attilicinus. ff. de pac. dotal.
z D. l. cùm dos in prī.
a D. l. ex morte. in fin. d. l. vn. §. accedit.
b Alciat. hîc.

L. SI CONSTANTE, XXV.

VLPIANVS LIB. XXXV. AD SABINVM.

Si constante matrimonio,[a] propter inopiam[b] mariti, mulier agere volet, vnde exactionem dotis, initium accipere ponemus?[c] Et constat ex inde dotis actionem competere,[c] ex quo euidentissimè apparuerit,[d] mariti[e] facultates ad dotis exactionem non sufficere.[f]

SVMMÆ RERVM.

1 *Paupertatis infœlicitas.*
2 *Paupertatis fauor.*
3 *Dotis exactio constante matrimonio.*
4 *Dotis sequestratio.*
5 *Pauper quis dicatur.*
6 *Mulier quando sibi in dote officiat.*
7 *Patri actio dotis quandoque denegatur.*
8 *Actiones ad dotis repetitionem.*
9 *Hypothecaria actio.*
10 *Euidenter quid patere dicatur.*
11 *Mariti, & soceri an par caussa.*
12 *Doti quando præiudicet mulier.*

1 NOn minimum est infelicitatis genus paupertas, quam Asinius Marcellus præcipuum malorum dicebat:[a] vtpote per quam homines ad summam miseriam, & acerbam calamitatem, plerumque traducantur. vnde Catullus,

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

Sed tamen nihil per se ipsa turpitudinis habet, vnde vituperanda non est: cùm & plerosque præsignes virtute viros, adeò inopes fuisse constet, vt nec quidem haberent mortui, vnde funeris erogaretur impensa. Vt de Valerio Publicola, Menenio Agrippa, Aristide, & Epaminonda Thebano legimus. Et ex nostratibus Iurisconsultis non ignotum tanta Massurium Sabinum paupertate pressum fuisse, vt cùm non haberet, quo vitam tueretur, eum à suis auditoribus ali, sustentaríque oportuerit.[b] Non est igitur culpanda fortuna, si alioqui virtus hominem commen-

a Cornel. Tacit. lib. xiij. Annalium.
b L. ij. §. &, vt obiter. vbi dixi. ff. de orig. iur.

dar. vnde qui clara familia prognatus est, ob inopiam vilis non habetur.[c] nec tutor
propter paupertatem, vt suspectus remouetur: cuius alioqui fides, & diligentia ex-
plorata est.[d] Quinimò singulari fauore contra cõmunis iuris regulas lex frequen- 2
ter pauperibus alio destitutis auxilio, humaniter succurrit. Nam collectam, tribu-
túmque non modò remittit,[e] sed etiam indictam in pœnam mulctam.[f] Ab his
sportulas iudex, & mercedem instrumenti tabellio prohibetur exigere.[g] Et nego-
tiorum multitudine iudex pressus, caussam pauperis potiùs audire, definiréque iu
betur.[h] Quandoque tamen lex econtrà, minus pauperi, quàm diuiti concedit.
Nam nec ad accusandum facilè pauper admittitur:[i] minuitq; fidẽ testis inopia.[k]
nec ei, qui vix de suo victum sustinere potest, Vlpianus honestum putat, mandari
magistratus:[l] veretur his nanque casibus lex, ne lucri caussa, & quo tanta miseria
leuetur, inops quid admittat.[m] Sed præsertim vbi ob alterius inopiam alteri dam-
num impendet. paupertas, quem facilè suspectum reddit.[n] Vnde & illud inter cæ-
tera singulariter traditum, licèt dos, constãte matrimonio, apud maritum debeat
perpetuò remanere.[o] nec possit mulier, quandiu nuptiæ manent, ad dotis repeti-
tionem experiri:[p] si tamen euidenter appareat maritum ad egestatẽ traduci, exa-
ctio constantibus etiam nuptiis, mulieri datur.[q] ne dotes pereant, quas mulieri-
bus conseruari Reipublicæ interesse plurimùm diximus, vt & nubere fœminæ
possint.[r] & nubendo repleant liberis ciuitatem.[s] Nec obstat quod dos in bonis
mariti sit, constante matrimonio:[t] ac proinde detur illi ad vendicationem actio:
& conseruationem exceptio.[u] Nam hoc verum, quoad caussa (propter quam dos
marito tradita est, nimirum supportatio onerum matrimonii) commodè impleri
potest.[x] Ibi quippe dotem esse oportet, vbi onera nuptiarum sunt.[y] Vbi verò ma-
ritus incepit non posse victum sustinere, velut caussa cessante, res ab ipso reuoca-
tur.[z] Nam & in actibus sumus, qui successiuum (vt dicitur) tractum habent, in qui-
bus caussam non sufficit semel impletam: sed perseuerantia est necessaria.[a] Vnde
nec illud obest quod nequeat maritus, constante matrimonio, dotem restituere.
& si reddiderit imprudens, eam cum fructibus repetere possit.[b] Nam id obtinet,
nisi caussa subsit legitima.[c] Caussa autem iustior esse non potest, quàm conseruan-
dę dotis.[d] vnde & vbi dotis conditio melior fit, non ignotum, dotem restitui pos-
se, & restituentem liberari.[e] Hinc quoque patet non aduersari quod dicitur, con-
stante matrimonio, maritum dominum esse rei dotalis.[f] ac proinde ab eo inuito,
rem in alium haudquaquam transferri posse.[g] Nam præterquam quod verius est,
proprium, naturaléque dominium apud vxorem semper remanere:[h] fictúmque
duntaxat, & imaginarium marito quæri ob concessam ei à lege plenam, liberám-
que dotis administrationem.[i] hoc casu cùm maritus cœpit labi facultatibus, dici-
tur dos auelli facto eius intercedente, nempe inopia. sicuti, cùm vsu capionibus,
dominia rerum dicimus in alium transferri.[k] non quidem sine facto domini, sed
eo maximè intercedente nimirum negligentia.[l] Nam & appellatione facti non
factum continetur.[m] Maius itaque negotium facit, quia si res in dotem data euin-
ceretur, posset agi contra mulierem de euictione.[n] Ergo agens repellitur ex regu-
la, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*[o] Sed certè tota hæc
regula

c L. humilem. C. de incest. nup. d §. fin. de suspec. tuto. Inst. e Accur. l. omnes. j. C. de anno. & trib. lib. x. f L. illicitas. §. fin. ff. de offi. præsidis. g L. tã dementis. in fi. C. de epis. aud. e. charitatem xj. q. ij. h c. imprimis. in priñ. vbi glo. ij. q. j. i L. nonnulli. ff. de accusa. k L. iij. in princ. ff. de testib. l L. rescripto. in prin. ff. de muner. & honorib. m §. sancimus. de testibus. coll. vij. d. l. iij. in prin. n L. ij. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. o L. ij. ff. de iur. do. l. sed si alia. ff. de bo. dãnato. p L. dotis. C. de collatio. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscript. xxx. q L. seruum. ff. de manumissio. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & hîc. r L. ij. ff. de iur. dot. s L. ij. hoc titul. t L. Lucius. §. idem respondit. ff. ad municipal. u L. doce. C. de rei vend. l. rem in bonis. ff. de acq. rer. do. x L. si filia. §. j. l. si maritus. ff. famil. ercis. l. actione. §. fi. ff. pro soc. y L. si is qui. §. j. ff. de iur. dot. z L. j. & tot. tit. ff. de cond. ca. dat. a L. si quis ita legauerit. ff. de cond. & demo. DD. l. si quis heredem. C. de institutio. b L. vn. C. si dos const. mat. §. dotes. de nup. coll. iiij. c L. mutus. ff. de iur. dot. d. l. vn. in prin. d L. in rebus. §. omnis. C. de iur. dot. e L. si. ff. de iur. dot. f L. doce. C. de re. vend. §. j. quib. alien. lic. Instit. g L. id quod nostrum. ff. de reg. iur. h L. in rebus. C. de iur. dot. i D. l. doce. Dixi lib. v. Miscella. c. xiiij. k L. j. ff. de vsucapio. l. traditionibus. C. de pac. l §. j. de vsucapio. m L. vbi autem. §. qui id quod. ff. de verbo. oblig. §. si vxor. de nup. n L. j. C. de iur. dot. o L. vendicantem. ff. de euictio. l. iij. C. de reb. alien.

regula innixa est consensui ab agente præstito, aduersus quem nimis improbum
esset eum venire:[p] & factum proprium impugnare. [q] Quæ ratio si cessat, illi regu-
læ, *Quem de euictione*, locus non est. [r] Mulier autem dotem constituendo, non sim-
pliciter consensit, vt omnino, & irreuocabiliter (vt vocant) res apud maritũ esset:
sed limitatè, si nuptiarum onera sustineret. [s] quam causam deficere constat, vbi
eum apparet facultatibus ita defectum, vt exactioni dotis non sufficiant.[t]
3 *Constante matrimonio.*[a] Quoniam in constitutione dotis inter coniuges, in-
telligitur, ne, nisi soluto matrimonio, dos reddatur:[u] videri poterat, quãuis preme
retur inopia maritus, manẽtibus nuptiis, restitutioni dotis locũ non esse. [x] præser-
tim cùm, viro dotem dissipante, sequestri remedio abundè sit vxori consultum, [y]
vel etiam satisdationis beneficio acceptis nimirum fideiussoribus, de dote, direm-
pto matrimonio, restituenda. [z] Nam cùm maritus sub conditione soluti matrimo
nũ debeat:[a] vt eum ante conditionis euentum exigere non conuenit:[b] ita si per
inopiam suspectus fiat, iniquum videtur, eum satisdatione obstringi. [c] Nã dotium
fideiussores, qui nuptiis manentibus dare nequeunt,[d] in casu inopiæ maritalis, iu-
re dotibus accedunt:[e] cùm presso egestate marito, perinde sit, atque si iam matri-
monium dissolutum esset.[f] quo tempore dubium non est, quin dotium fideiusso-
res dari possint. [g] Sed tamen his nonobstantibus magna æquitate responsum est,
constante etiam matrimonio, dotis exactionem mulieri dari, si constet euidenter,
maritum factum non soluendo:[h] hoc est, ad tantam deductum inopiam, vt dotis
restitutioni bona eius non sufficiant. [i] Quin & Instiniani legibus vberiùs multò
mulieri cautum esse putatur: vt videlicet, non expectata extrema hac paupertate,
dotem vxor repetere possit, quum primùm maritus ad inopiam deducitur, [k] atq;
adeò per Nouellam legem mox cùm vir incipit rebus suis male vti:[l] qua in re vix
est, vt Doctoribus assentiat. Neque enim verisimile est legem velle mulierem tam
duram, & contumeliosam se præbere, vt dotem exigat, simul atque maritus inci-
pit male vti substantia sua.[m] Neque veterum legum mutatio temere est inducen-
da:[n] hoc præsertim casu, quo constitutiones omnes rectè perpensę conueniunt.[o]
Vt hic sit sensus, Constante matrimonio, dotis exactionem mulieri competere, v-
bi facultatibus suis tam profusè maritus incœpit vti, vt iam appareat eum tradu-
ctum inopiæ: hoc est, eius bona ære alieno subducto, restitutioni dotis non suffice-
re.[p] Quæ sententia cũ primis manifesta fit ex Nouella lege,[q] quæ se refert ad Iusti-
nianeam constitutionem.[r] Eam autem circa tempus exactionis dotis, nihil indu-
cere noui, vel ex eo fit euidens: quod eius temporis obiter tantum, & propter aliud
mentionem faciat.[s] nimirum, vt doceat, quæ remedia pro dotis exactione hoc ca
4 su dentur. Quod verò spectat ad sequestrationem dotis, ei tunc locum Doctores
esse cẽsent, cùm res ipsas in dotem datas maritus alienat, aut alio modo dissipat.[t]
Vbi verò rebus suis malè vtitur, dotẽ exigi posse. [u] Sed displicuit mihi semper hæc
distinctio. nam præter quàm quòd pontificia lex, eo etiam casu dotis sequestratio-
nem concedit, quo maritus profundit res proprias.[x] Si hac distinctione vtendum
esset, faciliùs deberet dotis exactio mulieri permitti, vbi res ipsæ dotales, quàm vbi
res mariti dissiparẽtur,[y] cùm & magis faueatur ei, qui de suo, quàm qui de sibi de-
bito certat. [z] Putauerim igitur generalẽ sequestrationis prohibitionem, etiam in
I. dote locum habere,[a] præterquam duobus casibus. Primus, si maritus tẽpore quo
dos ei adnumeranda erat, facultatibus iam defectus esset. [b] Neque enim lex dota-

p D.l.vlti. dicantem. q L.post mortem. ff. de adoptio. r L.fi.C.de euictio. s L.actione. §.fi. ff. pro soc. l.si is, qui.§.j. ff. de iur. dot. t L.vbi ad huc. C. de iur. dot. & hic. u L.vn.§. accedit. C. de rei vxo. actio. l.cum quæreba-tur. ff. de verbo.sig. x L.j.§.si cõueniat. ff. de pos. y L.si cùm dotem. §.si verò dotẽ. hoc tit. z L. in omnibus. ff. de iud. a L.ij. hoc titul. b L.cedere diem. ff. de verbo.sig. c L.in possessionem. ff. Quib. ex cau.in pos. l.si credito-res. ff. de priuil.cred. d L.j.&ij. C. ne fid. dot.det. e c.per vestras.de donat.int.vir. f L.vbi ad huc. l.in rebus. §.omnis. C.de iur. dot. g §.quoties. huius l. h L.seruum dotalem. ff. de manumissio. i Vt hac l. k D.l.vbi adhuc. l §.illud. de aequal. dot. coll. vij. authen. quod locum. C. de collatio. m L.si bene. ff. de vsur. l.si extraneus. ff. de iur. dot. n L.præcipimus. §.final. C. de appella. o c.cum expediat. de elec. in vj. l.vn. C. de inoff. dot. p D. l.seruum. d. l.vbi adhuc. d. §.illud. & hac l. qui textus omnes sic assui & agglutinari debent. q D. §.illud. r D.l.vbi adhuc. s c.si Papa. de priuil. in vj. t L.si cùm dotem. §.si verò dotem. hoc tit. u D.l.vbi adhuc. hac l. cum similib. x c.per vestras. de dona. int. vir. y L.etiam. §.j. hoc titul. l.in rebus. C. de iur. dot. z L.videamus. §.si actionem. ff. de vsur. a L.vnica. C. de pro. seq. pecun. b D. c. per vestras.

na, vt verendum sit, ne dotem acceptam consumat:[s] ipsa tamen negligēte dotem repetere, pater experiatur:[t] tum quod ad eum spectet, nō filiam modò dotare, sed etiam dotem diligentissimè ei conseruare.[u] tum quod amissa dote, pater filiam rursum dotare sit obstrictus.[x] Quo tamen casu, fructus dotis ad sustentationem tam coniugum, quàm communium liberorum, reseruabuntur, alienatione, patri penitus interdicta.[y] Et hæc vera, nisi pater tam malè moratus existat, vt de dotis consumptione verisimiliter dubitetur. quo casu ad repetitionem actio denegatur ei.[z] quamuis ad querelam patris iudex officium suum ita interponere debeat, vt eidem, filiæque sit consultum.[a] Veluti sequestrando dotem.[b] Maior dubitatio est in extraneo, qui dotem cōstituens, pactus est eam simpliciter sibi reddi, vel (quod idem est) in casum soluti matrimonii,[c] an habeat huius legis beneficium marito ad inopiam deducto? Quod Accursius, Bartolus, cæterique negāt: cùm in eum casum sibi prouidendo, nullum ius in omisso censeatur sibi reseruasse.[d] Sed potiùs tacitè pepigisse, vt esset mulieri actio.[e] túmque fingitur mulier (inquiunt) dotem sibi reddi stipulata.[f] licèt satisdationis auxilio, extraneo succurrendum censeant:[g] qui coget suspectum maritum, datis fideiussoribus, cauere de dote suo tempore restituenda.[h] Mihi verò semper visum, si dotis exactioni locus esse potest, eam non mulieri, sed extraneo concedendam: cùm & in hunc casum sibi prospexisse verisimile sit.[i] nec ei quicquam possit imputari, si nominatim inopiæ casum non expressit, qui tristem hanc fortunam, nec quidem debuit cogitare.[k] Sic enim mulieri dicimus dotis exactionem non denegari, ob inopiam mariti.[l] licèt, soluto matrimonio, simpliciter sit stipulata dotem sibi reddi.[m] Vnde nec dici potest extraneum in omisso casu ad mulieris commodum renuntiasse:[n] cùm id nemo donasse videri possit, de quo non cogitauit.[o] Sed potiùs ex verisimili mente disponentis, ad prætermissum casum fiet extensio.[p] Nec item hoc casu dari debet dotis repetitio mulieri, cui tantùm lex, nuptiis manentibus, dotis exactionem concedit: quam, soluto matrimonio, esset habitura.[q] Adde (si placet) quòd nimis foret iniquum ex eadem causa, maritum inopem onere duplici prægrauari.[r] nimirùm vt & dotem mulieri reddere, & extraneo satisdare de ea restituenda teneatur.[s] Putauerim igitur in hac specie dotem extraneo reddendam, vt tamen apud eum sit cum caussa onerū matrimonii,[t] aut (si caussa aliqua suspicionis subsit) dotem sequestrandā.[u] Sic enim omnibus cautum erit, nec irrogabitur extraneo iniuria, cuius hæc semper fuit voluntas, vt quoad duraret matrimonium, dos nuptiarum oneribus deseruiret.[x] Et quoniam si dotem apud se haberet, fructum omnem dotalium rerum in caussam matrimonii conuertere teneretur:[y] tum quia sic semel placuit,[z] tum etiam quia soleat dos cum suo onere redire,[a] vt & alia quæcūque res trāsire cum sua caussa, conditionémque suam seruare per quascunque manus ambulet, vbi præsertim fauor aliquis subest.[b]

8 *Dotis exactionem competere.*[c] Non solùm directa rei vendicatione, si res dotales extent:[c] aut vtili ad res ex pecunia dotis comparatas,[d] vel datas in dotem æstimatas:[e] sed etiam actione in personam, si res non extēt, quæ arbitrio mariti distrahi potuerunt.[f] vt constantes pondere, numero, vel mensura,[g] aut serui dotales,

9 quos maritus liberè manumittit.[h] Quinimò contra possessores bonorum mariti,

s L. si cùm dotē. §. eo autem tempore. hoc tit. d. §. sed & filia.
t §. illud. de æqual. dot. coll. vij. Accur. hic.
u Authen. sed quãuis. C. de rei vxo. actio.
x Accurs. l. y. §. j. hoc titul.
y L. vbi adhuc. C. de iur. dot. d. authen. sed quamuis.
z L. si cùm dotem. §. eo autem tempore. hoc tit. d. §. sed & filia.
a D. §. eo autē tēpore
b c. per vestras. de dona. int. vir.
c L. stipulatio de doto. ff. de iur. dot.
d L. si cùm dotem. in prin. hoc tit.
e L. vn. §. accedit. C. de re. vxo. actio.
f D. § accedit.
g L. in omnibus. ff. de iudic.

h L. si creditores. ff. de priuil. cred. l. vniuersa. C. de precib. imp. offer. i L. si extraneus. ff. de cond. cau. da. k L. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. l L. vbi adhuc. C. de iur. dot. & hic. m D. l. vnica. §. accedit. l. y. cum ibi not. hoc tit. n L. mater. ff. de inoff. testament. l. final §. item quæsitum. ff. de cond. ind. o L. nec ignorans. C. de dona. p L. tale. §. final. ff. de pac. q D. l. Vbi adhuc. r L. nauis. §. final. ff. ad l. Rhod. de iact. s L. bona fides. ff. de reg. iur. t D. l. vbi adhuc. u L. si cùm dotem. §. si verò dotem. ff. solut. mat. c. per vestras. de dona. int. vir. x L. si pater mulieris. ff. de iur. dot. y D. l. vbi adhuc. z L. sicut. C. de actio. & oblig. a authen. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. b L. si debitor. C. de distract. pignor. l. j. C. si mancip. ita ven. c L. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iur. dot. d L. vxor marito. in fin. ff. de donatio. int. vir. e L. quoties. C. de iur. dot. d. l. vxor. f L. seruū dotalem. ff. de manumissio. & hic. g L. res in dotem. ff. de iur. dot. h L. j. C. de ser. pig. dat.

mulier hypothecaria poterit experiri.[i] Etiam iure isto, si mariti facultates, nomine dotis expressim obligatæ fuissent. [k] Et hodie, tamersi nō esset cautum nominatim de pignore: ob tacitam hypothecam, quam noua sua prouisione Iustinianus induxit.[l] Nec dubium, quin eo tempore hypothecaria competat, quo personalis defertur. [m] Nec ignoto quosdam hoc inopiæ casu contendere, solam hypothecariam mulieri concedi, non etiam personalem. [n] Cùm enim humanitatis intuitu, dicat Iustinianus, hypothecariam mulieri concessam,[o] non obscurè innuit, non aliud ei remedium indultum: sed satis legem habuisse, necessitati mulieris, vel in hoc consulere.[p] Nec nouum (inquiunt) sine personali, pignoris caussam subsistere,[q] præsertim vbi dies præstandæ pecuniæ venit. quo casu ex iusta caussa pignorum persequutio datur.[r] Sed nec aliis placet ad res dotales rei vendicationem competere,[s] quæ dominium præsupponit in agente.[t] dominium autem non nisi soluto matrimonio in mulierem, vt aiunt, re trāsfertur.[u] Cæterùm neutra opinio (vt mihi quidem videtur) defendi iure potest. Cùm enim dos ob inopiam mariti, constantibus nuptiis, debeatur:[x] non dubium imprimis actionem in personam, quæ ad id quod nobis debetur, prodita est:[y] in specie nostræ legis nasci. alioqui inanis esset hypothecaria, quæ non potest contra possessores intendi, nisi excusso principali.[z] Præterea nostra constitutio à marito dotis exactionē concedit, quod ad actionem hypothecariam referre probè non possimus. cùm non constet de pignore nominatim conuentum, & tacitam hypothecam iure isto, necdum mulier haberet.[a] vbi verò res in dotem data extat, periniquum esset dotis denegari repetitionē mulieri, tum quod in eius dominio, verè, naturaliterque res semper mansit,[b] vt & alibi pluribus ostēdi:[c] tum quia easdem actiones mulier habet in casum inopię maritalis, quas habitura esset, matrimonio dissoluto.[d] Itaque verius est mulierem tres illas actiones habere: non quidem, vt simul omnibus vtatur, sed vt oblata ei liberiore agendi facultate, pleniùs sit ei consultum.[e] Sanè verò cùm hypothecariæ decem annis extraneus pignorum possessor præscribat:[f] si possessa fuissent tanto tēpore mariti bona à die, quo eum ad inopiam traductum apparuisset. Sunt qui putent non posse mulierem, dissolutis etiam nuptiis, experiri aduersus possessores.[g] cùm ab illo tempore mulieri ius fuerit agendi contra maritum, & detentores.[h] Quod vt nō negauerim, in hypothecaria,[i] ita in aliis actionibus, quæ ad integram dotis restitutionem, non nisi, soluto matrimonio, dantur, non admiserim. cùm interim mulieri ad eum effectum, nimirùm omnimodæ restitutionis, agere non valenti, nō potuerit currere præscriptio.[k] nec possit vsucapio, quæ veluti odiosa, suis terminis strictim clauditur:[l] ad certam rem directa, aliam complecti.[m] Et sublato vno iure per renuntiationem, vel expressam,[n] vel etiam tacitam,[o] (cùm eadem sit taciti, quæ expressi ratio)[p] non censeatur alterum ius sublatum. Quod in perpulchra facti specie Castrensis respondit.[q] de filio, paternarum rerum alienationi consentiente, vt non ideo iuri hypothecę, respectu bonorum non alienatorū censeatur renuntiasse.[r]

Euidentissimè apparuit.[d] Euidenter, vel etiam euidentissimè apparere dicitur, 10
quod probabilibus, & legitimis coniecturis liquet.[s] Vnde quemadmodum eum locupletem dici constat, qui communi hominum opinione, satis, & idoneè habet pro ratione rei de qua agitur.[t] Sufficiens enim est hæc coniectura.[u] Ita euidentissimè

i D. l. vbi adhuc. d. l. in rebus. *k L. res hipotheca. de pignor.* *l L. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. §. fuerat. de actio. Instit.* *m L. soluitur. §. j. ff. quib. mod. pig. sol. l. cū soluenda. ff. de distract. pig.* *n D. l. vbi adhuc. Iacob. Aren. & Lācelot. Dec. hic.* *o D. l. in rebus. in fi.* *p L. tutori. C. de neg. gest.* *q L. ij. C. de luitio. pig. l. impe ratores. ff. de publica.* *r L. quesitum. ff. de pignor.* *s Accur. l. doce. C. de re vend. Bald. & Angel. hic.* *t L. in rem. ff. de re. vend.* *u L. in rebus. C. de iur. dot.* *x D. l. seruū dotalem.* *y §. omniū. de actio.* *z §. sed neq. de fideiussor. coll. j.* *a L. vn. §. & cùm plenius. C. de rei vxo. actio. §. fuerat. de actio.* *b L. in rebus. C. de iur. dot.* *c Lib. v. Miscell. c. xiiij.* *d L. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iur. dot.* *e L. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. ij.* *f L. j. & ij. C. si aduer. cred.* *g Cuma. cons. 92. viso subscripto casu.* *h D. l. in rebus. §. fin.* *i Accur. d. §. fi.* *k L. j §. fin. C. de annal. excep.* *l L. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itiner. actuq.* *m c. cùm in tua. vbi Doctores de deci.* *n L. iubemus. C. ad Velleia.* *o L. si domus. ff. de ser. vrb. c. postremo. de appella.* *p L. cùm quid. ff. si cert. peta.* *q Paulus Castrens. cons. cxvij. Breuiter in casu.* *r D. l. iubemus.* *s L. quidam testamento. ff. de vulg. l. licet imperator. ff. de leg. j.* *t L. si verò. §. j. ff. qui satisd. cog. l. quos nos. §. j. ff. de verbo. sig.* *u L. iij. §. eiusdem. ff. de testib.*

ſimè maritus egens,& inops cenſebitur,cuius bona ad dotis exactionem,& æris alieni diſſolutionem non ſufficere conſtans fama confirmat.[x] Cùm enim fama (ſicuti dici ſolet)probationem faciat ſemiplenam,[y] & in negotio,quo de agimus,res iudicata præiudicium graue non inferat, quando fructus ad nuptiarum ſolatium, ſemper reſeruentur,[z] debet hæc probatio ſufficere.[a] Nam nec plenè iudex, ſed ſummatim tunc de cauſſa cognoſcit:[b] ideóque nec exactæ illæ probationes exiguntur.[c]

11 *Mariti.*[c] Aut ſoceri. Quod enim in marito hîc ſtatuitur, in ſocero quoque, qui poſt receptam dotem ad egeſtatem traductus eſt, recipimus:[d] cùm eadem ſit in ſocero,quæ in marito ratio:[e] & eadem æquitatis cauſſa vtrobique militet.[f] Atque hinc aduerſantium rationes refelluntur. Licèt enim ius ſingulare, quale eſt huius legis beneficium, ad conſequentiam produci non debeat.[g] Vbi tamen par eſt,eadémque ratio extenditur,[h] ad caſum qui licèt verbis omiſſus ſit, ob rationis tamen paritatem tacitè cautus lege intelligitur.[i] Eſt enim ipſa ratio, quæ (ſicuti ſæpe dixi)coarctat, extendit,ac per omnia moderatur diſpoſitionem.[k] Præterea, publicum fauorem hæc lex continet,nimirùm dotis mulieribus conſeruãdę.[l] Lex autem vtilis Reipublicæ, licèt contra iuris communis regulas edita,adiuuanda eſt interpretatione.[m] Denique in marito conſtituta, in ſoceri quoque perſona ſeruari conſtat:[n] vbi ſcilicet ſocer in dote fungitur vice mariti,[o] vt quia dotem pro marito retinet,[p] qui caſus noſter eſt. Nam ſi perſonam viri ſocer in dote non repræſentaret,ſed magis vt extranea perſona conſideraretur, nulla dictat æquitas in viro conſtituta,in ſocero locum habere.[q] veluti cùm ad ſocerum, aut eius hæredes, ex bonis ſerui dotalis per maritum vxore volente manumiſſi,quicquam fortè fortuna peruenit.[r] Sic enim reſponſum Vlpiani accipiendum eſt,[s] vt non à ſocero ſeruum manumiſſum ponamus,ſicuti vulgò creditur (tũc enim quicquid ob eam rem quocunque modo conſequutus eſſet,teneretur reſtituere[t]) ſed ab ipſo marito.Nam id thema principio legis propoſitum[u] Iuriſconſultus perſequitur.[x] Verum enimuerò vbi ſocer & maritus ſe dotis nomine ſimul obligaſſent, & alter fieret inops,cùm non inſolidum, ſed in viriles partes duntaxat teneantur,[y] contra eum,qui depauperatus eſt, rectè ageretur:[z] aduerſus aliũ non itẽ, cui alterius calamitas obeſſe nõ debet.[a] Quòd ſi in ſolidũ,vel expreſſè,vel tacitè ſe obſtrinxiſſent, quoniam eorum vna eſt eadémque obligatio,[b] contra eum quoque qui ſoluendo permanſit,agi poſſe vulgò traditum eſt:cùm eo caſu alterius inopia, & infelicitas, alterum oneret,[c] præſertim ſi ſocii ſint.[d] Nec hodie dubitationem pleriſque habere videtur hæc ſententia: cùm ſimul atque maritus cœpit male rebus ſuis vti, Nouella lege mulier dotem poſſit exigere.[e]

Ego verò Petrum noſtrum ſequutus,veriùs exiſtimo neutrum hoc caſu impeti poſſe,quòd ſalua ſit ſemper dos mulieri, propter eum qui locuples eſt: cuius vires alterius inopiæ aggregatæ,vtrumque faciunt cenſeri ſoluẽdo.[f] Et ita verum eſt correum ex alterius paupertate in effectu teneri,[g] licèt non ſtatim conueniri debeat,vt correus inops factus eſt:[h] cùm nihil de mulieris iure decedat.Neq; conſiderandum quòd qui ſoluendo exiſtit, ad paupertatem poſſit deduci.[i] Futuram enim hominis calamitatem ſpectare fas non eſt,[k] quin potiùs præſumẽdum eum ſemper locupletem futurũ[l] cùm qualitas, quæ nunc ineſt, perpetuò durare præſumatur.[m] Qui caſus indubitatus eſt,vt mihi quidem videtur: cùm ſocero ad ino-

x D.§.eiuſdem.
y Accurſ. & aly.d.§.eiuſdem.
z L. vbi adhuc.C.de iur.dot.
a Accurſ. §.illud de aequal. dot. coll.vij.
b L.iij.§.ſciẽdum.ff.ad exhib.
c L.iij.§.cauſa.ff.de Carb.edic.
d L.diuerſio.§.interdum.l.rei.§.fi.hoc tit.
e L.illud.ff.ad l.Aquil.l.j.C.de interd.mat.
f L.fin.C.ad l.Fal.
g L.quod verò cõtra.ff.de legib.
h L.non ſolum.§.qui primipilũ.ff.de excuſ.tuto.c.cum dilecta.de confir.vtil.
i L.his ſolis.C.de reuoc.dona.
k L.militis agrum.ff.de re milit.
l L.j.hoc titul.
m L.ſi quis in graui.§.vtrũ.ff.ad Sillan.l.hoc modo.ff.de cond.& dem.

n D.l.rei.§.fi.d.§.interdum. o L.libertum.§.j.ff.de rit.nup. p D.l.rei.§.fi.d.§.interdum. q L.ſi verò.§.de viro.hoc tit. r D.§.de viro. s D.§.de viro. t L.qui proprio.§.procurator.ff.de procur.l.ex mandato.ff.manda. u D.l.ſi verò.in prin. x D.§.de viro. y L.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re.l.vit.C.ſi plur.vna ſent. z L.eum,qui.§.Papinianus.ff.de furt. a L.& ſeruorum.§.pen.ff.de ſta.hom.l.ſi vnus.§.ante oĩa.ff.de pact. b L.ij.§.fi.ff.de duo.re. c L.fi.& auth.hoc ita.C.de duo.re. d L.ſi duo.ff.ſi quis cautio. e §.illud.de aequal.dot.coll.vij. f L.ſi plures.§.praeterea.ij.ff.de fideiuſſor. g D.auth.hoc ita. h L.ij.quo quiſq; ord.conue.lib.x. i L.j.§.ſi magiſtratus.ff.de magiſt.conue. k L.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.oblig. l L.ſi defunctus.C.arbit.tutel. m L.non omnes.§.a barbaris.ff.de re milit.l.ex perſona.C.de proba.

piam traducto, maritus soluendo adhuc existit. Nam Vlpianus,[n] Iustinianúsque,[o] inopiam exigunt mariti. & nihil est quòd timere tum debeat vxor, vel dotis, vel alimentorum nomine: cùm vtrumque sit ei abundè saluũ in bonis viri locupletis.[p] Verùm idem quoque dicendum, si marito facto inope, socer facultatibus idoneus permanserit: cùm & is alimẽta, cæteráque liberorum onera præstare cogatur,[q] necdum acceptam dotem, suo tempore restituere. Nec aduersatur huic sententiæ Nouella Iustiniani constitutio,[r] quæ cùm dicit ad dotis repetitionem agi posse, statim cùm maritus incipit patrimonio suo male vti, secundum terminos huius nostræ legis, accipi debet, vt cùm male vti rebus suis dicatur, cùm non soluendo sit,[s] sicuti suo loco probatum est. Prætereà loquitur Iustinianus,[t] vbi maritus duntaxat obligatus est: non etiam vbi socer in solidum cum marito: quo casu, quum altero facultatibus exundante mulieris indemnitati cautum sit, prouisio hæc extraordinaria cessare debet.[u] Non item obstat quòd facto vno ex reis inope non vtatur alter beneficio diuisionis.[x] Nam hoc ideo, quia beneficium illud iure quodam singulari, contra quæsitam à creditore sibi prouisionem indultum est.[y] Quòd si altero ad inopiam deducto, locum haberet, creditor partis debiti iacturam sine caussa pateretur.[z] Quæ ratio cessat in specie nostra, quum altero soluendo existente, sit plenè mulieri consultum. Adde (si placet) quòd facilè tolluntur, quæ singulariter contra iuris rationem sunt constituta.[a] Iure verò communi constat paupertatem vnius ex reis debendi, alteri non nocere.[b] Et hæc quod ad maritum & socerum attinet. Aduersus autem extraneum, qui dotem recepit pro eadémq; se obligauit,[c] si inops fiat, huius constitutionis remedio mulierem vti posse interpretes existimant: quum eadem sit ratio.[d] At ego ampliùs deliberandum reor, quum lex nostra ius singulare contineat:[e] & de mariti tantùm inopia loquatur, indemnitatique mulieris, tam dotis, quàm alimentorum nomine, vel cautionis,[f] vel sequestrationis[g] auxilio, consuli possit.

Non sufficere. Tametsi id, præter vllam mariti culpam, contigerit: quia in- 12
cendio, ruina, aut alio inopinato casu, perierint viri facultates:[h] quũ dotis exactio, non in pœnam fiat, sed vt mulieri, liberis, atque adeò ipsi marito consulatur.[i] Vnde nec obstat, quòd oporteat coniuges fortuitorum casuum participes esse.[k] Nam hoc verum, nisi quatenus hæc fortunæ communicatio doti præiudicaret:[l] aut aliter ad alterius coniugis iacturam, sine alterius commodo referri posset.[m] Ampliùs traditum, si possit culpa mulieri imputari: quia scienter nupsit pauperi, frui nihilominùs eam huius legis beneficio.[n] quum nec quidem expressa conuentione possit deteriorem suam in dote conditionẽ facere,[o] & Reipub. intersit dotes mulieribus conseruari.[p] Lex autem publicè vtilis iuuãda est plenissima interpretatione.[q] Plerique tamen fortiter contradicunt, censentes hoc casu constitutionis nostræ auxilium cessare:[r] tanquam facilitati suæ mulier imputare debeat.[s] Sicuti & cùm hæretico scienter nupsit.[t] Neque enim est iusta eius suspicionis allegatio, quam quis vel ab ipso initio præuidit:[u] & in simili mulier, quæ virum errabundum, & per orbem terrarum sine caussa diuagantem, sequi non tenetur:[x] si tamen iam à nuptiarum tempore talem eum nouerat, necessum habet quôcunque sequi.[y] Sic enim non potest maritus ab vxore diuertere, cuius incontinentiam ante nuptias probè nouerat.[z]

Nec

n Hac l. o L. vbi adhuc. C. de iur. dot. p L. si cùm dotem. §. si maritus. hoc titul. l. quod in vxorẽ. C. de neg. gest. q L. si filia. §. j. ff. fam. ercisc. l. si quis à liberis. §. non tantũ. ff. de lib. agnos. r §. illud. de equal. dot. coll. vij. s L. seruũ dotalem. ff. de manumissio. & hic. t D. §. illud. u L. iij. ver. quod si secus. ff. de no. oper. x D. auth. hoc ita. y §. j. de duo. re. coll. v. z L. nã is. ff. de dolo. a L. eius militis. §. j. ff. de milit. testam. §. quia verò verisimile. de nõ alien. coll. ij. b L. mora. §. fin. ff. de vsur. c L. in dotibus. C. de dot. caut. non numer. d L. illud. ff. ad l. Aquil. l. j. C. de interd. mat. e L. quod verò contra. ff. de legib. f L. in omnibus. ff. de iud. l. si creditores. ff. de priuil. cred. g c. per vestras. de donatio. int. vir. & vxo. h Bald. l. vbi adhuc iiij. oppo. C. de iur. dot. i D. l. vbi adhuc. k L. si cùm dotem. §. si maritus. hoc tit. l L. in rebus. §. omnis. C. de iur. dot. m l. rei vxoris. C. de don. int. vir. n c. per vestras. illo tit. o L. de die. l. Atilicinus. ff. de pac. dotal. p L. j. hoc titul. q L. hoc modo. ff. de cond. & demo. r L. fin. §. bis illud. C. de sponsal. s L. si is à quo. in fi. ff. vt in poss. leg. t c. decreuit. de heret. in vj. u L. qui bona. §. de illo. ff. de no. oper. l. si creditores. ff. de priuil. cred. x L. quod nisi. §. final. ff. de op. liberto. Glo. c. j. de coniug. lepros. y c. vnaquaeque. vbi glo. xiij. q. ij. z c. quemadmodum. de iureiur.

Nec obſtat Pontificia lex,[a] in qua non apparet mulierem ab initio ſcientiam paupertatis mariti habuiſſe: vnde magis præſumitur ignoraſſe.[b] Non item obeſſe videtur,quòd nulla pactione dotis conditio deterior fieri poſſit.[c] Nam tacito huiuſmodi pacto non dicitur dotis conditio deterior fieri, ſed priſtinæ ſuæ formæ, & naturæ reddi:[d] quæ eſt,vt,conſtante matrimonio,dos ſit penes maritum: nec niſi ſoluto matrimonio,vxori reſtituatur.[e] Verùm nec hæc ſententia temerè recipienda venit: quæ ſi ſimpliciter vera eſſet, fragilitate ſuæ naturæ mulier facilè in ſummam egeſtatem traduceretur contra Iuſtiniani rationem.[f] Quapropter(vt omnia componantur)crediderim denegari dotis repetitionē mulieri.[g] Neque eam audiendam,quæ tam inconſtanter,quod dedit,nulla noua cauſſa emergente recipere deſiderat.[h] Cæterùm,quia muliebris ſexus imbecillitas neq; ſibi, neq; doti perniciem adferre debet,[i] ad cautionis, vel ſequeſtrationis remedium confugiet mulier.[k] Neutri enim renuntiaſſe cenſeri debet.[l] & hæc mihi videtur in hoc articulo veritas,quam nonnulli ex interpretibus,& ſi non planè attigerunt,aliquatenus tamen ſunt ſubodorati.[m]

Tractantur hîc & alia permulta à Bartolo, & recentioribus, quæ velut ad expoſitionem noſtræ legis minimè neceſſaria, conſultò prætereūda duxi, ad illorum lucubrationes curioſum lectorem relegans. IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, XII. KALENDAS IANVARIAS M. D. L.

a D. c.per veſtras.
b L.verius ff. de probatio.
c D. l. de dic.d.l.Atilicinus.
d L. ſi vnus. §.pactus. verſi. quod ſi in ſpecie.ff. de pac.
e L.vn.C. ſi dos conſt. mat.
f L.vn. §. cū autē. C. de rei vxo. actio. §. j. quib. alie. lic.Inſtit.
g D. l.ſi is a quo. §.fi. ff.vt in poſ. leg.
h L.Pomponius.j.ff. de neg.geſt. c. quod ſemel.de reg. iur.in vj.
i D.§.cùm autē.d.§.j.
k D.c.per veſtras.
l L.Sabinus.verſ.j. ff.cō.diuid.
m Anto. Butr. in d. c. per veſtras.Benedict. Plūb. in l. ſeruū dotalem.ff. de manumiſſio. Iaſon hîc.

L. QVOD DICITVR, I.FF. DE IMPENS.

VLPIANVS LIB. XXXV. AD SABINVM.

Quod dicitur,[a] neceſſarias impenſas[b] dotem minuere,[c] ſic erit accipiendum(vt & Pomponius ait) non vt ipſæ res[d] corporaliter deminuantur:[e] vt puta fundus,vel quodcunque aliud corpus. (Etenim abſurdum eſt deminutionem dotis fieri propter pecuniam.)[f] Cæterùm,[g] hæc res faciet,[h] deſinere[i] fundum eſſe dotalem:vel partem eius. manebit igitur maritus,[k] in rerum detentionem,donec ei ſatisfiat. Non enim ipſo iure[l] corporum, ſed dotis[m] fit deminutio. Ibi ergo admittimus deminutionem dotis ipſo iure fieri,vbi non ſunt corpora:[n] ſed pecunia.[o] Nam in pecunia ratio admittit,deminutionem fieri.[p] Proinde ſi æſtimata corpora in dotem data ſint,[q] ipſo iure dos deminuetur per impenſas neceſſarias.[r] Hoc de iis impenſis dictum eſt,quæ in dotem ipſam factæ ſint. Cæterùm ſi extrinſecus,[s] non minuent dotem. Sed ſi impenſis neceſſariis mulier ſatisfecerit,vtrum dos creſcet,[t] an verò dicimus,ex integrò videri datam?[v] Et ego, vbi pecunia[x] data eſt,non dubito dotem videri creuiſſe.[y]

SVMMÆ RERVM.

1 *Impenſæ quæ dotem minuant.*
2 *Impenſæ neceſſ. vtiles, voluptariæ.*
3 *Dotis deminutio an ipſo iure?*
4 *Cæterùm dictio.*
5 *Neceſſariæ impenſæ an dotem minuant?*
6 *Retentionis ius.*
7 *Ipſo iure.*

Dicitur.[a] Vulgò ſanè dicunt,paſſimque iuris auctores, dotem ipſo iure minui neceſſariis impenſis.[a]

1 *Neceſſarias impenſas.*[b] Sanè dixit neceſſarias, quia vtiles impenſæ in res dotales erogatę,dotem non minuunt: nec eas aliter exigit mari-

a L. dote. ff. de ritu nup. l. ſi is. §.quod dicitur. ff. de iur.dot.l.j. §. ſed quod diximus.ff. de dot.prælegl.l.vn.§.ſed nec ob impēſas.C.de re.vx.actio.l.j.§.j.hac l.l.quod dicitur.y.hoc tit.§.itē ſi de dote.de actio. Inſtit.

tus, quàm si voluntate mulieris factæ essent,& aliunde soluendo sit mulier.[b] Vnde quod Iustinianus ait,[c] marito, qui nonnihil vtiliter in fundum dotalem vxore ignotante impendit, nego. gestorum actionem dari. sic(mea sententia)accipi debet, vbi mulier habet aliunde, quo tependat hunc vtilẽ sumptum. Nam ob impensas, iniquum esset eam dote carere.[d] Voluptariæ verò impensæ, mulieris etiam volũtate factæ(quamuis alioqui soleat hic consensus, actionem impẽdenti tribuere)[e] nullam habent exactionem:[f] sed tantum tenetur mulier pati maritum auferre, quod posuit ornamentum, si commodè separari potest.[g]

Porrò ne quid ignoremus, impensæ necessariæ dicuntur, quæ necessitatem 2
habent impendendi, ne res pereat, vel fiat deterior:[h] vt ædificium ruens reficere, in demortuarum arborum locum alias subrogare, in valetudinem seruorum impendere,& his similia:[i] quæ modò non ad præsentis tantùm anni commodum, sed ad perpetuam agri vtilitatem respiciuut.[k] Sed & quæ non possunt secundum regionis consuetudinem, nisi cum dedecore omitti, necessariis impendiis adnumerantur.[l] Quòd si nulla sit necessitas, alio iure(inquit Vlpianus)habẽtur:[m] quia vel vtiles sunt, vel voluptariæ. Vtiles dicuntur, quæ rem meliorem faciant, nec deteriorem esse sinant,[n] vt stercorare agrum, nouelletum facere, hoc est, vineam, ex vitibus nouellis conserere, seruos artibus instruere, & id genus alia.[o] Voluptariæ verò sunt, quæ non etiam rei fructum augent, sed speciem tantùm exornant,[p] vt sunt picturæ, viridaria, incrustationes: hoc est, parietum, pauimentorúmque integumenta ex crustis.[q]

Dotem minuere.[c] Ipso iure. Sic enim omnia propè iura loquuntur, quæ dotis deminutionem per impensas necessarias fieri dicunt.[r]

Ipsæ res.[d] Dotales: hoc est, rerum corpora in dotem data.

Deminuantur.[e] Tantundem, videlicet, de corpore rerum dotaliũ detrahendo, quantùm necessariò impensum est.

Propter pecuniam.[f] Quum non fiat confusio, seu contributio partis rei cum pecunia,[s] nec compensatio quantitatis, ad speciem admittatur.[t] absurdum sanè esset dicere, propter pecuniam, licèt necessariò in res dotales impensam fieri ipso iure fundi dotalis deminutionem.

Cæterùm.[g] Vulgò creditum, Vlpianum hîc prosequi deductionẽ argumenti 3
per absurdum, vt sit sensus, si admitteremus deminutionem corporum rei dotalis ipso iure fieri propter pecuniam necessariò erogatam, hæc deminutio,& confusio rei cum pecunia, faceret desinere fundum dotalem esse: vel in totum, si tanti esset impensa, quanti totus fundus: vel in partem, si minoris. Hoc autẽ absurdum est, quum(vt diximus)nulla fiat confusio partis rei cum pecunia:[u] nec cum specie quantitatis compensatio.[x] Et ideo Iulius Paulus scribat, *Quod dicitur necessarias impensas ipso iure dotem minuere: non eo pertinet, vt si fortè fundus in dote sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse.*[y] Et secundum hanc interpretationem, dictio *Cæterùm*, non propriè 4
accipitur pro *Sed*, quinimò idem significat quod *alioqui*, coniunctio, vt & in illo Ciceronis loco ad Q. fratrẽ, *Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquam quod sine te, cæterùm me commodè oblectabam.* Verùm hæc interpretatio, familiari Vlpiani sermoni parum conuenire, imò verò violenter nimis detorta videtur. Quocirca literam, vt iacet, intelligere in dictione *Cæterùm*, pro *Sed*, simpliciter vsurpata, vt hic sit sensus, Licèt necessariæ impensę dotalium rerum corpora non minuant, sed tantum vniuersam rerum æstimationem: faciunt tamen, vt fundus desinat dotalis esse: si, videlicet, sicuti Paulus ex Scæuola interpretatur, tantundem, aut plus impensum sit, quàm fundus esset.[z]

Faciet.[h]

b L. vtiliũ. hoc tit.
c L. vn. §. sed nec ob impẽsas. C. de re. vxo. actio.
d L. impẽsæ. in resp. ff. de verb. sig. d. l. vtiliũ.
e L. iij. §. sed si mutua. ff. de in rem verso.
f L. in voluptariis, hoc tit.
g L. pro voluptariis, hoc tit.
h D. l. impensa.
i L. j. §. fi. & l. seq. hoc titul.
k L. iij. hoc titul.
l L. pecuniæ. in fin. vbi Bar. ff. de aliment. leg.
m L. j. hoc titul.
n D. l. impẽsæ. & hac l. in fine.
o L. veluti. & d. l. impensæ. hoc titul.
p L. voluptaria. hoc titul.
q D. l. impensæ. in fi.
r L. dote. ff. de ritu nup. l. si is. §. quod dicitur. ff. de iur. dot. l. j. §. sed quod diximus. ff. de dot. præleg. §. item si de dote. de actionib. Instit.
s L. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb.
t L. si conuenerit. ad princ. ff. de pignor. actio. l. final. C. de compensatio.
u D. §. si centum.
x D. l. si conuenerit. d. l. finali.
y L. si is. §. quod dicitur. in prin. ff. de iur. dot.
z D. §. quod dicitur.

Faciet.[b] " · Holoander, *Faciat*, legit.

5 *Desinere fundum esse dotalem.*[i] Si, videlicet, tantùm in fundum dotalem impensum sit, quanti fundus erat, vt apud Paulum interpretatur Scæuola:[a] quamuis si mulier intra annum marito impensas obtulisset, fundus in dotis caussam reuertatur.[b] At hîc ab Vlpiano Scæuolę sententiam corrigi passim receptum est: quum non debeat mulieris conditio deterior esse, imò potiùs melior cæteris.[c] & in aliis constet neminem cogi carere re sua pro quantitate sumptuũ, licèt necessariorũ.[d] Neque porrò desunt, qui Scæuolæ sententiam amplectantur, ex eiúsque responso Vlpiani verba accipienda censeant:[e] vt si tantùm à marito, videlicet, necessariò erogetur, quanti totus dotalis fundus est, cessare eum dotalem esse. quæ sententia (vt vitetur legum correctio,[f] & ne vlla in iure asseratur antinomia)[g] tutior videtur. Neque sanè verisimile est Scæuolæ legem apud Paulum ab Vlpiano corrigi: quum eam Iulius Paulus approbet, & interpretetur: vt tametsi fundus desierit dotalis esse, non possit tamen interim alienari: propterea quòd, reddita impensa possit in dotis caussâm reuerti.[h] Paulum autem non improbet Vlpianus, quemadmodum nec improbare potuit, vtpote qui Pauli scripta non viderit. Licèt enim Vlpianus, Paulúsque coetanei fuerint, (nam apud Alexandrum Seuerum Imper. eodem tempore floruerunt ambo:) Vlpiani tamen leges publicum priùs accepisse videntur.[i]

Quod autem ait lex ob impendia necessaria non debere sua re carere debitorem,[k] verum est: at nec hoc casu re dotali (si velit) mulier carebit. offerendo quippe impensas intra annum, facit fundum in primam dotis caussam reuerti.[l] Vnde nec læsa censeri debet, in cuius potestate fuit, rem suam saluam facere.[m] marito autem magis quàm cæteris, hac in parte succurrendum lex meritò censuit,[n] quod non, nisi suo periculo, impensas necessarias omittere possit.[o] Huic tamen interpretationi sequentia verba, *Vel partem eius*, repugnant: quibus, stante hac sententia, illud Vlpianus pariter traderet, ob impensas necessarias, quæ non tanti essent, quanti totus fundus, partem fundi, desinere esse dotalem, aduersus apertum Pauli responsum.[p] Ideóque hæc posteriora verba debent intelligi in effectu: quoniam tandiu retinebitur à marito, vel totus fundus, vel pars eius, ob impendia necessariò erogata, quandiu morabitur mulier impensarum restitutionem. Licèt, si tantum sit impensum, quanti fundus est, statim & ipso iure, totus fundus dotalis esse desinat: salua tantùm mulieri facultate intra annum redimendi.[q]

6 *Manebit igitur maritus.*[k] Quum non possit, necessariis impensis, vlla corporum dotis, ipso iure fieri deminutio: retẽtionis via marito succurritur: vt, videlicet, in rerum dotalium detentione maneat, donec ei de sumptibus satisfiat, necessariis (inquam.) ob vtiles namque expensas retentione vti minimè potest: sed mandati iudicio, si mulieris voluntate factæ sint, vel si non eius voluntas intercedat, negotiorum gestorum experiri debet.[r]

Ipso iure.[l] Hoc est, statim, & sine aliquo hominis facto, & ministerio.[s] Qui loquendi modus, vnde fluxerit, à nobis alibi tractatum extat.[t]

Sed dotis.[m] Hoc est, vniuersitatis iuris dotalis, seu totius quantitatis, vniuersęque æstimationis, rerum dotalium.[u] quasi dicat, Iurisconsultus totum illud ius, mulieri ad dotem competens in abstracto, & separatim a dotalium rerum corpore consideratum impensis necessariis per maritum factis, deminuitur: nõ quidem (vt dixi) respectu ipsorum corporum, quæ in dotem data sunt. quũ nulla fiat corporis, & pecuniæ confusio,[x] nec quantitatis ad speciem compensatio:[y] sed respe-

*Hæc lectionem confirmat editio Flor. Pand.
a D. §. quod dicitur.
b D. §. quod dicitur, in fine.
c L. j. ff. solut. matr.
d L. si seruos. ff. de pig. actio.
e Accurs. Iacob. Rauennas. Petrus, & Cinus in l. vnica. §. sed nec ob impẽsas. C. de re. vxo. act. Accurs. §. item si de dote de act. Alber. hic col. ij
f L. sancimus. C. de test. l. praecipimus. in fi. C. de appel.
g L. j. §. nulla. l. ij. §. contrariũ. C. de veter. iur. enucl.
h D. §. quod dicitur. in fine.
i L. Tit. ff. de act. emp.
k D. l. si seruos.
l Dicto §. quod dicitur. in fi.
m L. si vnus. §. quod in specie. ff. de pac.
n L. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog.
o L. & in totum. hoc tit.
p D. l. si is. §. quod dicitur. ff. de iur. dot.
q D. §. quod dicitur.
r L. vn. § sed nec ob impensas. C. de rei vxo. actio.
s L. iij. § sciendum. l. cùm hoc statue. ad princip. ff. de dona. int. vir. l. j. § pen. ff. de cur. furios. cum simil.
t In l. seruitutes. ij. num. 26 ff. de seruitutib.
u L. j. § sed, quod diximus. ff. de dot. praeleg. d. § sed nec ob impensas.
x L. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb.
y L. si conuenerit. ad prin. ff. de pig. actio. l. fi. C. de compensatio.

ctu vniuersitatis iuris, seu totius æstimationis rerum dotalium.[z] vt in simili dicimus, ære alieno, patrimonium debitoris vniuersum, non certi loci facultates imminui.[a]

Non sunt corpora.[n] Sola.

Sed pecunia.[o] Vnà cum corporibus, & iis quidem inæstimatis. Nam si sola pecuniæ quantitas foret in dotem data, de necessariis impendiis haudquaquam tractari posset, quæ nulla possunt in pecuniam erogari. Sed & si data fuissent æstimata corpora, aliud dicendum, vt mox Vlpianus subiicit.

Deminutionem fieri.[p] Ipso iure. Quantitatis enim (sicuti dictum est) ad corpus, siue speciem, nulla fit confusio, aut contributio.[b] Vnde apud Paulum, Nerua, Si pecunia, inquit, & fundus in dote sint, & necessariæ impēsæ in fundo factæ, dos pecuniaria minuetur.[c]

Data sint.[q] Quoniam tunc pecunia data intelligitur: ac proinde maritus dominium rerum nactus, summæ veluti pretii debitor efficitur.[d]

Necessarias.[r] In rebus dotalibus, & æstimatis factas, præterea nec ad præsentis tantummodò temporis fructum, sed ad perpetuam agri vtilitatem erogatas.[e] alioqui sicut id quod impenditur, fructuum percipiendorum caussa[f] cum fructibus compensarentur.[g]

Si extrinsecus.[s] Hoc est, in aliam rem mulieris, quam dotalem.[h] Vnde siquid in alias res vxoris, aut etiam in vxorem ipsam impēsum fuerit, nec dos minuetur:[i] nec vlla dotis retentione poterit maritus ob eas impensas vti:[k] sed actione negotiorum gestorum,[l] vel si voluntas mulieris intercedat, mandati,[m] maritum agere oportebit.

Dos crescet.[t] Cuius anteà ob necessarias impēsas, iure facta erat deminutio.

Ex integro. Denuo, de nouo.

Datam.[u] Sic legendum, me Pauli contextus admonet,[n] & elegantior sermonis structura: quamuis vulgò alii codices, *dotem datam*, habeant. Et Haloander, *dotem*, simpliciter legat, quos ne sequar, vitiosa repetitio facit.

Et pecunia.[x] Cum corpore, in quod necessariorum impendiorum erogatio facta est.

Creuisse.[y] Quum anteà fuisset ipso iure per impēsas necessarias deminuta.

IOANNES CORASIVS TOLOSAS FERRARIAE, NONIS IANVARII. M. D. LX.

IOAN

z D. §. sed quod diximus.
a L. si fidei cōmissum. §. j. ff. de iud. l. cogi. § unde quaritur. ff. ad Trebell.
b D. l. si cō uenerit. d. §. si cētum.
c L. si u. §. quod dicitur. ff. de iur. dot.
d L. quoties. C. de iur. dot.
e L. iy. hoc titul.
f L. diuortio. § impēdia. ff. solut. matr.
g D. l. iy.
h L. j. §. j. hoc tit.
i Ut hîc.
k §. item si de dote. de actionibus. Instit.
l L. quod in vxorem. C. de neg. gest.
m L. vn. §. sed nec ob impensas. C. de re. vxo. actio.
n L. si u. §. quod dicitur. ff. de iur. dot.

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONSVLti ad L. Gallus, & singulos eius paragraphos. ff. de liberis & posthumis commentarii.

*

ANTELVDIORVM SVMMÆ.

1 *Gallus Aquilius Iurisconsultus.*
2 *Testandi vsus quando cœperit.*
3 *Succedendi via duplex.*
4 *Posthumorum institutio.*
5 *Legitimus hæres.*
6 *Posthumi quî instituantur.*
7 *Posthumus qui propriè.*
8 *Posthumi sui, & alieni.*
9 *Sui, & sui futuri.*
10 *Gallus de quibus posthumis agat.*
11 *Posthumi sui institutio.*
12 *Posthumi alieni cur vetita institutio.*
13 *Incertæ personæ quando instituantur.*
14 *Legis xij tab. interpretatio.*

1 GAllus Aquilius Iurisconsultorum suæ ætatis celeberrimus,[a] & qui iuris ciuilis rationem (vt Cicero ait) nunquã ab æquitate sejunxit,[b] multa quæ legibus antiquis deesse videbantur, introduxit, vt formulas de dolo malo,[c] Aquilianam stipulationem,[d] & (vt quidam volunt) legem Aquiliam,[e] denique de posthumorum successione, & ex testamento & ab intestato.[f] Circa quam præcognoscendum est, nullum olim apud Romanos testamentorum vsum fuisse: quibus perabsurdũ videbatur, quem de rebus suis in id tempus disponere, quo non sit futurus earum dominus.[g] Donec decem viri nihil magis hominibus deberi existimantes, quàm liberam illis rerum suarum dispositionem, etiam post mortem committere,
2 postquam iam aliud velle non possunt,[h] amplissimam omnibus fecerunt potestatem, testandi, legandi, & quoquo modo patrimonium suum successoribus erogandi,[i] in hæc verba, VTI QVISQVE LEGASSIT, REI SVAE, ITA IVS ESTO.[k] Aut (vt Cicero refert,) PATER FAMILIAS VTI SVPER FAMILIA, PECVNIAVE SVA LEGAVERIT, ITA IVS ESTO.[l] Vel vt alii, HAEREDITATES TESTAMENTO IVRE FACTO DATAE, RATAE SVNTO. Quæ lex à natura profecta, & omnium gentium mentibus velut insculpta fuisse videtur, vt, videlicet, de iis quæ nostra sunt, si præsertim ea nostro labo-
3 re, nostrâque industria nobis parauerimus, liberè disponamus.[ll] Et ita duplicem, in bona defunctorum succedendi viam lex duodecim tabularum viuentibus aperuit: ab intestato, videlicet, & ex testamento:[m] Vtranque tamen, vel interpretatione, vel posteriorum legum auctoritate variis modis coarctatam. Nam ad legitimam successionem, hoc est, intestati,[n] suos tantùm hæredes, & iis deficientibus agnatos vocauit,[o] dicẽte vetustissima illa lege, INTESTATORVM HAEREDITATES SVORVM HAEREDVM, VELINT NOLINT, SVNTO. HIS DEFICIENTIBVS, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.[p] Aut (vt alii prodiderunt,) PATER FAMILIAS SI INTESTATVS MORITVR, PE-
4 CVNIA, FAMILIAVE SVA AGNATORVM, GENTILIVMQVE ESTO.[q]

a L. ij. §. post hos. ff. de orig. iur.
b Cicero pro Cecinna.
c Cicero iij. officiorum.
d L. & vero. §. j. ff. de acceptila.
e L. j. & ij. ff. ad l. Aquil.
f L. pen. ff. de leg. j. & hic.
g L. cum, qui. ff. de iursd. l. quod spōse. C. de donat. ante nup.
h L. nõ vsque. ff. si quis à parent.
i L. verbis legis. ff. de verb. sig. §. disponat. de nup. coll. iiij
k §. j. de leg. Falcid.

d. l. verbis legis. l Cicero lib. j. ad Herenn. ll Cicero iij. de finib. m L. pronuntiatio. §. familia. l. lege obuenire & d. l. verbis legis. ff. de verb. sig. n L. iij. §. de illo. ff. pro soc. o §. j. de hæred. quæ ab intesta. §. j. de legit. agn. success. p D. §. familia. q Cicero lib. j. ad Herenn.

[r] Et ii quidem, vt posteriores interpretati sunt, si tempore mortis eius de cuius bo- 4
nis quæreretur, in humanis erāt. [s] Neque enim ei qui non esset, putauerūt legem
Decemuiralem ius aliquod succedendi detulisse: [t] vt ita nec emancipati, [t] nec
posthumi [u] ad hæreditatem intestati patris admitterentur. nec item mater ad bo-
na filii, nec è diuerso filius ad successionem matris. [x] quum nec mater de agnatis
sit, [y] nec suos hæredes habeat. [z] Quæ omnia, quum posteriores iurisprudentes ma
gna ex parte subdura animaduerterent, varias leges, tum de matris, tum de filio-
rum successione promulgarunt: quas hîc commemorare non attinet, nisi quòd
posthumos suos, ex humanitate quadam succedere permiserunt, si tempore
mortis defuncti, editi, aut saltem concepti erant. [a] Nam & ii, licèt necdum
apparerent, in rerum natura tamen existimati sunt. [b] Quinimò procedente tem-
pore de posthumis alienis, hoc est, qui testatori nunquam sui hæredes nasci pote-
rant, [c] Gallus noster idem constituit: [d] eos, videlicet, si de agnatis erant, quia fra-
ter, aut fratris filius, legitimos hæredes: hoc est, ab intestato nobis fieri posse. [e] Ne- 5
que enim vulgarem interpretum opinionem probamus, qui sententiam Galli a-
pud Paulum, [f] ad institutionis formulam, quam & ipse Gallus induxit, [g] referunt,
contra propriam legitimi hæredis significationem, qui ab hærede scripto, & testa-
mentario, tanquam diuersus, & penè contrarius distingui solet. [h] Nec sanè testa-
mentarius potest legitimus dici, nisi lata quadam interpretatione: quod illi quo-
que obuenire dicatur lege hæreditas. [i] Et legitimum omne dici possit, quod legis
auctoritatem habet. [k] Sed certè vix est, hoc sensu legitimum hæredem in iure re-
perire. nec in Pauli constitutione accipi potest, [l] vt præcedens eiusdē responsum,
euidens facit. [m] Verus itaque Pauli sensus est, à fratris posthumo, (sic enim castiga-
ti codices habent:) hoc est, filio fratris, necdum nato, fideicommissum dari posse.
Sola enim voluntas (inquit Paulus) seruatur in fideicommissis. [n] Quasi dicat,
Licèt posthumus hæres institutus non sit, neque vllum conditum testamentum,
quia tamen fideicommissa possunt, ab intestato relinqui. [o] & posthumi quamuis
alieni, ex Galli sentētia, legitimi hæredes fieri, vtile erit hoc fideicōmissum: quum
constet de voluntate disponentis, quæ sola in fideicommissis spectatur. [p] Per con-
trarium autem Paulus significat [q] à fratris posthumo legatum non potuisse relin-
qui. Quum non posset posthumus alienus hæres institui. [r] Et legata, nisi ex testa-
mento non debeantur. [s]

Fuit quoque latissima illa testamentariæ dispositionis potestas, variis modis
coarctata: [t] quos alibi recensuimus. [u] sed illa potissimum, quia interpretati sunt ve
teres noluisse legē duodecim Tabularum, ei qui necdum esset in rerum natura, 6
quicquam relinqui posse: [x] super eo, quod non est, nihil posse constitui existiman-
tes. [y] Quod paulatim vsque eò productum est, vt nec quidem incertis personis,
(quamuis illæ in rerum natura essent) aliquid testamento dari, legarive posse vo-
luerint. [z] Vnde nec posthumi institui poterant: [a] nec illis quicquam testamento
relinqui: [b] quum non sint in humanis. [c] Et si quando esse creduntur, inter incertas
tamen personas referri semper solent. [d] Incertas autem personas non posse hære-
des institui, magna ratione veteres docuerunt: quòd, videlicet, certum debeat esse
testantis in scribendis hæredibus consilium & certa dici non possit esse disponen-
tis de hærede sententia, qui conditionem hæredis ignorat. [e] Illud verò de posthu-
mis

r L. Titius. ff. de suis, et legit. s L. j. §. si quis proximior. ff. vnde cog. t §. emancipati. de hered. quæ ab intest. u D. l. Titius. x §. j. de Senatuscōs. Tertylia. in Instit. y §. sunt autem. de leg. agn. tutel. z L. illud §. ad testā. ff. de cōtra. tab. l. nulla. ff. de suis & legit. a L. Titius. in fin. ff. de suis, & legit. l. j. §. si quis proximior. ff. vnde cogn. b L. vel viuo. ff. de suis, & legit. c §. posthumo. de lega. Inst. d L. pen. ff. de leg. j. e D. l. pen. f D. l. pen. g Hac l. Gallus. h L. iij. §. de illo. ff. Pro soc. l. qui autem. §. j. ff. Quę in fra. cred.

i L. lege obuenire. ff. de verbo. sig. k L. legitima. ff. de pac. D. l. penult. m L. ab exhæredati. ff. de leg. j. n D. l. penult. o §. præterea. de fideicom. hæredita. p L. fideicommissa. §. item si quis. ff. de leg. iij. l. cùm virum. C. de fideicom. q D. l. penult. r §. j. de bono. possess. §. posthumo. de lega. s D. §. præterea. t L. verbis legis. ff. de verbo. sig. u Dixi in l. filium. in princ. C. fam. ercisc. x L. cùm quidam. §. suum. ff. de acq. hæred. l. vn. §. & cum triplici. C. de cad. toll. y L. Seia. ff. de tutorib. & cur. dat. ab his. z §. incertis. de legat. a §. j. de bono. possess. §. ille casus huius l. b §. posthumo. de lega. c L. in lege iij. ff. ad l. Falcid. l. vel viuo. ff. de suis & legit. d L. sed & si restituatur. §. si. ff. de iudic. e L. hæres institutus. cum l. seq. & seq. ff. de acquir. hæred. l. neq; professio. C. de testa. l. si pater. C. de hæred. instit.

mis iidem auctores accipiendum tradiderunt, si non posthumi sui essent. Illos enim quos omnino certum erat, non alios quàm suos nasci posse,[ee] quique alioqui ab intestato successuri erant,[f] & præteriti, poterant rumpere testamentum,[g] institui posse, ex humanitate quadam permiserunt.[h] Sed non ideo tamen testantium dispositionibus adhuc planè consultum erat. Siquidem nepotes posthumi, qui quum sui non essent tempore testamenti, nequibant institui decedente posteà filio, ante mortem aui, rumpebant testamentum[i] eius, cui nulla culpa poterat impingi. Quocirca Gallus Aquilius (qui ita iustus & bonus vir existimatus est, vt natura non disciplina consultus esse videretur)[k] huic malo obuiam ire cupiens, formulam induxit, quâ nepotes posthumi, commodè institui possent, quam Scæuola, magno ingenio interpretatus est.[l] Nos verò priusquam attingamus, qui sint posthumi, & qui sui, quique alieni, declarabimus.

7 Posthumus is propriè dicitur, qui post mortem parentis, editus est: quasi post humatum, & sepultum parentem natus.[m] quod & auctoritate Plauti perspicuum alibi feci:[n] & discertè Sulpitius Apollinaris, contra Cesellium disserit,[o] illud Virgilianum enarrans,[p]

Ille vides pura, iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet, lucis loca: primus ad auras
Ætherеas, Italo commistus sanguine surget
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles.

Syluium nãq; post Æneæ mortem natum, historicorum turba frequentior admittit.[q] Nec ignotum Posthumorum familiam Romæ inde nomen accepisse: quòd post obitum patris, vt & Proculorum, quòd procul, & foris agente patre, nati essent.[r] Natus igitur post mortem patris, posthumus propriè dicitur:[s] licèt & is qui post testamentum nascitur, viuo adhuc testante, ex verisimili defuncti mente contineatur.[t] Nam & quamuis ad eos fortè se retulerit testator, qui post mortem suam nascerentur: hoc ideo tamen, vt probabile est, quia sic futurum credebat.[u] Vnde si præter eius sententiam, se viuo nascantur, non debet stricta verbórum proprietas, testantis iudicium impedire:[x] qui si credidisset, posthumos, se viuente, nascituros, idem proculdubio disposuisset.[y] Qua ratione puto, datum tutorem simpliciter posthumis, censeri illis quoque datum, qui viuo testatore nascerentur.[z] Et exhæredato posthumo, eum intelligi pariter exhæredatum, qui post testamẽtum natus est, licèt ante mortem testantis.[a] Hinc patet, in dispositionibus legum interpretationem eiusmodi non temerè accipiendam:[b] quum lex nihil dixisse præsumatur, nisi quod secundum propriam verborum significationem expressit:[c] quod & ante nos docuerunt nouissimi.[d]

8 Posthumorum verò quidam sui sunt, quidam alieni. Sui dicuntur, qui nati confestim sui hæredes fiunt, vtpote primum in parentis potestate locũ tenentes,[e] veluti ex nobis concepti filii, aut ex filiis iam mortuis cõcepti nepotes.[f] Alieni verò, per contrariũ dicuntur, qui nati inter suos hæredes futuri non sunt:[g] sed vtrum vel testamenti, vel mortis tempus attendendum sit, quæstionis est. Receptius tamen conditi testamenti tempus obseruandum.[h] Vnde nepotes conceptos ex filio viuente, quum à patre testamenti tempore præcedãtur, alienos esse vulgò existimatum est, licèt mortis tempore sui nascantur.[i] Nam & eos institui posse, Gallus noster induxit:[k] quem tamen de posthumis alienis loquutum plerique omnes consentiunt.[l] Et alienum posthumum describens Iustinianus, natiuitatis qualita-

ee §. sin de mũ. de hæred. quæ ab intesta. defer.
f L. j. §. sciẽdum. l. Titius. l. intestato. §. fi. ff. de suis & leg.
g §. posthumorum de exhæred. lib.
h L. placet. suprà. hoc titul.
i L. posthumorum. in prin. ff. de iniust. rup. test.
k Cicer. pro Cæcinna.
l Hac l. Gallus.
m L. ij. §. j. ff. de iniust. testa. l. nomen. ff. de verb. sig.
n Dixi in l. final. C. de posthu. hæred. inst.
o Gell. lib. ij. Noct. Attica. c. xvj.
p Virgil. lib. vj. Æneid.
q Aul. Gel. vbi suprà.
r Alexãd. Neapolita. lib. j. Genial. die. c. ix.
s D. l. iij. §. j. d. l. nomẽ.
t L. si à primo. in fi. hoc tit. Accur. l. quæsitũ. §. si mihi. ff. de lega. j. u L. Lucius. §. Titius. l. si mihi. ff. de lib. & posth. x L. fi. C. de posth. hæred. inst. y L. tale pactum. §. fi. ff. de pac. l. iij. C. de inoff. test. d. §. Lucius. z L. si quis in. §. fi. ff. de testa. tutel. a L. iij. §. nominat. in. ff. de iniust. testa. b L. nomen. ff. de verb. sig. d. l. iij. §. j. Bar. l. j. §. sed & si certum. ff. de vent. in poss. ff. mitt. c L. Diuus. in princ. iuncta l. ij. in prin. ff. de vsu, & habit. d Philipp. Dec. l. ij. C. de contrah. Alciat. lib. viij. Parerg. c. xiij. e §. sin demum. in fi. de hæred. quæ ab intest. f §. posthumorum. de exhæred. lib. g §. posthumo. de lega. h Bar. §. ille casus. huius l. Alex. & Ias. hic. i D. §. sin demum. d. §. posthumo. k Hac l. Gallus. l L. penult. ff. de leg. j.

tem,teſtatoris verbo coniungit: [m] quo ſatis intelligimus eam ad teſtamenti tem-
pus referendam. [n] Sed certè hæc ſententia mihi cum legibus pugnare ſemper viſa
eſt,quæ ſicuti in agnatione & cognatione, [o] ita in ſuitate ad ſolum tempus mortis
eius,de cuius hæreditate agitur,attendere ſolent: [p] ac proinde poſthumum,qui ſi
non fuiſſet in vtero tempore mortis teſtantis,ſiuus hæres fuiſſet, ſuum appellant. [q]
ſatiſque cenſet Scæuola,tempus,quo poſthumus naſcitur ſpectari : non habita ra-
tione temporis teſtamenti: [r] magna quidem(vt mihi videtur ratione)quum non à
diſpoſitionis,ſed à mortis tempore teſtamentum vires capiat. [s] Nam & alioqui di-
cendum,necdũ conceptum tẽpore teſtamenti,quia nihil adhuc ſit, neque ſuum,
neq; alienum eſſe. [t] Quum tamen ſimplex poſthumi inſtitutio ad poſteà natum,
longo etiam interuallo protrahatur. [u]

Placet itaque, vt poſthumorum qualitatem(quod ad rem noſtram attinet) 9
triplicem conſtituamus. Quidam enim ſunt omnino ſui,quidã ſui futuri,quidam
alieni,& prorſus extranei. Quæ fuit in ſimili prodita à Iuſtiniano de hæredibus di-
uiſio. [x] Omnino,& abſolutè ſuos appello,qui quocunque tempore naſcãtur, inter
ſuos futuri ſunt:velut in parentis poteſtate primum locum tenentes, [y] vt filii poſt-
humi,aut ex mortuis iam filiis concepti nepotes. [z] Nec ad rem pertinet,quod an-
tè quàm naſcantur,in poteſtate non ſint. [a] Nam legis interpretatione pro natis ha
bentur. [b] Et vbi ſubeſt æquitas,fictione iuris ſuus dicitur, qui in morientis poteſta-
te non fuit. [c] Sui futuri dicuntur, qui in noſtram quidem poteſtatem nati recidũt
cæterùm ab aliis gradu præcedũtur, vt nepotes,ex filio viuẽte. [d] ii etenim,quoniã
primum locum non tenent,ſimpliciter ſui dici nequeunt: [e] ſed nec alieni,& extra-
nei.quum in poteſtate noſtra recaſuri ſint,& inter ſuos aliquo caſu poſſint naſci. [f]
filio nimirùm morte,emancipatione, vel alio ſimili caſu,ante mortem aui, de me-
dio ſubducto. [g] Ideóque nepotes, vel deſcendentes,poſthumi dicuntur. [h] Et non-
nunquam ſui futuri appellantur, [i] quod aliquo caſu ſpes ſit, id quod eſt in vtero,
inter ſuos hæredes futurum. [k] cæteri verò,qui in poteſtate non ſunt, nec eſſe quo-
quo modo ſperantur,alieni dicuntur,& extranei: [l] quia nati nullo vnquam tem-
pore ſui futuri ſunt. [m] defectu nimirum patriæ poteſtatis, [n] vt ex matre noſtra,aut
fratre conceptus, [o] vel ex filia, [p] aut etiam ex filio emancipato. [q] Et quicũque poſt-
humus, reſpectu matris,quæ quum liberos non habeat in poteſtate: [r] nec quidem
ſuos hæredes habere poteſt. [s] Ex his conſequens eſt Gallum Aquilium,ſua formu- 10
la nihil de alienis poſthumis cauiſſe . quæ fuit veterum quorundam opinio à no-
uiſſimis vſurpata: [t] cuius & hîc plerique meminerunt. [u] Nec enim vſquam Scæuo-
la,in interpretatione formulæ Galli,de poſthumo alieno, vel vnum verbum facit.
Frequenter autem hæredis ſui,& nepotis ſui meminit . [x] Præterea de poſthumis
nepotibus,ex filio viuente, Gallus loquitur, quos probauimus alienis poſthumis,
annumerari non poſſe.Nec obeſt quod Paulus ait, Galli ſententiam obtinuiſſe, a-
lienos poſthumos nobis fieri legitimos hæredes: [y] quum agat illic Paulus de inte-
ſtati ſucceſſione,vt ſuprà declaratum eſt.

Circa verò priorem poſthumorum ſpeciem , eorum , videlicet, qui omnino 11
ſui ſunt:conſtat eos tam olim, quàm hodie, inſtitui potuiſſe. [z] quinimò debuiſſe,
vel ſaltem exhæredari, ne teſtamentum agnoſcendo rumperent. [a] Ab omni ma-
ſculo

m D. §. poſthumo. n L. in delictis. §. j. ff. de noxalib. actio. l. Titius. ff. de teſt. milit. o L. item Prætor. in prin. ff. de ſuis, & legit. l. j. §. ſi quis proximior. ff. vnde cog. p L. Lege Cornelia. in fin. ff. de teſta. §. ſui. de hæred. qual. q L. poſthumus. in pri. ff. de iniuſt. teſta. r §. nũc de lege. huius noſtræ l. s L. quod vulgò. ff. de bono. poſſ. contratab. t L. j. §. ſi quis proximior. ff. vnde cog. u L. placet. cum l. ſeq. hoc tit. x §. j. de hæred. qua. y §. ita demum. in fi. de hæred. quæ ab inteſta. §. ſui. de hæred. qual. z L. poſthum. ver. ſed ſi filius. ff. de iniuſt. teſt. §. poſthumorũ. de exhæred. lib. a L. ſi. ff. de coll. bono. b L. qui in vtero. ff. de ſtat. hom. c §. interdum. de hæred. quæ ab inteſt. inſt. d D. §. ſui. d. §. poſthumorum. e L. illud. §. j. ff. de bono. poſſ. contratab. d. §. ita demum. f L. j. §. ſi filius. ff. de vent. in poſſ. mitt. l. j. § ſciendum. ff. de ſuis, & legit. g L. poſthumorum. ff. de iniuſt. teſt. §. poſthumorum. de exhæred. libero. h Hac l. Gallus. i §. nunc de lege. in fin. hac l. k D. l. j. §. ſi filius. l L. extraneo. ff. de vent. in poſſ. mitt. §. poſthumo. de leg. m D. § poſthumo. n D. §. ſui. o L. pen. ff. de leg. j. p §. ſi. de pat. pot. q D. §. poſthumo. r §. fœminæ. de adopt s L. illud. §. ad teſtã. ff. de cõtratab. l. nulla. ff. de ſuis. & leg. t Alciat. lib. iij. Paradoxo. c. ij. u Caſtrenſ. Alex. Iaſ. & Fortunius. x §. & quid ſi tantùm. §. quid ſi. §. forſitan. § nunc de lege. huius l. y L. pen. ff. de leg. j. z L. placet. hoc tit. a L. iij. §. ſed & hi. ff. de iniuſt. teſta. §. j. & §. poſthumorũ. de exhæred. lib.

sculo (inquit Vlpianus) [b] in fœmina secùs esse sentiens: quum ea (sicuti diximus) suos non habeat hæredes. [c] Sed nec Androgyni (quos hermaphroditos vocamus) nisi prævaleant in eis virilia, posthumos instituere possunt: [d] quum non aliter masculi censeantur. [e] Quòd autem Vlpianus scribit, posthumum à matre præteritum, inofficiosi querela, testamentum oppugnare posse, [f] non obstat: quum tunc posthumus, qui matri legitimus hæres est, [g] non tanquam suus agat, sed tanquam legitimus. [h] Potest autem ita posthumus suus institui, si nascatur, [i] quo tamen casu, quia expressa dispositio ad dissimilem non porrigitur, [k] natus post mortem, tumpet testamentum, [l] nisi casus mortis sub expressione verborum aliquo pacto comprehendi posset. [m] Commodiùs itaque erit posthumum simpliciter instituere: ne vllo casu testamentum rumpi contingat, [n] aut vtroque casu & vitæ & mortis, expresso, si vel me viuo, vel me mortuo: nascatur [o] túncq; omnibus prouidisse videtur: [p] quandocunque, & ex quacunq; vxore, siue præsenti, siue futura nasciturus. [q]

12 Circa verò posthumos alienos notum est, illos olim non potuisse institui, [r] nec illis quicquam vtiliter relinqui, [s] quod sanè mirum videtur: quum extraneum quemlibet prorsus etiam ignotum, hæredem facere, leges omnes permiserunt. [t] Et qui est in vtero, quoties agitur de eius commodis, habeatur pro nato. [u] Sunt qui id constitutum putent sinistræ suspicionis vitandæ gratia. [x] Alii, quia lege duodecim Tabularum sui tantùm ad successionem admittebantur. [y] Alii, ne institutionem, posthumo non nascente, frustrà fieri contingat. [z] Alii nullã probabilem eiúsce rei rationem adferri posse contendunt. [a] Quæ omnia cùm seipsa demonstrent, nulla egent confutatione.

13 Nos eorum rationem suprà probauimus, qui cautum id veteri lege idcirco censent, quòd personas, quibus testamento aliquid relinqueretur, certas esse oporteret: [b] nondum natus verò testamenti tempore, nullus est. [c] vndè nec ab initio, sed sequuta demum natiuitate, testamentum rũpit. [d] De quo præterea incertum, nasciturus sit, an non. [e] & si nascatur, an perfectus, vel monstrosus & prodigiosus, [f] & an hæres esse possit: cui rationi Theophilus ipse consentit. [g] Quod autem obiiciunt nonnulli, personæ incertæ, quæ certior futuro aliquo euentu fieri poterat, olim quoque relinqui testamento potuisse, [h] falsum est ex professo Iustiniani constitutionem oppugnans. [i] Nec eos iuuerit Gaij responsum: [k] in quo legatum incertæ personæ singulari fauore sustinetur: quia remuneratorium, nẽpe relictum in remunerationem testitutionis impetratæ testanti relegato: satis autem constat remunerationis adiuuãdæ gratia strictiuris regulas remitti. [l] Sed nec obstat quòd posthumus suus, qui & ipse persona est incerta, potuerit omni iure institui. [m] Nam in illo alia est ratio: quia quum ille ab intestato successurus erat, [n] & ad bona penè propria vocabatur, [o] nec alius poterat, quàm suus hæres nasci: [p] lex facilè dissimulauit in eo vitium incertitudinis, [q] vt & fauore remunerationis, [r] ac in gratiam pauperum CHRISTI, & redemptionis captiuorum. [s]

14 Neque verò putandum (quod tamen plerique omnes tradiderunt) posthumos alienos, lege XII. Tabularum, prohibitos institui. Hoc enim planè falsum est: quum latissima eius legis verba, quascunque personas sine distinctione potiùs admiserit. [t] Nam etsi id aliqua lege vetitum fuisset, Prætor nõ potuisset eis bonorum

b D. l. placet. c D. l. illud. d. l. nulla. d L. sed est quæsitũ. in fine. hoc tit. e L. quæritur. ff. de stat. hom. f L. posthumus. in prĩ. ff. de inoff. testa. g L. ij. §. fi. ff. vn. legit. h D. l. posthumus. in princ. i L. cõmodissimè. hoc titul. k L. si cùm dotem. in prin. solut. mat. c. suscepiũ. de rescrip. in vj. l D. l. commodissimè. m L. final. C. de posth. n D. l. commodissimè. o D. l. cõmodissimè. p L. si quis ita. §. j. ff. de testa. tut. q D. l. placet. cũ l. seq. r §. j. de bono. poss. s §. posthumo. de lega. Instit. t L. extraneum. C. de hered. inst. §. fi. illo tit. in Instit.

u L. qui in vtero. ff. de stat. hom. x L. Titius. ff. de obseq. Ias. Imol. hîc. y §. emancipati. de hered. quæ ab intest. Bart. §. in omnibus iij. opp. huius l. z L. cum inter. C. de fideicom. liberta. a L. non omnium. ff. de legib. Castrens. Alex. & Galiaula. b §. incertis. de lega. c L. eius seruum. ff. de hered. instit. d L. iij. §. j. ff. de iniust. testa. e L. sed & si restituatur. §. fi. ff. de iudic. f L. non sunt. ff. de sta. hom. l. iij. C. de posth. g Theophilus in §. posthumo. de lega. h L. quidam relegatus. ff. de reb. dub. Castrens. hîc. i D. §. incertis. k D. l. quidam. l L. Attilius. l. si pater. §. fi. ff. de donat. Ias. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. m L. placet. hoc tit. n L. Titius. ff. de suis & legit. o L. in suis. ff. de liber. & posth. p §. ita demum. de hered. quæ ab intest. Instit. q L. hac consultiss. §. ex imperfecto. & §. si quis. C. de testa. r D. l. quidã relegatus. s L. id quod pauperibus. l. nulli licere. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. t L. verbis legis. ff. de verbo. sign. §. j. de leg. Falcid. §. disponat. de nup. coll. iiij.

possessionem dare: [u] quum tamen eis institutis, secundum Tabulas decreuerit. [x] Fuit itaque potius id, Iurisprudentum posteriorum interpretatione declaratum: [y] non de alienis modò, sed de iis quoque qui sui omnino non erunt tempore testamēti, sicuti principio à nobis expositum est. Vnde, quod ait Scæuola, nondum natum, nullo iute potuisse hæredem institui: [z] quatenus ad legem XII. Tabul. referimus, non ex verbis legis fluxisse, sed per interpretationem accipiendū est, quam & posteà ab Aquilio Gallo moderatam fuisse constat: vt, videlicet, eius posthumi qui suus nasci poterat, consisteret institutio in id saltem tempus relata, quo suus nasceretur, quasi sub conditione si tunc suus inueniatur. [a] Posteáque Prætores veterem hūc iuris ciuilis rigorem, angustioribus finibus constitutum animaduertentes: ex bono & æquo dilatarunt, vt quicunque posthumus licèt alienus, si testamento institutus esset, per secūdum Tabulas admitteretur. [b] hánceque prætoriam æquitatem lex deinde ciuilis (cuius & honorarium ius viua vox est) [c] vltrò recepit, & agnouit, [d] atque ita in vnam consonantiam, vtrumque ius prætorium, & ciuile redactum est: [e] vt, videlicet, alienus posthumus, omni lege, rectè institueretur. [f] quem ideo ciuilis lex inter eas personas, quæ ex testamēto capere possent, locare, & referre cœpit: [g] vt nunc mirum videri non debeat, si passim in iure legamus, extraneum posthumum institutum, [h] & alieno posthumo legatum fideicōmissūmue relictum: [i] huiúsque concordiæ, & iurium consonantiæ lætitia mirè gestiens, & exultans Iustinianus magna voce ait, *Posthumus alienus hæres institui & anteà poterat, & nunc potest:* [k] anteà quidem solo Prætoris auxilio, at nunc iuris quoque ciuilis auctoritate. [l]

Sed iam tempestiuum est, vt Gallum nostrum præclarè canentem audiamus.

u L. nō est ambigendum. in fin. ff. de bono. poss.
x §. j. de bono. poss.
y D. l. verbis legis.
z §. ille casus. huius l.
a Hac. l. Gallus.
b §. j. de bono. poss.
c L. nam & ipsum. ff. de iust. & iur.
d §. posthumus. de lega. d. §. j.
e §. sed cū paulatim. de testa.
f D. §. j. de bono. poss.
g L. filiusf. ff. de testa. §. testamēti. illo tit.
h L. extraneo. ff. de vēt. in poss. mitt.
i L. quidā. §. fin. ff. de reb. dub.
k D. §. posthumus.
l §. j. de bono. poss.

L. GALLVS PRINCIPIVM.

SCAEVOLA LIB. VI. QVAESTIONVM.

Gallus [a] sic [b] posse [c] institui [d] posthumos nepotes induxit. [e] *Si filius* [f] *meus, me viuo, morietur,* [g] *tunc* [h] *si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis, post mortem meam,* [i] *in decem mensibus* [k] *proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit, hæredes sunto.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Galus Aquilius.*
2 *Scæuola.*
3 *Sic, dictio.*
4 *Potest, verbum.*
5 *Substitutio Aquiliana.*
6 *Inducere.*
7 *Institutio an in formula Galli necessaria.*
8 *Lex Papia.*
9 *Pariendi tempus.*
10 *Filius an ex primo vel secundo marito.*

GAllus. [a] Gallus Aquilius, vir fuit eruditione, sapientia, & probitate il- 1
lustris, quem præstantissimis laudibus (vti par est) Cicero afficit. [a] Fuit Q. Mutij Pont. maximi auditor, magni illius Seruij Sulpitij præceptor, ac Ciceronis collega, familiaris, & amicissimus: [b] de quo plura non hîc attinet dicere, nobis præsertim, qui opportuniore loco eius vitam breuiter descripsimus. [c] Serbidius verò Scæuola, qui formulam Galli grauiter est in- 2
terpretatus, M. Antonini Philosophi præceptor fuit: cuius consilio Antoninus Imperator posteà factus, maximè vsus est: eum quoq; Septimij Seueri Afri. qui Iuliano in imperio successit, præceptorem fuisse ferunt. Instruxit etiam in iure ciuili Æmylium Papinianum. Vir fuit sermonis aliquantisper duriusculi, atque concisi, magnæ tamen doctrinæ, & prudentiæ in respondendo de iure ad facti qualitatem, & con-

a Cicero pro Cecinna.
b Cicero lib. iij. offic.
c Dixi in l. ij. §. post hos j. ff. de orig. iur.

& conditionem, ius semper accommodans, vt illa ferè semper clausula vteretur, *Secundum ea quæ proponerentur*: quum, scilicet, manifestum erat quid propositis verbis exprimeretur. Cæterùm adhuc poterat dubitari quid actum esset:[d] consulentibus verò de facto, non de Iure, veterum more Iurisconsultorum [e] non respondebât: sed iis, aut similibus in respondendo vtebatur verbis, *Non de iure quæri.*[f] Sed ad rem veniamus.

3 *Sic.*[b] Id est, sub hac formula, non aliter. Est enim (vt hinc dici soler) particula *Sic*, qualitatis, & formæ demonstratiua.[g] quasi dicat Scæuola, non simpliciter Galli tempore permissum, nepotes posthumos institui: sed sub ea duntaxat qualitate, & conditione, quæ sequitur, si, videlicet, referatur in id tẽpus institutio, quo posthumus nepos suus inueniatur,[h] vt & in nullo vetus lex offenderetur, quæ posthumos non suos institui vetuerat:[i] & testantibus interim consuleretur, ne agnatione posthumi, eorum testamenta rumpi contingeret.[k] Sed hæc in effectu accipienda sunt: quum conditionum (de quibus in formula Galli) expressio necessaria non sit, si ad effectum duntaxat desideretur.[l]

4 *Posse.*[c] A testari volentibus, si suæ dispositioni cauere volent: ne, scilicet, agnatione posthumi testamentum vitietur.[m] Hoc autem verbo *Potest*, quum affirmatiuè profertur, voluntatis sit, non necessitatis,[n] satis intelligimus, testãtem non cogi hac vti formula. Sanè verò, leuem hinc occasionem interpretes nacti, de natura dictionis *Potest*, permulta hîc conuehunt, quæ quum nullatenus ad Galli formulã pertineant, & à nobis cõmodiore loco sint digesta,[o] consultò prætereuntur.

5 *Institui.*[d] Id est, substitui. Nam filius primum institutus fuit, deinde nepos.[p] Est autem substitutio, secundi hæredis institutio.[q] Nec nouum institutionis verbum pro substitutione poni,[r] vt & alibi diffusè diximus.[s] Existimant autem plerique omnes, substitutionem hanc vulgarem esse:[t] qualis etiam illa, *Si posthumus non nascatur.*[u] Ego verò quædam cõmunia eam cum vulgari habere planè fateor: veluti vt per eam defuncto succedatur:[x] vt ab ea testamentum vires sumat,[y] & iis similia. Cæterùm, quum vulgaris à quocunque, de quocunque, & in quemcunq; casum concipi possit, nihil speciale habens,[z] hæc autem non, nisi à parente, auo, & posthumis nepotibus, fiat in casum suitatis, & sub stricta verborum formula.[a] quomodo vulgaris dici possit, sanè nõ video: quum præsertim illius formam à vulgari separet Africanus.[b] Quocirca forsitan melius erit, cum Salamonio (ne sua gloria fraudetur auctor) Aquilianam eam dicere.[c] Sic enim iuris auctores stipulationem ab eodem Gallo Aquilio proditam dixerunt Aquilianam.[d]

6 *Induxit.*[e] Hoc est, nouè formulam constituit, & introduxit.[e] Fuit quippe primus Gallus Aquilius, qui formulam, qua nepotes posthumi rectè instituerentur, in hominum mores inuexit, adeò prudenter se veteribus legibus ea in re accommodans, vt eas nullatenus offendisse videretur, dilata nimirùm in tẽpus suitatis institutione, vt suprà declaraui. Qua interpretatione satis quoque defendi potest, Gallum iuris noui nihil induxisse: quum ea veteris quoque legis mens fuerit. nec habuerint Iurisconsulti condendæ legis potestatem, vt suo loco dicam.[f] Sed quod anteà velatum erat, & occultum reserasse, prodita certiore, cautione, & formula, ex iuris antiqui sententia ad testamentorum conseruationem.[g]

7 *Si filius.*[f] In solidũ, vel ex parte institutus:[h] ne alioqui eius præteritione nullum sit testamentum:[i] & ita vanum reddatur Galli consilium. Huius autem institutionis neque Gallus, neque Scæuola meminerunt, quod de illius viribus nulla

d L.Lucius.§.j.§.ij.§.final.l.pen.§.fi.l.fi.§.Seio.ff.de leg.ij.l.Sextiliam cum simil.ff.de leg.ij.
e L.eum, quem.§.fi.ff.de iud.l.Domitius.ff.de testa.
f L.Seia.§.fi.ff.de fũd.instruc.
g L.ij.in prin.ff.de condic.indeb.
h L.in tẽpus.ff.de hered.insti.
i §.j.de bono.poss.§.posthumo.de lega.
k L.posthumorum.ff.de iniust.test.§.posthumorum.de exhered.liber.Instit.
l §.quidã rectè.vbi dicã.hac l.in D.l.posthumorum.d.§.posthumorum.
n L.sæpè.ff.de offic.præs.l.non quicquid.ff.de iud.
o Dixi ampliter in l.final.ff.de seruitut.
p L.cum in testamento.ff.de hered.instit. *q L.ex facto.§.Lucius.ff.de vulg.* *r L.mulier.§.fin.ff.de cond.instit.l.si quis mihi.§.pen.ff.de acq.hered.l.si pater filio.ff.de vulg.* *s Dixi in rub.C.de impub.* *t DD.in l.j.ff.de vulg.* *u L.vlti.C.de institutio.* *x §.j.de vulg.& hac l.* *y L.iij.§.fi.hoc tit.l.vn.§.pro secundo.C.de cad.toll.* *z Doctores l.j.ff.de vulg.* *a Hac l.Gallus.* *b L.si mater.§.fi.ff.de vulg.* *c Marius Salomo.hic.* *d L.& vno.§.j.ff.de acceptila.§.item per.Qui.mo.toll.obl.* *e L.lex natura.ff.de stat.hom.* *f Dicam in §.Quæramus.huius l.* *g L.nominis.§.fi.ff.de verbo.sig.* *h §.in omnibus.hac l.* *i L.inter cætera.hoc tit.§.j.de exhered.liber.*

esset controuersia:[k] eam tamen præcessisse verisimile est, vt omnia habilia supponantur:[l] atque ita vulgò receptum. Fuère tamen, qui acutè contenderent, testamentum in hac specie valere, nulla licèt filii institutio præcesserit:[m] quum viam ab intestato succedẽdi filio testator aperuerit.[n] Neque iustè filius queri possit, cui nullam pater iniuriam irrogauit testamentario hæredi eum præferens.[o] vnde non debet vitiari testamentum, quod sola præteritione iniuriosa infirmatur.[p] Nam & hac ratione dici solet, si filius præteritioni, vel ab initio, vel ex postfacto consenserit sustineri dispositionẽ.[q] Sed tamen hæc iuris sunt valde controuersi: receptiúsq; videtur præteritionem quamuis filio non damnosam, nullum efficere testamentum,[r] velut forma non seruata,[s] quæ quum publici iuris sit, non potest eius defectus priuatorum voluntate suppleri:[t] quamuis vbi filius præteritus bonis paternis abstinet, ex bono & æquo testamentum conualescat.[u]

Putauerim igitur neutram opinionem sequutus filium his verbis, *Si filius, me viuo, moriatur*, tacitè institutum videri.[x] Nam qui testatur secundum Galli formulam, in omnem casum sibi prouidere velle censetur, ne præteritione testamẽtum ruat.[y] Vnde adiuuanda est defuncti voluntas,[z] ne pœnam præteritionis patiatur, qui non habuit animum prætereundi.[a] Sufficiátque tacita institutio, ex testantis verisimili mente procedens ad sustinendam dispositionem.[b] Dum ex testamenti verbis talis possit elici sententia[c] (neq; enim sufficeret illa iuris præsumptio) quòd ad legitimam hæreditatem) successuri ab intestato vocati videantur.[d] Neque sanè video (tametsi stricto iure deficeremus) cur hanc opinionem à nouissimis pluribus confirmatam,[e] & quæ fauet testanti, neque filio nocet, refugere debeamus.[f] Vnde & hac ratione dici potest in Scæuolæ responso, legitimum hæredem censeri institutum.[g] Nam & alioqui iuris regulam violari oporteret, quæ ab intestato non admittit hæredem quandiu potest ex testamento adiri hæreditas,[h] & coarctandus esset contextus Scæuolæ, ne loqueretur de suis quorũ præteritione testamentum euerteretur.[i] Quæ sanè vera sunt, vbi formulæ verba ad filium referrentur: qui quum teneat primum locum, necessariò instituẽdus est.[k] Illi autem præcepto legis testantem satisfacere voluisse verisimile videtur.[l] Quòd si ad nepotem, ex viuo filio, referantur, qui puta dixerit testator, *Si filius & nepos, me viuo, moriantur, tũc si quis mihi pronepos, &c.* & filium præmori contingat, rumpetur testamentum nepotis præteritione,[m] quem non censetur auus instituisse: quum nulla subesset tempore testamenti necessitas.[n] Quòd autem Scæuola ait filium in omni specie huius legis, in aliqua saltem parte instituendum,[o] non ideo negat, tacitam, qua de agimus, institutionem sufficere, sed exhęredationem, quæ in formula Galli proculdubio frustra fieret, quum post mortẽ filii collata,[p] hæredis aditione non posset confirmari:[q] licèt alioqui ad sustinendum testamentum, necesse non sit filium institui, dummodò exhęredetur.[r] Non obstat item quod Pomponius scripsit, si pater hæredẽ instituat, si filius, se viuo, decedat.[s] Nam quum illic nepos institutus non fuerit, sed extraneus: apparet testantem ex Galli formula, testatum nõ esse, nec vllam subesse caussam æquitatis, quâ colligamus, tacitam institutionem: sed potiùs contrarium: quum ea præsumpta rumpi testamentum præcedens oporteat: in qua filius nominatim est institutus.[t] Denique non nos mouerit, quòd quum hæc verba, *Si filius me viuo, &c.* conditionalia sint, disponere non debeant.[u]

Nam

k L. si mater. §. j. l. cohæredi. § fi. ff. de vulga.
l L. qui testamẽto. ff. de testa.
m Bar. Castrens. & Salic.
n L. si ita quis hæres instituatur. ff. de hæred. inst.
o D. l. si ita quis.
p §. hæc autẽ dispositumus. vt cũ. de app. cog. coll. viij.
q L. filio præterito. ff. de iniust. testa.
r D. l. inter cætera. vbi Ias.
s L. cùm hi. §. si prætor. ff. de transac.
t L. nemo potest. ff. de leg. j.
u D. l. filio præterito.
x L. cùm in testamẽto. ff. de hæred. inst. l. etiam. §. libertus. ff. de bo. liberto.
y L. illud. ff. de acquir. hæred.
z L. Titius §. Lucius. hoc tit. l. ij. C. de inoff. test.

a L. fi. C. de posth. b D. l. Titius. §. Lucius. d. l. ij. d. l. fi. c L. vn. ff. si tab. test. ex tab. d L. conficiuntur. in prin. & §. j. ff. de iur. codicillo. e Fortunius hîc diffusè. f L. ij. §. item Varus. ff. de aq. pluu. g L. si ita quis hæres instituatur. ff. de hæred. inst. h L. quamdiu. ff. de acq. hæred. & de reg. iur. l. quamdiu. j. i §. j. de exhær. liber. k L. inter cætera. ff. de lib. & posth. l L. si duo. ff. de acq. hæred. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. m §. idem credendum. in fi. huius l. n §. j. de exhær. lib. o §. in omnibus. huius l. p L. si quis ita. §. fi. hoc tit. q L. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de bo. poss. contra tab. r L. inter cætera. hoc titul. s L. si quis cum. §. fi. ff. de vulg. t Arg. auth. hoc inter liberos. C. de testa. u L. ex facto etiam. ff. de hæred. inst. l. si quis sub conditione. ff. si quis. omiss. ca. test.

Nam quæ sunt in conditione, vbi nos vrget probabilis aliqua coniectura dispo-nunt,[x] præsertim vbi periret alioqui actus.[y]

8 *Me viuo moritur.*[g] Vana tamen adhuc prima frõte videtur Galli prouisio. cùm testamentum si scriptus hęres præmoriatur testanti ex lege Papia, fit in caussam caduci: ac proinde fisco deferatur hęreditas.[z] Sunt qui diuinandum censeant, da-tum hic filio cohæredem, cuius aditione sustineatur testamentũ.[a] Alij, nihil per le-gem Papiam hoc casu fisco deferri posse contendunt. ex eo, quod testamentum à secundo gradu vires sumere possit.[b] quamuis institutus, viuo testãte, moriatur.[c] Nouissimi verò qui nepotem in consilio Galli institutum in primo gradu putant, nihil hîc aiunt esse ambigui.[d] cùm enim filius in conditione tantùm positus, non possit hæres scriptus dici,[e] omnis Papiæ legis scrupulus, submouetur, quæ fisco hæ-reditatem deferebat, si præmoreretur institutus.[f] Sed cum hæ dissolutiones, Galli sententiæ penitus aduersentur, neque iure satis constare possint (vt alibi diffusè probaui)[g] dicendum aliter Papiam nimirum legem Galli tempore nullam fuisse, quæ de caducis ageret. Et eam quæ ab Augusto postmodum lata fuit, nominatim restrictam, ne pertineret ad parentes, & liberos vsque ad tertium gradum.[h] Quæ sententia eò magis mihi nunc placet, quòd in eam nouissimi funem reducentes posterioribus suis scriptis vltro concedant.[i]

Tunc.[h] Hoc est, in eum casum, quo ex filio, me viuo, mortuo, post mortẽ meam nepos nascatur, non aliter.[k] Est enim dictio *Tunc*, extremitatis præcisæ.[l]

Post mortem meam.[i] Tunc igitur Gallus Aquilius nepotes posthumos institui posse permisit, cùm post mortem testantis aui, nascerentur: qui anteà neque insti-tui,[m] neque tutò præteriri poterant[n] De posthumis autem qui nascerentur viuo auo, nihil statuit. Neque enim succurrendum cẽsuit auo, qui nepotem natum in-stituere, & testamentum mutare potuit.[o] Quocirca Velleius induxit, vt etiam na-scituri, viuo auo, nepotes posthumi institui possint: institutíque non rumpant te-stamentum:[p] ad quem casum formula Galli protendi non potuit, eius sententia, & verborum proprietate repugnante.[q] Quæ omnia suis locis diligentiùs tra-ctabuntur.

9 *Decem mensibus.*[k] Quod longissimum olim putabatur pariendi tempus.[r] adeò, vt posteà natum, Iuriscõsulti noluerint ad legitimam successionẽ admitti.[s] Quam-uis L. Papyrius Prætor nullum pariendi tempus præfinitum mulieribus censens, partui quem mater xiij. mensibus se tulisse dicebat, bonorum possessionem, con-tra substitutum dederit.[t] Diuum quoque Adrianum caussa cognita, decreuisse le-gimus, vndecimo etiam mense, iustum partum edi posse. Eiúsque rei non ignobile exemplum Gellius refert.[u] Quod & satis iure nostro defendi potest, si inter initia vndecimi mensis, pauculis putà diebus post decimum, partus nascatur.[x] Nam con sentiunt vbique legislatores, nouissima die decimi mensis editum, post mortem patris legitimum esse.[y] Verisimile autem non est eadẽ ipsa die, qua maritus obiit,

10 vxorem concepisse. Vbi præsertim maritus ægritudine longa fractus decessit.[z] Cæ-terùm hîc addubitari solet, si vidua, sepulto statim marito, nupsit, & nouo deinde mense pariat, neque planè constet cuius viri concubitu concepit, vtrius præsumi filius debeat? Qua in re pluribus hîc diffundũtur interpretes. Ego breuiter eorum probo sententiam, qui filium iudicant secundi mariti:[a] cùm in eo matrimonio fi-lius natus reperiatur:[b] & ita sit in filiationis quasi possessione.[c] Deinde quoniam pater est, quem nuptiæ demonstrant:[d] potentiórque pro illo coniectura, qui ma-

x L. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pac. dotal.
y L. Proculus. ff. de vsufruc. l. deniq. §. interdum. ff. de pecul. leg. l. si ita stipulatio. ff. de bon. liberto.
z L. itẽ veniunt. §. cũ antè. ff. de petit. hære. l. vn. §. pro secundo. C. de cad. toll.
a Bald. & Angel. hîc.
b L. iij. §. fi. hoc tit.
c L. si pater filium. vbi Bar. ff. de vulg.
d Alciat. lib. iij. Parado. c. vj.
e L. ex facto etiã. ff. de hered. inst.
f D. l. vn. §. pro secundo. C. de cad. toll.
g Dixi lib. ij. Miscell. c. xxiij.
h D. l. vn. ver. Et cùm lex.
i Alciatus hîc.
k L. cùm in testamẽto. ff. de hered. instit.

l L. iij. §. fi. ff. de conditio. & demonstra. m §. j. de bono. poss. §. posthumo. de lega. n §. posthumorum. de exhered. liberor. Instit. o L. tractabatur. ff. de milit. testa. l. iij. C. de inoff. testa. p §. nunc. de lege, infrà hac l. q L. si cùm dotem. in prin. ff. sol. mat. l. commodissimè. hoc tit. r Aristotel. lib. vij. de natur. animal. s L. intestato. §. fi. ff. de suis & legit. t Plinius lib. vij. nat. histor. c. v. u Gell. lib. iij. c. xvj. x §. fin. de restitutio. & ea qua par. coll. v. y L. vlt. C. de posth. d. l. intestato. §. fi. & hîc. z L. filium. ff. de ijs, qui sunt sui. a Bald. & Imol. hîc. b L. si vicinis. C. de nup. c. per tuas. de probatio. c L. pen. §. fi. ff. de proba. Glo. in c. Michael. de fil. presbytero. d L. quia semper. ff. de in ius voc.

ternum agrum diutiùs coluit.[e] Reliqua apud Doctores legenda relinquimus. Neque enim nobis in animo est à proposito tam longè diuagari, & alienissimis locis inculcare, quæcunque ab aliis temerè scripta comperimus: itaque discutiamus, §. Quidam rectè.

§. QVIDAM RECTE.

Quidam rectè[a] admittendum credunt, etiam si non exprimat de morte filii,[b] sed simpliciter[c] instituat, vt eo casu valeat, qui ex verbis[d] concipi possit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Formæ obseruatio.*
2 *Intellec. varij ad hunc §.*
3 *Filius & nepos instituti, an simul admittantur.*
4 *Disiunctæ & coniunctæ natura.*
5 *Pater de bonis suis, & filiæ dotem promittens.*
6 *Vsusfruc. quando patri quæratur.*
7 *Priuilegium patri & filio concessum.*

Actenus Aquilianæ formulæ verba Scæuola retulit, nunc eius interpretationem aggreditur. neque enim ferendi sunt, qui Gallum hîc à Scæuola reprehendi putant.[a] Ex singulis autem Aquilianæ formulæ verbis, Scæuola noster quæstiones elicit, easque diligenter executus est. Primam ex illis, *Si filius, me viuo, moriatur.* Quid, si mortis filii nulla mentio fiat? Cùm itaque Gallus docuisset, nepotem posthumum sub conditione institui posse, *Si filius, viuo auo, moriatur: & si nepos post mortem testantis nasceretur, & intra decem menses à morte filij,* declarat id Sceuola, ex vererum quorundam sententia, spectato effectu. quando non sit omnium verborum, quæ Gallus sua formula concepit, expressio necessaria. vnde quamuis de morte filii testator nō exprimat, iure tamen nepos institutus erit: putà, si testator dixerit, *Si quis mihi ex filio nepos nascetur, hæres esto.* censebitur quippe in eum casum institutus, qui poterit ex verbis colligi: hoc est, (vt vulgò Doctores interpretantur) eo casu quo Gallus induxit, nepotem institui posse, si filius, videlicet, viuo testante, moriatur.

Dubitationem faciebat. nam Gallus non simpliciter, sed concepta formula, & sub certis conditionibus nepotem institui permisit. Cùm autem forma det esse rei,[b] ea non seruata, constat actum ruere:[c] & conditiones, cùm necessariam ad actum formam inducant,[d] præcisè, & ad vnguem, quod dicitur, impleri debent.[e] nec denique simpliciter fieri potest, quod sub conditione concipiendum est.[f] 1

Verùm his rationibus iam videtur ex prædictis satisfactum: cùm conditiones ab Aquilio conceptæ non fuerint, vt earum expressionem, sed vt earū existentiam necessariam significaret: quod non aliter posthumum institui posse, Gallus induxerit, quàm relata in id tempus institutione, quo suus hæres nasceretur: talis verò nasci non potest, nisi præ mortuo testatoris filio.[g] Neque dissimile est quòd leges vulgarem substitutionem, ita concipi docent, *Si Titius hæres non erit, Seius hæres esto.*[h] Et tamen receptum his verbis, *Titium instituo, & illi Seium substituo*, compositam esse vulgarem.[i] Neque desiderari conditionis, *Si hæres non erit*, expressionem: quamuis ad effectum necessaria sit.[k]

Quidam rectè.[a] Quorum sentētiam probat hîc Scæuola, dum ait, *rectè*: quod si non expressisset, magis illam improbasse videretur. cùm hoc verbo *Quidam*, soleant à Iuriscōsultis reiectarum sententiarum auctores significari.[l] vt ita vera non sit 2

[e] L. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adult.
[a] §. idē credendum. hac l.
[b] L. Iulianus. §. sed et si quis. ff. ad exhibend. Aristotel. lib. vij. & viij. Metaphisico.
[c] L. cùm hi. §. si prætor. ff. de transac. c. quia propter. de elec. in vj.
[d] L. Prætor. in prin. ff. de coll. bone.
[e] L. qui hæreds. l. Mæuius. ff. de cond. & demonst.
[f] L. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig.
[g] §. sui. de hæred. qualit. §. ita demum. de hæred. quæ ab intesta. instit.
[h] L. j. ff. de vulg.
[i] Accur. & alij hîc. Bart. l. Centurio. ix. q. ff. de vulg.
[k] L. post aditam. C. de impub.
[l] L. talem. in princ. ff. de hæred. instit. l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petā. l. 9. §. ex his. ff. de verb. oblig.

ſit eorum ſententia,qui putant dictionẽ *Rectè*,ad verbum *admittendum*, non etiam ad verbum *Credunt*,referendam.[m]

De morte fily.[b] Quia non dicat,*Si filius,me viuo,morietur.*

Simpliciter instituat.[c] Quia filio hærede ſcripto dixerit, finge, teſtator, *Si quis mihi nepos,poſt mortem meam naſcetur,hæres eſto*,nulla facta mentione mortis filii.Nec ad rem pertinet quòd tunc non videatur ſimpliciter nepos inſtitui: cùm verba conditionaliter expreſſa ſint.[n] Nam ineſt tacitè hæc conditio, *Si poſthumus naſcatur.*[o] Vnde expreſſa non reddit actum conditionalem.[p] nec ideo minùs ſimpliciter diſpoſitio concipi dicitur,cui adiecta eſt conditio, quę ſubeſt ſecundum naturam actus.[q] Qua ratione defendi quoque poteſt ſecundus Accurſij, & aliorum ſenſus, vt teſtator dixerit,*Filium & nepotem, qui ex eo mihi poſt mortem meam naſcetur, inſtituo.* Vtroque quippe caſu, & in vtraque perſona conditio ex natura actus ſubaudietur, velut in filio,*Si viuo teſtante moriatur*,in nepote,*Si naſcatur poſt decem menſes.*

Poteſt ex eorundem etiam ſententia hic locus accipi: vt teſtator, Si filius hæres non eſſet, nepotem ex eo naſciturum ſubſtituerit. indéque ſingulariter colligunt ſubſtitutioni vulgari locum eſſe, ſi inſtitutus teſtanti præmoriatur.[r] Quod etiam in tacita vulgari obtinere videtur:[s] cùm & ab ea receptum ſit,teſtamentum vires ſumere poſſe:[t] quæ ſuo loco accuratiùs tractabuntur.

Addunt quartam interpretationem,Si teſtator dixit, *Filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo*:quibus verbis vulgarem induci,receptum eſt.[u]

Vel & vltimò (inquiunt) poteſt hic textus intelligi, vt teſtator paucioribus verbis vſus, filium, & ex eo nepotem inſtituerit. qua verborum conceptione videtur nepotem poſt mortem filii duntaxat vocaſſe tum ex natura actus neceſſariò geſti,ne nepotis agnatione rumpatur teſtamentum,[x] tum ex ordinata perſonarum charitate:[y] licèt alioquin coniuncta vim verbi perſonis copulatis: æqualiter diſtribuat:[z] & ideo coniunctim ad eandem rem vocati, ſimul ex æquo,& eodem tempore,illam capiant.[a]

Ex verbis.[d] Teſtatoris,ſcilicet, mortem filii non exprimentis: quamuis alii hoc ad Galli formulam referant, quibus apertè contradicunt præcedentia verba, *exprimat*,& *inſtituat*:quæ cùm teſtantem ipſum reſpiciant, euidens faciunt, quæ ſequuntur ad teſtatorem pariter eſſe referenda, vt hîc ſit ſenſus inſtitutionem ſimpliciter de nepote conceptam,nulla videlicet, facta mentiòne mortis filii, eo caſu locum habere,qui poterit ex verbis inſtitutionis cõcipi: id eſt,colligi,elici,& comprehendi: dum ſuus poſt mortem naſcatur,& in tempus ſuitatis, collatam inſtitutionem colligamus,[b] vel expreſſim, vel tacitè: cùm formulæ Aquilianæ expreſſio non ſit de forma. Et in quacunque diſpoſitione ſubſtantialia rei ſufficit in genere, tacitéque attingere,[c] modò ſermo aptus ſit talem, de qua agitur,ſubſtãtiam comprehendere,[d] nec minùs ex lege venire dicatur, quod per interpretationem ex ſententia,quàm quod nominatim lege cautum eſt:[e] hánceque noſtram expoſitionem planè confirmant,quæ paulò pòſt ſequuntur Scæuolæ verba.[f]

3 Explicitis his quæ magis pertinent ad expoſitionem textus noſtri,ſupereſt vetus illa,diu, multúmque controuerſa quæſtio, Si quis ſimpliciter filium, & nepotem iam ex eo natum inſtituat, an ſimul nepos cum filio admittatur? an ſeruetur ordo ſucceſſionis? Quod magis receptum eſt: nepotem, videlicet, poſt mortem filii,aut eo repudiante:ex vulgari ſubſtitutione admitti.[g] Neque enim videtur teſtator inſtituiſſe nepotem,niſi quia timebat,ne ſi pręmoreretur ſibi filius,nepos agnaſcendo,rumperet teſtamentum.[h] vnde nullam videtur ad incommodum filii teſtator in nepotem exercuiſſe liberalitatem,quę in neceſſitatibus non exiſtit:[i] ſed

m Mar.Salomon.hîc. n L.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig. l.final.C.de do.promiſſ. o L.j.ff.de cõditio.& demonſtra. p L.iij.ff.de leg.j.l.nõ rectè.C.de fideiuſſ. q L.qui liberis.in pri.ff.de vulg. r L.Thais.§.Spendophorus.ff.de fide liberi.l.vn.§ pro ſecũda.C.de cad.toll. s L.ſi pater filium.ff.de vulg. Acc.l.lex Cornel.illo titul. t D.l.ſi pater filium. Bar.l.j.ff.de vulg. u Accurſ.& alij hîc. Bar.l.Cẽturio.ix.col.ff.de vulg. x §.poſthumorum.de exhæred.libero.§.ſeq.in fine. y L.cùm pater.§.pe.ff.de leg.ij.l.Lucius.ff.de hæred.inſt.l.generaliter.C.de inſtitut. z L.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re.l.vn.C.ſi plures vna ſent.

a L.ſi duobus.in princ.ff.de leg.j.l.vn.§.his ita.C.de cad.toll. b §.forſitan.huius l. c L.Titius.§.Lucius.hoc tit.laſ.l.inter cætera.hoc tit. d L.final.C.de poſth. e L.nominis.§.ſi.ff.de verbo.ſig.§.j.de legit.patro.tutel.Inſt. f §.quid ſi is.ij.reſp.huius.l. g Accurſ.Bart.& cæteri hîc communiter. h L.poſthumorũ.ff.de iniuſt.teſt.§.poſthumorũ.de exhæred.liber. i L.rem legatam.ff.de adim.leg.

magis secundum ordinatam charitatem, priore loco, proximiorem inuitasse.[k] Sic
enim lex diuersis gradibus ius aliquod deferens, intelligitur secundum ordinem
graduũ.[l] Addunt & illud, quod ad nepotis commodum inutilis alioquin redde-
retur institutio: cùm adeundo confestim patri quęrat.[m] Nec obstat coniunctę na- 4
tura, quę licèt personas copulatas æqualiter determinare soleat,[n] easdémque si-
mul, ex ęquo, & eodem tempore admittere,[o] ex verisimili tamen mẽte disponen-
tis cessat:[p] & vel in disiunctam resoluitur,[q] vel ordinem naturę seruat,[r] vt & econ
trà, disiuncta propter coniecturam mentis, pro coniuncta accipitur,[s] vel ex ordi-
natæ charitatis præsumptione ordinem seruat successionis.[t] Vnde nec ad rem val
de pertinere potest, quod determinatio plura respiciens ad omnes æqualiter fieri
debeat.[u] Nam hoc verum, nisi subsit diuersa ratio:[x] qualis in nostra specie, neces-
sitatis, & charitatis.

Et hæc communi consensu recepta sunt: licèt scripturæ ordine inuerso testator nepotis priùs mentionem fecerit: quia dixerit, *Nepotem & filium instituo*.[y] cum testantis voluntas non ad scripturæ ordinem, sed ad iuris intellectum sit referenda.[z] præsertim inter eas personas, inter quas emergit ordinatæ charitatis præsumptio.[a]

Amplius quidam putant, tametsi nulla sit instituendi necessitas, nec vlla in descendentes charitas ordinata, sed verisimilis duntaxar affectionis ordo, huic sententiæ locum esse. Veluti si quis fratrem, aut filium eius instituerit.[b] quæ tamen opinio cæterorum iudicio, falsa est,[c] nisi testator dictione plurium graduum collectiua vsus esset: quia, putà, dixisset, *Instituo fratrem, & eius liberos, vel eius descendentes, eius familiam, sobolem, stirpem, & similia*.[d] Quo fit vt non obstet quod instituta Alterochá, & sobole, quam gestabat in vtero, simul soboles cum Alterocha matre admittatur.[e] Nam adiectio illius qualitatis, *quam gestabat*, collectiui verbi naturam eo casu restringit.[f]

Mihi verò in proposita quæstione diuersa semper placuit sententia.[g] Nam si successionis ordinem testator voluisset seruari, verisimile non est eum cõiunctim disposuisse.[h] Deinde quia si nepotem cum communi substitutum interpretemur, conditio *Si hæres non erit*, in quam vulgaris concipitur,[i] necessario est exaudienda contra iuris regulas.[k] Et quoniam ea est coniunctæ natura (sicuti dictum est) vt simultaneum copulatorum concursum requirat:[l] & ad plures personas relata ad eas æqualiter referatur,[m] tanquam in vnum corpus, propter vnitatem sermonis redactas.[n] Eáque præsumitur testantis voluntas, quæ ex propria verborum significatione colligitur.[o] à qua monemur non recedere, nisi cum manifestum est aliud sensisse testantem.[p] Licèt in suspicionem veniamus contrariæ voluntatis.[q] Quæ tamen hoc casu nulla probabilis considerari potest. Nam quod aiunt coniunctam pro disiuncta nonnunquam accipi:[r] neque copulata æqualiter determinare,[s] fatemur quidem certis id specialiter casibus inductum, qui ad consequentiam producendi non sunt:[t] quòd eorum præsertim alia lõgè sit ratio.[u] Etenim si fundum mihi, & Titio emam, persona Titii, pro superuacuo adiicitur:[x] quia per liberam personam alteri quæri non potest:[y] mihi autem soli res empta censetur:[z] ne prægrauentur contrahentes. Emptor qui totius pretium numerauit, venditor, qui si
partem

k L. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. l. final. C. de verbo. sig.
l L. j. vbi Bal. col. iij. C. de secũd. nup.
m L. placet. ff. de acquir. hære. l. j. ff. si quis à parent.
n L. reos. §. j. ff. de duo. re. l. vn. C. si plu. vna sent.
o L. vn. §. his ita. C. de cad. toll.
p L. fundus ille. ff. de contr. emp. c. j. Episc. vel abbà. in feud.
q L. sæpe. ff. de verb. sign.
r L. si. C. de dot. promis.
s L. Lucius ij. ff. de hæred. inst. l. generaliter. C. de instit.
t L. cũ pater. §. pen. ff. de leg. ij.
u L. iam hoc iure. ff. de vulg.
x L. si ita scriptũ. ff. de man. testa. l. ij. ff. de offic. procõs.
y L. talem. in princ. ff. de hæred. inst. Bar. & alij hîc.
z L. quidam in testamento. ff. de pecul. leg. l. nec enim. ff. de solutio.
a L. Iulianus in fi. ff. si quis omiss. ca. test.
b Bar. hic. Raph. Cuma. l. fi. §. Seio. ff. de leg. ij. Corne. cons. 47. vol. 4
c c. Raynuntius. & c. Raynaldus. de testa.
d L. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. l. fin. C. de verb. sig.
e D. c. Raynuntius.
f L. ea tamen. ff. de leg. iij.
g L. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. l. cum in testamẽto. ff. de hæred. instit.
h L. vn. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll.
i L. j. ff. de vulg.
k L. si ita stipulatus. §. pen. in fi. ff. de verb. oblig.
l L. si hæredis plures. ff. de cond. instit. l. reos. §. j. ff. de duob. re.
m L. legata inutiliter. §. fin. ff. de leg. j.
n L. vn. §. his ita. C. de cad. toll.
o L. ille, aut ille. §. si ff. de leg. iij. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. leg.
p L. non aliter. ff. de leg. iij.
q L. si alij. ff. de vsufr. leg.
r L. sæpè. ff. de verb. sig.
s L. fundus ille. ff. de cont. emp. l. fi. C. de dot. promiss. c. j. Episc. vel alba. in find.
t L. quod verò contra. ff. de legib.
u L. Papinianus exuli. ff. de minor.
x D. l. fundus ille.
y L. solutum. §. pen. ff. de pig. actio. l. j. C. per quas person.
z D. l. fundus ille.

partem tei duntaxat intelligatur vendidisse, in communione remanebit inuitus.[a]
5 Quod autem pater de bonis suis, & filię dotando, ex propria tantùm substantia dotem constituisse videatur,[b] ideo proditum est, quia imputandum patri, qui contrahendo nimis incerto, & effuso sermone sit vsus.[c] Et quoniam ad eum non pertinebat alienatio bonorum filię.[d] Denique quod dicitur, si cliens ea lege beneficium acceperit, vt in eo descendentes sui, & masculi, & fœminę succedāt, primum tamē vocari masculos,[e] subiecta materia operatur: quia fœminæ successione feudi, iure communi remouentur.[f] Hinc quoque patet nostrum Scęuolę responsum receptę Doctorū sententię non suffragari: quod etiam si quintam interpretationem veram admittamus, alios terminos habet. Namque loquitur in posthumo, qui non poterat ex testamento vocari,[g] nisi in casum, quo suus esset, idque Galli beneficio.[h] Vnde cùm nequiret simul cum patre succedere in id tempus suā censetur retulisse dispositionem testator, quo possit effectum habere.[i] Sed nec ratio illa necessitatis, quam hîc Doctores comminiscuntur ad rem mihi valde pertinere videtur: cùm nisi nominatim testator id agat, non censeatur se ad necessariam caussam referre:[k] & in hac specie nepotem simul cum filio instituere necessum non habuit. Vnde magis voluntarium actum fecisse dicitur.[l] nec sanè probabilis vlla necessitas, respectu saltem vniuersorum bonorum considerari potest: cùm in portiuncula tātùm loco legitimæ filios instituere satis sit.[m] Quod verò adiiciebāt, inutilem alioqui futuram nepoti institutionem, cùm in patris potestatem, auo mortuo, recidens:[n] ius omne patri confestim sit quæsiturus,[o] nihil vrget. Nam pręterquam quòd fieri potest, vt nepos ante testantis mortem sui iuris efficiatur.[p] quod licèt in contractibus non sufficiat, in quibus dispositionis tēpus spectamus:[q] ad acquisitionem tamen testamentariam satis est.[r] hodie filius familiàs rerum ad-
6 uentitiarum patri solum vsum fructum quærit.[s] Quinimò eo casu, quo patri simul & filio defertur hæreditas, vt in specie nostra, nihil patri debetur.[t] Ad hæc illud fateor, quòd si testator verbo plurium graduum collectiuo vsus esset, siue in descēdentium, siue in transuersalium institutione putà, quia dixisset, *Instituo filium & eius liberos, aut fratrem & eius sobolem, stirpem, familiam*, & cætera id genus: tūc collectas personas non concurrere, sed ordine successionis admitti,[u] nisi ex adiectione qualitatis dictio collectiua verisimiliter restringi debeat,[x] vt cùm Raynutius Alterocham instituit & sobolē, quam gestabat in vtero,[y] quod attigi suprà. Hæc autem cùm ita se habeant, consequens est pleraque omnia corruere, quæ ad hanc quęstionem Doctores anxiè nimis adiunxerunt: qui posteà nihilo consultiùs ad contractus se transferunt, docentes, patrem qui pro se, filiis, & nepotibus aliquid acquirit, secundum ordinem successionis, intelligi quęsiisse:[z] cum pater filio, vt hęredi pacisci censeatur:[a] hęres autem, viuo patri, filius esse non possit.[b] Et quoniam quicquid habet filius ex contractu patris, velut profectitiū, statim patri defertur.[c] Probabilisque est hęc sententia, vbi super iis contraheret pater quę suapte natura ad hęredes transferantur, etiam extraneos. Nam si ad filios duntaxat transirent, vt feudum, & emphyteusis,[d] eas vt filiis, non vt hęredibus pater quęsiisse videretur.[e] non quidem vt admittantur illi, simul cum patre viuente, sed vt succedant tanquam filii, licèt patri non fuerint hęredes. & si extiterint, nulla portionum hęreditariarum habita ratione, ęqualiter omnes veniant.[f] Quamuis in emphyteusis exemplo deliberandum sit ampliùs: cum sola sit emphytheusis ecclesię, quę non transit ad cęteros hæredes.[g]

a L. Iulianus. §. idē. Celsus. ff. de actionibus emp.
b L. fin. C. de dot. promiss.
c L. veteribus. ff. de pac. d. l. fin. in fine.
d L. fin. §. finautē as. C. de bon. qua lib.
e c. j. Episc. vel abba. in feud.
f c. j. §. hoc autem. qui feud. dare poss.
g §. j. de bono. poss. Instit.
h Hac l. nostra.
i L. si vno. ff. Locat.
k L. creditorem. ff. de leg. ij. l. vn. §. primum itaq. C. de rei vxor.
l L. si pater pro filia. ff. de coll. dot.
m §. aliud quoque. vt cū de app. cog. coll. viij.
n L. filius à patre. §. j. hoc tit.
o L. placet. ff. de acqui. hared. l. j. ff. si quis à parent.

p L. à patre. ff. de leg. iij. q L. si filiusfamiliàs. ff. de verbo. oblig. r L. qua legata. ff. de reg. iur l. si vxor. C. de cond. insert. s L. cùm oportet. C. de bon. qua. lib. l. j. C. de bo. mater. t auth. item hareditas. C. de bon. qua lib. & eū corpore. u L. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. l. fi. C. de verb. sig. x c. Raynutius. de testa. y D. c. Raynutius. z Bart. & aly hic. a Accurs. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. b L. j. ff. de hared. vend. l. qui superstitis. ff. de acq. hared. c L. & heredi. §. nos autem. ff. de pac. l. dominus. ff. de verb. oblig. d §. emphyteusim. de non alien. coll. ij. e Accur. & Bart. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. ind. Bar l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. f L. vt iurisiurādi. §. si liberi. vbi Bar. ff. de oper. libert. g D. §. emphyteusim. Ac. l. etiam. ff. sol. mat. Alex. cons. ix. vol. ij.

Interpretantur quoque supradicta Doctores in hæreditatibus,& dominiis,quæ 7 simul pro solido plurium esse nequeunt.[h] In aliis enim quæ simul,eodémque tempore possunt ad plures pertinere,veluti immunitas,aliúdue priuilegium(quia non est eadem ratio)secus dicendum:[i] & ideo traditum,si immunitatis prærogatiua patri,& filiis concessa sit,posse filium ea,viuo etiam patre,vti:[k] & concesso legitimandi priuilegio patri,& filiis,posse filium,patre adhuc superstite,legitimare.[l] Verùm hæc sententia periculosa videtur.[m] si quidem priuilegia cùm iuri communi repugnent,[n] perquam strictè interpretari debeant:[o] præsertim ne de persona fiat ad personam extensio,[p] nisi nominatim in concessione sit actum,[q] aut sub familiæ,generis,aut posteritatis nomine facta sit concessio.[r] Nec me tãtillum mouerit,quod filii,& vxores,illustris personæ priuilegio exercendi caussam per procuratorem,superstite illustri persona,vtantur.[s] Id enim ideo quia defuncta illustri persona,hoc eis priuilegium denegatur.[t] Putauerim igitur rem hanc aliter finiendam, quàm vulgò fiat,vt siquidem priuilegium ad patris postulationem concessum sit,non vtantur illo filii,viuo patre.[u] quod eiusmodi concessionis, velut à principe extortæ semper & vbique debeat fieri restrictio:[x] secùs,si vltronea principis voluntate,& motu(vt dicunt)proprio,beneficium emanarit à principe:[y] quod tamen in dubio non præsumitur,[z] nisi semel,atque iterum iusserit,[a] aut præcesserint digna eius, cui concessio facta est, benè merita,[b] vel etiam priuilegium aliqua iuris parte clauderetur.[c] quale est illud immunitatis,publicis legum professoribus,ac eorum vxoribus,& filiis concessum.[d] Sed iam satis parergis datum est:transeamus ad §.idem credendum.

h L. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. l. penult. §. pater. ff. de cast. pecul.
i L. j. ff. de iur. immunit.
k L. ij. in fi. C. de episc. & cler. d. l. j.
l Angel. hic. Curt. cõsil. lxxiij. col. ij.
m L. j. C. de proxil. eo. qui in sac. palat. milit. lib. xij.
n c. priuilegia. iij. dist.
o L. si quãdo. C. de inoffi. testa.
p L. Neratius. l. priuilegia. ff. de reg. iur.
q D. l. ij. C. de episc. & cler.
r D. l. j. ff. de iur. immunit.
s L. fi. C. de iniur.
t D. l. fina.
u L. iij. in princip. ff. quod quisq. iur.
x L. j. C. de petit. bon. subla. lib. x.
y D. l. j.
z c. si motu. de prebe. lib. vj.
a §. & hæc verò subeunt. vt null. iud. coll. ix.

§. IDEM CREDENDVM.

Idem credendum[a] est Gallum existimasse,[b] & de pronepote,[c] vt dicat testator, *Si me viuo nepos decedat,tunc*[3] *qui ex eo pronepos,&c.* Sed & si viuo filio,iam mortuo nepote,cuius vxor prægnans esset,testamentum faceret,potest dicere, *Si me viuo filius decedat,tunc qui pronepos.* Num si & filius, & nepos viuat,concipere vtrísque mortuis, viuo se, tunc qui pronepos nasceretur? Quod similiter admittendum est:ita sanè, si prius nepos,[e] deinde filius[f] decederet,ne successione[g] testamentum rumperetur.[h]

SVMMÆ RERVM.

1 *Gallus à Scæuola non reprehenditur.*
2 *Nepotis verbo an pronepos veniat.*
3 *Successionis ordo ex veteri lege.*
4 *Præteritione sui testamentum quandonullum.*
5 *Testamentum an præmoriente præterito, conualescat.*
6 *Et cætera, dictionis natura.*
7 *Notarius quãdo schedam abbreuiatam extendat.*

IDem credendum.[a] Aquilianæ formulæ verba singulatim Scæuola interpretaturus ab illis, *Si filius me viuo moriatur,* initium fecit:[a] nunc verò ex verbis, *Si quis mihi nepos,* aliam addit interpretationem:idem,scilicet, in pronepote ex Galli sententia constituens. Cùm enim Gallus posthumum nepotem (ne illius agnatione testamẽtum rumperetur)[b] sic induxisset institui posse, *Si filius,me viuo,moriatur,* neque de pronepote mentionem fecisset vllam,

b L. si verò non. §. idem Papinianus. ff. manda. c Accurs. & Bar. auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles. d L. medicos. C. de profess. & med. lib. x. a §. quidam rectè. suprà hac l. b L. posthumorum. ff. de iniust. testa. §. posthumorum. de exhær. lib.

vllam, cuius tamen successione testamentum quoque rumpi poterat. mentem Galli hoc loco Scæuola interpretatur: idem de pronepote constituere. Neque verisimile esse vt proposito à se nepotis exemplo cæteros casus parem rationem habentes excludere voluerit.[c] Quocirca si vereatur testator agnatione pronepotis aliquo casu testamentum rũpi, eum sub Galli formula vocare potest: veluti, mortuo filio, & viuo nepote, in hunc modum, *Si me viuo nepos decedat, tunc qui pronepos ex eo mihi nascetur, hæres esto.* Rursus mortuo nepote ex viuo filio, hoc modo, *Si filius, me viuo, decedat, tunc qui pronepos, &c.* Denique filio & nepote viuentibus, ita, *Si filius & nepos, me viuo, moriantur, tunc qui pronepos, &c.* Quo tamẽ casu habebit effectum substitutio, si præmoriatur filio nepos: non item, si prior diem suum obeat filius. Nam cùm his verbis, *Si filius & nepos*, censeatur filius duntaxat institutus, vtpote quem velut tenentem primum suitatis locum, instituere testanti necessum fuit: nepos, præmortuo filio, se præteritum agnoscens, testamentum rumperet.[d]

1 *Gallum existimasse.*[b] Prosternunt euidenter hæc verba illorum sententiam, qui Gallum obiurgari & reprehendi à Sceuola putabant. quippe Sceuola dicit credendum esse Gallum idem existimasse. Non ergo reprehendi meruit. Nam & alioqui ipse quoque Scæuola obiurgandus esset, qui de abnepotibus, & aliis vlterioris gradus liberis, nihil definisset. Sanè verò, quoniã de singulis in vniuersum lex cauere non potest,[e] eos casus nominatim solet comprehendere, qui plerumque accidunt, vt ex iis ad similia procedamus.[f] Et hoc est bonum & æquum,[g] ex quo prætermissum à legislatore, suppletur.[h] In quo genere dicebat Celsus adolescens, sub auctoritate iuris scientiæ, hoc est, scripti perniciosè ab iis erratur, qui verbis tenaciter seruientes, aliò quàm oporteat sensum legis deflectunt.[i] De Gallo certè Aquilio, qui nunquam à iuris ciuilis ratione æquitatem seiunxit:[k] minimè credendum est, non idem de pronepotibus eum sensisse: sed putandum potius protulisse nepotis exemplum, quod de ea liberorum specie, persæpe, de vlterioribus perrarò contingeret dubitari. Nepotis tamen exemplo, cæteris, vbi tulisset casus, æquè consultum intelligens.[l]

2 *De pronepote.*[c] Cùm nepotis appellatio (si non subsit ratio diuersitatis)[m] ad pronepotem porrigatur:[n] sicuti & nurus verbum ad pronurum, generi ad progenerum, soceri ad prosocerum, & si qui sint vlteriores, protendi cõstat.[o] quippe quòd præpositio *Pro*, distinctionem tantùm ordinis, hac in re designat, quo, videlicet, gradu remotior à proximiore secernatur.[p] Vnde & Vergilius, nepotes pro posteris posuit *Charósque nepotes.* Hinc autem patet inexcusabiliter eos falli, qui contrarium ex hoc textu probari cẽsent, nempe nepotis appellatione pronepotem non cõtineri. Quorum rationes indignæ sanè mihi visæ sunt, quæ accuratiùs confutentur: cùm totæ in eo consistant, vt Gallum à Scæuola reprehensum, & obiurgatum ostendant: quo neque falsius quicquam, neque absurdius dici potest.

Tunc.[d] Dictionem *Tunc*, cuius vim suprà breuiter exposuimus,[q] repetit semper, & inculcat Scæuola, vt perpetuò demonstret nepotes posthumos non simpliciter institui potuisse, sed sub Galli formula.

Prius nepos.[e] Qui nec expressim institutus fuit: nec tacitè intelligitur, cùm non teneret primum locum tempore testamenti.[r]

Deinde filius.[f] Quem his verbis, *Si me viuo filius moriatur*: tacitè institutum probauimus.[s] Neque enim ariolamur hic cùm aliis, filium à testante nominatim scriptum hęredem fuisse.

3 *Successione.*[g] Hunc locum tam neglexerunt interpretes, quàm facilè dissimularunt: cùm tamen magni eorum interesset, rectè, syncerèque rem ipsam explicari. Nam cur non dixit Scęuola, *Præteritione*, non *Successione*? Sciendum igitur veteri lege solos primi gradus liberos, hoc est, filios, iura suorum hæredum habuisse,[t] nepotes autem, cæterósque descendentes, non item: tametsi præcedens persona,

c L. scire oportet. §. fi. ff. de excus. tuto. l. damni. §. fi. ff. de dam. infec.
d D. l. posthumorum. d. §. posthumorum.
e L. nõ possunt. ff. de legib.
f L. neque leges. & d. l. non possunt. ff. de legib.
g L. j. ff. de iust. & iur.
h Aristol. lib. v. Ethicorum. c. x.
i L. si seruum. §. sequitur. ff. de verbor. oblig. l. non dubium. C. de legib.
k Cicero pro Cecina.
l §. quid si is. in fin. & §. forsitan. huius l.
m L. Lucius. §. filiam. ff. de leg. ij.
n L. cui eorum. ff. de postul. §. forsitan. & §. Quid si is. huius l.
o L. nurus. l. generi. l. soceri. ff. de verb. sig.
p D. l. cui eorũ. Bart. in §. instituens. huius l.
q In princ. huius l.
r §. in omnibus. huius l. dixi in princ. huius §.
s L. cùm in testamento. ff. de hered. inst.
t L. posthumorũ. ff. de iniust. rupt.

viuo parente,desiisset esse in potestate. Vnde impunè poterāt præteriri, nisi quòd
iure accrescendi (sic enim ius illud succedendi vocarunt) legitimam portionem
ad exemplum filiarum consequebantur : [u] æqualem nimirùm , si frater erat insti-
tutus, aut si extraneus,dimidiam. [x] Hoc autem durum admodùm , posterioribus
legibus visum est:cùm ipsi posthumi, si patrem præmortuum nascentes reperirēt,
iura sui hæredis nanciscerentur, & agnascendo testamentum rumperent. [y] Cur
ergo non iuris idem iam natis concederetur,quibus alioqui in successione plùs fa-
ueri solet,[z] nulla dictare ratio videbatur.proinde cōstitutum,vt nepotes , si filii,vi-
uo auo, moriantur,aut aliter exeant de potestate in eorum locum succederent, &
ad instar posthumorum, quasi agnascēdo,iura suorum nacti hac successione, si se
præteritos comperissent,mox euerterent testamentum.[a]

Testamentum rumperetur.[b] Iuris ciuilis(inquiunt)subtilitate : nam æquitate præ- 4
toria(quia nepos præteritus post filium,viuo testatore, decessit, & pronepos insti-
tutus,ab intestato alioqui successurus erat) vulgò creditum, testamentum conua-
lescere.[b] cùm & testantium voluntati ita faueatur, ne vllum futuris hæredibus
inferatur præiudicium.[c] Vnde & illud colligunt constitutione Galli, iure præto-
rio nō procedere:[d] quod(sicuti nonnullis visum est)Scæuolæ menti repugnare vi-
detur,quem cùm eo casu prouidere quoque voluerit, quo præteritione nepotis e-
mancipati per contra Tabulas, testamentum posset euerti: [e] iuris etiam Prætorij
rationem habuisse constat. Alii aliter atque aliter, quorum & sententias & ratio-
nes diligenter nouissimi refellunt,[f] tandem existimantes pro regula seruandum:
sui præteritione testamentum nullum esse[g] adeò quidē,vt licèt suus testanti præ-
moriatur, lege etiam prætoria non confirmetur testamentum. [h] Quod enim Vl-
pianus ait,*Idem,& circa inustum testamentum*,[i] sic accipiunt, vt iniustum testamen-
tum non illud dicatur, quo filius iam natus prӕteritus est, sed in quo iuris ciuilis
solemnia desyderātur,quod Papinianus alibi,*Non iure factum*,appellat.[k] Sed certè
hic error silentio dissimulandus non est, quem Vlpiani verba manifestius dere-
gunt,quàm vt vllo colore contegi,velarique possit.[l] Placet igitur quod iamdiu do 5
cui,vt testamentum præterito ante mortem testantis decedente cōualescat:si,qui
instituti sunt ab intestato testamenti quoque tempore successuri erāt. [m] Nam &
ad id tempus videtur se referre Vlpianus.[n] Et ii propriè dicuntur ab intestato suc-
cessores,qui omni tempore mortis nimirùm,& testamenti (si tum testantem mori
contigisset)venire poterant:[o] alioqui secùs.[p] Neque enim pronepos institutus ab
intestato successor,inspecto tempore testamēti,dici poterat,vtpote qui & à filio &
à nepote præcederetur.Neque ab hac sententia abhorrere videntur,qui testamen
tum ex æquitate prætoria ita demum conualescere censent, si veniens ab intesta-
to,erat in eodem gradu,quo præteritus: [q] qui casus textui nostro minimè accom-
modari potest,in quo nepos præteritus pronepotem gradū præcedit,& ideo testa-
mentum non sustinetur.[r]

Et cætera. Circa porrò dictionem *Et cætera*, cuius naturam Doctores à proposi- 6
to quàm longissimè diuagati,attingere hîc voluerunt:cùmprimis sciendum in im-
breuiatura,hoc est,originali scriptura substantiam actus continente(quam alii sce
dam,alii Protocollum,alii notam,alii matricem scripturam dicunt) [s] Tabelliones 7
solere vti dictione *Et cætera*, abbreuiationis caussa.sub qua oratio perfecta ex natu-
ra,& consuetudine actus,intelligitur: [t] veluti si scripserit notarius, *Præsentibus testi-
bus,& cætera*,exaudiemus rogatos fuisse testes, [u] Nec scrupulosè , cùm quibusdam
distingui

u L.maximum. §. j. C. de liber. præter. §. j. de exhær. libero. Inst.
x Gaius lib. vlt. Institutio. titul. ij.
y L. iij. in princ. ff. de iniust. testa.
z §. incertis. §. posthumo. de lega. dixi. in princip. huius l.
a §. posthumorum. de exhæred. liber. d. l. posthumorum. dicam in §. etiam si parente. huius l.
b L. posthumus. versic. idem & circa. ff. de iniusto testa. Cumā. hîc. Imol. Alexand. & alij in §. in omnibus.
c L. si duobus. §. si prim. ff. de contra tab. l. hac consultissima. §. fina. C. de testa.
d D. l. posthumus.
e §. vltimo. huius l.
f Alciat. lib. ij. Paradoxo. c. viij.
g L. si filius. in princ. hoc tit. l. j. l. filio præterito. ff. de iniust. testa. h Vt hoc §. i D. l. posthumus. §. idem & circa. k L. j. ff. de iniust. test. l L. iij. §. ex his. illo tit. m L. si duobus. §. si primus. ff. de cōtratab. n D. §. idem & circa. o L. conficiūtur. ff. de iur. codicill. p Vt hîc. q Angel. l. filio præterito. ff. de iniust. test. Bar. Soci. hîc. in fi. j. not. r §. in omnibus. §. etiam. ad finem. & hoc §. idem credendum. s L. contractus. C. de fid. instr. § illud quoque de tabellio. coll. iiij. Bal. in rub. C. de fid. instr. t L. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. l. magis puto. § si pupillus. ff. de reb. eor. c. significante. de rescrip. u Bald. l. hac consultissima. in princ. C. de test.

distingui volumus,an *& cætera*,notis vsitatis,&c.an extensim scriptum sit.[x] Potest autem notarius,qui scedam abbreuiatam conscripsit,solus ipse,sine iudice,&inuita etiam parte extendere.[y] (vt & obscurum conuẽtionis verbum declarare)[z] testis exemplo,cui potestatis id quoque concessum est.[a] Aliàs autem Tabellio, qui contrahentium mentem non potest probè nouisse, quamuis illi protocolla,per iudicem commissa sint,& eius qui scedam scripsit, hæres sit,talem extẽtionem non facit:[b] cùm facultas declarandi verbum ambiguum ad successores non transeat:[c] nisi tamen respectu clausularum,quæ apponi solitæ sunt:cùm & omissæ pro insertis habeantur.[d] etiam in rescriptis pontificum.[e] Et hæc vera (inquiunt) præterquam in actibus,qui pro substantia scripturam desyderant,[f] cùm illi extensè conscribi debeant,& completi partibus tradi.[g] Et id solùm dicatur scriptum, quod oculis prospici,non etiam quod extrinsecus intelligi potest.[h]

Sunt tamen qui dissentiant satis esse docentes,substantiam actus extensim scripto contineri.[i] Quorum sententiam communis vsus probat.nec mihi displicet,si de iis agamus negociis,qui ex legis constitutione scripruram requirunt,quos alibi legere est.[k] Nam & priuilegia non, nisi de scripto, probari possunt:[l] cùm tamen restibus possint verba priuilegii declarari,[m] & in rescriptis, mandatisque principum,quæ pariter scripruram requirunt,[n] dictio *& cætera*, abbreuiata, includit ea quæ sunt de natura,vel consuetudine actus.[o] Vbi verò conuentione partium,scriptura necessaria est,crediderim tabellionem non posse dictiones abbreuiatas extendere:cùm non antè dicatur contractus perfectus,quàm instrumentum à tabellione conscriptum sit,extensè completum testiûmque subscriptionibus confirmatum.[p] Sed iam satis næniis datum est.

§. ET QVID SI TANTVM.

Et quid[a] si tantum in mortis filii[b] casum conciperet?[c] qui deinde[d] aquæ & ignis interdictionem[e] pateretur?Quid si nepos,ex quo pronepos institueretur,(vt ostendimus)[f] emancipatus[g] esset?[h] Hi enim casus,[i] & omnes,ex quibus suus hæres(post mortem,[k] scilicet,aui) nasceretur, non pertinent ad legem Velleiam.[l] Sed ex sententia[m] legis Velleiæ, & hæc omnia admittenda sunt, vt ad similitudinem mortis[n] cæteri casus admittendi sint.[o]

SVMMÆ RERVM.

1 *Velleia lex.*
2 *Interdictio aquæ,& ignis.*
3 *Emancipationis vis.*
4 *Emancipationis & patriæ potestatis differentia.*
5 *Suus,pronomen.*
6 *Legis Velleiæ duo capita.*
7 *Mors naturalis,& ciuilis.*
8 *Mortis verbo quæ contineatur.*
9 *Dispositio quando extendatur ad casum omissum.*
10 *Conditio necessaria,& voluntaria.*
11 *Casus omissus quando comprehendatur.*

1 ET *quid.*[a] Cùm natura coniunctæ sit sequentia præcedentibus annectere,[a] vel ex hoc loco satis edocemur cœptum de pronepotis institutione tractatum hîc Scæuolã prosequi,vt sit sensus pronepotem posthumum,ex Galli sententia, nepotis exemplo vtiliter institutum censeri,non modò tribus,suprà scriptis casibus:[b] verumetiam si concepta in casum mortis filii simpliciter institutione, per hæc verba putà, *Si filius, me viuo,*

x L. si ita quis. ff. de euictio. & hîc.
y Doctores hîc & in d. §. si quis iurauerit.
z Accur. l. ab executore. in prin. ff. de appel.
a c. cũ clamor. de testib. Alex. cons. cxlvj. vol. v.
b Doctores hîc & in d. §. si quis.
c Accurs. l. idem Pompon. §. si. ff. de re. vend. & in l. inter stipul. §. si Stichum. ff. de verbor. oblig.
d L. fi. C. de fideiussor.
e c. accepimus. de ætat. & qual.
f Host. c. cũ P. de fid. instr.
g L. contractus. C. de fid. instr. §. j. de emp. & vend.
h L. j. ff. de iis, quæ in test. del.
i L. j. §. hæc autem. l. quoties. §. sed & quis pro cẽtum. & §. sed si non in corpore. ff. de hæred. inst. Angel. & Aret. hîc.
k Glo. c. j. §. postquam. de censib. in vj. *l c. porrò. de priuileg.* *m c. auditis. de in integ. rest.* *n L. vn. C. de manda. prin.*
o c. Rodolphus. c. significante. de rescrip. c. fi. de libel. oblatio. c. dilecti. de excep. iuncto c. exhibita. de iudic. *p D. l. contractus.* *a L. ea tamen. ff. de leg. ij. l. si quis ita. ff. de aur. & arg. leg.* *b In §. præcedenti.*

morietur, posteà cõtingat filio esse aqua & igni interdictum. Aut etiam si nepos, ex quo pronepos in hæc veluti verba scriptus hæres erat, *Si nepos, me viuo, moriatur:* non in fata concesserit, sed fuerit emancipatus. Nam vtroque casu constat pronepotem, auo mortuo, suum nasci. Subducta nimirùm præcedente persona, de parentis potestate, per interdictionem aquæ & ignis, aut emancipationem.[c] & ita rectè institutum: [d] cùm mens Galli fuerit in omnem casum: quo posthumi descendentes, post aui mortem sui nascerentur, prouidere: ne agnatione suorum hæredum, ruerent testamenta.[e] Quocirca licèt Aquilianæ formulæ verba, si strictam iuris rationem, hoc est, nimis anxium verborum scrupulum requeremur, non satis consentiant: ex eius tamen sententia ij casus pariter admittendi sunt. quibus pronepos, post mortem testantis, suus esset, præteritúsque rumperet.[f] Neque verè putandum hoc ipsum Scæuolam otiosè constituere propter Velleiam legem, quæ noluit ab iis rumpi testamenta, qui cùm nascerentur, sui hæredes futuri erant.[g] Nam lex Velleia de natis, viuo testante, loquitur, nos de editis mortuo testatore, vt meritò non possint hi casus ad verba Velleiæ legis pertinere:[h] quamuis ex Velleij mẽte, hi quoque casus interdictionis aquæ & ignis, & emancipationis admittendi sint. Et hîc mihi videtur verus, nitidus, & genuinus nostræ literæ sensus. Cui non obstat quòd casus videatur omissus,[i] & concepta in vnum casum institutio ad tacitum non protendatur.[k] Nam hæc vera, si non verisimile sit, in casu nõ expresso, idem sensisse disponentem.[l] Sed de iis fusiùs infrà.

Fily.[b] Ex quo nepos, finge, mortuus erat, superstite pronuru prægnante.

Conciperet.[c] Testator, scilicet, in hæc veluti verba, *Si filius, me viuo, moriatur, tunc si quis mihi pronepos, post mortem meam nascetur.*

Qui deinde.[d] Sic legendum censeo, cum Holoandrinis codicibus, non vt vulgò legitur, *Quid enim.*

Aquæ & ignis interdictionem.[e] Cùm nefas putarent veteres Romani, homines quamlibet improbos morte damnare: [m] aut eis inuitis ciuitatem adimere. Nam exilia initio duntaxat voluntaria fuerunt, [n] interdicto vsu aquæ & ignis, mulctare delinquentes instituerunt, ne carnificinam ipsi exercere viderentur. Et interim sontes perinde essent, acsi iam mortis excepissent sentẽtiam: earum vtpote rerum vsu priuati, quibus hominum vita præcipuè constar. [o] Propagatis autem imperii Romani finibus, insularum adiectione cœperunt mali homines, & Reipublicæ perniciosi, in quæsitas nouè insulas, omnibus spoliati bonis, amandari. vnde egredi non possent: [p] qui deportati, ideo dicti sunt, quòd velut mortui in alterum orbem delati iacerent.[q] Et quoniam ciuitatem Romanam amittebant, Apolides appellati, quasi sine ciuitare.[r] Quo pœnæ genere recepto, desiit esse in vsu paulatim aquæ & ignis interdictio:[s] in eiúsque locum deportatio successit.[t] Per quam, sicut per interdictionem aquæ & ignis, cùm damnati loco mortuorum habeantur:[u] constat ius patriæ potestatis sublatum: [x] quantum ad effectus ciuiles, videlicet. Nam quod pertinet ad effectus legis naturæ, quam inter nos *ius gẽtium* vocamus:[y] potestas patria illibata manet, [z] veluti vt filius parentem alat, eidémque pareat, & his similia.[a] Naturalis quippe ratio nulla legis ciuilis, vel magistratus auctoritate corrumpi potest: [b] vt interim semper intelligamus verum esse, quod aduersus cæteros alibi docuimus, patriam potestatem iurisgentium esse.[c] Syllam porrò primum fuisse Romanorum, qui morte mulctarit delinquenres historici referunt.

Vt ostendimus.[f] In §. præcedenti, vbi docuit Scæuola posse pronepotem ita institui, *Si nepos, me viuo, decedat, tunc qui pronepos, &c.*

Emancipatus.

c §. cũ autem. §. præterea. Qui. mo. ius pat. pot. §. ita demum. de hæred. quæ ab intest. d §. sequenti. in fine. e L. posthumorum. ff. de iniust. test. §. posthumo. de exhær. libero. f §. sequẽti. in fine. g §. nunc de lege. infrà hac l. h L. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. l. hos accusare. §. fin. ff. de accusa. i L. si cùm dotem. in princ. ff. sol. mat. c. susceptũ. de rescrip. in vj. k L. cõmodissimè. hoc titulo. l L. Titius. §. Lucius. hoc tit. l. fin. vbi dixi C. de posth. m Cicero pro Q. Ligario. n Cicero pro Cecinna, & pro domo sua. o Lactantius libr. y. diuinar. institutio. p L. relegati. ff. de pœn. l. relegati. l. inter pœnas. & l. seq. ff. de interd. & releg. q §. cùm autẽ. qui. mo. ius pat. potest. r L. j. §. hi quibus. ff. de leg. iij. l. qui. dam. ff. de pœn. s §. deportatio. de nup. coll. iiij. t L. iij. ff. ad l. Iul. pecul. l. ij. §. final. ff. de pœn. u L. si necem. §. si deportatus. ff. de bon. libert. x D. §. cùm autem. & hic. y §. singulorũ. de rer. diuis. z L. quidam. ff. de pœn. a L. j. §. j. l. ij. ff. de iust. & iur. l. si quis à liberis. ff. de lib. agnos. b L. ij. § si. ff. de vsufruc. ear. rer. c D. l. ij. ff. de iust. & iur.

3 *Emancipatus.*[c] Hinc Doctores colligunt nepotem, aut pronepotem institutum sub conditione, Si filius, vel nepos, viuo auo, moriatur, statim admitti: cùm præcedens persona desiit esse in potestate per emancipationem, quod planè ridiculum est: cum emãcipatio non soleat substitutioni locum facere, sicut nec manumissio:[d] nec sit impedimento nepoti, quominùs veniat ex substitutione.[e] Quocirca minus debet impedire filium, aut nepotem ex substitutione succedere.[f] Alioquin sequeretur instituto nepote posthumo, secundum formulam Galli, si posteà contingeret, filium imprimis, deinde nepotem emancipari, filium excludi, & nepotem admitti: licèt eodem defectu laborantem:[g] quo nihil iniquius, nihilque absurdius. Adde (si placet) quòd emancipatus in successione testati, iure ciuili quoque est cognitus. Ideóq; potest institui,[h] cùm & quilibet extraneus possit.[i] Et quæ fieri possunt, multo magis iam facta defenduntur.[k] Quandiu autem primus gradus venire potest, secundus ex substitutione cessat:[l] adeò vt nec in partem, tanquam cohæres admittatur.[m] Quod & in specie nostra Iulianus disertè respondit.[n] Nec nos mouere debent Doctorum hac in re dissolutiones, rationésque quas omnes vel ineptas, vel cauillosas esse, nouissimi accuratè probant.[o] Sed tamen nec ipsi scopum attigisse mihi planè videntur. Itaque sciendum Galli consilium, Scæuolæq; interpretationem, non aliò spectare, quàm vt doceat casus, & inducat, quibus nepotis, & vlteriorum, qui nasci possunt, agnatione testamenta minimè rumpãtur.[p] Nec illud tractare fuit illis curæ, quis ex filio, nepote, & descendentibus, priore; quisue posteriore loco admittatur: vtpote quòd non magnam exigeret controuersiam.[q] Non igitur credẽdum hîc disputari, an emancipatione institutio deficiat, & fiat locus substituto pronepoti (hoc enim fatuum esset in concertationem reuocare)[r] sed an testamentum, quo pronepos in casum tantùm mortis filii, aut nepotis, vocatus erat eius agnatione, tanquam sui hæredis rumpatur, si præcedentem personam eximi potestate parentis, alia ratione cõtingat, per deportationem putà, aut emancipationem. Et à Scæuola respõsum est non rumpi. licèt enim suus nascatur, in omnem tamen suitatis casum, institutus intelligi debet.

4 Sanè verò (quod ad emancipationis casum attinet) videtur contextus noster correctus ob sublatam noua lege Iustiniani, suorum, & emancipatorum differentiam.[s] Sed tamen Accursius ait commentum illud emancipationis in successione duntaxat intestati sublatum, condito vero testamento, durare.[t] Amplius quidam putant Nouella lege agnationis & cognationis sublatum discrimen, non etiam emancipationis, & patriæ potestatis.[u] Quæ sententia ex professo Iustiniani verbis, & proposito tractatui repugnat.[x] Neque sanè video qua fronte negare possimus, quominùs ciuile commentum emancipationis, in successione intestati euanuerit:[y] vt verissimum sit, quod vulgò traditum est, bonorum possessionem vnde liberi emancipato minimè necessariam:[z] & saluum esse emancipato ius adeundi, vsque ad xxx. annos,[a] qui iure prætorio non poterat, nisi intra annum agnoscere.[b] Denique non coniungi hodie nepotes cum emancipato patre.[c] condito verò testamento, manere sui, & emancipati differentiam, plerique omnes putant.[d] Quæ sententia iure defendi non potest:[e] cùm & ipsi fateantur, præteritum sine caussa emancipatum, non prætorio tantùm iure per contra Tabul. rescindere testamentum,[f] sed etiam lege ciuili testamentum ipso iure nullum dicere.[g] Et nepotes ex emancipato filio præteritos, non subuertere testamentum.[h] ac proinde correctum eo nomine contextum nostrum. Cùm enim in intestati successione ab emancipa-

d L.seruus autem.j.§.alienus.y.resp.ff. de hæred.inst. *e §.vltimo. in fine huius l.* *f L. Publius.§.j.ff. de cond. & demonst.* *g D.§.fin. in fine.* *h §.emancipati. de hæred. quæ ab intest.* *i L.extraneum. C.de hæred. inst.* *k L.patre. ff.de ys, qui sunt sui.c.j. de vot. & vot. red. in vj.* *l L.quamdiu.j.ff. de acq.hæred.* *m L. Lucius. ff. de hæred. inst. l. verbis. ff. de vulg.* *n L. cũ in testamẽto. ff. de hæred. instit.* *o Ruin.& Fortunius hîc. Alciat. lib.iy. Paradoxo.c.ix.* *p §.præcedenti.in fi.* *q D.l.cum in testamẽto.* *r D.l.quãdiu. d. l. cũ in testamẽto.d.§.seruus autem.* *s §.nulla de hæred.ab intest.coll.ix.* *t Accurs.hîc & in l.si emancipati.C.de colla.& in auth.ex causa.C.de lib.præter.* *u Fortun.& Ruin.hîc.Alciat.lib.iy.Paradoxo.c.x.* *x D.§.nulla.* *y L.fina.C.de legit.hæred.d.§.nulla.* *z §.emancipati.vbi not.de hæred. quæ ab intest.* *a L.licet. C. de iur.delib.* *b L. emancipata.C.qui admitt.* *c Accurs.& Bart.in rub.& in l.j.ff.de coniung.cum emancip.lib.* *d Accurs. hîc & in d.l.si emancipati.* *e L.si.§.sancimus. C. de lib.præter.§.neq; de trient. & semiss.coll.iy.* *f §.sed cum patrono.ff.de bono.poss.* *g Accurs.§.exhæredatos.de hæred.& Fal.coll.j.* *h Bart.& aly hîc.*

to posteriores excludantur, [i] nulla fit eis, si prætereantur iniuria. Vnde ius rescindendi testamentum (quod vt aperiat viam successioni intestati conceditur) [k] habere non debent. [l] Generaliter igitur dicendum, quantum ad successionem & testati, & intestati, discrimen emancipationis, & patriæ potestatis sublatum: [m] vt scilicet, emancipati, sicut sui, iure ciuili succedant: iis denique iuuentur remediis: [n] quamuis adhuc qualitate distinguātur, quippe suus, statim, & ipso iure fit hæres. [o] Emancipatus verò aditione opus habet: [p] vnde cùm qualitates Nouella lege sublatæ non sint, nec item antiquatæ (nisi quoad succedendum) differentiæ, consequēs est discriminis rationem in cæteris manere. [q] Ideo nec hodie quidem emancipato pupillariter substitui poterit, [r] nec trāsmittet ipse vi suitatis hæreditatem, [s] non reuocabit abstensionem, [t] suis tenebitur conferre. [u] Omnia aduentitia sibi in proprietate: & in vsufructu quæret: [x] contra patrem impetrata venia experietur, [y] & contra alium quemcunque sine patris voluntate poterit consistere in iudicio: [z] & se ex voto etiam, & mutuò obligare: [a] denique facere testamentum. [b]

Esset. [b] Hos casus non definit hîc Iurisconsultus, sed paulò pòst, dum tradit cæteros casus ad similitudinem mortis admittendos.

Hi enim casus. [c] Antipophora hîc vtitur Iurisconsultus, tacitæ obiectioni subtiliter occurrens. dixerit namque fortasse quispiam, frustrà hîc commisceri emancipationis, & interdictionis exempla, quando Velleia lege hi casus, similésque contineantur, verbis nimirum illis generalibus, *Si quis ex suis hæredibus, suus esse desierit.* [c] At respondet Scæuola ad Velleiæ legis verba casus, quibus suus hæres post mortem nasceretur, pertinere non posse.

5 *Post mortem.* [k] Veteres hîc quidam, *Post mortem suam*, legebant: inde illud adnotantes pronomen *suus*, ambiguè positum hæredis putà, & testantis personam respiciens, referendum in dubio ad testatorem. [d] Et ideo si doctor doctorem instituat, eúmque roget, suos libros Titio dare, de libris testantis, hic sermo accipiendus erit. [e] Quod ipsum non tam hac ratione probauerim, quàm illa, quia testator licèt rem hæredis legare possit, [f] in dubio tamen de bonis suis potius, quàm hæredis disposuisse censendus est. [g] Alioqui dictionem *Suus*, ambiguam, ex qualitate personę proferentis, ex iis quæ præcedunt, & sequuntur, aliísque circunstantiis, prudens iudex interpretabitur. [h]

6 *Legem Velleiam.* [i] Hoc est, ad verba legis Velleiæ, quæ noluit posthumos, viuo testante natos, si instituti essent, rumpere testamentum. [k] quoniam autem Gallus nepotes posthumos, qui post mortem aui ex præmortuo filio nascerentur, institui posse inducens, de iis nihil cauerat, qui nascerentur, viuo auo, quod testanti tunc imputandum esset, qui mutare testamentum potuit. [k] Iunius Velleius, ne qui vtiliter testari volebat nepotis natiuitatem expectare cogeretur, institui quoq; permisit, nepotes posthumos, qui, viuo auo, ex pręmortuo patre, sui nascerētur. [l] Quin imò posteriore capite, ne nepotes testamenti tempore nati, in filii pręmorientis locum succedēdo, rumperent testamentum, consulit, vt instituerentur, vel exhęredarentur. [m] alterutrum quorum si fieret ab iis successione rumpi testamenta vetuit. [n] Quod subtiliùs accipiendū esse, quàm vulgò fiat, non vno loco docuimus. [o]

Ex sententia. [p] Quoniam mens legis Velleię fuit, omnes rūpendi vias obstruere, & recidere, [f] licèt de nepotibus, pronepotibus natis, viuo testante, ex pręmortuo filio, vel nepote, loqueretur: & ita non possit ad verba legis, casus interdictionis, & emancipationis filii, vel nepotis pertinere: ex verisimili tamen legis voluntate,

i D. §. nulla. k L. posthumus. §. si quis ex his. ff. de iniust. testa. l §. eadem. de hered. quæ ab intesta. m D. §. nulla. d. §. sancimus. d. §. neque. n D. §. nulla. d. §. neque. d. §. sancimus. o L. in suis. ff. de suis & legit. p L. potuit. C. de iur. deliber. Castrens. hic. q L. cùm prætor. ff. de iud. r L. ij. in princip. vbi Bart. ff. de vulg. s L. ij. C. de iur. delib. t L. fi. C. de repud. hered. u L. si emācipati. C. de collatio. x L. fin. C. de bon. quæ lib. y L. fin. C. de in ius vocan. z L. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. a L. ij. ff. ad Macedon. l. si quis rem. §. voto. ff. de pollicitatio. b L. ij. in fine. C. qui testam. fac. poss. c §. etiam. infrà hac l. d L. cum in testamento. ff. de aur. & arg. leg. & hic. e Accurs. l. ex facto. in princ. ff. de vulg. f §. non solum de lega. g L. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. h L. pupillus. §. fin. ff. de verbo. sig. l. si seruum plurium. §. si. ff. de leg. j. i §. nunc de Lege. infrà hac l. k L. tractabatur. ff. de testa. milit. l D. §. nunc de lege. m L. posthumorum. in fin. ff. de iniust. testa. §. posthumorum. de exhared. libero. n §. ille casus. hac l. o §. idem credendum. §. etiam si. & §. ille casus. huius l. p §. sequenti.

tate, cùm in iis sit eadem ratio continentur: perinde acsi verbis expressi essent.[q] Nam & illud quod nominatim lege cautum non est, si sententia verisimiliter concordet, ex lege venire dicitur:[r] cùm non in verborum superficie lex cõsistat, sed in sensu, & radice rationis.[s] Et ideo quod antè dixit Scęuola, hos casus ad Velleiam legem non pertinere, legis verbo scriptum à voluntate separatum significat: vt sit sensus, hos casus ad Velleię legis verba non pertinere.

7 *Ad similitudinem mortis.*[u] Mors propriè vitę priuationem significat:[t] quę per discessum animę à corpore contingit:[u] ad cuius similitudinem mortem alteram Plato & Philosophi fecerunt:[x] quam videlicet virtus pręstat: cùm animus adhuc corpori iunctus voluptates cõtemnit, & ad sublimia erectus omnes cupiditatum passiones, & illecebras exuit.[y] Sic & nostrates interpretes non tam ineptè, quàm nonnulli putant, duas mortes constituerunt. Naturalem, scilicet, hoc est, ex necessitate naturę contingentem: dum animę fit: & corporis separatio:[z] & ciuilem, quę iis accidit, qui humanæ societatis commercio priuantur, vel necessariò, veluti per sententiam iudicis, vt deportati,[a] aut propter conditionem, vt serui:[b] vel sua spõte, vt monachi,[c] qui Deo viuentes, mundo mortui intelliguntur.[d] Quod autem aiunt, qui tam animosè negant vllam mortem ciuilem,[e] nullum simile, videlicet, idem esse:[f] & aliud quem esse talem, aliud haberi pro tali:[g] non vrget. siquidem, fateamur ciuilem mortem naturali similem, non esse naturalem: sed legis interpretatione, pro naturali haberi:[h] ac proinde ciuilem, commodioris doctrinæ gratia, rectissimè dici.[i] Nec ignoro quosdam item fuisse, qui mortem contenderent, naturalem non esse: cùm potiùs sit mors dissolutio naturæ.[k] Et quoniam, si morbus corporis habitus contra naturam definiatur, multò magis id de morte dicendum: qua nihil terribilius (inquit Aristoteles) nihil acerbius: cùm omnium rerum sit extremum.[l] Sed iis responsum velim, naturale (quod multis modis dici potest) hîc accipi pro eo quod rem ipsam necessario consequitur. atqui mortem naturæ necessitatem esse, nemo est qui nesciat.[m] *Omnes* enim, vt Poeta ait,

-vna manet nox,[n]
Et calcanda semel via leti.

8 Quoniam verò debent verba in dubio naturaliter accipi,[o] & secũdum propriam[p] significationem, verbo mortis simpliciter prolato, naturalem intelligimus:[q] non item deportationem, quæ verè mors non est, sed mortis loco duntaxat habetur.[r] Vnde relictum in diem mortis, fideicommissum, ante mortem naturalem non cedit:[s] sed si contingat deportatio, bona (repulso interim substituto) fiscus occupat. ne alioqui malefaciendi ansa hæredi præbeatur, scienti bona sua publicari non posse.[t] Fateor tamen, conceptam in casum mortis dispositionem ad alios casus plerumque protendi:[u] non quidem ex verbis, sed per interpretationem, ob paritatem rationis, & verisimilem disponentis voluntatem, quam aucupiis verborum neglectis sequi conuenit.[x] Sic societatem bonorum publicatione, sicut morte finiri dicimus.[y] cùm socius, cuius fuerat persona delecta, dominium rerum amiserit, ac desierit posse operari in societate.[z] Sic deportatus filius, quia successionis & acquisitionis cuiuscunque factus est incapax,[a] quasi mortuus non impedit sequentes succedere.[b] Sic lucrum dotis ex pacto, aut lege municipii, præmoriente muliere, marito delatum, tum illi quoque quæritur, quo mulier sanctimonialem vitam elegit:[c] cum eadem sit ratio, nempe compensatio solitudinis, & supporta-

q L. scire oportet. §. aliud. ff. de excus. tuto. §. j. de legi. patro. tutel.
r L. nominis. in fi. ff. de verbor. sig. d. §. j.
s L. scire leges. ff. de legib. c. Marcion. j. q. j.
t L. sed si mors. ff. de donat. int. vir.
u Cicero j. Tusculan. Accurs. l. verum. ff. pro Soc.
x Plato in Phædone.
y Macrob. in Somniũ Scipionis lib. j. c. xiiij
z D. l. sed & si mors.
a L. j. §. fi. ff. de cõtratab. l. si necem. §. pen. ff. de bon. libertor.
b L. intercidit. ff. de cond. & demonst. l. seruitutem l. quod attinet. ff. de reg. iur.
c L. fi. C. de epis. & cler. d c. placuit. xvj. q. j.
e Fortunius hic.
f L. quod Nerua. ff. depos. *g L. si maritus. §. legis. ff. de adulter.* *h §. cùm autẽ. qui. mo. ius pat. pot. d. l. j. §. fi. d. l. si necem. §. pen.* *i L. si mater ibi vel aliter defunctus. C. de institutio.* *k Cicero lib. ij. de finib.* *l Aristotel. iij. Ethicor. c. vj.* *m L. j. ff. de cond. & demon.* *n Horat. lib. j. Carm.* *o L. fideicommissum. ff. de cond. & demo. l. final. C. de iis qui ven. atat.* *p L. j. §. si is quis nauem. ff. de exercitor.* *q L. ex ea parte. §. final. ff. de verbor. oblig. d. l. sed si mors.* *r L. j. §. final. ff. de contratab.* *s L. cum pater. §. hereditatem. j. ff. de leg. ij.* *t L. Statius. §. Cornelio. ff. de iur. fis.* *u Vt hoc §. cum simılib.* *x L. scire oportet. § aliud. ff. de excus. tuto. c. Marcion. j. q. j.* *y L. actione. §. publicatione. ff. pro Soc.* *z §. soluitur. de societa.* *a L. j. C. de hered. instit.* *b L. si necem. §. pen. ff. de bon. liberto. l. j. §. fi. ff. de contratab.* *c L. fi. in prin. C. de epis. & cler.*

torum matrimonii onerum,[d] vel ne,& amissæ coniugis,& pecuniæ damnum sen-
tiat.[e] Sic episcopo suspenso,aut ab infidelibus capto, capitulum administrat, & ea
confert sacerdotia,quæ posset præsule mortuo.[f]

Admittendi sint.[a] Ergo concepta in vnum casum dispositio ad alium protrahi- 9
tur,quod in dispositione pura indubitatum videtur, si verisimilis mens disponen-
tis concurrat:[g] vel casus omissus sub expresso comprehendi possit.[h] Siue ex natura
actus(vt in societate lucri, damniue communicatio:)[i] siue ratione necessarii ante-
cedentis (quia non potest expressus, sine omisso consistere:)[k] siue connexitatis,[l]
aut accessorii insurgentis ex eadem causa:[m] vel ad eundem effectum,[n] siue etiam,
quia se inuicem casus respiciunt.[o]

In dispositione verò conditionali distingui solet. Nam si conditio voluntaria 10
sit, quia nulla necessitate cogente adiiciatur, non fiat ad casum omissum extẽsio:[p]
cùm eiusmodi conditiones, velut formam exprimentes præcisè,& ad vnguem ser-
uari debeât.[q] Neque formam satis sit per æquipollens impleri.[r] Si verò conditio
necessaria sit,vel ad actum,vel ad effectum actus: qua, videlicet,reiecta, in cassum
laboretur ad casus similes porrigitur dispositio.[s] cùm non de modo,sed de effectu,
tum disponens cogitasse censeatur.[t] Sed certè communis hæc distinctio plena est
periculi. Nam & in necessariis conditionibus, plerumque videtur nullam fieri ad
casus omissos licèt similes extensionem.[u] Contrà verò in spontaneis conditioni-
bus non referre, quid ex æquipollentibus fiat.[x] Nam conditio dandi pupillo, aut
furioso,rectè impletur,si tutori detur,aut curatori.[y] Et conditionem,si sine liberis,
receptum est impleri per existentiam naturalium liberorum:[z] quos tamen con-
stat,verè, propriéque filios non dici.[a] Adde quod si dispositionem puram, & cer-
tam,à determinata disponentis voluntate procedentem,per æquipollens implere
satis sit:[b] multo magis dicendum in conditionali, quæ cùm non adeò sit defixa, &
(vt ita loquar) radicata in casum expressum,[c] faciliùs debet posse variari.[d] Quod
autem Paulus ait,eum qui iussus est hęredi seruo dare,non implere conditionem,
si domino det:[e] non tam rationem habet,quia spontanea sit conditio: sed quia cõ-
ditio facti est:& quæ facti sunt,non transeunt ad dominum:[f] cùm præsertim inter-
sit serui,conditionem in sua persona impleri. Nam interim,effectus liber,sibi quę-
reret.[g] Vnde consentiente seruo,lex admittit conditionem rectè impleri, si domi-
no detur.[h] Sed nec iuuerit communem sententiam Iaboleni lex,[i] in qua non tra-
ctatur de implemento conditionis per æquipollens: sed an conditio debeat,vt scri-
pta fuit,impleri. Dicendum igitur in quibuscunque conditionibus tam neces- 11
sariis,quàm etiam voluntariis mentem disponentis, primum locum tenere:[k] sen-
tentiámque magis, quàm quod superficie verborum comprehẽsum est, spectari.[l]
Et ideo licèt regulariter dispositio ad casum omissum non trahatur,siue purè con-
cepta sit,[m] siue sub conditione:[n] & siue conditio spontanea sit,[o] siue necessaria,[p]
(quia,videlicet, id tantùm voluisse quis præsumatur, quod verbis expressit:[q] & in
dubio verbis sit adhærendum,[r] expressionéque vnius casus cæteri videâtur exclu
si)[s] vbi tamen euidens est voluntatis coniectura,sensum,neglectis verbis,sequi iu-
bemur:[t] ac proinde facimus ad casum omissum extensionem.[u] Manifesta autem

est

d L. sed si a lia. ff. de bo. dãnato. §. distrahuntur. de nup. coll. iuj.
e L. iure succursum. ff. de iur. de.
f c. si episcopus. de suppl. neg. prelat. in vj. c. vn. in priu. ne sed. vac. eo. lib.
g L. tale. §. fi. ff. de pac. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.
h §. illud. de societat.
i L. si non fuerit. ff. pro soc.
k L. illud. ff. de acqui. hered.
l L. Lucius §. Paulus. ff. de adm. tuto.
m L. nõ cogendũ. §. fi. ff. de procu.
n L. cuicũque. §. non tantùm. ff. de institor.
o L. alteri. ff. de adim. leg.
p L. cõmodissimè. hoc tit. l. fi. C. de iis, qui ven. atat.
q L. qui hae redi. l. Manius. ff. de cond. & demo. *r L. qui per salutem. ff. de iureiur.* *s L. mulier. ad prin. ff. ad Trebell. l. si mater. C. de institutio.* *t L. cùm seruus. ff. de verb. oblig.* *u L. fideicommissa. §. si cui. ff. de leg. iij. c. susceptum. de rescrip. in vj.* *x L. si fundus. l. Iulianus. ff. de cõd. & demo. l. mulier. §. fi. ff. de cõd. instit. l. fi. in prin. C. de epis. & cler.* *y D. l. si fundus.* *z L. ex facto. §. si quis rogatus. j. ff. ad Trebell.* *a L. filium. ff. de iis, qui sunt sui.* *b L. tale. §. fi. ff. de pac. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.* *c L. si quis sub conditione. ff. si quis om. ca. test.* *d L. j. ff. de donatio.* *e D. l. qui heredi.* *f L. stipulatio ista. §. hec quoq. ff. de verb. oblig. §. sed cùm factum. de stipul. seruor.* *g L. a patre. ff. de leg. iij.* *h L. Stichum. §. vsumfructum. ff. de solutio.* *i L. Manius. ff. de cond. & demo.* *k L. in conditionibus. ff. de cond. & demon.* *l L. iij. §. conditio. ff. de adim. leg. l. iij. C. de lib. preter.* *m L. si quis ita. §. pen. ff. de test. tutel.* *n L. commodissimè. hoc tit.* *o L. qui heredi. ff. de cond. & demon.* *p c. susceptum. de rescrip. in vj.* *q L. j. §. si is qui. ff. de institor.* *r L. non aliter. ff. de leg. iij.* *s L. maritus. C. de procur.* *t L. pater. §. conditionum. ff. de cond. & demo. d. l. iij. §. conditio.* *u L. mulier. ad fi. prin. ff. ad Trebell.*

est voluntatis coniectura, vbi eadem est in casu omisso ratio: [x] veluti quia testator casum vnum expressit, quod non alium euenturum putaret, idem in omisso verisimiliter dispositurus, si de eo cogitasset.[y] Idem enim de eo iudicamus, quod verisimile est disponentem voluisse, ac de eo, quod nominatim voluit. [z] Qua ratione dicimus in substitutione vulgari, conditionem, *Si hæres non erit*, ad eum casum porrigi, quo institutus impubes sit hæres, & in pupillari ætate decedat. [a] Et conditionem, *Si posthumus non nascatur*, ad eum casum protendi, quo natus ante pubertatem moriatur.[b] Et filiosfamilias ad hæreditatem vocatos, si morte patris sui iuris efficiantur, eo quoque casu succedere, quo sui iuris per emancipationem sint effecti.[c] Quæ præsertim obtinent, vbi casus non omnino omissus esset, vtpote qui vel ex verbis, [d] vel ex natura actus, [e] vel ex antecedente necessario, [f] aut alio quouismodo colligi posset. [g] Sic enim conditionem de hærede ad bonorum possessorẽ protractam videmus: [h] cùm latiore quadam interpretatione, hæredis nomine bonorum possessor contineatur.[i] Et conditionem, *Si Titius decem hæredi dederit*, à legatario compẽsante impleri: [k] quia, scilicet, soluere dicatur, qui compensat.[l] Denique dicimus conceptam ita institutionem, *Si filius intra decem menses, post mortem meam nascatur*, natum quoque, viuo testante, comprehendere: [m] cùm dictio *Intra*, in sensum dictionis *Vsque*, resoluatur ab ipso dispositionis tempore sumens initium: [n] vt ita par sit, acsi dixisset testator, *Si vsque ad decem menses*.[o] Quæ fuit etiam nouissimorum sententia: [p] à nobis non vno in loco disputata. [q] Et hæc mihi tandem videtur veritas: tametsi non ignorem difficile esse admodùm, certis definitionibus hãc claudere materiam, quæ cùm tota à verisimili disponentis coniectura pendeat,[r] ex emergẽtibus pro re nata circũstantiis variari potest. Quocirca plurimùm arbitrio iudicantis hac in re tribuendum censeo.[s] LAVS CHRISTO OPT. MAX.

§. QVID SI.

Quid si is [a] qui filium apud hostes habebat, testaretur, quare non induxit, [b] vt si anteà, quàm filius ab hostibus rediret,[c] (quamuis post mortem patris)[d] decederet, tũc deinde nepos, vel etiam[e] adhuc illis viuis,[f] post mortem: scilicet,[g] qui nasceretur,[h] non rumperet? Nam hic casus ad legem Velleiam non pertinet. Melius ergo est, vt in huiusmodi vtilitate[i] (præsertim post legem Velleiam,[k] quæ & multos casus[l] rumpendi abstulit)[m] interpretatio admittatur,[n] vt instituens[o] nepotem, qui sibi post mortem suus nasceretur, rectè instituisse videatur,[p] quibuscunque casibus nepos post mortem natus, suus esset: rumperétque præteritus, atque etiam[q] si generaliter,[r] Quicquid[s] sibi liberorum natum erit post mortem, aut, Quicunque natus fuerit, sit institutus, si suus nascetur.[t]

SVMMÆ RERVM.

1 *Expositio noua textus.*
2 *Matthæi locus.*
3 *Hæreticorum quorumdam insania.*
4 *Pluralis numerus in singularem.*
5 *Testamenti fauor.*
6 *Genus idem operatur in suo genere.*
7 *Posthumus quando sub conditione instituatur.*
8 *Nepos ex filio spurio quando institui possit.*
9 *Vsusfructus quando patri non quæratur.*
10 *Filiorum appellatione an nepotes veniãt.*

x *L. nõ solum. §. qui prim. pilũ. ff. de excus. tuto. §. j. de legit. patro. tutel. Inst.*
y *L. tale. §. fi. ff. de pac. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth.*
z *L. cũ reb. in princ. ff. de leg. j.*
a *L. iã hoc iure. ff. de vulg. l. quãnis. C. de im pub.*
b *L. fi. C. de institutio.*
c *L. mulier. ff. ad Trebell. l. si mater. C. de institutio.*
d *L. cũ lege. ff. de testa.*
e *§. illud. de societat.*
f *L. illud. ff. de acqui. hered.*
g *L. Lucius. §. Paulus. ff. de adm. tuto. l. fi. §. fi. ff manda.*
h *L. in conditionibus. §. fin. ff. de cond. & demonst.*
i *L. itẽ veniunt. §. fi. ff. de pet. hared. l. j. §. bonorũ. ff. ad Trebell.*
k *L. si peculium. §. j. ff. de stat. lib.*

l *L. si debitor. ff. Qui potior.* m *L. final. C. de posth.* n *L. si ita fuerit. §. fi. ff. de man. test. l. si sic. ff. de verbor. sig.* o *D. l. final.* p *Alciat. lib. iij. de verbor. sign.* q *Dixi in l. post aditam. C. de impub. & in d. l. final.* r *D. l. in conditionibus. in princ.* s *L. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j.*

Vid si.[a] Pergit adhuc Scæuola tractare casus, qui verbis Aquilianæ 1 formulæ prætermissi, Galli tamen sententia admittuntur: ne pœnam præteritionis testator patiatur, qui in omnem suitatis casum sibi voluit prouidere.[a] Itaque cùm antè Scæuola docuisset nepotem, pronepotémque rectè institutum videri per hæc verba, *Si filius, me uiuo, moriatur.* Licèt non contingat filium mori, sed aquæ & ignis interdictionem pati, vel emancipari. Hic idem determinat, si filius ab hostibus tempore testamenti captus, post mortem patris, in captiuitate decesserit. Nam & viuo patre, mortuus intelligitur. tunc videlicet, cùm caperetur.[b] Idémque dicendum in pronepote instituto, *Si nepos, me uiuo, moriatur.* aut, *Si filius & nepos, me viuo, moriantur.* Nam si nepotem priore casu & posteriore vtrumque, filium scilicet, & nepotem, in captiuitate mori contingat, pronepos natus post mortem testantis non rumperet: tametsi viuis adhuc illis, nempe filio & nepote nasceretur. Licèt enim verè viuant apud hostes per legis tamen interpretationem mortui intelliguntur:[c] cùm præsertim vera mors posteà subsequatur.[d] Nec potest hic casus ad verba Velleiæ legis pertinere: quæ de natis, viuo testante, loquitur.[e] Sed tamen quia Velleij mẽs fuit omnes vias rumpendi, præcludere ex eius & Galli sententia tradit generaliter Scæuola, testantem, qui nepotẽ instituit, qui sibi post mortem suus nasceretur in omnem casum instituisse videri, quo nepotem, se mortuo, nasci continget: si natus, posset alioqui rumpere testamentum: amplius subiungens, satis esse, si dixerit testator, *Quicquid mihi liberorum natum erit post mortem meam.* aut, *Quicunque post mortem meam nascetur, hæres esto, si suus nascatur.* Nam in omnem casum, qui nascetur suus, rumperétque testamentum præteritus, censebitur institutus. nec ideo minùs consistet institutio, quòd nomen hæredis expressum non sit:[f] cùm indubitato signo, videlicet, illo, *Si suus nascatur*, certus hæres sit demonstratus.[g] & nominatim fieri dicatur, nõ solùm quod nomine, sed quod signo, vice nominis, certitudinem exprimente demonstratur.[h] Et hic est verus huius §. sensus: licèt alii aliter intelligant. secundum quem apparet, versiculum instituens præposita dictione *Vt* (quemadmodum Pyleus quondam animaduertit) superioribus coniungendum, ac proinde vnico cõtextu hanc literam vsque ad §. *si eius*, legendam: alioqui maneret indecisa quæstio proposita. Quin & multò clarior in omnibus nostri Scæuolæ sensus appareret, si à §. quidam rectè, vsque ad §. si eius, literam vnico contextu legeremus: quippe semper sequentia à superioribus ita pendent, vt commodè separari nequeat. magnásque nobis tenebras offuderunt interpretes, contextum Scæuolæ, per singulas sententias, & imperfectas plerumque disiungentes.

a L. fi. C. de posthumis.
b L. in omnibus. l. bona. ff. de capt. §. si ab hostibus. qui. mo. ius pat. pot. sol.
c L. penul. hoc tit.
d D. l. in omnibus. d. l. bona. d. §. si ab hostibus.
e §. Nunc. de lege.
f L. heredes palam. in princ. ff. de testa. l. iubemus. C. illo tit.
g L. quoties. §. hæres. ff. de hæred. instit.
h L. certũ. ff. si cert. petat. l. j. l. ÿ. hoc tit.

Non induxit.[h] Gallus, scilicet, qui sua formula, *Si filius, me viuo, moriatur*, casum mortis duntaxat expressit: quasi dicat, Si tam iniqui sumus rerum æstimatores, vt putemus Gallum eius sententiæ fuisse, vt verbo mortis filii non fuerit omnem casum complexus, quo nepos, aut pronepos posthumus, mortuo testatore, suus nasceretur. & ideo nec interdictionis aquæ & ignis, nec emancipationis filii casum contineri: & ideo culpandum esse Gallũm, qui non omnes casus expressit. eadem ratione veniret increpandus: cur ne in casum captiuitatis filii rumperetur testamentum, non induxit, vt nepos posthumus ex filio captiuo institueretur: si filius etiam post mortem patris testantis decederet.

Rediret.[i] Hoc est, si desierit redire posse: quia apud hostes decesserit. Neque proptereà quòd dixerit *antequam*, inferendum est filium ab hostibus rediisse: cùm sequens verbum *Decederet*, satis ostendat per mortem, reditum impeditum fuisse, 2 similique loquendi modo paulò infrà idem Scæuola vsus est. nec alienum nimis, quod Matthæus scribit,[k] *Prius, quàm*, inquit, *Maria & Ioseph conuenirent, inuenta est vterum gerens ex Spiritu sancto.* Ex quibus verbis hæretici quidam insaniendi ansam 3 sumpserunt, vt dicerent Mariam posteà vulgari fœminarũ more peperisse: quos abundè refellunt Hieronymus[l] & Chrysostomus.[m] Nam id additum est ab Euangelista

i §. videndum. hac l.
k Matth. c. j.
l Hieronymus contra Heluidiũ.
m Chrysostomus in Matthæũ.

gelista,non vt quod ſequutum eſſet ſignificaret,ſed vt magnum & inuſitatum rei miraculum aperiret:veluti qui dicit iudices litem definiuiſſe, priuſquàm de cauſſa cognoſcerent:cùm iuxta ſolennem morem priùs audiant iudices,quàm ferant ſententiam.non hoc ſentit iudices cognouiſſe cauſſam poſteà, quàm ſententiam tulerunt:ſed ſine vlla cauſſæ cognitione ad ſententiam proceſſiſſe.

Quamuis post mortem.[d] Hæc verba difficiliorem reddunt quæſtionem: quaſi dicat Scæuola videri Gallum, ſe ſine cauſſa coarctaſſe ad mortem filii contingẽtem, viuo patre.Nam ſi filius captus ſit ab hoſtibus, licèt poſt mortem patris moriatur, idem dici debet:cùm neutrum tempus ſpectemus, ſed captiuitatis,à quo tempore mortuus apud hoſtes iamdiu deceſſiſſe per legem Corneliam intelligitur.[n]

Vel etiam.[e] Tranſgreditur(vt paulò antè fecerat)[n] de quæſtione nepotis poſthumi ad poſthumum pronepotem: quaſi dicat, eadem ratione culpari Gallus debuiſſet,cur non induxerit,vt filio & nepote apud hoſtes detẽtis, qui teſtaretur diceret,ſi filius & nepos in captiuitate decedant,tunc qui pronepos poſt mortẽ mihi naſcetur,viuis etiam filio & nepote,ſit hæres.

Illis viuis.[f] Filio videlicet,& nepote, qui ab hoſtibus ambo detinentur, & poſt
4 mortem teſtantis, apud hoſtes aliquandiu vixerunt. Quod non intelligentes Accurſiani numerum pluralem volunt in ſingularem reſolui,vt in Pomponii[o] & Vlpiani[p] reſponſis.Sed certè nec hic,(vt ſenſus noſter perſpicuum facit) nec illic,verum eſt Iuriſconſultum plurali numero,pro ſingulari vſum. Cùm enim Pomponius *exactos reges* dixit,[q] rectè quidem,licèt tum ſolus Tarquinius eiectus fuerit.ſi quidem oſtendere velit, ſub vnius Tarquinii perſona, reges omnes, quotquot futuri erant, pulſos & extinctam omnino regum dominationem: vt & legatis Porſenæ regis,reſponſum fuit.[r] Quod autem ait Vlpianus, *eorum iudiciorum*,& cætera,[s] perperam in ſingularem numerum reſoluunt interpretes. ſiquidem ratiocinatur illic Iuriſconſultus ex vniuerſali natura iudiciorum,de petitione hæreditatis ad illud particulare,quo de agebatur:idque & antè nos docti viri præſenſerunt.[t]

Post mortem,ſcilicet.[g] Teſtatoris intellige.

Qui naſceretur.[h] Sic legendum,non etiam *aui naſceretur*,Holoandrini codices admonent,Alciatus teſtatur,[u] & ſtructura ſermonis confirmat.

5 *Vtilitate.*[i] Publica ſcilicet, quæ poſtulat ſupremas teſtantium voluntates, exitum habere,[x] & in dubiis reſpondere pro teſtamento.[y] Lubentiùs tamen legerim hic ego,*ſubtilitate*, vt velit Scæuola in hac ſubtili caſuum diſputatione admittatur interpretatio, quæ teſtamento fauet.[z] Nam parum ſanè congruit, vt *Vtilitate* legamus.

Legem Velleiam.[k] Quæ priore capite loquitur de natis, viuo teſtante,poſt conditum teſtamentum, & mortem filii, poſteriore verò de natis tempore teſtamenti.[a] Vnde nihil poteſt ad caſum noſtrum pertinere, quo agimus de pronepote, nato poſt mortem teſtantis:& filio ac nepote, viuentibus apud hoſtes.

Multos caſus.[l] Ex quibus nepotes poſthumi,qui ſui naſcerentur, poterant rumpere teſtamentum.

Rumpendi abſtulit.[m] Perperam ergo loquuntur qui dicunt teſtamentum rumpi,vel non rumpi per legem Velleiam:cùm lex Velleia teſtamenti rupturam non induxerit, ſed potiùs omnes fermè rumpẽdi caſus ſuſtulerit.[b] Nec obſtat quod Iuſtinianus ait,*Vt neque ex lege Velleia poſſit in locum patris ſui ſuccedere,& reſcindere teſtamentum*[c].Neque enim verba illa,*Et reſcindere*,ad Velleiam legem referuntur.

Interpretatio admittatur.[n] Ex Galli ſententia, vt ita hoc ipſum totum referamus ad Aquilii prouiſionem: quando non minùs ex lege venire dicatur, quod per interpretationem colligimus,quàm quod verbis legis nominatim cautum eſt.[d]

Vt instituens.[o] Senſus eſt ex ſententia Galli talem admitti interpretationem,vt non tantùm nepos ita ab auo inſtitutus, *Si me viuo, filius moriatur, tunc nepos qui post mortem meam*,& cætera,cenſeatur eo quoque caſu ſcriptus hæres:quo vel filius de-

n In §.idẽ credẽdum.
o L.ij.§.exactis.ff.de orig.iur.
p L.Diu⁹.§.fin.ff.de petitio.hæred.
q D.§.exactis.vbi dixi.
r Liuius lib.ij.ab vrbe cond.
s D.l.Diuus.§.fi.
t Mar.Salomon.hîc.
u Alciatus lib.iij.Paradoxo.c.xiij.
x L.vel negare.ff.quẽad.teſt.aper.
y L.ſi pars.ff.de inoff.teſta.
z L.ſi quis hæredem.in fin.C.de inſtitutio.
a d.l.ſi pars.
a §.nunc de lege.hac l.infrà dixi in §.et quid ſi tantùm.
b vt hîc.
c L.ſi quis filium.C.de inoff.teſta.
d L.nominis.§.fin.ff.de verb.ſig.
§.j.de legit.patro.tutel.Inſtit.

m.iiii.

portetur, vel emancipetur (vt iam dictum est) vel etiam si apud hostes moriatur: li-
cèt post mortem patris, sed etiam, si simpliciter nepos, qui post mortem testantis
nascetur, institutus fuerit, in omnem casum institutus intelligatur, quo suus na-
tus: alioquin rumperet testamentum.

Videatur.[f] Quippe censebitur casus omnes in vniuersum comprehendisse: ex
quibus suus hæres post mortem testantis natus, testamentum euertere posset.

Atque etiam.[g] Amplius vult hîc Scæuola ad omnem scrupulum submouen-
dum, & euitandas ambages, satis esse generaliter, & indefinitè de posthumis suis
institutionem sic concipere, *Quicunque mihi post mortem nascetur.* aut, *Quicquid mihi li-
berorum natum erit.* Quicunque namque casus posteà accidat, quo nepos, aut prone
pos suus nascatur, continebitur, vt ita omnis rumpendi via sit sublata.

Generaliter.[r] Vt ita vera sit regula quæ dicit tantùndem operari genus in suo 6
genere, quantum speciem in sua specie.[f] Quamuis & hoc casu non improbabili-
ter dici possit ex hoc sermone, *Quisquis mihi liberorum:* aut, *Quodcunque mihi, &c.* col-
ligi magis specialem, quàm generalem dispositionem: cùm generalis dispositio di-
catur, quæ in omni specie generis verificari potest: & specialis, quæ in vna specie.[g]
His autem verbis primus tantùm, qui suus nascetur, vocatus intelligatur.[h]

Quicquid.[s] Ob generalem istiusmodi conceptionem, prima fronte videbatur
institutionem velut incertam, & nimis effusam ruere.[i] Sed tamen (vt antè dixi-
mus) non potest incerta dici institutio, quæ indubitabili signo, *Si suus nascetur,* fuit
demonstrata.[k]

Si suus nascetur.[l] Posthumus ergo sub conditione, *Si suus nascatur,* potest institui, 7
& ita, sub conditione fortuita.[l] Nec obstat quod passim traditur, suum hæredem
non posse sub ea conditione institui, quæ non sit in ipsius potestate.[m] Id enim in
filio iam nato obtinet: quia se reperit quòad non existit conditio, præteritum.[n]
Vnde nisi sit quod ei imputetur, quia veluti conditio sit arbitraria, quam sine cau-
sa cunctatur implere,[o] rumpit testamentum.[p] Posthumus verò sub quacunque
conditione potest institui: dum post natiuitatem eius non suspēdatur institutio.[q]
Nam antè, quàm nascatur, non est in potestate:[r] & in consequens, nec suus.[s] Sed
suus duntaxat futurus,[t] vt suo loco disputatum est: & quamuis suus esset, non ta-
men ante natiuitatem euerteret.[u]

Postremò tractant hîc interpretes an nepos legitimus ex filio spurio possit in- 8
stitui. Qua in re trita est, & recepta opinio, vt extantibus legitimis, & naturalibus
non possit.[x] iis tamen deficientibus, siquidem appareat nihil in fraudem legis fa-
ctum, quia nominatim testator cauerit, ne quicquam spurio quæratur, teneat in-
stitutio.[y] Neque enim patris delictum filiis aufert, nisi quod ab ipso ad eos per-
uenturum erat.[z] Et in iis quæ per filium patri non quæruntur, aspersa patri nota,
liberis non nocet.[a] Deinde quia neque exhæredatus filius,[b] neque deportatus,[c]
neque etiam hæreticus[d] impedimento sunt nepoti, in auita successione. Quæ
sententia in hac specie probabilis est: cùm scilicet, testator, omnem suspicionis
viam, præscindens, dixit se nolle quicquam commodi, ad filium inde peruenire:[e]
cùm tunc spurio nec quidem vsusfructus quæratur.[f] Vbi verò essemus in dubio,
quæstio plusculum habet difficultatis. Sed tamen eo quoque casu idem dicēdum
censent.[g] cùm vitanda sit fraudis coniectura:[h] & iniquum sit, nepotem maculæ
paternæ pœnas sustinere.[i] nec ego valde repugno, vbi nepos editus esset ex filio
naturali

e D.§. & quid si tantùm. hac l.
f L.si duo. ff. de admi. tuto. l.fi. C. de reb. alie. non alie.
g L.si domino. vbi Barto. ff. de leg. j. c. ex parte. j. vbi Panor. de offic. deleg.
h L.bonus. §. hoc sermone. ff. de verb. sig.
i L. subemus. C. de testa. l. quotiens. §. hæres. ff. de hæred. inst.
k L. certū. ff. si cer. pet. l. j. l. y. hoc titul.
l L. cùm posthumus. l. posthuma. hoc tit.
m L. Suus quoque. in prin. ff. de hæred. inst. l. si pater. C. de institutio.
n D.l. si pater. vbi Doctores.
o L. j. §. qui in potestate. ff. si quis omiss. ca. test. l. fi. C. de necess. ser.
p D.l. suus quoque d.l. si pater.

q D.l. cum posthumus. d.l. posthuma. Doctores hîc. r L.fi. ff. de coll. bon. s L. lege. in fi. ff. de testa. t L. j. §. toties. ff. de vent. in possess. mitt. Dixi in prin. huius l. u L. iij. §. ex his. ff. de iniust. test. l. ij. C. de contratab. x L. fin. C. de nat. lib. y D.l. fi. z L. iij. ff. de interdic. a L. qui contra. l. Diui. in fin. ff. de iur. patro. b L. iij. §. si emancipatus. j. ff. de contratab. c L. j. §. fin. ff. illo tit. d L. cognouimus. authen. idem est. de Nestorianis. C. de hæret. e L. si quis locuples. in fi. ff. de man. test. f authen. excipitur. C. de bon. quæ lib. g L. fin. ff. de iis, qui vt indig. l. final. C. de nat. lib. Doctores hîc. Alex. consil. lxxiij. lib. iij. Corne. consil. xxv. lib. j. Dec. cons. 462. h L. meritò. ff. pro soc. i L. Diui. ff. de iur. patro.

naturali.[k] Cæterùm, si fuisset ex filio spurio susceptus: hoc est, eo qui fuit ipse procreatus ex adulterio, incestu, aut alio cõplexu nefario[l] (vt est à Doctoribus quæstio proposita) verior semper mihi visa est contraria sententia.[m] Nam si nepos ex spurio filio rectè institueretur, posset hoc prætextu facilè legis auctoritas deludi. dum spurius, cui nihil relinqui potest:[n] etiam nomine alimentorum, iure ciuili[o] (quamuis hoc ipsum de alimentis pontificia lex, si Doctoribus credimus, immutarit)[p] patris hæreditatem per mediam personam consequeretur:[q] nempe per filium in potestáte, qui statim patri omnia quærit.[r] Adde quod coniunctio personarum tam propinqua facilè præsumptionem fraudis excitat,[s] indubitatáque videtur (quod attinet ad nepotem ex incestuoso filio natum) hæc nostra sententia.[t] Nec obstat quod ab auo in nepotem profecta dicantur aduentitia.[u] Nam respon-
9 deo, patrem aduentitiorum hodie saltem vsumfructum habere.[x] Quod autem adiiciũt interpretes, hoc casu nec quidem vsumfructum patri quæri: cùm spurius nulla via capere possit.[y] Et ibi non potest vsusfructus patri quæri, tanquam indigno remanet apud filium.[z] Et vbi caussa acquisitionis est iniusta, patri per filium nõ quæritur, sicuti nec domino per seruum.[a] Falsum ego puto, si probemus, cum illis institutionem nepotis, quandoquidem spurius vsum fructum bonorum filii, non capiat à patre, sed à lege.[b] Licet dispositione patris occasionem præbente.[c]
10 An autem filiorum appellatione contineantur nepotes, & qui liberi, nepotum verbo veniant, diximus alibi,[d] quibus qui non satiabitur, videat recentiores.[e]

§. SI EIVS.

Si eius,[a] qui filium habeat, & nepotem[b] ex eo instituat,[c] nurus prægnans ab hostibus capta sit,[d] ibíque, viuo[e] auo, & eius filio, pariat: mox ille post mortem patris,[f] atque aui redeat:[g] vtrùm hic casus ad legem Velleiam[h] respiciat, an ad ius antiquum[i] aptandus sit? possitque vel ex iure antiquo,[k] vel ex Velleia[l] institutus non rumpere? Quod quærendum[m] est: si iam, mortuo filio, pronepotem[n] instituat, redeátque,[o] eo mortuo.[p] Sed cùm testamentum[q] ab eo[r] nõ rumpitur:[s] nihil refert[t] an ex iure antiquo, an ex lege Velleia excludatur.[u]

SVMMÆ RERVM.

1 *Expositio textus.*
2 *Ius antiquum.*
3 *Postliminium quomodo prosit.*
4 *Interpretes verbosi taxantur.*

1 SI eius.[a] Tractato casu captiuitatis filii, transit ad eum Scæuola, quo non filius, sed nurus prægnans ab hostibus detinebatur: si de eo, cuius grauida nurus apud hostes erat, aut posteà cœpit esse nepos posthumus, vel secundum Galli formulam, vel simpliciter (vt dictum est)[a] institutus sit: & nurum apud hostes, viuo auo testante, & eius filio, parere contingat: ac deinde filium, mox & auum testatorem decedere, non rumpi testamentum à nepote, post vtriusque mortem, redeunte: cùm suus nõ nascatur. Idémque dicendum, si filio iam mortuo, nepos institutus sit (*nepotem* enim in posteriore casu cum veteribus quibusdam,[b] non *pronepotem* legimus.) Nam nec eo quidem casu, reuersus nepos, suus intelligitur. vnde dubitare superuacaneum est, an hæc, vel illa species, ad Galli consilium, aut Velleiam legem pertineat: cùm cõstet nepotem quàmlibet ab hostibus reuersum, nullo casu suitatis defectu, rumpe-

acq. re. de. b *D. l. cùm oportet.* c *L. si is qui. ff. de vulg.* d *Dixi in l. liberos. ff. de senator.* e *aly hic. Fortun. in §. idem credendum. huius l.* a *§. præcedenti.* b *Pyleo, & Ioanne.*

k D. l. fi. C. de nat. lib.
l Bar. l. fin. col. j. ff. de ys qui. vt indig.
m §. si. qui. mod. nat. effi. sui. coll. vy.
n L. j. C. de nat. lib.
o auth. ex cõplexu. & in corpore. C. de incest. nup.
p c. cùm haberet de eo qui dux. in mat.
q L. quæritur. ff. de bo. liberto.
r L. placet. ff. de acqui. hered.
s L. penul. versicu. sed nunquid. ff. de bo. liber. l. data. C. de de dona.
t L. si quis incest. vbi Bald. C. de incest. nup.
u Accur. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hared.
x L. cùm oportet. C. de bon. qua lib.
y L. quod cõditionis. ff. de dona. ca. mor.
z Aut. incestus & in corpore. C. de incest. nup.
a L. quod seruus. vbi Bart. ff. de
e Alex. Ias. &

re testamentum. Quòd si *pronepotem* cum aliis legamus, dicendum, in eo variari casum, vt quod in nepote responsum est, idem in pronepote, ex pronuru prægnante, quæ ab hostibus capta fuit, obseruandum, si pariter pronepotem apud hostes editum, post testantis proaui & nepotis eius mortem redire contingat. Nam & eadem est ratio: cùm nec pronepos ipse suus agnoscatur, vt paulò infrà lucidius docebo.

Nepotem.[b] Posthumum ex nuru prægnante.

Instituerat.[c] Vel secundum Galli formulam, *Si filius, me viuo, moriatur.* vel simpliciter, *Nepotem qui mihi post mortem suus nascetur.* aut, *Quisquis liberorum*, & cætera, vt antè Scæuola tradidit.[e]

Capta sit.[d] Hæc verba præcedentibus aptè coniuncta planè demonstrant nurum non fuisse captiuam tempore testamēti: nisi *instituat*, pro *instituerat*, legere malis. Sed nec valde referre puto, an tunc capta fuerit, vel posteà cœperit esse.

Ibique viuo.[e] Sic habent duntaxat Holoandrini codices, ad quos cæteri nec iuiuria adiiciunt hæc verba, *Auo & eius filio.* Alii sic, & melius legunt, *Ius quæ viuo patre & auo.*

Patris.[f] Quem ordo literæ ostendit auo præmortuum, atque ita necessariò supponendum est, alias de testamenti ruptura per mediam nepotis personam tractari non posset, vtpote filio nepotem gradu præcedente.[d]

Redeat.[g] Nepos scilicet. nam si decessisset apud hostes, alia ratione non rumperet.[e] Cùm autem reditus nepotis Scæuola duntaxat meminerit: coniicere possumus, nurum captiuam, de cuius reditu nulla fit in textu mentio, apud hostes decessisse.

Legem Velleiam.[h] Quod primum videbatur, cùm, viuo testatore, nepos verè natus esset. & Velleius induxerit posthumum, qui suus, viuo etiam auo, nasceretur, institutum non rumpere.[f] Deinde, quia licèt in captiuitate natus proponatur, fictione tamen postliminii, perinde post reuersionem habetur, ac si nunquam captus fuisset.[g]

Ius antiquum.[i] Iuris antiqui verbo solemus legem duodecim Tabularum intelligere.[h] nisi subiecta materia repugnet: cui seruientes ex duobus, de quibus tractatur iuribus, id antiquum appellamus, quod altero vetustius est.[i] veluti hic Scæuola prouisionem Galli ius antiquum appellat, respectu legis Velleiæ posterioris. 2

Iure antiquo.[k] Hoc est, Galli consilio, ad quod item prima fronte videbatur hūc casum ptinere. Nā licèt nepos verè natus fuerit, auo restatore & filio eius viuis: seruus tn̄ editus fuisset, [k]donec hostium potestatem exierit. à quo tēpore duntaxat natus censeri debet. & (si suitas vlla considerari potest) suus emergere, quod cùm post mortem patris & aui contingat, testamētum non potuit nepos rumpere suppeditante Gallo, qui nepotem posthumum, post mortem testantis nasciturum, sic institui posse induxit, *Si filius, me viuo, morietur.*[l]

Ex Velleia.[l] Quæ (sicuti diximus) voluit nepotes, viuis testantibus, natos, similiter non rumpere testamentum. atqui, viuo auo testatore, nepos in specie nostra natus proponitur.[m]

Quod quærendum.[m] Ego, *Quod etiam quærendum*, legerem. vulgatius tamen scriptum est, *Idem quærendum.* traditúmque communiter, variari in eo à superiore themate, quod quæ antè dicta sunt in nepote, nunc ad casum pronepotis extendat Scæuola. nec ego valde repugno, si *pronepotem* legamus.

Pronepotem.[n] Ego cum Pyleo & Ioanne, *nepotem* lego: vt ita non varientur hic personæ, sed filii duntaxat qualitas: quem superiore casu, tempore testamenti, & natiuitatis nepotis, vixisse proposuerat Scæuola. Hoc verò casu iam mortuum ab ipso testamenti tempore, atque ita mirè omnia cohærebunt. Quòd si ceruicosè contendas, *Pronepotem* legi debere, subaudi hic ex pronuru prægnante, quæ capta erat, aut postmodum fuit ab hostibus.

Redeáтque.

c §. præcedenti.

d L. si quis posthumos. §. si filium. hoc tit. l. si quis filio. in princ. ff. de iniust. testa.

e Dict. l. si quis posthumos. versic. diuersum.

f §. nunc de lege. infrà.

g L. postliminium. ff. de capt. §. si ab hostibus. Quib. mod. ius pat. pot. sol.

h L. Celsus. §. fina. ff. de leg. §. l. 3. §. pen. & fi. ff. ad Tertyllia.

i L. 3. ff. de acq. re. do. l. ideo. ff. de legib.

k L. quod attinet. ff. de reg. iur.

l Hac l. in princ.

m §. nunc de lege.

Redeátque.[n] Nepos ex nuru captiua apud hostes susceptus, aut secundum vulgarem literam, *Pronepos.*

Eo mortuo.[o] Nimirùm testante, siue auus ille, siue proauus fuerit. Neque enim cõmunem expositionem proauo & nepote, Latini sermonis ratio patitur: quæ profectò probè non cohæreret, nisi pluraliter scriptum esset in litera, eis mortuis.

Sed cùm testamentum.[q] Hic arbitror decidi vtrumque casum. Quod enim nonnulli tradunt,[a] nihil hic Scæuolam super priore definire, nulli (vt opinor) fiet verisimile.

Ab eo.[r] Nepote apud hostes nato, & post mortem patris eius, & testantis, ab hostibus reuerso, aut secundum tritam literam, *Pronepote.*

3 *Non rumpitur.*[s] Cùm suus non nascatur, nec suus vnquam fuerit; non quidem spectato tempore conceptionis, quippe quòd tunc licèt in ciuitate, qualisqualis esset, gradu tamen præcedebatur à patre.[o] non tempore natiuitatis, cùm in hostium esset potestate.[p] non item tempore reuersionis, cùm iam mortuus esset testator, & mortis eius tempore nepos in captiuitate existeret.[q] Neque obstat quòd si mulier prægnans ab hostibus capta sit, partui postea redeunti postliminium proficiat.[r] & ita credatur semper in ciuitate fuisse.[s] Nam hoc verum, vt pristina iura recipiat, quæ amiserat captiuitate.[t] at hic nullum suitatis ius amisit, quod nunquam habuit: cùm tempore captiuitatis, filius eum gradu præcederet.[u] Vnde nec vim suitatis recipit.[x] ne nimis absurdè dicamus, caussam facti postliminio cõtineri.[y] Et hic est verus sensus nostri paragraphi nemini ante nos cognitus.

Nihil refert.[t] Vt meritò superuacanea sit talis inquisitio, an propositi casus ad Velleiam legem, vel ius antiquum pertineant: cùm certum sit à nepote (quia non 4 nascatur suus) non rumpi testamentum. Atque hunc textum interpretes adnotare solent aduersus eos qui in tractandis nescio quibus articulis, reipsa frigidis, vanis & ridiculis, meliores horas collocant, & de lana sæpe caprina rixati, otio & literis abutuntur.

Excluditur.[u] Iure, potestatéque rumpendi testamentum.

n Alciat. lib. iij. Paradoxo. c. xv.
o §. ita demum. in fi. de hæred. qua ab intest.
p L. lege. ff. de test.
q L. si quis filio. in pri. in fi. tit. j. l. si quis posthumos. §. si filium. hoc titul.
r L. pen. ff. de sta. hom. l. ab hostibus. §. j. ff. ex quib. ca. ma.
s L. postliminium. l. apud hostes. l. retro. ff. de capt. §. si ab hostibus. quib. mod. ius pat. pot.
t L. si quis. §. fina. ff. de capt. d. l. postliminiũ
u D. §. ita demũ. in fi.
x L. captũ. C. de postlimi. reuers. & redempt.
y L. demq. ff. quib. ex ca. maior.

§. FORSITAN.

Forsitan[a] addubitet quis in istis casibus,[b] si nepos post testamẽtum[c] nascitur, viuo patre suo,[d] deinde ex eo concipiatur, is, qui,[e] mortuo patre,[f] deinde auo nascatur, an nõ potuerit hæres institui? quia pater ipsius,[g] non rectè[h] institutus esset. Quod minimè est expauescẽdum.[i] Hic enim[k] suus hæres, & post mortem[l] nascitur.[m] Ergo & sic[n] pronepos admittetur,[o] qui natus erit ex nepote, posteà, viuo filio. atque si ex eo[p] natus esset, adoptatus.[q]

SVMMÆ RERVM.

1 *Difficultas ingens huius §.*
2 *Pronepotis præteritio.*
3 *Deinde dictio.*
4 *Adoptio absentis.*
5 *Legitimatio per procuratorem.*
6 *Traianus à Cocceio Nerua adoptatus.*

1 Forsitan.[a] Ob incertam & mendosam huius contextus literam, vsque adeò difficilis existimatur, vt vix putent scriptores, verum eius sensum percipi posse: quocirca consulendum censerent nouissimi, Pisanum archetypum,[a] nisi iam illis cum Politiano persuasum esset eum matrices Iustiniani pandectas non continere: sed multo post Iustinianum tempore descriptum, licèt tanquam omnium vetustissimum, cæteris sit ve-

a Mar. Salomo. hîc.

nerabilius.[b] Ego (quod ad noſtri Scæuolæ verba attinet) ſi certa vlla mens ex iis deprehendi quoquomodo poteſt, hanc eſſe puto: vt velit ſe referre Iuriſconſultus ad caſus, quibus ſuprà docuerat, nepotem poſthumũ generaliter inſtitui poſſe: tametſi nulla mortis filii mentio fiat. veluti ſi dicat teſtator, *Quicquid mihi liberorum poſt mortem meam*: aut, *Quicunque natus mihi fuerit*, & cætera.[c] Forſitan enim, inquit Scæuola, in iſtis caſibus dubitauerit quiſpiam de tali ſpecie: ſi concepta ſic inſtitutione, contingat nepotem poſthumum, viuo patre ſuo, & auo teſtatore, naſci, deinde concipi ex nepote, pronepotem. qui pronepos, mortuo primum patre ſuo, eodémque nepote, deinde auo, hoc eſt filio teſtatoris naſcatur: an is rectè videatur inſtitutus. Dubitationem faciebat, quia pater eius, idémque nepos præteritus cenſebatur: veluti in eum caſum duntaxat inſtitutus, quo ſuus, & poſt mortem teſtantis naſceretur. Eum autem, teſtatore viuo, & filio eum gradu præcedente naſci contigerat.[d] Vnde ruptum videbatur præteritione teſtamentum.[e] Sed tamen hoc minimè timendum reſpondet Scæuola. Siquidem præmortuus fuerit nepos patri ſuo, eodémque teſtantis filio, ac proinde potuerit impunè præteriri.[f] Pronepos autem, & ſuus, & poſt mortem natus, reperiatur. Qua ratione dicẽdum quoque ait Scæuola, pronepotem admitti: nõ eo caſu tantùm, quo natus ſit, mortuis patre ſuo & auo, eodémque filio teſtãtis: ſed etiam ſi naſcatur ex nepote poſteà: id eſt poſt teſtamentum mortuo adhuc tamen filio viuo. & eo caſu ſi filium pariter præmori contingat, ſuus hæres teſtatori, perinde pronepos erit, atque ſi ex eo natus: hoc eſt, in locum nepotis adoptatus fuiſſet. Neque enim nepotis adoptiui ſucceſſione rumpitur teſtamentum. ab eo qui hæres reperitur inſtitutus.[g] Hunc autem ſenſum ſi, vti verum, retineamus, minimè cum cæteris ariolãdum erit, pronepotem, apud hoſtes natum, eundem in ciuitate reuerſum, adoptionem à principe factam, & iis ſimilia. quæ planè oſtendunt nihil minus, quàm Scæuolæ mentem Doctores attigiſſe. 2

Iſtis caſibus.[b] Quibus ſuprà dictum eſt,[h] poſſe teſtamentũ de filio, nepote, pronepote, & poſteris quibuſcunque, generaliter inſtitutionem concipere, *Quicquid mihi liberorum poſt mortem meam naſcetur*: aut, *Quicunque mihi ſuus natus fuerit, ſit hæres.*

Poſt teſtamentum.[c] Et ante mortem aui teſtantis.

Viuo patre ſuo.[d] Quo caſu conſtat eum non naſci ſuum auo.[i]

Is qui.[e] Sic legendum, non *iſque*. hac enim paraphraſi vult oſtendere Scæuola, pronepotis ſui natiuitatem.

Mortuo patre.[f] Sic legendum, non *viuo patre*, vt quidam habẽt. quod vel ad ſenſum verba quæ ſequuntur, *deinde auo*, planè demonſtrant. nam cum dictio *Deinde*, ſucceſſionem actuum ordinatam denotet,[k] ineptus profectò nimis eſſet ſermo, dicere patre & auo viuis, pater viuit: deinde auus, cùm vterque ſimul, eodémque tempore viuat. Mortuo autem patre pronepotis, intelligendum eſt, eodémque nepote teſtantis. 3

Ipſius.[g] Nepotis, ſcilicet.

Non rectè inſtitutus eſſet.[h] Quia nec ſuus hæres, nec mortuo teſtante natus ſit: & ita præteritus reperietur.[l] cùm inſtitutio ex Galli conſilio concepta intelligatur, ſi nepos ſuus, & poſt mortem teſtatoris naſceretur.

Expaueſcendum.[i] Minimè timendum dicit Scæuola, quod præteritione nepotis, velut non rectè: hoc eſt, non in omnem caſum inſtituti, teſtamentum ruptum ſit. quandoquidem patri ſuo nepos præmortuus proponatur.[m] & ita potuerit impunè præteriri.[n]

Hic enim.[k] Pronepos, ſcilicet.

Poſt mortem.[l] Teſtantis proaui.

Naſcitur.[m] Quod patri ſuo, eidémque nepoti, neutiquam contingit. qui neq; ſuus natus eſt, neque poſt mortem teſtantis, vt meritò diuerſa ſit ratio.

Ergo & ſit.[n] Hac ratione attenta, quoniam diximus pronepotem ideo rectè inſtitutum

b Alciatus lib. iy. Diſpunc. c. xy. Auguſtin. lib. j. Emẽda. c. j. Salomon. hic.
c §. quid ſi is. in fine. huc l.
d L. cõmodiſſimè. hoc titul.
e L. poſthumorum. ff. de iniuſto teſt. §. poſthumorum. de exhære. libero.
f L. ſi quis filio. in prĩ. inſ. tit. j. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. hoc tit.
g L. filio quem. §. fi. hoc tit.
h Dicto §. quid ſi is. in fine.
i §. ita demum. in fi. de hæred. quæ ab inteſt. Inſtit.
k L. y. §. deinde. ff. de orig. iur. l. j. §. deinde. ff. de poſtul.
l D. l. commodiſſimè.
m L. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. hoc titu. l. ſi quis filio. in princ. ff. de iniuſt. teſta.
n §. ſequẽti. in fine.

ſtitutum, quia ſit natus ſuus, & poſt mortem.

Pronepos admittitur.[o] Vult dicere Scæuola, cùm ideo ſuperiore caſu traditum ſit pronepotem, qui ſuus natus eſt, & poſt mortem teſtantis, rectè inſtitutum videri: quod extiterit vtraque conditio, in quam inſtitutio concepta cenſebatur: pari ratione dicendum, ſi adhuc viuo filio, & poſt mortem nepotis: hoc eſt, patris ſui natus eſt, dum & filium poſteà præmori contingat, admitti: vt declaratum extitit.

Ex eo.[p] Filio ſcilicet, vt ita deducatur ſimilitudo ab adoptione, in locum nepotis, quaſi ex filio, de pronepote facta.[o]

4 *Adoptatus.*[q] Quia crediderunt hunc pronepotem, dum apud hoſtes erat, ado-
5 ptatum, colligunt abſentem adoptari poſſe: modò id reſcripto principis fiat:[p] eadémque ratione tradunt legitimationem per procuratorem rectè fieri:[q] cùm nec patris præſentia ſit neceſſaria,[r] nec item filii, quem ratum habere ſufficit.[s] Nam & in quibuſcunque negotiis, quibus voluntas, aut alterius cõſenſus deſyderetur, nihil intereſt, an ab initio, vel ex poſtfacto interueniat.[t] Deinde quia poſſunt omnes actus fieri per procuratorem, qui nominatim prohibiti non reperiuntur:[u] tametſi graues ſint, & valde ardui.[x] neque refert à quo reſcripta principum impetrẽtur.[y] Et hæc (quod ſpectat ad legitimationem) mihi videtur veritas:[z] quamuis nonnulli leuibus argumentis diſſentiant:[a] quibus poſteriores larga manu ſatisfaciũt.[b] Cæterùm (quod ad adoptionem attinet) periculoſa eſt communis ſententia: cùm Vlpianus omnino neget, adoptionem per alium peragi poſſe.[c] idque ſumma ratione, cùm arrogandi voluntas perſonaliter ſit exploranda.[d] & cum verborum ſolennitate, interrogatione, nimirùm præcedente & ſubſequente reſponſione:[e] cuiuſmodi ſolennia nequeunt inter abſentes explicari.[f] Neque verò me mouerit quòd legamus Vlpium Traianũ cùm in Germania eſſet, à Cocceio Nerua Romæ adoptatum.[g] Nam id principis factum eſt, quem ſolennium legibus ſolutum conſtat.[h] Faciliùs autem induci poſſe legitimationem adoptione, argumẽto eſt, quòd qualitas multò faciliùs inducatur, quàm ſubſtantia:[i] per adoptionem autem filiatio, per legitimationem filiationis qualitas inducitur.[k]

§. IN OMNIBVS.

In omnibus[a] his ſpeciebus,[b] illud obſeruandum eſt, vt filius duntaxat,[c] qui eſt in poteſtate, ex aliqua parte[d] ſit hæres inſtitutus.[e] Nam fruſtrà exhæredabitur poſt mortem ſuam,[f] quod non eſt neceſſe in eo filio, qui apud hoſtes eſt,[g] ſi ibi decedat:[h] & certè nec in nepote & pronepote,[i] quorum ſi liberi[k] hæredes inſtituantur, inſtitutionem nunquam exigemus: quia poſſunt præteriri.[l]

SVMMÆ RERVM.

1 *Inſtitutio in conſilio Galli quando neceſſaria.*
2 *Species pro themate.*
3 *Partis appellatione dimidia continetur.*
4 *Aliqua pars.*
5 *Filij tacita inſtitutio an ſufficiat.*
6 *Liberorum verbo qui veniant.*

1 IN *omnibus.*[a] Enumeratis pluribus caſibus, quibus nepotes, & cæteri deinceps poſthumi rectè inſtitui poſſunt, doctrinam ſubiũgit Scæuola, quâ monet in iſtiuſmodi omnibus ſpeciebus illud obſeruandum, vt filius, qui primùm in paterna poteſtate locum tenet, ex aliqua parte hæres inſtituatur. quippe qui fruſtrà poſt mortem ſuam exhæredaretur. Quæ

o L. cũ nepos. l. ſi quis cùm & l. ſi paterfamilias. §. j. ff. de adoptio.
p L. iubemus. C. de emancip. liber.
q §. ſit igitur licẽtia. quib. mod. nat. effic. ſui. coll. vij.
r auth. itẽ fine. C. de nat. liber.
s L. fi. C. ad Macedon.
t c. cura de iure patr.
u L. j. §. vſus. ff. de procur.
x c. fina. in prin. de procur. in vj.
y L. vniuerſis. C. de prec. Imp. off.
z L. qui in prouincia. §. Diuus. ff. de ritu nupt. c. per venerabilẽ. in prin. qui filij ſint leg.
a Bal. c. cũ dilectus. de ord. cogn.
b Alex. & nouiſ. hîc.
c L. neque abſẽs. l. poſt mortem. §. final. ff. de adop.
d L. in adoptionibus. illo tit.
e L. ij. illo titul.
f L. j. in prin. ff. de verb. oblig.
g Dion in Traiano.

h L. Princeps. ff. de legib. i Accurſ. l. talis. §. final. ff. de leg. j. k D. §. Diuus. Bald. l. l. excuſare. ff. de excuſ. tutor.

verba hunc fenfum habent. Inftituto nepote pofthumo, fi filius, viuo teftante, moriatur, non fatis effe filium exhæredari: cùm ita poft mortem fuam reperiretur exhæredatus, & ita inutiliter: [a] fiquidem non poffit in hunc modum inftitutus, nifi expleta conditione mortis filii, adire. [b] & exhæredatio, nifi aditione confirmetur, nullius fit momenti. [c] Quo fatis intelligimus inftitutionem refpectu duntaxat exhæredationis à Scæuola requiri: perinde ac fi dixiffet, non fatis effe filium exhæredari, fed eum quoquomodo inftitutum effe oportere. & ita putandum non fit, quod vulgus exiftimat, inftitutionem filii, neceffariò exprimendam. quippe tacita fufficit, quæ fub illis, aut fimilibus verbis, fatis fupérque comprehenditur, *Si filius, me viuo, moriatur.* [d] Qua de re, larga manu fuprà diximus. [e]

Speciebus. [b] Quibus fuprà dictum eft nepotem pofthumum inftitui poffe. Sanè verò fpeciem hic cum cæteris Iurifconfultis vfurpat Scæuola pro cafu, & thematis alicuius pofitione. [f] 2

Duntaxat. [c] Hac dictione *Duntaxat* taxatiua fignificat Scæuola eum filium folummodo, qui primum locum in poteftate tenet, neceffariò inftituendum. non etiã nepotes, & alterius gradus liberos, qui poffunt impunè præteriri, [g] vt fubiicit.

Ex aliqua parte. [d] Licet partis appellatione, foleat dimidia fignificari. [h] vnde in legato vfusfructus partis bonorum (fi non aliud actum fit) dimidia pars bonorum continetur. [i] & qui refpondit fe ex parte hæredem effe, ad dimidiam fe retuliffe intelligitur. [k] Si tamen cum adiectione aliqua pronũcietur, de minima etiam portiunculâ poteft intelligi. [l] Quãta autem illa fit, fubiecta materia declarabit. [m] Nam & hic verbo *Aliqua parte* legitima continetur, quam hoc iure Pandectarum relinqui filiis integram oportuit. [n] licèt poftea Iuftinianus induxerit, fatis effe, vel minimum filio, minimæ portionis iure naturæ debitæ relinqui, cùm faluum fit ei ius agendi ad fupplementum. [o] 3 4

Hæres inftitutus. [e] Vel expreffè, vel faltem tacitè, per hæc veluti verba, *Si filius, me viuo, moriatur.* ex quibus colligi tacitam inftitutionem fuprà probauimus. [p] Nec obftat quòd lex pro forma filium inftitui velit. [q] Nam & iftiufmodi formæ tacita filii inftitutio teftamenti fauore fatisfacit. [r] 5

Poft mortem fuam. [f] Filii nimirùm exhæredati, in cuius vita non poteft exhæredatio confirmari. [s] cùm inftitutus nepos pofthumus, *Si filius teftanti præmoriatur,* non poffit, nifi mortuo filio, nancifci, adiréque hæreditatem. [t] & non adita hæreditate, euanefcat exhæredatio. [u]

Qui apud hoftes eft. [g] Vt hæres, videlicet, ex aliqua parte fit inftitutus, fi ibi decedat. cùm enim tempore teftamenti filius qui eft apud hoftes, non fit in poteftate: atque adeò in rerum natura non credatur effe, [x] pater eum impunè præteribit: [y] fi tamen contingat eum captiuum decedere. Nam reuerfus (quia poftliminio fingeretur femper in ciuitate fuiffe) rumperet teftamentum. [z]

Si ibi decedat. [h] Sanè dicit, *Si ibi decedat.* quoniam reuerfus, iniuftum faceret teftamentum. [a]

Nec in nepote & pronepote. [i] Neceffe eft fubaudi eos ex aliqua parte, hæredes inftituere.

Liberi. [k] Hoc eft filii. & ita dictio *Liberorum*, latè patens, vtpote quæ omnes omnino in infinitum contineat defcendentes: [b] pro fubiecta tamen materia contrahitur ad liberos primi gradus. [c] 6

Præteriri. [l] Spectato tempore teftamenti. nam fi poftcà primum fubintrent locum, præcedente veluti perfona de medio fublata, rumpunt teftamentum. [d]

§. NVNC

a L. fi ita fcriptũ. §. fi. hoc tit. b L. fuus quoq. ff. de hæred. inft. L. is, qui. ff. de acquir. hæred. c L. filium. §. j. ff. de bono. poff. contra tab. d L. cum in teftamento. ff. de hæred. inft. l. etiã. §. fi libertus. ff. de bo. libertor. e Dixi in prin. huius legis. f L. fed interim. §. j. ff. de dona. int. vir. l. Lucius Largus. ff. de leg. ij. g L. pofthumorũ. l. fi quis filio. in princ. ff. de iniuft. tefta. l. fi quis pofthumos. §. j. hoc tit. §. pofthumorũ. de exhæred. libe. h L. nomẽ. §. fina. ff. de verbor. fig. i L. etiam. ff. de vfufr. k L. de eta te. §. fi interrogatus. ff. de interrog. actio. l cle. vn. v. bi gl. de for. comp. m L. fi non. C. locati.

n L. Papinianus. §. quoniã autẽ. ff. de inoff. teft. o L. omnimodo. C. illo tit. p L. cùm in teftamẽto. ff. de hæred. inft. Dixi in prin. huius l. q L. inter cætera. hoc tit. r L. fin. C. de pofth. l. ij. C. de inoff. tefta. s L. fi ita fcriptum. §. fi. hoc tit. t L. fuus quoq. ff. de hæred. inft. u L. filium. §. j. ff. de contra tab. x L. fi quis filio. §. fed fi pater. ff. de iniuft. teft. y L. pen. hoc tit. z L. fi quis filio. §. fed fi pater. ff. de iniuft. teft. a D. §. fed fi pater. in fi. b L. liberorũ. ff. de verb. fig. c §. videndum. hac l. vbi dicam. d L. pofthumorũ. inf. tit. j. §. pofthumorũ. de exhær. lib.

§. NVNC DE LEGE.

Nunc de lege [a] Velleia [b] videamus, quæ voluit viuis nobis [c] natos, ſimiliter [d] non rumpere teſtamentum. Et videtur primum caput [e] ad eos ſpectare, qui cùm naſcerentur, ſui hæredes futuri eſſent. [f] Ergo & ſi filium habeas, & nepotem, nondum tamen natum, [g] ex eo hæredem inſtituas, ſi filius decedat, mox, viuo te, nepos naſcatur. Ex verbis [h] dicendum eſt non rumpi teſtamentum, vt non ſolùm illud [i] primo capite [l] notauerit, ſi nepos [k] eo tempore inſtituatur, quo filius non ſit: [m] verumetiam ſi viuo patre. [n] Quid enim neceſſe eſt, tempus teſtamenti [o] faciendi reſpici, cùm ſatis ſit obſeruari id tempus, quo naſcitur? nam ita [p] verba ſunt, *Qui teſtamentum faciet, is omneis virilis ſexus, [q] qui ei ſui hæredes futuri erunt [r], &c.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Velleiæ legis explanatio.*
2 *Similis quæ dicantur.*
3 *Capita duo legis Velleiæ.*
4 *Suus hæres, & ſuus futurus.*
5 *Tempora in hæredibus tria ſpectantur.*
6 *Virilis Sexus verba quomodo accipiẽda.*
7 *Emphyteuſis quæſita pro ſe, & liberis.*

1 *Nunc de lege.* [a] Quoniam Gallus Aquilius eos duntaxat nepotes poſthumos induxerat inſtitui poſſe, qui poſt mortem teſtãtis ex filio præmortuo naſcerentur: [a] nec quicquam de eo nepote ſtatuerat, qui poſt teſtamentum, & filii mortem, adhuc viuo teſtante ederetur: quod tũc fortè iudicaret imputandum teſtatori, cur teſtamentum non mutaſſet: [b] ſucceſſit Iunius Velleius, qui nimis indignum exiſtimãs, teſtatorem qui vtiliter teſtari velit, adigi nepotis poſthumi natiuitatem expectare, lege lata edixit, inſtitutos ſimpliciter poſthumos nepotes teſtamẽtum non rumpere: tametſi, viuo teſtante, naſcerentur. vnde ſi nepotem poſthumum ex viuente filio inſtituam, móxque contingat, filium decedere, ac demum nepotem, me tamen adhuc viuo, naſci, non euertetur teſtamentum. Licèt enim, ſpectato teſtamenti tempore, nepos ſuus non fuerit, filio tunc eum gradu præcedente: [c] quo tamen tempore natus fuit, ſuus cœpit eſſe, & teſtamenti tempus non attendimus, ſed natiuitatis. Et hoc eſt primum legis Velleiæ caput, ad eos nepotes ſpectans, qui cùm inſtituebantur, ſui non erant (quia filius præcedebat) ſi tamen, viuo teſtante, futuri erant ſui, filii perſona ante natiuitatem è medio quoquomodo ſubducta. Neque enim teſtamenti, ſed natiuitatis tempus attendimus.

2 *Velleia.* [b] A Iunio Velleio lata, quem alii Conſulem, alii quia in catalogo Coſ. nullum ſe dicunt Velleium reperiſſe, Tribunum plebis faciunt. [d] Qui Conſulem eum affirmant, legem cenſent latã ſub Claudio Cæſare, ab eo Velleio Coſ. legem rogante, qui & Velleiani Senatuſconſulti ſuaſor, auctórque fuit. [e] Qui verò in Tribunatu Vellei promulgatam aſſerunt, plebiſcitum ideo ſignificanter dici aiunt, potiúſque eo, quàm legis nomine cenſeri: niſi quòd procedente tempore plebiſcita cœperunt leges confuſè vocari. [f] vt vt ſit, res non mihi tantam videtur exigere controuerſiam: quæ, ſcilicet, non ad ius valde pertineat: & quia plebiſcitis, iamdiu eadem quæ legibus tributa fuit auctoritas. [g] Hinc autem apparet eos vehemẽter errare, qui Velleium in magiſtratu fuiſſe negant, Sola illum Iuriſconſulti dignitate exornantes: [h] cùm Iuriſcõſulti, nec condendę, nec promulgandę legis habuerint poteſtatem. [i]

Viuis nobis. [c] Teſtantibus ſcilicet, cùm Gallus Aquilius eos duntaxat nepotes poſthumos inſtitui poſſe induxiſſet, qui poſt teſtatoris aui mortem naſcerentur. [k]

a Hac l. Gallus. in prin.
b L. tractabatur. ff. de milit. teſt. l. ij. C. de inoffic. teſta.
c L. poſthumorum. l. ſi quis filio. in princ. ff. de iniuſt. teſt. §. poſthumorum. de exhæred. libero.
d Vigl. d. §. poſthumorum.
e L. ij. ff. ad S.C. Macedon. Mar. Salomon. hîc.
f Gell. lib. x. noct. Attica. c. xx.
g L. ij. §. deinde cùm eſſet. ff. de orig. iur.
h Accurſ. hîc.
i §. reſponſa. de iur. nat. l. dicã. §. fin. huius legis.
k Hac l. in principio.

Similiter.[d] Pariter & eodem modo: quasi dicat Scæuola, sicut Gallus induxerat posthumos nepotes, qui post testantis mortem ederentur, si instituti essent, testamentum non rumpere: pariter Velleius, lege lata, constituit, ne, viuente testatore, nati rumperent. Quo satis cognoscimus vtrumque Iurisc͠osultum eadem permotum ratione, ne videlicet, nepotis sui successione, testantium dispositiones ruerent & euerterentur:[l] vt hinc non malè possimus colligere, ea similia dici, quæ parem, eandémque habent rationem:[m] qua de re alibi dixi.[n]

Primum caput.[e] Duo capita Velleiæ legis fuisse constat, quorum prius hîc, alte- 3
rum paulò pòst[o] explicatur. primum hoc caput casui Galli per omnia congruere videtur: nisi quòd apud Gallum quidem post mort͠e aui testantis,[p] apud Velleium autem, auo viuo nepos nascatur.[q]

Sui heredes futuri.[f] Non dicit simpliciter *Sui*, sed *Sui futuri heredes*: vt intelligamus aliud longè esse *suum heredem*, & aliud *suum heredem futurum nasci.*[r] Quod ita nonnulli sunt interpretati,[s] vt nasci suus hæres dicatur: quippe suus hæres nascitur, qui nascitur post mortem testantis: vt in prouisione Galli. Futurus verò suus hæres, qui, viuo testante, in primo patriæ potestatis loco emergit.[t] Neque enim tunc absolutè suus hæres dici potest: cùm viuentis nulla sit hæreditas:[u] ideóque futurus hæres suus dicitur.[x] Sed hæc interpretatio repugnat ex professo Scæuolæ verbis,[y] quæ à contrario probāt nepotem, mortuo patre, natum auo suum nasci. Quocirca tenendum quod hac in re suprà prodidimus.[z]

Nondum natum.[g] Hoc est posthumum, de quo præcipuè lex nostra tractat.

Ex verbis.[h] Velleiæ legis, quæ generalia sunt, & omnem comprehendunt, qui suus hæres futurus erit. *Qui testamentum faciet*, inquit Velleius, *is omnes virilis sexus, qui ei sui heredes futuri erunt, necessariò instituenti potestatem habeat.*[a]

Non solùm illud.[i] His & quæ sequuntur verbis, ferè omnes, & rectè crediderūt 3
primum legis Velleiæ caput duos casus attingere: quod tamen aliter, quàm vulgò fiat, explicandum est. priorem itaque casum posthumi nepotis ex præmortuo iam filio instituti, ac, viuo auo, nascentis comprehendit. cæterùm obiter, & tanquam aliud agens, eum adnotauit Velleius: vt videlicet sequentem explicaret commodius. Nam (quod ad hunc attinet) longè anteà permissum erat, suum posthumum hæredem instituere.[b] Alterum casum instituti filii viuentis, & substituti ex eo nepotis, si, viuo auo testante, suus nasceretur, qui propriæ casus est Velleiæ legis, in hoc primo capite.

Si nepos.[k] Posthumus. nam de natis tempore testamenti non primum caput, sed posterius loquitur.

Primo capite.[l] Quod (vt dixi) casui Galli per omnia congruit. præterquam quòd illic, auo testatore mortuo, in capite verò Velleiæ legis, viuo auo, nepos natus proponitur.

Filius non sit.[m] Quia iam mortuus tempore testamenti. At verò, dixeris, cùm 4
posthumus nepos, tunc suus dicatur.[c] & posthumos suos, lege etiam xij. Tabularum instituere concessum foret.[d] Velleius superfluò id adnotasse videtur. Resp͠odeo re vera id non à Velleio inductum fuisse. nec dissentit Scæuola, qui cùm dicit hunc casum à Velleio adnotatum, non principaliter accipi debet, sed per transennam, & obiter Velleium eum casum adnotasse: vt commodiùs ad alium tr͠asitum faceret, quo nepos ex filio viuo tempore testamenti nasceretur ante mortem testantis: idque suadet implicatiua, non solùm, &c.

Viuo patre.[n] Suo scilicet, id est nepotis: eodémque filio testatoris aui. Nec obstat quod plerique omnes opponunt hunc casum non ad primum Velleii caput, sed ad alterum potius, aut ad Iuliani speciem pertinere.[e] Nam hoc euidenter falsum, vel ex eo reuinco: quòd posterius legis Velleiæ caput non de posthumis nepotibus agat, sed de natis tempore testamenti:[f] & casus Iuliani de posthumo nepote tractet: qui, viuo patre, eodémque filio testantis, nascitur.[g] nos autem hîc de eo,

l §. idē credendum. in fi. §. quid si is. & §. si eius.
m L. qui liberis in pri. ff. de vulg.
n Dixi. l. nō possunt. ff. de legib.
o §. sequēti.
p Hac l. in prin.
q Vt hîc.
r §. posthumo. de leg. Instit.
s Mar. Salomon. hîc.
t L. j. §. j. ff. de vent. in poss. mit. & hîc.
u L. j. ff. de hered. vēd.
x Vt hîc.
y §. ille casus. hac l.
z Dixi in prin. huius legis.
a Hoc §. in fine.
b L. placet. hoc tit.
c §. itē demū. de hered. quæ ab intest. Inst.
d D. l. placet.
e §. ille casus. infra hac l.
f §. sequēti.
g D. §. ille casus.

eo, qui, viuo patre, instituitur. ante cuius natiuitatem contingit, filium mortem obire. Nam verbum *Nascatur*, quod huic loco in plerisque libris subiectum legitur, velut subdititium, & ab imperitis obtrusum, expungi meritissimò debet, ac illius loco verbum *Instituatur* exaudiri.

5 *Tempus testamenti.* Quod enim iuris conditores aiunt oportere cum hæredibus testamenti factionem esse, testamenti quoque tempore, [h] ad extraneos hæredes, nominatim referunt, in quibus tria tempora inspici volunt.[i] Nos hîc de suis hæredibus, & suis futuris agimus, in quibus morientis dũtaxat testatoris hora, cõsyderatur: [k] nisi concepta esset eorum sub conditione institutio. quò casu & tempus existentis conditionis spectandum est: [l] vt & in specie nostra: cùm institutus nepos posthumus sit sub conditione, *Si suus nascatur.* Cur autem potius in extraneis, quàm in suis hæredibus, diuersa inspiciãtur, probabilis mihi videtur illorum ratio, qui dicunt quòd non possit non esse cum suis, quatenus illis necessitas cohæret, perpetua testamenti factio: in extraneis, secùs.[m]

Nam ita. Sic legit, & meritissimò Holoander. Vulgatiores codices habebant, *Nam & si.* Quæ lectio, cum non congrueret, nouissimi censuerunt, *Tametsi*, pro quamuis, reponendum: [n] atque ita confirmant nonnulli, archetypum Pisanum habere.[o] quod in facto magis, quàm in iure consistit.

6 *Virilis sexus.* Hæc verba cum Accursio & aliis quibusdam, licèt paucis, ad testantem referre, aliquando placuit: non qua putãt illi ratione: quia, scilicet, ascendens per lineam fœmineam non habeat instituere necessum.[p] hoc enim nec Velleij menti cõgruit, nec hodie durare creditur, propter Nouellam Iustiniani. [q] Sed quia institutio istiusmodi, vel de suis hæredibus fit, vel in tempus suitatis confertur: [r] fœmina verò, & quicunque materni parentes, cùm iure careant patriæ potestatis, [s] suos hæredes habere non possunt. [t] Vnde similiter Vlpianus, placet (inquit) omnem masculum posse posthumum hæredem scribere.[u] Quod & disputanimus suprà.[x] Neque sanè mihi persuadere possum hæc verba, *Virilis sexus* otiosè à Velleio adiecta. Alij verò quorum sententia cum Pyleo receptior est hæc verba, *Virilis sexus*, ad eos referunt, qui instituuntur, quorum sentẽtiam ex Vlpiano suadebam, tradente, posthumos per virilem sexum descendentes (ne agnatione testamentum expugnent) instituendos, vel exhæredandos.[y] Neque illam improbaturus vnquã ego fuissem, nisi quoque docuissent hæc verba *Virilis sexus*, ad exclusionem fœminarum, haudquaquam conscripta fuisse. Quod admittere sani hominis non puto. considerabam autem ad receptæ sententiæ defensionem, hæc verba, *Virilis sexus*, ex vetere lege interpretationem accipere: qua non tenebatur pater, filias hæredes scribere, nec exhæredare. vt quæ præteritæ non euerterent testamentum. [z] Quæ cùm ita se habeant, ridiculi semper apparent interpretes, iis verbis *Virilis sexus*, censentes, non ideo fœminas ex masculis prognatas excludi,[a] argutáque magis, quàm vera est eorum ratio. Licèt enim (inquiunt) ipsæ non sint virilis sexus, descendunt tamen à sexu virili. [b] vnde & neptis ex filio, non cognata intelligitur, sed agnata.[c] Sicut econtrà, masculus ex filio descendens, licèt ipse virilis sexus sit, non tamen adnumeratur descendẽtibus per virilem sexum.[d] Atque hinc veterem illam quæstionem definiunt, si pro se & descẽdentibus suis, per virilem sexum quis stipuletur, aut aliter acquirat Emphyteusin fœminas ex filiis masculis descendentes contineri. [e] Quamuis diuersum putent, si quis pro se quæsiisset, & liberis suis ex linea masculina.[f] quandoquidem linea fœminina, inquiunt, ab ipsa filia ducat initium, [g] Nec diuersum de capite, quàm de sequenti-

7 bus iudicandum. [h] Sed & si pro se & descendentibus suis masculis, emphyteusin

h L. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. §. in extraneis. de hæred. qualit.
i Doctores. d. §. §. in extraneis.
k §. sui. de hære. qual. Instit.
l L. sub cõditione. hoc titul.
m Vigl. in d. §. in extraneis. de hære. qual.
n Alciatus lib. iij. Paradoxo. c. xix.
o Mar. Salomon. hîc.
p §. mater. de exhæred. liber.
q §. aliud. vt cùm de app. cog. coll. viij.
r Vt hîc.
s §. fœminæ. de adop. §. si. de pat. potest.
t L. illud. § ad testamẽti. ff. de cõtratab. l. nulla. ff. de suis et legit.
u L. placet. hoc tit.
x Dixi. in princ. huius l.
y L. iij. in princ. ff. de iniust. test.
z L. maximum. C. de lib. præter. §. j. de exhæred. lib.

a Hac l. in prin. ibi sine quæ neptis. b L. pen. vers. huiusmodi. C. de legit. hæred. §. cæterùm. de legit. agn. success. c L. ij. §. j. ff. de suis & leg. d §. item vetustas. de hæred. quæ ab intest. d. l. penult. e Bald. hîc per istum text. & alij sequuntur. f Castrens. l. maritus. C. de procur. Alex. cons. xliij. vol. vj. g L. familiæ app. ff. de verbor. sign. h D. l. maritus. Doctoresq; hîc.

i L. si viua matre. §. j. C. de bo. mater. Bal. l. j. C. de cond. infer.

stipulatus esset, nepos ex filia minimè contineretur: cùm non posset admitti filia, si viueret.[s] super quibus Doctores hic longè, latéque euagantur: à quorum lectione neminem auoco.

Erunt.[r] Lege *Erit*, vt dixi, & subaudi, cùm nascetur. deinde quæ desunt verba, me auctore sic supplenda sunt, *Instituendi potestatem habento*.

§. ETIAM SI PARENTE.

Etiam si[a] parente[b] viuo nascatur,[c] sequente parte[d] succedentes in locum liberorum,[e] non vult lex[f] rumpere testamentum:[g] & ita[h] interpretandum est,[i] vt etiam si & filium, & nepotem, & pronepotem habeas, mortuis[k] vtrisque,[l] pronepos institutus succedens in sui hæredis locũ,[m] non rumpat. Et bene[n] verba[o] se habent, *Si quis ex suis hæredibus, suus hæres esse desierit*,[q] ad omnes casus[r] pertinentia, quos supplendos,[s] in Galli[t] Aquilii sententia diximus: nec solum[v] si nepos, viuo patre, decedat, nõ succedẽs pronepos,[x] auo mortuo, rumpat:[y] sed & si superuixerit patri, & decedat: dummodo hæres institutus sit, aut exhæredatus.[z]

SVMMÆ RERVM.

1. *Sui hæredis qualitas in quo.*
2. *Ius accrescendi.*
3. *Nepotes an sui.*
4. *Interpretari quid.*
5. *Interpretatio duplex.*
6. *Suus hæres qui.*
7. *Exhæredatio post mortem.*

a §. ille casus. hac l.
b L. maximum. §. j. C. de liber. preter.
c §. j. de exhered. libe.
d D. l. maximũ. §. j.
e Gaius lib. 2. Institut. titul. iij.
f Iul. Paul. lib. iij. Sententia. titu. vj. de testa.
g L. posthumorũ. ff. de inius. testa. l. si quis filium. C. de inoff. test. §. posthumorum. de exhered. lib.
h §. sequẽti. & hoc §.
i §. ille casus. hac l.
k §. quid si is. huius l.
l D. l. posthumorum. d. §. ille casus.
m D. l. posthumorum. d. §. posthumorum.
n §. j. de bon. poss.
o Huc l. in princ.
p D. §. ille casus.

Tiam si.[a] Transgreditur Scæuola ad alterum legis Velleię caput, quo 1
Velleius edixit nepotes iam natos, si instituti sint: tametsi filium, viuo
testante, mori contingat, non rumpere testamẽtum.[a] Quod ne cum
vulgò perperam accipiamus, sciendum veteri lege, solum filium sui
hæredis qualitatem habuisse: nepotémque ex eo natum non successisse
in eius posteà defuncti locum: & ideo nec præteritum ab auo testamentum
omnino euertere potuisse:[b] sed ei filiarum præteritarum exemplo dabatur ius ac- 2
crescendi: hoc est, ius ad certam portionem succedendi, simul cum hærede insti-
tutó,[c] cum onere præstandorum legatorum pro rata.[d] portio autẽ quæ præteri-
tis accrescebat, semis, si extranei essent instituti: si verò sui, aut fratres, ęqualis fuit.
quod (tametsi Gaius[e] & Paulus,[f] docuerint apertè) Accursianos latuit. Hãc anti-
qui iuris subtilitatem Velleius emendauit, constituens, vt liberi quicunque in pa-
rentis sui locum succederent, & quasi agnascendo sui fierent hæredes: ac proin-
de, nisi instituerentur, vel exhæredarentur, tanquam præteriti rumperent testa-
mẽtum.[g] Verba legis Velleiæ hac in re fuerunt, *Si quis ex suis hæredibus, suus hæres es-
se desierit, liberi eius, & cæteri in locum suorum, sui hæredes succedunto:*[h] Nec obstat quod
paulò pòst Scæuola scribit Velleium posteriore capite prouidisse, ne rumperetur 3
testamentum, adeóque vetuisse rumpi.[i] Nam vetuit sanè Velleius (multos rum-
pendi casus auferens)[k] ab istiusmodi nepotibus, quibus suitatis successionem de-
dit, rumpi testamentum: si, videlicet, instituti essent.[l] qui alioqui videbantur pri-
ma fronte, posse testamentum euertere. ex quo posthumorum loco habentur.[m]
& posthumi, qui non erant, non possent tũc hæredes institui:[n] nisi ex consilio Gal-
li, qui post mortem testantis nascerentur.[o] & ideo Scæuola posterius hoc Velleiæ
caput tractans, non satis habuit dixisse, eo vetari testamentum rumpi: sed subiun-
xit, *Néue ob eam rem minùs ratum sit, quod nepos succedit.*[p] At prædictis opposuerit for-
tasse quispiam, quòd Imperator Alexander, Heracliam neptem, & ab auo præte-
ritam,

ritam, alloquens ait, *Mortuo patre tuo, viuo auo, sine impedimento legis Velleiæ ei succedendo, in patris tui locum rupisti aui tui testamentum.*[q] Nam si Velleia lex statuit, vt sublatis viuo auo parentibus, nepotes in parentum locum succederent, & suorum iura nacti, rumperent testamentum:[r] non potest dici impedimento ei actui esse, quem maximè inducit. Tu dic, Imperatorem, ad generalem Vellej mentem se referre.[s] quæ semper fuit submouere rumpẽdi caussas, si quoquomodo liberi instituti proponerentur.[t] Cæterùm iis nulla tenus institutis, sed potiùs præteritis, Velleia lex non vetat: imò suadet rumpi testamentum.[u] & ideo dixit Alexander Augustus, nullo tunc Velleiam legem esse impedimento.[x] Ex prædictis, illorum quoque scrupulus satis supérque mihi videtur ademptus, qui contendebãt posterius hoc legis Velleiæ caput inutile, & superuacaneum ex eo quòd longè anteà, nimirùm iure xij. Tabularum, quemcunque iam natum, prorsus etiam extraneum, licuerit instituere.[y] Non enim Velleia lex, sicuti probatum est, permisit institui nepotes: sed eos in suorum locum succedere.[z] & si instituerẽtur, rũpi voluit testamenta.[a]

Parente.[b] Nepotis, scilicet, aut alterius descendentis. Nam (vt intelligas) priore capite Velleius, & eius interpres Scæuola de eius posthumi nepotis institutione, duntaxat egerant, qui post testamentum, & filii mortem, viuo tamen testatore, nascebatur: hoc verò posteriore, per interpretationẽ fit cùm primis extensio ad eum nepotem, qui viuo adhuc parente suo, eodémque filio testãtis, nascitur: dum ipsum parentem, restanti præmori contingat.

Nascantur.[c] Qui sui hæredes futuri sunt, vt nepos, pronepos, & cæteri descendentes.

Sequente parte.[d] Legis Velleiæ, quam partem paulò infrà posteriorem appellat,[b] nos secundum caput solemus dicere, cuius verba subiicit Scæuola.

Locum liberorum.[e] Posteriore capite Velleiæ legis, nepotes succedebant in locum liberorum: quoniam (vt suprà latius explicaui) filii soli iure antiquo sui hæredes erant: in quorum locum tametsi defunctorum nepotes non succedebant, donec id Velleia lege prouisum fuit.[c]

Lex.[f] Velleia quæ à nepotibus in locum liberorum succedentibus, & institutis vetuit rumpi testamenta.[d]

Rumpere testamentum.[g] Si instituti sint, vt proponitur, aut saltem exhæredati.[e]

Etiã.[h] Quod dixerat nepotem posthumum, qui, viuo etiam patre suo post testamẽtum nascitur, institui posse. hîc apertè verum interpretatur, in nepote quoque, qui iam natus erat tempore testamenti.

4 *Interpretandum.*[i] Id est, accipiendum & intelligendum.[f] Est autem propriè interpretari, rem obscuram exponere & explicare.[g] Vnde qui legis sententiam declarat, interpretari dicitur:[h] nihil q; aliud est interpretatio, quàm declaratio mentis legis.[i] quod per eam interpretationem venit, lex dici potest.[k] Latiore tamen acceptione, eum quoque dicimus interpretari, qui legem ex paritate rationis, vel
5 æquitate aliqua suadente ad alia transfert.[l] Vnde duplicem nostrates faciunt interpretationem: nempe comprehensiuam, quæ fit ex verbis, vel sententia legis,[m] & extensiuam, quæ fit ad extrinsecus posita, per eandem rationem,[n] quod scilicet, verisimile sit, de illis, si legislator cogitasset, idem statuisse.[o] Quare probabilis est istiusmodi interpretatio, tametsi verba eum fortè non habeant intellectum,[p] modò apertè, & (quod dicitur) ex professo non repugnent:[q] alioqui, scripto legis, quamlibet duro standum.[r] Reliqua verò de legum, actuúmque humanorum interpretatione, aliunde lectorem petere oportet.[s]

Mortuus.[k] Vel aliter à suitate sublatis, per deportationem putà, aut emancipationem.[t]

q L.ij.C.de lib.præter. r D.l.posthumorum. d.§.posthumorum. s D.l.ij. t L.sed & si.§.nepotes.ff.de hæred.inst.d.§.quid si ii. u L.si quis filium.C.de inoff.test.d.l.posthumorũ.d.§.posthumorum. x D.l.ij. y L.extraneum.C.de hæred.inst. z d.l.posthumorum.d.§.posthumorum. a D.§.ille casus.hac l. b §.videndum.hac l. c L.posthumorũ.ff.de iniust.test.l.si quis filiũ.C.de inoff.test.§.posthumorum.de exhæred.libero. d §.ille casus.hac l. e Hoc § in fine. f L.pen.ff.de impens. g Cicer.de clar.orator. h L.j.in prin.ff.de orig.iur.d.l.penult. i D.l.j. k L.nominis.§.fi.ff.de verb.sig.§.j.de legit.pat.tutel. l L.j.§.qui operas.ff.ad Tertyl. m L.cùm Aquiliana.ff.de transac.d.l.pe. n L.si quis id, quod.ff.de iurisdic.l.& ideo cum duabus seqq.ff.de legib. o L.inte.§.fi.ff.de pact.l.Lucius.§.Titius.ff.de lib.& posth. p L.scire.§.aliud.ff.de excus.tutor. q L.ab omnibus.ff.de leg.j. r L.prospexit.ff.Qui & à quib. s Glo.c.sicut.§.fi.xj.q.j.dixi in tract.de iuris arte.parte.iiij. t §.& quid si tantùm.hac l.

Vtrisque.[l] Filio nimirùm & nepote, idque viuo testante auo, dum prætereà nepos institutus sit, vel exhæredatus:[w] alioqui præteritione nepotis, iam ruptum esset testamentum: nisi prius nepos, deinde filius decessisset.[x] Tum enim nepotis præteritio, quæ nullius potuit esse effectus, vel ex antiqua iuris regula,[y] nullatenus foret impedimento pronepoti.[z]

Sui hæredis locum.[m] Beneficio & prouisione Velleiæ legis aduersus rigorem antiqui iuris,[a] vt suprà extitit declaratum.

Et bene.[n] Commendat Velleium Scæuola, quod tam disertè loquutus fuerit, vt nulla suppletione egeat.

Verba.[o] Posterioris partis, seu (vt diximus) secundi capitis Velleiæ legis quæ sequuntur.

Suus hæres.[p] Loquutio peculiaris est Iurisconsultis pro eo qui in potestate pa- 6
renti proximus est:[b] quod aliquãdo Angelo Politiano negotium fecit. Nam cùm iactabundus gloriaretur, multò præstantiora se scholia in ius ciuile editurũ, quàm Accursius noster fecisset, Bartholomæus Socinus, hominem rogatum, quisnam in iure *suus hæres*, diceretur, obmutescere cogit.[c] & sanè (quod ad textum nostrum attinet) mirum videtur, suum hæredem, viuo etiam adhuc parente dici: cùm viuens hæredem non habeat.[d] & viuentis nulla sit hæreditas.[e] atqui Velleius hoc loco ait, *suus hæres esse desierit*. desinere autem non potest suus hæres esse qui antè non fuit.[f] Dicendum igitur *hæredis* verbum nos hîc non accipere pro successore in ius vniuersum defuncti[g] (quo certè modo verum est, viuentis nec hæredem, nec hæreditatem esse)[h] sed pro domino. Veteres enim hæredis nomine, pro domino plerumque vtebantur:[i] & herum dicimus adhuc dominum.[k] Qua acceptione, filius in patris potestate primum locum tenens, adhuc quoque viuo parente, suus hæres dicitur:[l] hoc est proprius, domesticúsque bonorum paternorum dominus.[m] Nam eorum dominium quodammodo, viuo patre, existimatur habere.[n] Hincque leuem occasionem interpretes nacti de significatione verbi *sui hæredis*, & *suorum hæredũm*, hîc ambitiosè permulta congerunt, quos si operæpretium tibi videatur, videre potes: nos in epistolicis nostris quæstionibus, ac in Miscellaneis speciale caput fecimus.[o]

Desierit.[q] Supple hîc, quæ desyderantur verba: idque ex nostri Scæuolæ sententia, *Liberi eius & cæteri, in locum suorum, sui hæredes succedunto.*[p]

Omnes casus.[r] Quibus suus hæres desinit esse suus, siue morte, siue deportatione, siue emancipatione:[q] & quibus posthumus nepos, aut nati nepotes, qui loco posthumorum habentur sui futuri sunt.

Supplendos.[s] Hinc obserua, tunc propriè dici legem suppleri, cùm id quod verbis deficit ex legis sententia reponitur.[r]

In Galli.[t] Lubentiùs legerem hîc, *Ex Galli*. Nam commonefacit Scæuola, se casus ex Galli sententia suppleuisse.[s]

Nec solùm.[u] Redit ad propositam à se speciem. Si filium, nepotem, & pronepotem habeas.

Non succedens pronepos.[x] Hæc negatiua dictio *Non*, ad verbum *Rumpat*, quod sequitur est referenda, non ad succedentem pronepotem, vt figura tamen verborum designare videtur: alioqui esset in textu antinomia. cùm suprà dixerit Scæuola, pronepotem institutum, filio & nepote mortuis, in hæredis sui locum succedere. Et ex iis quæ nos suprà diximus, manifestò constet, Velleiæ legis beneficio nepotes, pronepotes, cęterósque descẽdentes iura suorum hæredum, quasi agnatione nancisci.[t]

Rumpat.[y] Cùm ipse pronepos institutus proponatur, & nepotis præteritio, quę nullius

w Hoc §. in fine. x §. idem credẽdum. hac l. y c. nõ præstat. de reg. iur. in vj. z §. forsitã. vbi dixi. hac l.
a D. l. posthumorum. d. l. si quis filium. d. §. posthumorum. b L. in suis. ff. de suis, et leg. l. in suis hoc tit. c Alci. lib. iiij. de verb. sign. in fi. d L. j. ff. pro hæred. l. nec nos. C. de postlim. reuers. e L. j. ff. de hæred. vẽd. f L. decem. ff. de verb. oblig. g L. hæreditas. ff. de verb. sign. h D. l. j. ff. pro hærede. d. l. j. ff. de hæred. vẽd. i L. his verbis ff. de hæred. inst. §. fi. de hæred. qual. k L. item Mela. §. legis. ff. ad l. Aquil. l Vt hîc. m §. sui. de hære. qual. n L. in suis. hoc tit. d. §. sui. o Dixi lib. iij. Miscell. c. xvj. & lib. Epistol. quæstio. c. j. p §. sequenti. q §. & quid si tantum. r L. ius autem. ff. de inst. & iur. s §. idem credendum. hac l. t L. posthumorum. ff. de iniust. test. l. si quis filium. C. de inoff. test. §. posthumorum. de exhæred. libero.

nullius fuit effectus, ex quo nepos ante patrem decessit, vires testamenti potuit impedire.[u]

Exhæredatus.[u] Alioqui nepotis præteritione rueret testamentum;[x] adeò quidem, vt nec æquitate prætoria sustineretur: licèt præmoreretur nepos testanti. neque enim pronepos potest dici de successoribus ab intestato, attento tempore testamenti:[y] de quibus tamen iura loquuntur, quæ testamentum præteritione, si præteritus prædecedat, conualescere volũt.[z] Sed de iis latius suprà.[a] Verùm cùm hic dicat Scæuola sufficere, si nepos sit exhęredatus, magna hic ab omnibus excitatur difficultas. Nam cùm pronepos adire non possit, nisi post mortem nepotis:
7 vtpote institutus sub conditione, si vterque & filius & nepos auo pręmoriantur,[b] frustrà videtur; & inutiliter fieri exhęredatio: tanquam post mortem censeatur nepos exhęredatus:[c] ex quo non potest aditione (quoad ille viuit) exhęredatio confirmari.[d] Nam & in simili specie paulò antè Scęuola scripsit filium frustra post mortem suam exhęredari.[e] Qua difficultate consternati Doctores ad insolentes diuinationes confugiunt. Nam alii cohęredem pronepoti datum ariolantur: cuius aditione confirmetur exhæredatio. Alii pronepotem purè institutum volunt. Neutri sat rectè: vt à recentioribus animaduersum est.[f] & res profectò faciliorem exitum habet. Neque enim putandum pronepotem hîc institutum sub conditione, si vterque filius, videlicet, ac nepos patri præmoriatur: sed post mortem filii, si filius (exempli gratia) me viuo, moriatur. quo casu, si contingat præmori filium, pronepos statim admittetur: tãetsi viuat adhuc nepos exhæredatus. in cuius ideo vita poterit exhæredatio confirmari. Quo satis apparet aliam esse hanc speciem ab ea, quam Scæuola, suprà de filio proposuit.[g]

u L. si quis posthumos. §. j. hoc tit. l. si quis filio. in prin. ff. de iniust. test. §. idem credendum & §. forsitã. huius l.
x D. §. idẽ credẽdum.
y §. j. de hæred. ab intest. ven. coll. ix.
z L. posthum⁹. vers. idem & circa. ff. de iniust. test. l. si duobus. §. si prius. ff. de contratab.
a In d. §. idem credẽdum.
b L. is qui hæres. ff. de acq. hæred.
c L. si ita scriptũ. §. fi. hoc tit.
d L. filium. §. j. ff. de bono. poss. contratab.
e §. in omnib⁹. huc l.
f Iason hic.
g D. §. in omnibus.

§. VIDENDVM.

Videndum autem[a] num hac posteriore parte,[b] *Si quis[c] ex suis hæredibus, suus hæres esse desierit, liberi[d] eius, & cæteri, in locum suorum[e] sui hæredes succedunto:* posit interpretatione[f] induci, vt si filium apud hostes habẽs, nepotem ex eo hæredem instituas, non tantùm si, viuo te, filius decedat, sed etiam post mortem, antè, quàm ab hostibus reuersus fuerit,[g] succedendo[h] non rumpat.[i] Nihil enim addidit,[k] quo significaret tempus:[l] nisi[m] (quod audenter[n] licet) possis dicere, viuo patre, hunc suum hæredem esse desiisse:[o] licet post mortem decedat, quia nec redit, nec potest redire.[p]

SVMMÆ RERVM.

1 *Fictio legis Corneliæ.*
2 *Liberorum appellatio.*
3 *Casus fictus quomodo contineatur.*
4 *Temporis indeterminata mentio.*
5 *Corneliæ legis fictio.*
6 *Captiuitate an suitas tollatur.*

V*Idendum.*[a] Post expositam disertè Velleij mentem in posteriore capite, facti speciem proponit Scæuola, quam ad hoc legis Velleiæ caput, per subtilem verborum interpretationem pertinere probat, veluti cùm quis instituit nepotem ex filio captiuo, deinde contigit filium apud hostes decedere, præmortuo tamen testante. Licèt enim
1 filius verè mortuus non fuerit, testatore viuo: quia tamen fictione Corneliæ legis, eodem momento quo captus est, decessisse intelligitur, viuo patre, creditur esse defunctus:[a] & ita suus hęres esse desiisse: nec impediri nepotem in eius locum succedere.

Posteriore parte.[b] Id est secundo & posteriore capite Velleię legis.

a L. lege. ff. de testa. l. in omnibus. ff. de captiu.

Si quis.[a] Verba sunt posterioris capitis prędictæ legis Velleię.[b]

2 *Liberi.*[d] Hoc est filii primi gradus, ad quos *liberorum* verbum, alioqui latiùs multò patens [c] pro subiectę materię necessitate contrahitur: vt & in alia Scęuolæ specie.[d] Nam aliter (efferant sese quantum volent recentiores) [e] superfluerent dubio procul, quæ sequuntur verba *Et cæteri*, si generaliter, & secundum extensam eius naturam, hoc loco nomine liberorum descendentes omnes continerentur.[f]

In locum suorum.[e] Olim soli filii suitatis fulgebant prærogatiua: hæredésque sui duntaxat dicebantur: quibus ideo mortuis, nepotes, cæterique descendentes non subintrabant hæredis sui locum: ac proinde nec præteriti testamentum euertebant,[g] donec Velleius constituit vt nepotes in parentis, viuo auo, defuncti, aut aliter suus esse desinentis, locum succederēt: exemplóque posthumorum, quasi agnascentes, sui forent hæredes, & testamentum rumperent.[h] quod à nobis expositum latiùs videre est.[i]

3 *Interpretatione.*[f] Hinc nota (inquiunt Doctores) casum fictū sub verbis propriè non contineri (namque notat interpretationē fictio:[k]) sed per interpretationem, quam vocant extensiuam, venire. & ideo in municipii legibus, seu statutis locum non habere.[l] cuius rei inquisitio locum magis idoneum desyderat.[m] Cæterùm (quod ad textum nostrum attinet) veriùs videtur casum captiuitatis, quo de agimus, sub verbis Velleiæ legis in secundo capite comprehendi: cùm suprà dixerit Scæuola eius capitis verba ad omnes pertinere casus, qui in sententia Galli suppleti fuerant:[n] quibus & hunc, cùm filius captiuitate suus esse desiit, adnumerari constat.[o] Quod cùm ita se habeat, dicendum quoque non de extensiua interpretatione, sed de ea quam declaratiuam dicunt, hîc Scæuolā agere.[p] Quæ fuit etiam aliorum quorūdam sententia.[q] De vna verò, atque altera specie interpretationis pauca quædam attigimus suprà.[r]

Reuersus fuerit.[g] Nouus, sed tamen vsitatus loquendi modus, Scæuolæ, vt de eo qui mortuus est apud hostes dicat, *Antè quàm reuersus fuerit.*[s] aut, *Antè quàm ab hostibus rediret.*[t] cuiusmodi loquutiones captum aliquando rediisse significare solēt.

Succedendo.[h] In locum sui hæredis, ex noua Vellei constitutione,[u] vti suprà declaratum extitit.[x]

Non rumpat.[i] Nepos, scilicicet, hæres institutus.

Nihil enim addidit.[k] Simpliciter dixit, & indefinitè Velleius, *Si quis ex suis hæredibus, suus hæres esse desierit.* nec adiecit quo tempore necessum erat filium desinere
esse suum: an scilicet, viuo restanre, an eo mortuo. vnde generaliter accipi sermo
potest.[y] quasi generalis quoque sententia legis fuerit.[z] Nam & vbi lex de tempo- 4
te loqūitur indeterminatè, ad quodcunque tempus liberè potest referri constitutio.[a] Verùm, quia tametsi Velleia lex non distinguat, necessariò tamen ad id tēpus est coarctanda, quo filius, viuo testante, suus esse desiit. Nam alioqui frustrà Velleius timuisset à nepote qui nunquam successisset in sui hæredis locum, rumpi testamentum.[b] parum huic rationi fidens Scæuola, mox ad aliam non insubtiliter transit.

Tempus.[l] Quo filius desineret esse hæres suus, & nepos in sui hæredis locum succedens, quasi agnasceretur.

5 *Nisi.*[m] Interiicit hoc loco Scæuola alteram & solidiorem rationem, cur casus captiuitatis sub prouisione Velleiæ legis in secundo capite continebatur: quia licèt Velleius illic de eo qui suus hæres esse desiit, viuo testāte, loqui tantùm intelligatur: & re vera filius qui apud hostes decessit post mortem parētis mortuus sit, interpre-

b §. sequēti. c L. liberorum. ff. de verb. sig. l. quod si nepos. ff. de test. tutel. d §. in omnibus. hac lege. e Ias. hic. col. ij. f D. l. quod si nepotes. d. l. libero. g §. j. de inoff. testa. h L. posthumorum. ff. de iniust. test. l. si quis filium. C. de inoff. testa. §. posthumorum. de exhered. libero. i Dixi in §. etiam si parente. hac l. k L. lege. ff. de testa. l L. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Bart. l. j. §. j. ff. de fonte. m Doctor. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. n Moderni in §. et quid si tantum. hac l. n §. etiam. huius l. o §. quid si is. huius l. p L. j. §. qui operas. ff. ad S. C. Tertylia. q Dn. Bal. & Cuma. hic.

r Dixi in d. §. etiam. s Vt hic. t §. quid si is. vbi dixi. u L. posthumorum. cum similib. ff. de iniust. test. x Dixi in §. etiam & paulo ante in hoc §. y L. ij. §. & generaliter. ff. de leg. praest. z L. de pretio. ff. de publiciana. a L. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. auct. iud. possid. l. j. vbi Bar. ff. de alea lusu, & aleat. b L. si quis posthumos. §. j. hoc tit. l. si quis filio. in princ. ff. de iniust. test.

interpretatione tamen Corneliæ legis, quæ fingit tunc eum obiisse, cùm capere-
tur,[c] viuo testante, censetur suus esse desiisse.[d]

Audenter.[a] Liberè, fidenter & intrepidè. Alii *audacter*, quod idem est: vtrumvis
autem in bonam partem accipe. Audenter dicam (inquit Hieronymus ad Eusto-
chium) cum omnia possit Deus suscitare, nõ potest virginem post ruinam.[e] & ali-
bi, Audacter fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus.[f] Et Ci-
cero, Omnia, inquit, non modo dicere, verumetiam libenter, audacter, intrepidé-
que dicere.[g]

Desiisse.[e] Per fictionem legis Corneliæ,[f] quæ fingit mortuum apud hostes, tũc
& eodem momento decessisse, cùm caperetur,[h] vt suprà exposuimus. Atque hinc
plerisq; videtur sola captiuitate quem desinere esse suum.[i] (cùm & præteriri im-
6 punè possit)[k] nepotémque succedendo fieri suum hæredem auo: & testamẽtum
rumpere.[l] Sed tamen verius est ius suorum, non sola captiuitate tolli, sed propter
spem reuertendi pendere:[m] & omnem captiui statum suspendi.[n] Vnde & apud
Papinianũ suspensi iuris constitutio.[o] Qua de re iuniores extensissimè disputant.[p]

Non potest redire.[f] Vtpote mortuus

§. ILLE CASVS.

Ille casus[a] in difficili[b] est, si filium habeas, & nepotem nondum natum instituas, isque nascatur, viuo patre suo, ac mox[c] pater decedat.[d] Non enim[e] suus hæres est tempore quo nascitur,[f] nec posteriore[g] alius succedendo prohiberi videtur rumpere quàm qui iam natus erat:[h] denique[i] & superiore capite,[k] vt liceat institui nondum natos, qui cùm nascentur, sui erunt, permittit.[l] posteriore non permittit institui,[m] sed vetat rumpi,[n] néue ob eam rem minùs ratum sit,[o] quòd succedit.[p] Porrò[q] procedet edebet,[r] vt vtiliter[s] sit institutus, quod nullo iure[t] potuit, qui nondum natus[v] erat. Iuliano[x] tamen videtur duobus quasi capitibus legis[y] commistis,[z] in hoc[a] quoque inducere legem,[b] ne rumpantur testamenta.

SVMMÆ RERVM.

1 *Explanatio §. Ille casus.*
2 *Infortiatum barbara dictio.*
3 *Mox pro posteà.*
4 *Nepotum successio.*
5 *Iulianus Iurisconsultus.*
6 *Probationes imperfectæ iunguntur.*

1 ILle casus.[a] Expositis accuratè Velleiæ legis capitibus casum p topo
nit hoc loco Scæuola, qui veteribus admodùm obscurus, difficilis, &
salebrosus visus est, de eo qui nepotem posthumum ex filio viuente
instituit: si deinde contingat eum, viuo adhuc patre suo, eodémque
filio testatoris nasci, móxque patrem decedere, viuo tamen testante,
an successione nepos rumpat testamentum? quod prima fronte videbatur, ex quo
nec Galli, nec Velleiæ legis prouisione, testamentaria dispositio defendi poterat:
non quidem consilio Galli, qui de natis post mortem testantis loquitur.[a] non i-
tem ex priore capite Velleij de iis verba facientis, qui quum nascentur, sui hære-
des futuri sunt.[b] atqui hic nepos, tempore natiuitatis suus non est, cùm pater eius
adhuc viuat.[c] Denique, nec ex posteriore eiusdem legis Velleiæ capite, quod de
iàm natis tempore testamenti loquitur.[d] hîc enim nepos proponitur natus post
testamentum. Itaque summo iure videbatur hic nepos non sat commodè insti-

c L. lege. ff. de test. l. in omnibus. ff. de capt.
d L. si quis posthumos. §. j. versic. diuersum. hoc tit.
e c. si Paulus. §. j. xxxy. q. v.
f c. audacter. viy. q. 3
g Cicer. pro Rosc. Amer.
h D. l. lege. d. l. in omnibus.
i L. lege. in fi. ff. de test.
k L. penul. hoc tit.
l L. si quis filio. §. sed si pater. ff. de inust. test.
m L. j. §. si filius. ff. de vent. in poss. mit. §. si ab hostib. quib. mo. ius pat. pot. sol.
n L. in bello. §. j. L. bona. §. quod filius. ff. de capt. l. y. §. pen. ff. vnd. legit.
o L. pen. ff. de suis, & legit.
p Mar. Salomo. in §. Quid si, huius l.

a Hac l. in princ.
b §. nũc de lege. hac l.
c §. sui. de hære. qual. §. ita demũ. de hared. qua ab intest. Instit.
d L. posthumorum. ff. de iniust. test. §. etiam. & §. videndum. huius l.

tutus: ac proinde teſtamentum ab eo rumpi potuiſſe. Sed tamen aliter Saluio Iu-
liano iuriſconſultiſſimo viſum eſt ex Velleii etiam ſententia, cuius mens fuit, om-
nes rumpendi caſus obſtruere, & recidere.[e] Talem igitur adhibuit Iulianus inter-
pretationem, vt commixtis, & coadunatis ambobus Velleiæ legis capitibus, teſta-
mentum ſuſtineretur, quod alioqui ex capitibus disiunctis, & ſeparatis, defendi
nequibat. Etenim primũ caput permittit inſtitui naſcituros, qui ſui futuri ſunt.[f]
atqui nepos, quo de agimus tempore teſtamenti necdum natus erat: & futurus
eſt teſtanti ſuus, ſuccedendo in locum filii, qui ſuus per mortem eſſe deſiit.[g] Alte-
rum verò caput loquitur de nepotibus, viuente auo teſtatore, natis: quo modo &
hic nepos noſter editus proponitur. Rumpi præterea vetat hoc caput ab inſtitu-
tis nepotibus teſtamentum. Nec ab iis duntaxat, qui iam erant nati tempore te-
ſtamenti, & ſui naſcuntur: ſed etiam (ſi generalem eius capitis ſermonem ſequa-
mur) à naſcituris, qui natiuitatis tempore non ſui prodeunt in lucem: modò poſt-
eà agnaſcantur. Ait enim Velleius, *Si quis ſuus hæres eſſe deſierit, liberi eius, & cæteri in locum ſuorum, ſui hæredes ſuccedunto.*[h] Nec ex prædictis obſcurum eſt intelligere Iu-
lianæ deciſionis rationem, quæ tota innititur fauori conſeruationis teſtamenti:
& ne pœnam teſtator præteritionis patiatur, qui nepotem præterire noluit.[i]

Indiſficili.[k] Sic legendum, non, vt vulgò, *Difficilis*. Illam tamen veterem lectio-
nem interpretes ſequuti, *In*, pro valde, hic expoſuerunt: ducto etiam ſimili ab hu
ius libri nomine: quod Infortiatum ideo dici volunt, quia valde forte ſit.[l] Ego ve-
rò nuſquam (quod quidem meminerim) talem præpoſitionis *In*, ſignificationem
legi. Nam (quod ad huius tomi Pandectarum nomen attinet) dictionem *Informa-* 2
tum, barbarã, nullıúſque ſenſus ſemper exiſtimaui: vt & ante nos alii animaduer-
terunt:[m] licèt infantiliter poſteà variantes, exquiſitam magis, quàm veram voca-
buli rationem proferant.[n] Sed certè, ſi probabilis vlla (quod vix crediderim) reddi
poteſt, illa eſt quam alibi ſcripſi: quia hîc liber, τὰ φορτία, id eſt, onera dotium, diſſo-
lutis nuptiis, reſtituendarum, & præſtandorum legatorum, fideicommiſſorúmue
cõtineat, Infortiatum dictum ſit. Porrò de natura præpoſitionis *In*, permulta non
contemnenda coaceruant hîc interpretes: ſed quæ tamen ad ſubiectum thema
nihil conferunt, & locum magis idoneum deſyderant: ideóque conſultò præter-
eo, rem ipſam indicaſſe contentus.

Mox.[c] Id eſt, poſteà.[o] Quod de modico, vel magno interuallo, ſecundum ſub- 3
iectam materiam, accipi debet,[p] frequentiùs tamen ſolet, ad modicum temporis
ſpacium referri, idem quod ſtatim, & paulò pòſt ſignificans:[q] cum aliquo, ſcilicet,
temporis temperamento.[r] Vnde Leſbia apud Terentium,[s]

Nunc primum fac iſthæc, vt lauet: pòſt deinde
Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Dato: mox ego huc reuertar.

Et Cicero, Prǽterit villam meam (inquit) Curio, iuſſitque mihi nuntiari mox ſe
venturum.[t]

Decedat.[d] Controuerſę namque (ſubaudi) quęſtionis eſt, an talis nepos rumpat
teſtamentum: quod prima fronte videtur, *Non enim*, & cętera quę ſequuntur.

Non enim.[e] Hic nunc quæ refert Scęuola magnam excitant ſuper caſu propo-
ſito dubitationem. Nam iis dicendum videtur, nepotis inſtitutionem non rectè
conceptam: & ita prǽteritum nepotem rumpere teſtamentum.

Quo naſcitur.[f] Cùm filius cum gradu pręcedat:[u] & ideo non poſſit eſſe locus
priori capiti Velleiæ legis, quod ad eos ſpectat, qui cùm naſcuntur, ſui hęredes
ſunt.[x]

Poſteriore.[g] Capite, ſcilicet, Velleiæ legis.

Natus erat.[h] Tempore teſtamenti. nam de iam natis tempore diſpoſitionis te-
ſtamentariæ, poſterius caput Velleij loquutur.

Denique.[i] Alia nunc ratione Scæuola probare tentat: nec ad primum, nec ad
poſterius

e §. quid ſi is, huius l.
f D. §. nũc de lege.
g L. poſthumorũ. ff. de iniuſt. teſta. §. poſthumorum. de exhæred. libero. Inſtit.
h §. etiã. & §. præced.
i L. fi. C. de poſth.
k L. cùm duobus. §. damna. ff. pro ſoc.
l Accur. in rub. ff. ſolut. matr.
m Alciat. in procemio j. lib. Diſpunctio.
n Alciatus lib. Pareg. iiij. c. xxv.
o L. ſi arrogator. ff. de adop.
p Glo. c. quia propter. de elec. & in c. ſi in qualibet. xx. q. ij.
q L. j. §. j. ff. de verbo. oblig. Accurſ. §. j. de inceſt. nup. coll. iiij.
r L. quod decimus. ff. de ſolutio.
s Teren. in Andria.
t Cicero ad Atticum.
u §. ſui. de hæred. qua. §. ita demũ. de hære. quæ ab inteſta. Inſtitu.
x §. nũc de lege. ſuprà eodem.

posterius legis Velleiæ caput propositam speciem pertinere posse..

Superiore.[t] Hoc est,primo,

Permittit.[u] Velleius scilicet. Nam (vt alibi Scæuola scripsit) primũ caput ad eos spectare videtur,qui cùm nascerentur, sui hæredes futuri essent.[y] eos autem permisit Velleius institui, quos antè non licebat.[z] Nam Gallus de nascituris tãtùm post mortem aui testatoris cauerat.[a]

4 *Non permittit institui.*[x] Siquidem,quia iam nati erant,omni lege institui potuerant,[b] etiam vetustissima duodecim Tabularum.[c] vnde non fuit Vellei prouisio hac in re necessaria. At verò (dixerit fortasse quispiã) si lex Decemuiralis, aut alia quæuis ante Gallum & Velleium induxit, vt instituerentur: ergo & ne rumperent:[d] cùm hæredes scripti non euertant testamenta.[e] Ideo considera nepotes iam natos testamenti tempore, potuisse quidem ante Velleium & Aquilianam legem institui.[f] Cæterùm non succedebant in hæredis sui locum,donec Velleius exemplo posthumorum eos admisit, si filius suus esse desisset. ita tamen ne hoc prætextu,si anteà instituti reperirentur,rumpere possent,[g] vt à nobis præter alios suprà fuit declaratum:[h] ac proinde Scæuola posteaquam hic dixit, *Vetat rumpi*, illa subiicit verba, *Néue ob eam rem minus ratum sit quod succedit.*

Vetat rumpi.[y] A nepotibus institutis,qui iam nati erant tempore testamenti.ii enim in locum sui hæredis Vellei beneficio succedebant:ea lege ne rumperent testamenta:si se anteà reperirent institutos,[i] vt nunc exposuimus.

Ratum sit.[z] Testamentum.

Succedit.[a] Nepos scilicet, cùm tamen prima fronte videretur, eo quasi agnascente,rumpi testamentum,vt antè dixi.

Porrò.[b] Existimant nescio qua fronte nonnulli Scæuolam hîc ironicè loqui.[k] Alii totum hunc versiculum cum interrogantis nota legendum censent.[l] Quod rident, nec iniuria nouissimi:[m] velut contra dictionis *Porrò*, naturam: qua idem quod sanè,aut certè significatur.[n] Alii hic scribi Scęuolæ decisionem autumant:[o] vt videlicet,tradat nepotem in proposita specie,vtiliter, hoc est per interpretationem,licèt non ex alicuius legis verbis institutum. Cui expositioni quę sequuntur verba, *Quod nullo iure potuit,&c.* ex professo resistunt. Deinde & illa, *Iuliano tamen*, vtiverè ponitur decisio superioribus aduersans. Ego ex vetustissimi mei codicis manuscripti fide,hunc locum Typographorum inscitiâ deprauatum, sic restituo, vt loco dictionis, *Porrò*, legamus, *Non ergo*, vt velit ex prædictis inferre Scæuola, subtili iure videri nepotem hunc inutiliter fuisse institutum : ex quo necdum natus erat(quem non licebat instituere,nisi ex Galli lege,aut Vellei)& cùm vtrumque illud ius certis dũtaxat casibus permisisset institui posthumos, ad nullum quorum species nostra ptineret,vt probauimus:cõsequẽs erat,nullo iure institui potuisse.

Procedere debet.[c] Subtili scilicet,& summo iure,ex prædictis demonstrato. Nam aliter Iuliano rem totam benigniùs interpretanti posteà visum est : cuius opinio probata fuit,& recepta.[p]

Vtiliter.[d] Iure,rectè,commodéque. Neque eorũ interpretationem recipimus, qui eodem sensu dictionem *Vtiliter*,accipi volunt:quo & actionem vtilem:hoc est, non ex verbis legis,sed ex interpretatione proditam,& concessam.[q]

Nullo iure.[e] Neque vetustissimo,quo necdum nati,nisi tempore testamenti, sui futuri essent institui vetabãtur.[r] neque ex Galli cõsilio,qui posthumos post mortẽ duntaxat nascituros,induxit institui posse.[s] non item iure Vellei ex priore capite,quod de iis agit posthumus,qui cùm nascerentur,sui futuri essent.[t] Deniq; nec ex posteriore eiusdem prouisione : cùm ea loquatur de iam natis tempore testamenti.[u] Et ita ab integra partium enumeratione constat posthumum,quo de agimus(si rem ipsam ad viuum resecare liceat)nullo iure ciuili,scilicet institui potuisse.

y D.§.nũc de lege.
z §.j. de bon.possess.
a Hac l.in princ.
b L.extraneum. C.de hære. instit.
c L.verbis. ff. de verb. sig.§.disponat de nup. coll.iiij.
d L. cùm lex.ff.de legib.
e L. inter cætera. hoc tit.
f D.l.verbis. d.l.extraneũ. d.§.disponat.
g L.posthumorũ infra tit.j.§.posthumorum. de exhæred. libero.
h Dixi in §. etiam. huius l.
i D.l.posthumorum. d.§.posthumorum.
k Raph. Cuma.hîc.
l Iason.hîc.
m Alciat. lib.iij. Paradoxo.c. vltimo.
n L.j.§.j. ff. si à parent.
o Alciatus vbi supra.
p §.sequẽn.
q L. curatoris. C. de negot.gest. Alciat. lib. Paradoxo. iij.c.vlt.
r §.j. de bon.possess.
s Hac l.in princip.
t §.nunc de lege. huius l. Gallus.
u §.etiam & §.videndum. hac l.

se. licèt posteà, cuicunque posthumo instituto, quamlibet alieno, fieri à Prætoribus honorario iure data bonorum possessio:[x] eorúmque sententia, velut bono, & æquo innixa, recentioribus legibus, in corpus iuris ciuilis redacta.[y]

Nondum natus.[x] Qui olim vetabatur institui. Eum autem veteris legis rigorem multis licèt modis Aquilius & Velleius temperarint: ad eos tamen videtur Iuliani casum non pertinere, vt exposuimus.

Iuliano.[z] Cuius sententia postmodum recepta fuit, & approbata.[z] Fuit autem 5 Saluius Iulianus Mediolanensis Iurisconsultus celeberrimi nominis, quem Iustinianus, *Summum scientiæ iuris auctorem*, vocat.[a] De eo nos opportuniore loco necessaria scripsimus.[b]

Legis.[y] Velleiæ.

Commixtis.[z] Id est, adunatis, confusis, & permixtis.[c] Capita legis Velleiæ separatim per se non poterant (vt ostendimus) ad Iuliani casum aptari: idcóque ea Iulianus quodammodo permiscuit, voluntatem acutè colligens ex caussa, propter quam Velleia lex in vtroque capite perlata fuit: nimirùm ad conseruandas defunctorum voluntates, qui præteritionis iniuriam nullo modo irrogare voluerunt. Qua ratione autem hanc capitum commixtionem à Iuliano factam, interpretari debeamus, principio à nobis expositum est. Sanè verò hinc colligunt interpretes, optimũ esse ex cõiunctione duarum pluriúmue legum argumẽtum: quippe tunc (inquit Baldus)[d] nihil dicitur colligi per interpretationem, sed ex ipso legis contextu.[e] Paritérque tradunt duas probationes, non imperfectas tamen, ad 6 vnum effectum coniungi posse.[f] Veluti ad probãdum adulterium, satis erit duos testes de matrimonio, & totidem de illicita commixtione deponere.[g] Non imperfectas autem dixi, quia vt fiat hæc coniunctio ad planæ probationis effectum, oportet vtranque probationem in sua specie probationis semiplenæ perfectam.[h] Neque enim duo imperfecta facilè possunt vnum perfectum conficere:[i] cuiusce rei grauior tractatio in commodiorem locum est releganda.[k]

In hoc.[a] Casu, scilicet.

Legem.[b] Velleiam nempe, quæ casus oẽs rumpendi auferre voluit, & recidere.

x D. §. j. de bon. pos.
y §. posthumus. de lega. Dixi in princip. huius l.
z §. sequẽti.
a L. inter antiquam. C. de vsufruct.
b L. ij. §. final. ff. de orig. iur.
c L. v. in princ. ff. de re. vẽd. l. j. §. si vir. ff. ad Sillania.
d Bal. hic.
e Vt hic.
f c. fin. de successio. ab intesta.
g Glo. c. nihilominus. iij. q. ix.
h Bald. l. si quis ex argẽtarijs. §. j. ff. de edẽd.
i L. ij. §. fi. l. spadonẽ. §. qui iura. ff. de excus. tuto.
k Dixi post alios in l. admonendi. ff. de iureiu.

§. QVÆRAMVS.

Quæramus[a] tamen (cùm recepta sit[b] Iuliani sententia)[c] an si nascatur nepos,[d] viuo patre suo, deinde emancipetur,[e] spõte[f] adire possit[g] hæreditatem? quod magis probandum[h] est. Nam emancipatione suus hæres[i] fieri non[k] potuit.[l]

SVMMÆ RERVM.

1 *Iurisconsulti an legem condant.*
2 *Qualitatis mutatio.*
3 *Conditionem semel impletam satis est.*
4 *Errans circa l. Gallus excusatur.*

Væramus.[a] Iuxta propositum, & iam decisum Iuliani casum, quo didicimus, nepotem posthumum ex filio viuente institutum, quem contigit deinde nasci, viuo adhuc patre suo, & mox patrem decedere ex sentẽtia etiam Velleiæ legis non rumpere testamentum. Quærit hîc Scæuola, quid, si nepos ille, viuo patre suo, natus, ab auo posteà emancipetur: an auo deinde mortuo, hæreditatem, in qua fuit institutus, sua sponte, hoc est, tanquam voluntarius hæres per emancipationem factus adire possit? & à Scæuola responsum est, posse: cùm per emancipationem non desierit hæres esse: licèt enim emancipatio suitatem tollat, non tamen priuat institutum hæreditate: nec qui filium institutum emancipat, proptereà creditur institutionẽ reuocare.

Recepta

1 *Recepta sit.*[b] Moribus vtentium imprimis, & aliorum Iurisconsultorum interpretatione. deinde à legum conditoribus in corpus iuris redacta, à quo tempore Iuliani sententiam legis nomen habuisse interpretor. Neque enim existimādum (in quo passim errari video) Iulianum, cæterósque Iurisconsultos, condendæ legis potestatem habuisse: nisi quatenus illis, à principe, tempore Cæsarum, concedi cœpit:[a] aut eorum responsa constitutionibus Cæsarum confirmata.[b] Alioqui nihil certi propemodum in iure nostro haberemus, ob varias, & dissidentes inter se passim Iurisconsultorum sententias.[c] Nam præter extructas illas Labeonis, Antistii, & Capitonis diuersas sectas: ac subinde Proculianorum, & Cassianorum dissensiones à nobis alibi memoratas,[d] satis constat, Seruium Sulpitium, de erratis Quinti Mutii præceptoris sui notas scripsisse:[e] itidémque Vlpianum, Paulum & Martianum de erratis acutissimi Papiniani.[f]

Iuliani sententia.[c] In casu illo difficili, & tenebroso, quem paulò antè Iulianus definiuit.

Nepos.[d] Ille, inquam, nepos ab auo institutus: de quo in specie Iuliani.

Emancipetur.[e] Ab auo scilicet, in cuius erat potestate,[f] & post mortem patris.

Sponte.[f] Ne, videlicet, amplius necessarius hæres intelligatur, cùm emancipatione desierit esse suus.[g] Simili loquēdi modo Marcellus vtitur, cùm ait, Suis hæredibus sic institutis, si hæredes esse voluerint, si semel se velle declararint, nō posse abstinere: cùm ea conditione instituti, non vt necessarii, sed vt sua sponte hæredes extiterint.[i]

Adire possit.[g] Mortuo subaudi primùm patre suo, ac demum auo testatore.

Probandum.[h] Eum, scilicet, nepotem sua sponte, & vt voluntarium, ac extraneum quemlibet, hæredem adire posse. Hinc autem obserua mutatione qualita-
2 tis instituti, non vitiari institutionem: veluti si de suo voluntarius fiat:[k] vel econtrà de voluntario, suus:[l] aut alio quouismodo, dum tamen mutatio qualitatis non respiciat testamenti factionem, quam passiuam vocant. oportet quippe illam esse cum hærede, tribus temporibus: vt scilicet, talis sit persona, quæ institui, & ex testamento capere possit: testamenti, mortis, & aditæ hæreditatis tempore.[m] Si tamen de extraneis hæredibus sit. nam in suis de summo hoc iure remittitur.[n]

Suus hæres.[i] Et necessarius.

Fieri.[k] Id est permanere.[o] iam enim ante emancipationem suus erat, & suitas emancipatione tollitur.[p] Simile est quod apud Vlpianum Iulianus ait de eo, qui iam erat iudex bonorum, in quibus posteà fuit institutus. Iniquum est aliquem, suæ rei iudicem fieri, pro remanere.[q] Et Paulus, possessionem hominis commodati, tandiu veterem fieri, id est manere: dixit quandiu nō alius possidere cœpit.[r]

Non potuit.[l] Sed potius voluntarius factus est. Verum interpretibus hic mirum videtur, emancipatione nepotis substituti, non impediri substitutionis effectum: cum in suitate substitutus intelligatur, si filius, videlicet, suus hęres esse desiisset.[s] & eo consilio vocatus à testante, ne eius prȩteritione testamentum euanesceret,[t] quę rationes ambę, sequuta emancipatione cessant.[u] Nec ignotum prȩtereà, factam in suitate substitutionem, quæ non potest in illa operari, nec quidem in hæreditate vim suam diffundere.[x] Varii varia scribunt pro ingeniū sui captu, & sensum, & Scæuolæ verba quique lancinantes. Quocirca, vt veritatem habeamus, consyderandum in omnibus constitutionis nostræ speciebus, nepotem nō purè, sed sub conditione vocari in formula Galli, *Si filius, me viuo, moriatur,*[y] &c. in priore capite Vellej, *Si suus hæres nascatur,*[z] *in altero, Si agnascatur, viuo testante, quia filius hæres suus esse desierit.*[a] conditiones autem institutioni adiectas, vt & alii cuiuis dispo-

a L. ij. §. &, vt obiter. ff. de orig. iur.
b §. si idē. in princ. ff. de iurisdic. om. iud.
c L. ij. §. Neratius. ff. de acqui. poss. l. pe. ff. de testam. tutel.
d D. l. ij. §. post hunc maxima.
e L. Mutius. ff. pro soc.
f L. j. §. & ideo. C. de vet. iur. l. fi. in princ. C. de senten. pass. l. & si fine. §. sed & quod Papinia. ff. de minor.
g L. nā ciuium. in fi. ff. de ijs qui sunt sui.
h §. emancipati de hared. quæ ab intest.
i L. iam dubitari. ff. de hered. inst.
k Vt hîc.
l L. filio quem. §. fi. hoc tit.
m L. si alienum. §. in extraneis. ff. de hered. inst. §. in extraneis de hered. qual. Inst.
n §. nūc de lege. vbi diximus. supra eod. *o L. Iulianus. ij. ff. de iudic. l. si rem. ff. de acq. poss.* *p §. præterea. quib. mod. ius pat. pot. Instit.* *q D. l. Iulianus. ij.* *r D. l. si rem.* *s §. & quid si tantum. hac l.* *t §. etiam si. & §. videndum. hac l.* *u §. emancipati. de hered. quæ ab intesta. Instit.* *x Accurs. l. si mater. §. final. ff. de vulg.* *y Hac l. in princ.* *z §. nunc de lege. Suprà eod.* *a D. §. etiam. d. §. videndum.*

fitioni, semel impletas, sufficit, tametsi non duret implementum.[b] Cùm itaque in 3
casu nostro conditio agnationis, sub qua nepos institutus erat, fuerit impleta, nepote per mortem filii agnascente, & in hæredis sui locum succedente, priusquam emanciparetur, eo ipso locus institutioni nepotis fieri cœpit: quam superueniens noua qualitas, post impletam semel conditionem, impedire non potuit. [c]Nepotis emancipationem, hoc loco post filii mortem contigisse, cum aliis nonnullis interpretamur:[d] ac citra diuinationem vllam (quicquid effutiant iuniores[e]) cùm testetur hic Scæuola, se Iuliani casum adhuc prosequi, & pertractare: in quo proponebatur nepotem per mortem filii, in sui hæredis locum successisse.[f]

Et ita explicatam habetis hoc quadragesimo tẽpore, totam legẽ Gallus, quod ab hinc fortè centum annis in Italia factum non fuisse, tum ex eo iudico, quod Castrensis iam seculo, magni momenti haberetur, eam vno mense exposuisse.[g] tum etiam, quod infelicem, & profligandum illum morem, apud vos iamdiu inualuisse video, vt publici iuris interpretes recensendis aliorum opinionibus, & inanibus quæstiunculis, sophisticè pertractandis, magis quàm interpretandis legibus occupati, in vno atque altero capite legis exponendo, vos totum annum miserabiliter detineant. Quo fit (nam ingenuè vos admonebo) vt nihilo doctiores, neq; illi, neque vos, diuturno quouis labore, euadatis, quin potius talibus cauillis, & argutiis, omnium vestrûm ita peruerti, corrumpíque iudicium, vt de iuris ciuilis quæstionibus, rusticani, & agrestes homines, multò syncerius, rectiúsque, quàm vos, & illi iudicare possint. Quod & illos probè cognoscere nou dubito: sed veriti, 4
ne re patefacta, qui elephanti anteà putabantur, ridiculi mures, & muscę ligurientes appareant: eos confiteri pudet. De nostræ porrò legis difficultate nõ est, quod plura dicam: cùm omnes iure, meritóque consentiant, nullam esse in iure ciuili, æquè difficilem: vt non temerè sit receptũ, iudicem qui per imperitiam iudicando litem suam alioqui facit: hoc est litis æstimationem, arbitrio iudicis moderandam, præstare tenetur.[h] nullatenus obstringi tamen, si peccauerit circa nostræ legis Gallus intellectum:[i] in cuius interpretatione, vt liberè dicam quid vobis me præstitisse putem, nunquam recusabo, quin tantum de existimatione mea, quantum de iudicio detrahatur. IOANNES CORASIVS TOLOSAS IVRISCONSVLTVS, FERRARIAE IX. KALENDAS APRILIS, ET VIGILIA PALMARVM, M. D. LI.

[b] L. si quis heredẽ. C. de institutio. l. cum vxori. C. quand. dies leg. ced.
[c] D. l. si quis heredem.
[d] Cuma. Aret. Alexand. & Salomon.
[e] Iason hîc.
[f] §. ille casus. Suprà eod.
[g] Paulus Castrensis hîc. in fine.
[h] L. si iudex. ff. de var. cogn. § j. de oblig. quæ quasi ex delic.
[i] Accurs. & aliy. d. §. j.

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONSVLti in §. quod vulgò. l. in ratione. ff. ad leg. Falc. Commentarii.

1 *Contributio bonorum.*
2 *Contributio legatorum.*
3 *Portio non grauata accedens grauatæ.*
4 *Portio accedens portioni præter mentem.*
5 *Portio grauata accedens non grauatæ.*
6 *Vulgaris substitutionis & iuris accrescẽdi differentia.*
7 *Substitutio quandoque transmittitur.*
8 *Portio grauata accrescens grauatæ.*
9 *Exhaustæ facultates.*
10 *Contributio legatorum fit ab vno hærede.*
11 *Contributio quando non fiat.*
12 *Mortis tempus in Falcidia inspicitur.*

HOrrida, & perdifficilis Doctoribus, nedum auditoribus (in-
quit Cast.) semper visa est contributionum materia: & con-
textus huius. §. In quo totus propè orbis acerrimè conflicta-
tur: qui tamen (si veritas nobis cordi est) planus est, & expedi-
tus: neque tantam exigit concertationem.
Primum igitur, vt nos clarè explicemus, sciendũ contribu- *Contributio bonorum.*
1 tionem, hoc est, vt crassiùs loquar, vnionem, cõmixtionem,
confusionem, seu cumulationem (quod Bar. Cast. Alex. & alii
docent) duplicem esse bonorum, seu portionum hæreditariarum, quæ non aliò
spectat, quàm vt augeantur legata, atque ita minuatur, vel in totum tollatur Fal-
cidia l. quod suprà proximè præcedenti. Facta quippe portionum contributione,
& solutis ex integro legatis, si apud hæredem quarta pars hæreditatis remaneat,
vel paulòminus, vel nihil, vel parum ob caussam Falcidiæ detrahetur. l. j. §. id, quod
ex substitutione, per l. qui fundum. §. fi. hoc tit.
2 Est & alia contributio legatorum in diuersis institutionibus, vel substitutioni- *Contributio legatorum.*
bus relictorum, quæ aliò spectat, vt, scilicet, inducatur, vel etiam augeatur Falcidia
hoc. §. quod vulgò. & seq. quæ contributio non alia causa fit, quàm vt inde cõstet,
an simul iuncta legata dodrantem excedant. l. si verò. ff. de testa. milit. vt si excesse-
runt (atque ita quarta pars hæreditatis apud hæredem non sit remansura, nisi le-
ge Falcidii resecentur) Falcidiæ locus sit, d. l. qui fundum. §. fi. Hînc liquet, quid
sit contributio: etsi nemo definierit. est enim legatorum, siue etiam bonorũ vnio,
commixtio, seu cumulatio ad inducendam, vel tollendam Falcidiã legitimè facta.
3 Adnotandę autẽ sunt in hoc contributionis tractatu priùs, quàm ad contextũ.
§. accedamus, sequentes regulæ, Si portio non grauata accedat grauatæ, fit con- *Regula I.*
tributio. portionum ad submouendam Falcidiam, quouis modo accedat modò
ex testantis voluntate expressa, aut tacita vt putà ex substitutione vulgari. l. j. §. id
quod ex substitutione, ꝟ. eo. vel ex pupillari. l. qui fundum. versicu. quod si extra-
nei. ꝟ. eod. vel ex iure accrescendi. l. quod si alterutro. hoc tit. Habet nanque illud
tacitam defuncti voluntatem. l. si Titio, & Mæuio. §. Iulianus. ff. de lega.
Quòd si accedat præter præsumptam mentem defuncti, vt quia cohæredem
meum, cuius portio grauata non erat, arrogauero, separandæ erunt tunc portio-
nes, perinde atque si cohæredi meo hæres extitissem. vnde non proficiet ea cohæ-
redis portio legatariis, quibus à me supra dodrantem relicta erat. l. j. §. si cohæ-
redem, hoc titu. *Portio nõ*
4 Ex quo illud generale per manus traditum est, quando portio accedit portio- *grauata accedens*
ni pręter voluntatem defuncti, non habet locum contributio. l. pater filiam. §. fi. *grauata.*

hoc tit. l. qui duos. ff. de vulga. vbi portio cohæredis cohæredi obueniens ex succeſſione, & ſic præter diſpoſitionem defuncti, non auget legata.

Reg. II. Altera regula, Si portio grauata accedat non grauatæ, non fit contributio. l. j. §. ſi cohæredis, hoc tit.

Portio accedēs præter mētem. Et illi e differentiæ rationem inter hanc, & præcedentem regulam ſcriptam reliquerunt Raynetius, Ang. & Alex. quoniam (inquiunt) quando portio non grauata accedit grauatæ, obuenit lucrum ei, cui acceſſit: ideóque conſentaneum eſt, vt etiam contributionis incommodum ſentiat. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. at cùm grauata accedit non grauatæ, obuenit onus. vnde aliud onus, ſcilicet, contributionis adiici minimè æquum eſſet. l. nauis. §. fi. ff. ad l. Rhod. & ne (quod dici ſolet) addatur afflicto afflictio. l. diuus. ff. de offi. præſid. 5

Intellige tamen hanc regulam, vt procedat, quãdo accedit portio grauata non grauatæ iure accreſcendi. d. §. ſi cohæredis: ſecùs, ſi accederet iure vulgaris ſubſtitutionis: quia tunc indiſtinctè locus eſt contributioni. d. §. id, quod ex ſubſtitutione. l. qui fundum. §. qui filium. in prin. hoc tit.

Portio grauata accedens non grauatæ. Rationem diuerſitatis inter ſubſtitutionem, & ius accreſcendi adferunt Ang. & ſequaces: quia quando portio accedit portioni ex ſubſtitutione vulgari, accedit ex expreſſa diſpoſitione teſtantis, qui legata à ſubſtituto repetiiſſe cenſetur. l. licèt Imperator. ff. de lega. j. vnde ſine diſtinctione, vt eius voluntas impleatur, ad tollendam Falcidiam fit contributio. Sed vbi accedit portio per ius accreſcendi, accedit præter teſtantis voluntatẽ, propoſitum, ex diſpoſitione iuris ciuilis volentis, quòd accreſcat etiam inuito. l. teſtamento. C. de impub. l. vni. §. iis ita C. de caduc. tollend. 6

Cui rationi duo obſtant. Primum, quia in vulgari tacita idem dicimus, quod in expreſſe vulgari, vt indiſtinctè fiat contributio. d. §. qui filium. vbi nec vulgarem tacitam in pupillari expreſſa comprehenſam conſtat induci præter teſtantis mentem ex diſpoſitione iuris ciuilis. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & non magis venit ex voluntate defuncti, quam ius accreſcendi. Ardua eſt difficultas, quæ adeo turbauit Cumanũ in d. §. qui filium, vt dixerit audacter Iuriſconſultos contrarios. Paulum Caſtrenſem in d. §. qui filium. qui tradit aliud dici nõ poſſe, quàm, vbi locus eſt vulgari tacitæ, concurrat duplex ius ſubſtitutionis tacitæ, & iuris accreſcendi, quod duplex vinculum tantum operatur, atque ſubſtitutio expreſſa quod in iure accreſcendi ſolo dicendum non eſt.

Subſtitutio vulg. & ius accreſcẽdi. Adducit ſimile Alex. per l. qui patri. ff. de acqui. hæred. vbi ſubſtitutio iuncta iuri accreſcendi tranſmittitur. Licèt regulariter contrà, l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legiti. l. ſed ſi plures. ff. de vulga. 7

Sed attende tu, quia in d. l. qui patri, erat ſubſtitutio expreſſa pupillaris iuncta cum iure accreſcẽdi. Item cogita, quia prædictis obſtat. nam ius accreſcendi inducitur ex voluntate teſtantis: vnde dicitur quædam ſubſtitutio. l. ſi Titio, & Mæuio. §. Iulianus. ff. de lega. ij. Dicere oportet eam eſſe voluntatem coniectatã, quæ non ſufficit, & tunc replicari poteſt de vulgari tacita. neceſſum eſt ad communem ſententiam redire quod ibi ſint duo vincula, auth. itaque C. comm. de ſucceſ. c. j. de treug. & pac.

Subſtitutio quãdo trãſmittitur. Dubitauerit quiſpiam, quid? ſi portio grauata grauatæ accreſcat, vt quia vtraque grauata erat? & tunc exiſtimarunt Bar. & cæteri, vt ſi minus grauata magis grauatæ accedat, fiat contributio. l. qui fundum. §. fi. vbi Bar. allegat, ſicut quando portio nullo modo grauata grauatæ accederet. vt quod iuris eſt de toto quoad totum ſit (inquiũt Doctores) de parte quoad partem. quòd ſi portio plus grauata minus grauatæ accederet, non fieret pari ratione contributio: ſicut cum grauata non grauatæ accreſcit. nam ſi ex æquo ambæ partes grauatæ eſſent, fruſtra de cõtributione tractaretur: cum ſiue fiat, ſiue non, nullus ſit effectus. 8

Ego (quod ad d. §. fi. adtinet) inde probari non video differentiam illam an minus

nus grauata magis grauatæ accrescat: cum in eo text. constet vtramque partem, scilicet, cohæredis & pupilli, cui cohæres pupillariter substitutus erat, grauatam esse, sed vtra magis grauata esset, non liquet. Ideo hic communis doctorum sensus manifestè diuinat.

Quamobrem ego aliter puto citra discrimen locum esse semper contributioni, quando grauata accedit grauatæ, non attento, vtra plus, vel minus grauata sit. d. §. fi. grauatam quippe portionem ipse duntaxat interpretor in qua legata modũ Falcidiæ legis excedũt, hoc est, dodrãtem eius portionis: eo autem casu, quo vtraque portio sic grauata est, lex cõtribui vult legata, vt saltem pars quarta bonorum apud hæredem remaneat. d. §. fi.

9 In quo Paul. Cast. vehementer errat: cùm putat illic semissem pupilli minúsque vsque ad dodrantem legatis grauatum, quod vel ex verbis illius tex. & semis pupilli legatus exhaustus esset, apparet. Exhaustæ quippe portiones hæreditates, & facultates in iure nostro dicuntur, ex quibus vix aliquid superest, de quo dispone possit. l. cum donationibus. C. de inoffi. donatio. &, in materia, exhausta dicitur legatis hæreditas, cùm vltra dodrantem legatum est. d. l. quod si alterutro. & l. in singulis. hoc tit. §. &, cùm quæsitũ. hoc tit. in Instit. Quòd si neutra portionũ vltra dodrantem grauata sit, frustra de contributione tractaretur cùm quartam sine controuersia hæres habeat. *Exhausta facultates.*

Porrò cùm altera portio vltra dodrantem grauata esset, altera non, si illa huic accedat, non fit contributio: non propterea quòd magis grauata minus grauatæ accedat, sed quia grauata portio non grauatæ accedit. d. §. si cohæredi. neque enim (vt docuimus) putamus aliquam in materia nostra grauatam dici, nisi quæ vltra dodrantem: cùm ad detractionem Falcidiæ minoris grauaminis non habeatur ratio: per contrarium, si hæc illi accederit, fieret contributio: quoniam non grauata grauatæ accresceret: quo casu (vt iam declaratum extitit in prima regula) contributioni locus non est.

Hæc paulò verbosiùs explicare volui: ne quis temere me clamitet à probatis doctorum traditionibus abire.

10 Tertia regula, Vbi vnus hæres est, fit contributio legatorum, vt hac lege. in §. fi. siue (inquit Bar. in d. l. qui fundum. §. fi.) ex diuersis partibus purè, siue ex aliis purè, & aliis sub conditione, siue eodem testamento, siue partim testamento, partim codicillis legata relicta sint. *Reg. III. Cõtributio legatorum fit ab vno harede.*

11 Excipiuntur tres casus. Primus cùm speciali priuilegio legatorum quorundam defalcatio prohibetur, vt in casu legis, si post missionem, hoc tit. vbi miles in militia iure militari testatus post missionem codicillos fecit, intráque missionis annũ decessit: nam ex testamento plena legata præstabuntur, ex codicillis verò habita legis Falcidię ratione: idémque per contrarium, si dum paganus erat, fecerit testamentum, militiæ verò tempore codicillos. lex etenim Falcidia in codicillis locum non habet, in testamẽto locum habet. l. fi. hoc tit. qui casus rationem habet: quoniam in testamento militis ratio legis Falcidiæ cessat, & post missionem iure militari testari non potest. l. si miles. hoc tit. I. *Contributioni quãdo non fit locus.*

Alter casus, cùm hæres, qui omissa causa testamenti, ab intestato adit hæreditatem in edictum incidit: proferentur quippe tunc ij, quibus legata testamento relicta fuerunt. l. quia autem versic. quid deinde dicemus. ff. si quis omis. cau. testa. II.

Tertius casus est, cùm dominus institutus ex institutione repudiat, seruúmque suum substitutum ex substitutione adire iussit priùs. námque erogabũtur legata, que ab instituto domino data sunt: neque minutia. videtur namque dominus in fraudem relictorum à se repudiasse hæreditatem: vnde perinde habetur, atque si adiuisset. l. Nesennius. §. seruo. vlt. resp. hoc tit. cum quo pugnat inexpugnabiliter. l. Iulianus. ff. si quis omis. ca. testa. vbi si pater filiam sibi substitutã iusserit adire hæreditatem variáque Legata tam à patre, quàm à filia supra dodrantem data III.

fint, eorum docet illic Papinianus priùs rationem habendam, quæ à filia fubftituta relicta funt. Sed hæc lex, quantum ad Falcidiam loquitur, quæ de legatis à filia fubftituta detrahetur, non etiam de relictis à patre propter dolũ, & fraudẽ patris. Illa verò quantum ad folutionem. prius enim (in quit Iurifconf.) erogantur. quæ à domino data funt. Et hanc conciliationem quæ primum fuit Accurf. in d. l. Iulianus l. fequuntur Bar. Ang. Caft. & alij cõmuniter, & vera eft, quicquid dicat. Ioan. Imo. cuius rationi refpondent Alex. & Hercul. in d. §. feruo.

Reg. IIII. Quarta regula, fi plurium hæredum partes feparatim grauatæ fint, non fit portionum cõtributio, fed in fingulis hæredibus legis Falcidiæ ratio locum habet. l. in fingulis. hoc tit. §. & cùm quæfitũ. hoc tit. in Inft. quæ regula obtinet, cùm ab omnibus hæredibus adita eft hæreditas. alioquin ad diftinctionem illam, qua iam vfi fumus, an portio granata non grauatæ, vel contrà accederet, recurtendum effet.

Deinde fciendum, quòd vbi plura legata teftamento relicta funt, alia purè, alia fub conditione, quanquam vnita, & contributa, dodrantem excedant, non tamẽ fiet ad inducendam Falcidiam Legatorum contributio, fed pura fine mora, & integrè præftabuntur, præftita tamen à legatariis cautione, vt fi conditio veniret, atque ita apparet detractioni Falcidiæ locum effe, quantò plùs, quàm per legem Falcidiam liceret capere, reftituerent, l. j. §. Interdum, hoc tit. Vnde cùm legata relicta inpupillari fubftitutione fub conditione in primo teftamento cenfentur relicta, fi cafus, fcilicet pupillaris fubftitutionis euenerit, pupillus habens foluere legata à fe relicta hanc cautionem recipit, d. §. interdum.

Falcidia ad tempus mortis refertur. Poftremò fciendum in imponẽda Falcidia infpici tempus mortis teftãtis, quæue poftea contingunt: augmentum, vel deminutio neq; prodeffe, neque obeffe legatarijs. l. in ratione. fecunda in prin. hoc tit. §. quãtitas. de leg. Fal. in Inft. nifi augmentum illud, vel deminutio haberet originem in vita teftantis. l. pœnalis. verfic. nam fi ita. hoc tit. vnde fructus fati tempore mortis, & recollecti poft mortem augẽt patrimonium defuncti in fauorem legatariorum. l. in lege Falcidia placuit. hoc tit. denique fi debitoris, qui non erat foluendo tempore mortis defuncti, facultates ampliatæ fint. l. cum quo. in prin. hoc tit. & ferui, qui apud hoftes funt poft mortem teftatoris reuerfi (quoad Falcidiam attinet) locupletiorem faciunt hæreditatem. l. ferui, qui. hoc tit. 12

RERVM, QVÆ IN CONTEXTV §. QVOD. VVLGÒ TRACTANTVR, SVMMAE.

1. *Legata vltra vires hæreditarias non præftantur.*
2. *Falcidia, quarta pars bonorum.*
3. *Tabulæ patris, & filii vnũ teftamentum.*
4. *Vulgi teftimonium quando bonum.*
5. *Tabulæ quid.*
6. *Tabulæ pupillares.*
7. *Falcidia duplex cur locum non habeat.*
8. *Contributio legatorum quando fiat.*
9. *Pupillus miles effe poteft.*
10. *Pupillus in proprio bonu non grauatur.*
11. *Subftitutus pupilli grauari poteft.*
12. *Repudiare an liceat in præiudiciũ legatariorum.*
13. *Suitas in fauorem filii tantùm operatur.*
14. *Hæreditas aditione nomen perdit.*
15. *De, dictio pro fecundum.*
16. *Hæres non tenetur vltra vires.*
17. *Inuentarii tractatus.*

Quod vulgò dicitur, in tabulis patris, & filii vnam Falcidiam feruari, quam poteftatem habeat, videndum eft. Quanuis enim fubftitutus, quæ à pupillo relicta funt, cùm filius hæres extiterit, vt æs alienũ quodlibet debeat: tamen propter ea, quæ fecundis tabulis data funt, contributioni

tioni locus est. Secundum quod potest euenire, ne substitutus quicquam retineat, vel vt longe plus habeat quarta paternæ hæreditatis. Quid ergo, si non sufficiat pupilli hæreditas legatis cum patris sufficisset? De suo quadrante nimirum dabit substitutus, quæ pater legauit de suo. Nec ad rem pertinet quod ex nullo testamento præstatur vltra vires patrimonii: cùm in hac parte iuris legata, quæ secundis tabulis relinquuntur, quasi in primis sub conditione relicta intelligantur.

Vod vulgò.) Facti speciem sic finge, Qui quadringenta in bonis habebat, filium pupillum hæredem instituit, ab eodémque ducenta legauit. eidem Titium pupillariter substituit, à quo totidem fuerunt legata. adiuit hæreditatem pupillus: priúsquam diem suum obiit, quàm à se relicta legata præstaret. Cùm itaq; intra pupillares annos mortuus esset, delata est Titio substituto hæreditas cum onere præstandorum Legatorum. Ab eo petunt legatarij legata: quæ se soluere paratum dicit, detracta Falcidia: cùm ea cumulata, & contributa dodrantem excedant hoc quanquam legatarij substituti æquum putant: hi tamen quibus à pupillo legatum fuerat, detractionem hâc in legatis fieri posse negant: cùm ea deberi cœperint: vnde cēsentur tanquam æs alienum: de quo constat Falcidiam non detrahi. l. j. §. fi. hoc tit. De hac re interrogatus Papinianus respondet quod cùm tabulæ paternæ, & pupillares vnum testamentum censeantur, legata autem in vno testamento contribuantur, vt si cōtribnta dodrātem excedant, Falcidiæ locus sit. fiet etiam in casu isto contributio. proinde & de legatis, quæ à pupillo relicta sunt, detrahetur Falcidia.

Secundum quod. Hæc cùm vera sint, scilicet, vnam Falcidiam in tabulis patris, & filii locum habere, fierique legatorum in vtrisque relictorū contributionem, fieri potest, vt substitutus pupillaris quādoque nihil prorsus retineat quandoque verò plus multò quarta parte paternæ hæreditatis nihil, cùm putà paterna bona in cētum, aut plus, apud substitutum pupillo deminuta sunt: tunc enim, cùm hæreditas legatis non sufficiat, substitutus de quadrāte, quem per legem Falcidiam percepturus erat, dabit, quæ à patre legata sunt: sicque illa deminutio in Falcidiā imputabitur, cū ineunda legis Falcid æ ratione mortis tempus obseruemus: pari ratione fieri poterit, vt longe plus habeat substitutus quarta, si, putà ampliatæ fuerūt post mortem defuncti facultates, neque enim proderit legaturus augmentum, vt non nocuit deminutio: sed illud totum cedet lucro substituti vt deminutionis incommodum sentiebat. Præcipuum itaque habebit augmētum, præter quod Falcidiam ex bonis, quæ mortis tempore fuerunt, detrahet.

1 *Nec ad rem pertinet.* Tollit hoc loco, quod opponi posset, & obiici ei, quod mox diximus, si deminuta fuerit à pupillo hæreditas, substitutum de suo quadrāte præstaturum legata. nam hoc dubitationem habet cùm per manus traditum sit, legata vltra vires hæreditatis non præstari. l. j. §. si is, qui c c c c. ff. ad Treb. l. si vniuersæ. C. de legat. cur ergo hic substitutus vltra patrimonij vires obligatur? Respondet Papinianus, vires patrimonij ęstimari secundum tempus mortis defuncti: quo sufficiebat legatis hæreditas: vnde ex ea æstimatione, non ex ratione deminuti patrimonij soluenda legata: non attento, quòd supra vires præsentes soluat. nam & hoc in relictis in vno testamento obseruamus. Idem igitur in legatis relictis in tabulis patris, & filij: cùm relicta in tabulis pupillaribus censeantur relicta in testamento patris sub conditione: & ita elegans hæc Papiniani ratiocinatio est explicanda. *Legata vltra vires non præstantur.*

2 Rationem dubitandi præsensit & hic Iurisconsultus: de legatis enim à pupillo relictis nō potest detrahi Falcidia: cùm ea iam semel in solidum, & integrè deberi cœperint, & sic vt æs alienum exsolui debent. In imponēda autem legis Falcidiæ ratione omne æs alienū deducitur, de quo propterea Falcidia detrahi non potest, *Falcidia quarta pars bonorum.*

de vulg. Frequentiùs tamen verbo secundarum, pupillares tabulas intelligimus. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. & l. nam quod. in fi. princ. ff. ad Treb. l. ij. §. interdum. ff. de vulga.

Et hæ tabulæ pupillares cùm primis pro vno testamento habeantur. l. patris, & filij. ff. de vulg. imò verè: cùm vno maximè cõtextu, simúlq; factæ sint, vnum sunt testamentum. l. ij. §. priùs. ff. de vulg. nam idem testator vtrasque facit. Item vnica testium septem solennitas sufficit. neque xiiij. necessarii sunt, Accurs. hic. Vnde pupillares tabulæ pars dicuntur testamenti paterni. §. liberis. de pupil. quo præterea defuncto, pupillaris substitutio corruit. l. si quis eũ. §. fi. ff. de vulgar. nisi pro parte per querelam patris testamentum rescissum sit: tunc enim pupillare valet. l. Papinianus. §. sed nec impuberes. ff. de inof. test. idémque, si totum, iure tamen prætorio, per contratabulas, putà expugnatum esset. neque enim ideo pupillare expugnatur. l. & si contra tab. ff. de vulg. duæ tamen sunt hac testamenti vnitate hæreditates. d. §. priùs. &. §. igitur. de pupil. Vnde qui à testatore institutus idémque pupillariter substitutus est, quandoque auditur, si testantis hæreditatem recuset, & pupilli retinere mâlit. l. si filius, qui patri. ff. de vulg. quod non liceret, si vnica esset hæreditas. l. j. ff. de acquir. hæred.

Porrò cùm separatim, & in diuersis scripturis factæ sint tabulæ pupillares, duo sanè testamenta dicuntur. vnde duplex tunc solennitas necessaria est. d. l. si quis eum. §. fi. Nec me mouet, quòd idem sit testator. nam cùm pater pupillares facit tabulas, nomine filij facit. vnde filius ipse legis interpretatione testatus videtur. d. §. sed nec impuberis. Is enim actum facere videtur, cuius nomine fit.

7 *Vnam Falcidiam.* Cùm in tabulis patris, & filij (licet vnum testamentũ sint) duæ hæreditates reperiantur. l. ij. §. priùs. ff. de vulg. §. igitur de pupillar. primùm nánque patri, deinde morienti filio succedatur. d. l. patris, & filij: duóque sint hæredes institutus, & substitutus pupillaris, duplex quoque Falcidia locum habere videbatur: quando in singulis hæredibus rationem legis Falcidiæ computandam esse non dubitetur. l. in singulis. hoc tit. *Falcidia duplici cur non sit locus.*

Nec obiectionem tollit dissolutio Accurs. dicẽtis licet plures sint hæreditates vnum esse testamentum: quandoquidem non spectemus vnitatem testamenti, vbi est portionum, seu hæreditatum pluralitas. d. l. in singulis. Bar & cæteri dicũt, ideo hîc hæreditatum pluralitatem non inspici: quoniam testator omnes hæredes simul mixtim, & pro vno in eodem testamẽto considerauit: cùm ad vnum vtramque hæreditatem pertinere voluerit: indéque sequuta est bonorum filii cum bonis patris commixtio, quæ nisi contigisset, cessaret contributio. l. si filius, qui patri. ff. de vulg. & l. suprà prox. precedẽti: in qua ideo (inquit Bar.) non fit bonorum patris, & filii contributio: quia facta erat exhæredato pupillaris substitutio. quo constat patrem noluisse, vt bona propria cum bonis pupilli miscerentur. proinde duæ intelliguntur hæreditates. Quæ resolutio, quandoque prima fronte ad l. quod suprà, bona videtur: si tamen pressius expendatur, vera non est: cùm in ea pater eum filio exhæredato pupillariter substituerit. quem sibi primò hæredem fecerat. quo manifestè constat, contra Bar. voluisse illic patrem, vt aliquando cum suis filii bona miscerentur, ad solúmque substitutũ peruenirent. Expeditior itaque solutio ad eam l. quod suprà & congruentior est. vt in ea de contributione bonorum ad submouendam Falcidiam agatur: nos verò hîc de contributione legatorum ad Falcidiam inducendam verba faciamus, vt initio huius. §. extitit declaratum.

Quod verò adtinet ad d. l. in singulis, Raph. Cuma. aliter diluit, vt in hoc tex. sit vnica iuris saltem fictione hæreditas: vnicus etiam hæres: quia substitutus pupillaris, cùm primi hæredis hæres sit, hæres testatoris dicitur. d. l. paterfamiliàs primis. ff. de vulg. l. si ita §. qui filio ff. de bono. poss. secundum tab. Quemadmodum igitur primus testantis hæres, si ab eo vltra dodrantem legatum esset, vnicam detraheret Falcidiam, ita substitutus pupillaris, qui primum hæredem refert, & repræsentat.

Quamuis. Regula est ex tabulis patris, & filii vnam Falcidiam deduci: cuius 7
primus affectus hîc scribitur: quòd cùm dici solet, legato à pupillo relicta substitutum tanquam æs alienum præstare oportere, ita accipiendum est, nisi in secundis quoque tabulis à substituto legata relicta essent, quo casu in vtrisque tabulis relicta commiscenda, & contribuenda erunt, vt ita vnita, si excedant dodrantem, nõ sapiant æs alienum, sed vna ex omnibus Falcidia deducetur, quo constat textũ sibiipsi non dissidere, vt plerisque visum est, qui ita ratiocinabãtur, Si (inquiebãt) legata à pupillo relicto, eo mortuo, vt æs alienum quodlibet, debeantur, & in imponenda legis Falcidiæ ratione ante omnia deducatur æs alienum. l. in imponenda. C. ad l. Fal. quo pacto cum aliis contribuẽtur, cùm non aliò tendat huiusmodi legatorum contributio, quàm vt inducatur Falcidia, vt in anteludijs extitit declaratum. Sed hæc obiectio facilè tollitur: neque enim simpliciter, & absolutè verum est, ea legata, vt æs alienum deberi, sed tũc cùm ea sola in tabulis paternis relicta sunt vel cum etiam vtrisque: si tamen dodrantem non excedant: alioqui si ea dodrantem excederent, quod ex contributione apparebit, non æris alieni, sed legatorum vim habent. Itaque in rationem legis Falcidiæ venient.

Vt æs alienum. Idem est in quocunque primo hærede, vt eo mortuo ab eodem relicta legata, quasi æs alienum, exigantur. l. j. C. de bon. auct. iud. poss.

Contributio legatorum quando fiat.

Contributioni. Omnium (intellige) legatorum tam in primis, quam in secundis 8
tabulis relictorum, vt si simul contributa dodrantem excedant, omnia defalcẽtur.

Pupillus miles esse potest.

Bart. verò hîc agi putat de contributione non solùm legatorum, sed etiam bonorum paternorum, & pupillarium, vt sic in solutione legatorum habere debeat rationem substitutus patrimonii pupillaris, nedum paterni. Quod si dixeris hunc filium in potestate fuisse, quod ex eo vel maximè constat: quia datus fuit ei substitutus pupillaris. hoc autem iure nihil proprii filium fa. habuisse. l. placet. ff. de ac-
quir. hæred. Respõdet Bart. in fine huius §. hunc textum intelligendum in pupil- 9
lo, qui miles erat, vt esse potest. l. sed & milites. §. iam autẽ. ff. de excusat. tuto. l. fi. C. de test. mili. Castrense igitur peculium habebat hic filius pupillus. Vnde non iniuria, iure etiam isto de contributione tractari poterat bonorum paternorum, & pupillarium. nam iure Codicis dubium non esset: cùm eo filius aduentitiorum proprietatem habeat. l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.

Pupillus in bonis suis non grauatur.

Sed (quod ad hunc tex. adtinet) nõ placet Imol. Raph. Castrens. Alex. & sequacibus, vt hîc de bonorum contributione tractetur, vt Bar. & Ang. putant: cùm nulla bona habuerit pupillus, aut impudentissimè diuinandum est in hoc tex. pupillum fuisse militem, quod absurdum est imò planè ridiculum, scilicet. text. nostrum generaliter loquentem ad vnam tantùm speciem eandémque parum fre-
quentem, & vsitatam restringi. Præterea (inquiunt) si miles fuisset pupillus, in ta- 10
bulis pupillaribus Falcidiæ locus non esset: cùm tabulæ pupillares sint testamentũ pupilli & in testamento militis cesset Falcidia. l. in testamento. C. ad leg. Falcid. Cùm autem textus iste in versic. quid ergo, de pupilli hæreditate mẽtionem facit, intelligendum nõ est de bonis propriis pupilli, sed de hæreditate patris, quæ aditione pupilli effecta fuit de patrimonio pupilli. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. Accurs. in l. j. §. veteres. ff. de acquir. poss. Vnde cùm substitutus succedit, pupilli hæreditas dicitur.

Et hanc assertionem aduersus Bart. nouissimè Zas. defendit: quanquam non ea ratione moueatur, quòd pupillus propria bona non habuerit: quandoquidem (inquit) is mox à die paternæ mortis propria bona, nẽpe aduentitia separata à bonis paternis habere potuerit, vt quia mater, cognatus, vel extraneus impuberi reliquerit, bona à die mortis patris ad eũ deuoluẽda. l. mulier & l. imperator. ff. ad S.C. Trebel. l. j. §. si emancipato. ff. de colla. bono. Sed quia aduentitia huiusmodi bona nunquam fuêre quæsita patri, in eiúsue patrimonium redacta: & in contributione ea tantum bona spectamus, quæ pater in patrimonio habuit, cùm moreretur. l. in duplicibus. hoc tit.

Hinc

Hinc(ait)declarantur omnia iura, quibus fit mẽtio facultatum pupilli,cui pupillariter ſubſtitutum eſt,vt intelligãtur de aduẽtitijs ex die paternæ mortis competentibus, vt in l.ſed ſi plures.§. filio.in l.ſi filius.qui patri.l.cohęredi.§. cùm filiæ. ff.de vulg.Et hæc declaratio Zaſij probabilior eſt ea, qua hîc vtuntur Bar.& Ang. vt hîc de impubere milite non loquatur.

Sed(vt ingenuè dicam) non caret diuinatione: ideo ego non ita text. hunc & alios reſtringerem, vt de bonis, quæ ante mortem patris pupillo relicta ſunt,cùm pater morietur, ſed generaliter intelligerem de quibuſcũque bonis, quæ pupillo poſt mortem patris quomodocunque obuenerunt. nam & ea quoque ad ſubſtitutos pertinent,d.l.ſed ſi plures.§. ad ſubſtitutos. quæ in contributionem non veniant quoniam (Zaſ.eleganter docuit)nunquam fuerint in patrimonio patris.d. l. in duplicibus.

Sed admittamus in hoc textu de bonorum contributione nõ agi. Potéſtne ſaltem aliqua vel lege,vel ratione oſtendi cõtribuenda eſſe bona pupillaria cum paternis,vt ita in ſolutione legatorum teneatur habere rationem patrimonii pupil-
11 laris,nedum paterni? quod Doctores communiter negant: cùm non reperiatur Lex,quæ talia dicat venire in contributionem,ſed bonorum duntaxat paternorũ rationem habet, l.filium.in prin.ff.de lega. præſt. l.& ſi contratabulas, in fi. ff. de vulga.adeò, vt ſi legata relinquuntur à ſubſtituto, pupilli non videatur ſubſtitutus grauatus,niſi reſpectu bonorum,quæ veniunt à teſtatore ex eiuſdem teſtantis iudicio,nõ etiam reſpectu bonorum pupilli, vel teſtatoris, quæ vt pupilli patrimonium, capiuntur,vt quia fratri ſucceſſit ab inteſtato pupillus,l. qui duos,ff.de vul. l. pater filiam.§.fi.hoc tit. Nec me fugit ſubſtitutum pupillarem in bonis pupilli grauari poſſe,l.ſi fundum per fideicommiſſum, §.fi.ff.de lega.j. ſed hoc ita accipiendum eſt, cùm expreſſim hoc agit. In dubio enim de ſuis bonis pater grauaſſe ſubſtitutum videtur, d.l.qui duos.vbi Aret. Ea enim tantùm ſubſtantia ſpectatur, quam pater,cùm moreretur,habuit.verba ſunt,d.l. in duplicibus.quæ vt effugiat Bar. in l. qui fundum,§.cohæres.vi. quæſt. hoc tit. interpretantur etiam de bonis pupilli loqui.vt cum text.dicit,ſubſtantiam,quam pater habuit,intelligamus,ſcilicet,de bonis ſuis,vel pupilli. Quæ interpretatio violat literam:imò verò omninò repugnat menti Gaii Iuriſconſulti, qui eo loco conatur differentiam inter bona paterna, & pupillaria aſſignare. Alia præterea ratione verbis illis pupillaria non continẽtur.nam vel bona huiuſmodi pupillo,viuo patre,obuenerunt, & ea patris effecta fuerant,l.placet,ff.de acq.hær. Vnde pupillaria dici non poſſunt, cum nũquã pupilli fuerint,niſi pupillus miles eſſet, l.fi.C.de teſta.milita. ad quem caſum legem illam reſtringere abſurdiſſimum eſſet,aut verò pupillo poſt mortem patris obuenerunt.de quibus verba illa,*ſubſtantia, quam pater cum moreretur habuit*, intelligi non poſſunt:cùm ea neque in patris, neque in pupilli patrimonio tempore mortis patris eſſent. quapropter conſequens eſt, vt de eorum contributione non tractetur.

Subſtitutus pupillaris an grauetur.

Quæ ſententia àquibuſdam hoc argumento iuuatur. nam ſi fieret iſtorum bonorum contributio,grauarentur bona pupilli legatis, contra l,cohæredi.§.cùm filiæ,ff.de vulg.Sed non me mouet hæc ratio: cùm tunc ſubſtitutus tantùm grauaretur. Conſtat autem (vt iam diximus)quanquam pupillus in legitima, aut propriis bonis grauari non poſſit, eius tamen ſubſtitutus, vel qui ei ab inteſtato ſuccedunt,rectè legatis,& fideicommiſſis grauari poſſunt: ita tamen,vt illud onus finiatur pubertate,l.ſi fundum per fideicommiſſum,§.fi.cum l.ſeq.ff.de lega.j.

Huic communi opinioni aduerſatur fortiſſime,l.ſi filius,qui patri, ff.de vulga. vbi apertè probari videtur, cùm ſubſtitutus vtramque hæreditatem paternam, & pupillarem apprehendit, fieri bonorum contributionem,& ſecundum vtriuſque patrimonii quantitatem legata præſtari: quanquam ſi paternam non apprehendat,non fiet contributio: ſed vnaquæque hæreditas conſideratur per ſe. Ideoque

legata relicta à fratre substituto, non habita ratione paternæ hæreditatis, sed secũdum quantitatem pupillaris soluentur.

Stringe textum illum secundum Moder. quia si vbi sola pupilli bona ad substitutum perueniunt, de illis legata substitutus præstare tenetur, vt illic à Papiniano traditum est: si paterna, & pupillaria sunt, ad substitutum perueniunt, cur non fiat vtriusque patrimonij cõtributio, vt sic de pupillaribus bonis fiat solutio? ratio dari non potest.

Adiuua hanc opinionum ratione. nam adita hæreditas paterna per pupillum effecta est vnum eum patrimonio pupilli patrimonium. vnde cùm iam immixsta sint, & confusa, non duæ hæreditates censentur, sed vna, l. sed si plures, §. filio, ff. de vulg. nimirum si in solutione legatorum, facta contributione, vtriusque ratio haberi debeat.

Sed (quod ad l. si filius, qui patri adtinet) quãquam tex. ille scriptores supra modum torqueat, nihil tamen, meo iudicio, communem probat, vt cum ea pugnet, tantùm abest. nam inquit in fine Papinia. *Habita ratione facultatum, In Falcidia, non patris (Vt alias solet) sed Impuberis.* quibus verbis tex. expressè significat regulariter in præstatione legatorum non haberi rationem facultatum impuberis, sed patris præterquam in casu illius text. cùm, scilicet, bona paterna vel à pupillo, vel à substituto repudiata sunt, quo casu (vt Doctores communiter tradunt) legata ex facultatibus pupilli præstari æquũ est: cùm de bonis paternis, vt quæ repudiata sunt, præstari nequeant: & ne repudiata illa testantis voluntati, & legatariis præiudicium faciat, l. liberto octoginta, ff. de bon. liber. Repudianti ergo est imputandũ, qui recusando paternam, bona pupilli onerauit, vbi acceptando, nihil de facultatibus impuberis præstare habuisset. Nec te moueat ratio, quam induximns ex d. l. sed si plures, §. filio. nam &, ea attenta, pupillus ipse, adita hæreditate, de propriis bonis à se relicta legata prestare teneretur: cùm tamẽ certo certius sit eum in propriis bonis grauari non posse, l. cohæredi, §. cùm filiæ, ff. de vulga.

Planè non existimo hoc loco prætereundam esse insignem quandam, & elegantissimam vnius ex auditoribus nostris ornatissimi sanè, & doctissimi adolescẽtis rationem, qua in declarationem à nobis datam ad l. si filius qui patri, vsus est: in qua nos ideo diximus relicta in tabulis pupillaribus à substituto ex facultatibus impuberis præstari: quia repudiata erat paterna hæreditas: quod verum non videtur (aiebat) nam videtur eum, qui substitutus paternam repudiat ad legata in secundis tabulis relicta non teneri: cum ea tantummodò præstare teneatur, qui hæres extirit adeundo, l. planè secunda in prin. ff. de lega. j. in §. fi. huius l. vbi si à substituto filij impuberis exhæredati relicta fuerint legata, non erit cogendus ea præstare, nisi & idem patris hæres fuerit. quæ verba significant aditam esse patris hæreditatem, l. ex duobus. §. j. ff. de vulg. qui itaque repudiauit, ad legata non tenetur. quod argumentum, (ne quis debita laude fraudetur) fuit Ang. in d. l. si filius, qui patri. qui hæreditatem aditam fuisse ex paterno testamento de facto contigisse in §. fi. huius l. respondet.

Sed hoc respõsum (salua sit semper tanti doctoris auctoritas) ridiculum est. neque enim in d. §. fi. narratur factum, sed per modum causæ, & rationis verba scribuntur in quantum fiat contributio legatorum. cùm (inquit Iurisconsultus) ideo legata valere dixerit Iulianus à substituto relicta, quòd idem patri hæres extiterit. præterea hæc solutio ex d. l. planè, confunditur, vbi tex. docet, quòd si testator filium impuberem exhæredauerit, fideicommissum legitimus hæres non erit cogẽdus præstare: nisi & idem patri hæres fuerit. quæ verba non facti narratiua, sed decisiua sunt. Nec placet mihi, quod ad illum tex. dicit Alex. vt ea verba, *nisi & patri hæres fuerit*, exponi debeant strictiùs: cùm violent literam.

Repudiare fas non est in præiudicium legatariorum.

Ego itaque non recedens ab his, quæ docuimus, aliter dicebam, vt non liceat 12
instituto à patre repudiare hæreditatem paternam in præiudicium legatariorũ,

vt, sci-

vt, ſcilicet, extinguat legata relicta in tabulis pupillaribus, argu. d. l. liberto octoginta.in fi.ff.de bo. liber. Neque dixeris inſtitutum adire hæreditatem debere, vt præſtare legata teneatur.nam in caſu illius,l.ſi filius, qui patri. exiſtentia ſui hæredis operata fuit aditionem ad confirmationem pupillarium tabularum.

Ex quibus ideo ſucceditur, licèt paterna hæreditas recuſetur, l. filius,qui ſe paterna,& l. Iulianus ff.de acq. hæred. l. pater,ff.de priuileg. cred. vnde intelligitur hæc hæreditas adita fuiſſe virtute ſuitatis etiã quantum ad id, vt præſtare legata in ſecundis tabulis relicta teneretur. neque enim diuidere poterit hoc ſuitatis beneficium in perniciem legatariorum,vt, ſcilicet,dicas quãtum ad tabulas pupillares,vt ex eis ſuccedi poſſit,aditam cenſeri hæreditatem:non autem, vt ex eis legata præſtentur.neque enim poſſum vnam diſpoſitionem cõnexam in mei fauorem acceptare,contra me verò repudiare,l.etiam,§. ex cauſa de minor. plenè,Bar.in l. Aurelius,§. idem quæſiit. ff. de liberat. lega.

13 At adoleſcens ille ſubtilius replicuit,exiſtentiam ſui hæredis non operari, niſi in fauorem filiorum,d.l.ſi filius. At hoc modo operaretur in damnum:quia deberentur ex tabulis pupillaribus legata, quæ ſunt damnoſa hæredi:quia deminuunt hæreditatem. Præterea,ſubſtitutio pupillaris pars eſt teſtamenti paterni,§.liberis de pupill. & tamen in d.l. ſi filius, hæreditas cenſetur adita ex teſtamento paterno,vt ſubſtitutio,quæ eſt pars illius,remaneat valida quod verò ad legata facta in teſtamento paterno non cenſeatur adita aditione ex ſententia Bart.in d.l.ſi filius,col.iij. *Suitas in fauorẽ filij tantũ operatur.*

Reſpondi exiſtẽtiam ſui hæredis in fauorem operari: cùm facit filium ex tabulis pupillaribus ſuccedere:vbi ſuccedẽdo ab inteſtato mater veniret, fratre excluſo.aut quo caſu admitteretur,fortaſſe cohæredes haberet: neq; conſideratur confirmatio legatorum: cùm ea in conſequentiam veniat ad confirmationem tabularum pupillarium:quas cùm confirmari filius voluerit, quod inde ſequutum eſt non odium,aut dammum,ſed fauor filii iudicatur.

Alterum ita repuli,vt ſubſtitutio pupillaris,& teſtamentum paternum filio inſtitutum eodemq; pupillariter fratri ſubſtituto ſint capitula ſeparata,nimirũ ſi alterum acceptari,vt fauorabile,alterum repudiari poſſit, l.Publia.§ fi.ff.depoſ.quæ verò à pupillaribus tabulis pendent,connexa ſunt. vnde ſi ſubſtitutus velit quędã transferre,quædã relinquere, iuſtè hæc inconſtantia recuſabitur, l.in cauſa. ff.de procur.Hæc extẽſè gratæ diſcipuli memoriæ donare volui,vt eius adoleſcẽtuli vix dum viceſimum annum egreſſi velox,felix,ſublime,& ad auidius ſequax ingeniũ agnoſcatur: cuiuſque exemplo reliqui ad iuriſconſultorum literas incendantur quos non deterreat admiſta Accurſ. Bartoliq; barbaries. Vt enim Accurſ.Bart. Caſtrenſ. & ſimiles pura latinitate ob temporum iniuriam caruiſſe concedamus, nónne (obſecro)quæ ad explicandas,aperiendaſque leges pertinent, ex actè præſtiterunt?

Secundum quod. cùm ſuprà dictum ſit, legata pupillaria,tunc tanquam æs alienum deberi,cùm vel ſola in paternis tabulis relicta ſunt,vel cõtributa cum relictis in tabulis pupillaribus non attingunt, quadrantem apud hæredem ex lege Falcidia remanſurum. nam ſi dodrantem, ſicque quadrans reliquus non ſit,vt æs alienum minimè debebuntur.vna quippe ex omnibus Ealcidia deducetur.

Secundum hæc(inquit Papinianus)hoc eſt,quia fit contributio omnium legatotum,& vna Falcidia detrahitur,ac ſi omnia in primis tabulis,ſeu patris teſtamẽto relicta eſſent: quo caſu in ratione legis Falcidiæ eius tempore ratio haberetur, quo teſtator mortuus eſt, vt quodcunque damnum hæredi periret, augmentum verò ad hæredis lucrum pertineret, l. in ratione ij. hoc tit. euenire poteſt vt vel ſubſtitutus nihil retineat de legatis,ſcilicet,relictis in teſtamẽto patris, & pupillari ſubſtitutione, quando putà apud pupillum inſtitutũ bona deminuta ſunt.& ita vt quanquam mortis tempore hæreditas locuples eſſet, vt ex qua plus quarta,aut

ea saltem possit retineri, nunc mortis pupilli tempore ad solutionem legatorum non sufficiat, nempe substitutus tenebitur de quadrante, quem habiturus erat, si bona penes pupillum deminuta non essent, dare, quæ pater legauerat de suo patrimonio sufficiente, cum moreretur, ad integra legata, & quartam. nunc verò deminuta adeò, vt vix etiam si substitutus quadrantem suum conferat (vt facere necesse habet) persolui ex integro possint. Poterit etiam euenire, vt substitutus plus quarta parte habeat, vt si bona sint aucta apud pupillum detrahat. quippe Falcidiam, habita ratione bonorum, quæ fuerunt in patrimonio tempore mortis testantis præter quàm augmentum quodcunque superueniens eius lucro cedet neque legatariis perficiet, d. l. in ratione.

Zas. vero aliter intelligit hũc versi. vt propter onera legatorum ex vtrisque tabulis relictorum de bonis paternis substitutus præter Falcidiam nihil retineat. quo casu, cùm quartam detrahet Falcidiæ patet legata pupillaria æris alieni iure non censeri. Fieri etiam potest, vt multòplus quarta parte habeat, quo casu tanquam æs alienum censebuntur, & soluentur. Potest (inquit ille) & aliter intelligi. Nam ex contributione huiusmodi legatorum euenire possit, ne substitutus aliquã Falcidiam retineat vt pote qui longè plus habeat quarta parte hæreditatis vt sit vna dictio, *velut*, eademque veritatis expressiua: quos intellectus in idem recidere dicit, subiiciens hanc esse facilem, planam, & verissimam text. elucidationem quã necessariò recepturi sumus, si veritas nobis cordi est. nam & eâ tolluntur ambigua multa, & inuolucra, quæ Accurs. hîc ex alienis motibus inculcat. Hæc Zas. cui assentirer nisi apertè viderem eius declarationi Papiniani verba repugnare. nam (quod ad primam declarationem attinet) vt propter onera debitorum ex vtrisque tabulis legatorum eueniat, ne substitutus quidquam, supplet ille, præter Falcidiã, retineat, probare non possum: cùm violẽtur euidentissimè verba illa, *ne quicquam*. Si enim quartam detrahit, quicquam retinet. præterea in tractatu Falcidiæ, cùm quærimus simpliciter an hæres quicquam retineat, ex lege Falcidia intellimus l. si seruus, l. qui quod, hoc tit. & quòd hæc verba ad quartam referantur, planè indicant sequen. verba, *uel vt longe plus habeat quarta paternæ hæreditatis*.

Cùm vero Zas. altero intellectu dictionẽ, *velut*, vnam esse docet, vt nulla alternatiua ponatur, sed vno contextu textus legatur, sitque sensus, euenire posse secundum hæc, ne substitutus quiquam retineat, vt qui longe plùs habeat quarta, minus probo si. quidem hoc inferatur ex cõtributione legatorum, quæ eò spectat, vt inducatur Falcidia, non etiam vt tollatur: quod in anteludiis extitit declaratũ. at ita intelligendo inferret Papinianus ex contributione legatorum submotionẽ Falcidiæ.

Præterea, quomodo, facta contributione legatorũ, dicere possemus plus quarta parte substitutum retinere, cùm in casu huius tex. exhaustum fuisse legatis patrimonium constet? nisi cum causa adauctam fuisse hæreditatem post mortem defuncti testatoris consideremus? itaque de communi sententia deduci non possum quam tamen teprehendi à quouis patiar: dum meliorem is adferat.

Quicquam retineat. De bonis (inquit Zasius) paternis: nisi Falcidiam deducat, vel iuxta aliam sententiam nihil retineat iure Falcidiæ, quasi multò plus habeat. Sed neutram expositionem probamus, vt mox explanatum fuit. mâlo igitur cum communi dicere, ne substitutus quicquã retineat, deminuta penes pupillum hæreditate: cùm ea deminutio soli hæredi, non etiã legatariis noceat, d. l. in ratione ij. vt seipsum apertiùs Papinianus in ver. quid ergo, declarat.

Paternæ hæreditatis. Rectiùs hinc probari putat Zas. quòd Doctores aduersus Bar. docent contributionem bonorum pupillarium cum paternis non fieri, sed legatorum duntaxat: in qua sola patris bona, & non pupillaria desiderantur: de qua re satis; abundéque dictum est.

Quid ergo? Cùm subobscurè, & concisè Papinianus tradidisset deminuta penes pupil-

pupillum patris hæreditate fieri posse, vt facta legatorum contributione, substitutus nihil etiã iure Falcidiæ retineat, hoc loco apertiùs declarat. Quærit itaque, quid si pupilli mortui hæreditas, quæ quondã patris fuit, ad solutionẽ legatorum, quorum contributio facta est, non sufficiat, vt potequæ sub pupilli manu sint deminuta: cùm tamẽ mortis patris tempore sufficisset, an id legatariis noceat? verbi gratia, si in testantis patris hæreditate, cùm moreretur, quadringenta essent, relicta fuerũt à filio ducẽta, à substituto quoque ducenta legatorũ nomine: cúmque patri successisset impubes cui datus erat pupillaris substitutus bona deminuerit, in cẽtum puta: atque ita factum sit, vt pupillo intra pupillares annos mortuo trecenta duntaxat ad substitutum peruenerint, an id legatariis obsit, vt ex eis trecentis in pupilli hęreditate repertis, detrahi possit Falcidia? an verò integra trecenta legatariis præstari debeant, facta reductione bonorum patris ad eam quãtitatem quæ ex die mortis erat? & hoc loco traditum est eam deminutionem non contingere anno legatariorũ, sed substituti, qui in legatorum solutione eam hæreditatem ad diem mortis patris, & sic ad quadringenta, quæ eo tempore extabant, ęstimare cogendus erit. vt si, ea æstimatione facta, quadrantem, quem tunc habere potuisset, nunc habere nequeat, (vt in specie, quam proposuimus) soluere legata nihilominus teneatur iuxta quantitatem, quæ mortis patris tempore fuerat. itaque in specie nostra integra trecenta præstabit, de quibus nihil deducet.

Ampliùs putant ex hoc tex. Docto. probari, vt si in hæreditate substitutus ducenta duntaxat inuenisset de suis tantum bonis (dictu mirum) suppleturum centum eáque legatariis præstaturum: cùm semper mortis patris tempus obseruemus quo ad trecentorum præstationem hæres obstringebatur. quãquam & hoc quod dicimus dare substituta debere, ita temperandum est, vt non plus de suo dare teneatur, quàm pro modo quadrantis, quem habere poterat, si non fuissent patris bona deminuta. Propterea in specie proposita, si adeo patrimonium paternum decreuisset, vt centum mortis pupilli tempore superessent, non ducenta dabit de suo substitutus, sed centum tantùm. nam hic erat quadrans sibi competiturus, si hæreditas sub manu pupilli non decreuisset: quod apertè iis verbis (*De suo quadrãte nimirum dabit substitutus, quæ pater legauit de suo*) significatur. hæc quippe verba, *de suo quadrante* ita declaranda sunt, idest, secundum sui quadrãtis mensuram, qui ex patris hæreditate spectato mortis tempore ei competiturus erat.

Porrò quod diximus de deminuta patris hæreditate, vt non contingat legatariorum incommodo deminutio, sed in æstimandis bonis paternis mortis tempus spectamus. è diuerso & de facultatibus dicimus, vt quod accreuit ei quantitati, quæ mortis patris tempore erat, non adiuuet legatarios, sed lucro cedat substituti, qui ante augmentum illud vti sibi præcipuum detrahat: cuius in præstandis legatis nullam rationem est habiturus: deinde ex die mortis patrimonium æstimabitur: de quo, si legatis exhaustum sit, detrahetur Falcidia, in quam augmentum non imputabitur, l. in ratione ij. hoc tit. §. quãtitas. de leg. Fal. in Insti. & rationem habet: quia in quartam, quam per legem Falcidiam habere debet, ea tantùm imputantur, quæ hæres iure hæreditario capit l. in quartam. hoc tit. quæ verò hæres post aditam hæreditatem, etiam ex rebus hæreditatis acquirit, iure hæreditario non habet, l. si quis bonorum. ff. de lega. j. l. quod his verbis: de lega. iij. l. in fideicõmissariam. & l. postulante. §. sanè. ff. ad Trebel.

14 *Pupilli hæreditas.* Non putes hîc de pupilli patrimonio agi, sed de hæreditate patris, quæ ideo dicitur pupilli: quia in ea pupillus successit, eandemque adiit: qua aditione desijt esse defuncti hæreditas, & effecta est pupilli hæredis adeuntis, l. sed si plures. §. filio. ff. de vulga. l. j. §. veteres ff. de acquir. poss. vnde substitutus, aut quicunque pupillo succedens non principaliter in patris, sed pupilli hæreditatem succedere dicitur, l. qui Titii. ff. de ijs, quib. vt indig. quo factum videmus, vt filia, quæ ex municipij lege patri succedere nequit, non tamen fratri, qui adeundo hæreditatem patris quæsiit, succedere prohibeatur, vt Cast. & Aret. tradunt in l. Pau *Hæredit. adit. defini.*

lus §.j.ff.de acquir.hæred.& nos in l.post aditã C.de impub.& alijs sub.docuimus.

Patri sufficisset. Obseruato mortis patris tempore, hæreditas omnibus legatis suffectura erat: quoniam quadringenta, cùm moreretur, pater in bonis habebat à pupillóque instituto ducenta tantùm legauerat: quæ cùm legis Falcidiæ modum non excederent, impubere tamen mortuo, alia ducenta legata inueniantur, quæ, contributione facta, excedant dodrantem, vt quæ totum exhauriant patrimoniũ, solida solui omnimodo necessarium est, interposita priùs stipulatione, quãto ampliùs quàm per legem Falcidiam cœperint legatarij, reddi l.j.§.interdum.hoc tit.

De, dictio. *De suo quadrante.* Hoc est, secundum æstimationem sui quadrantis, quem ex die mortis patris deducere poterat. ad modum namque eius portionis, quam per legem Falcidiam ex hæreditate patris, si ea deminuta non fuisset, deducere poterat de propriis bonis, soluet legata: itaque cùm quadringentorum quadrans sint centum, dare de suo centum tantùm tenebitur, non autem plus: quamuis in trecentis contigisset deminutio. Neque est nouum, vt dictio, *De*, pro secundum, exponatur. c. de libellis xx. dist. 15

At verò (dixerit quispiam) cur suum quadrantem dicit, cùm meum illud tantùm dicatur quod ex re mea superest, cuiúsque vendicandi ius habeo, l.solùm.ff. de rei vendic. l.Quintus.§.argento.ff.de auro, & arg.lega. Responde hanc vocem figuratè accipiendam esse, suum, id est, sibi debitum. qui loquendi modus iuriscõsultis frequens est, l.si me, & Titium.ff. de re.cred.l.j.ff.quod cum eo.l.cedere diẽ. §.æs suum est: quod alij nobis debent.ff.de ver.sig.& in nõ paucis aliis locis. rectiùs tamen (inquit Alciat.in d.§.æs) suum æs nostrum scriptum fuisset.

Nec ad rem. Figura illa sententiæ, quam ἀνθυποφορὰν vocamus, hic vtitur Papinianus. Proponit namque aduersariorum rationem, vt illi respondeat. Cùm enim dixerimus substitutum, si tam grauiter patrimonium apud pupillum deminutum, cogi de propriis etiam bonis legata præstare, obstat. Nam hæres vltra vires patrimonij tenetur, l.j.§.si is, qui.ff.ad Treb.l. si vniuersæ C.de lega. quónã ergo pacto substitutus ad præstationem legatorum vrgetur in plus, quàm in patrimonio reperit?

Cui subtili, & eleganti ratiocinationi respondet. quemadmodum enim, si de primis tantùm tabulis tractaretur, vt quia nullæ secundę factæ essent ad diẽ mortis testantis reduceretur patrimonij æstimatio, secundum quam non ex ratione deminutionis posteà contingentis hæres legata soluere teneretur: ita cùm de relictis quoq; in secundis tabulis agitur, vires patrimonij, non ex deminutione posteà emergente, sed ad quantitatem bonorum ex die mortis testatoris æstimabũtur, vt iuxta eius æstimationis modum omnia legata præstentur. relicta quippe in secundis tabulis, quasi in primis sub conditione relicta intelliguntur.

Itaque si initio, hoc est, mortis testantis tempore, solida legata legatarijs præstari potuissent, & nunc quoque etiam si ex post facto deminuta sit hæreditas solida, etiam de proprijs bonis præstabit substitutus. Quod si initio legi Falcidiæ locus erat, & nunc quoque eius habebitur ratio: non secundum præsentem quantitatem deminuti patrimonij, sed secundum æstimationem, quę ex die mortis erat. itaq; substitutus, etiam ex propria substantia, iuxta etiam modũ sibi debitę portionis ex lege Falcidia legata soluet: quemadmodum si ea sola in tabulis relicta essent. Conqueri autem non potest substitutus, quòd vltra vires patrimonij soluat: cùm (vt diximus) vires patrimonij ex die mortis æstimentur, & vltra vires eius æstimationis grauatus non censeatur: quanquam vltra vires patrimonij deminuti oneretur, sed eius non habetur ratio.

Hæres non tenetur vltra vires. *Vltra vires patrimonii.* Regulare est, vt non teneatur hæres legatariis vltra vires patrimonij, l.j.§. si is qui c c c c. ff. ad Treb. Neque enim potest de eo testator disponere, quod in suo patrimonio futurum non est, l. si ante C.de dona.an.nup. l.si vniuersæ, C.de lega. creditoribus tamen, qui adiuit etiam vltra facultates de- 16

functi

functi, tenetur: l. quæ totis, ff. sol. mat. l. si te bonis, C. de iur. delib. eademque quippe persona est hæres cum defuncto: sufficitúrque, & subrogatur per omnia in locum defuncti, §. j. de iureiu. à mor. præst. qui si viueret, obstrictus esset omnibus creditoribus. & factus non soluendo in carcerem detrudi posset, l. j. C. qui bo. ced. pos. ita hæres defuncti personam repræsentans creditoribus, etiam si nihil sit in hæreditatem, tenebitur, Bal. Ang. & reliqui in rub. ff. de acquir. hæred.

Qua ratione hæres ad legata vltra vires patrimonij defuncti nō tenebitur: quia nec ea defunctus, si viueret, obligatus erat. Sed hęc ratio, meo iudicio, (& si ab omnibus probatur) parum tuta est: siquidem, ea attenta, in nihilo hæres legatarijs obligatus esset, sicut nec testator. Aliter itaque dicerem, vt non ita in legatis, atque in ære alieno prouisum sit: quoniā creditores de damno, & legatarij de lucro certant. non est autem eadem ratio lucri, & damni, l. fi. C. de codicil.

Hodie verò authenticorum iure hæres, qui adiit sine inuentario legatarijs nedum creditoribus vltra vires hæreditatis tenetur, ne in hæredum malignantium facultate sit res hæreditarias subtrahendo deficientium voluntates defraudare, §. si verò non fecerit de hæred. & Fal. collatio. j. auth, sed cùm testator, C. ad leg. Fal.

Quanquam Guido Susar. Rayner. & Iacob à Bellouisu fuerint in mirabili opinione, vt hæres, qui non fecit inuentarium, iure etiam nouissimo vltra vires hæreditarias nō teneatur, sed solùm legis Falcidiæ beneficium amittat, inspecta ea introductiua inuentarij, quæ est vt hæres Falcidiam habeat, §. hinc nobis. & Accurs. in rub. de hær. & Fal. In Falcidia igitur non conficiens tātum est puniendus. & quia implens defuncti voluntatem (qui longe grauiùs delinquit, quàm inuentarium non conficiens) hæreditatis tantum lucro priuetur, non autem in bonis suis punitur, §. si quis verò non implens. de hæred. & Fal. auth, hoc ampliùs, C. de fideicommiss.

Sed hæc opino (vt rectissimè Bar. & alij aduerterūt) euidenter falsa est: cùm Imperator in §. si verò non fecerit. de hæred. & Fal. ita scriptum reliquerit, *Si verò non fecerit inuentariū secundum hanc figuram, sicut prædiximus, non retinebit Falcidiam, sed cōplebit legatarios & fideicommissarios: licet puræ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio.* & in d. auth. sed cùm testator *Quo* (inquit) *non obseruato solida legata præstet & si fines hæreditarios excedant.*

Ad integra autem legata hæredem, qui inuentario vsus non est, illo teneri lex voluit, quòd præsumat tot bona in hæreditate fuisse, quæ ad legatorum solutionē suffecerint ea (vt opinor) ratione, quòd nemo tā iners credatur, vt ignarus proprij patrimonij existat, l. quisquis. C. de rescid. vendit. Cùm itaque minus, quàm legatum sit, in hæreditate reperitur, præsumit lex hæredem malignatum, atque quod deest, subripuisse: quæ præsumptio (vt vocant) est iuris & de iure: atq; ideo probationem in contrarium non admittit, c. is, qui fidem, de sposa. & mat. præterquàm per confessionem partis. Accurs. in §. aliud quoque. de æqual. dot. col. vij. Cy. & alij in auth. sed iam necesse, C. de dona. ant. nup.

Proinde caueant legatarij, ne imprudenter legata mortis tempore ad legatorū solutionem non suffecisse confiteātur, nihilque hæredem subtraxisse eo solo nitētes quòd inuentarium factum non sit: nam succumberent. E diuersóque cautus sit aduocatus, vel procurator hæredis vt hanc (si fieri possit) à legatarijs extorqueat confessionem. nam sic clientulum faceret absolui, Bal. in l. filium, quem habentem. col. pe. C. fa. ercisc. addens vnum singulare, quòd licèt super talibus articulis ad petitionem hæredis non cogantur legatarij respondere, optime tamen faciet iudex, si ex officio eos interroget, vt obuiā eat iniquæ extorsioni, l. illicitas, in prin. ff. de offi. præsi. neque enim tenetur hæres, præsertim æquitate, & conscientia, vltra vires hæreditarias, c. fi. vbi Glos. de sepultur. quo maximè putamus, Bal. opinionem adiuuari, & veram esse: quicquid Alex. pœnam, voculę fortè expensione subnixus nugetur.

Ergo (vt in viam redeam) cùm hæres præsumptione iuris, quod ex bonis deest, ad præstationem legatorum subripuerit, ad solida legata ex delicto suo tenetur. neque videtur vltra vires patrimonij soluere, attenta iuris præsumptione, quæ existimat tot bona in hæreditate fuisse, quæ ad solidorum legatorum solutionem sufficiant. Quod verò pertinet ad causam inuentarij introductiuam non simpliciter admittimus (quicquid Bar. & omnes dicant) inuentarium ideo inductum, vt habeat hæres Falcidiam. Nam & ob id quoque inductum putamus, vt hæredũ malignitati obuiã eatur, & tueatur lex vtraque moriẽtium voluntatẽ. quã alioqui fraudare in potestate hæredis fermè positũ erat, ad quod lex magis, quàm ad hęredis Falcidiã respexisse videtur, d. §. hinc nobis nõ etiã te moueat, §. si quis autẽ nõ implẽs in auth. de hęred. & Falcid. & auth. hoc ampli⁹, C. de fideic. siquidẽ hęres, qui non confecit inuentarium, inspecta legis præsumptione, cùm, quod deest ad legatorũ solutionẽ surripuisse præsumatur, grauiùs delinquat eo, qui tantùm negligẽs est defuncti voluntatem implere: quando constet grauius esse scelus, quod in faciendo quàm quod in negligendo committitur, Accurs. in l. si mora. ff. sol. matri.

Hæc in extraneis indubitata sunt: in suo filio putauerim eum vltra vires hæreditatis legatariis non teneri: quãdo in eos rerum hæreditariarum subtractionis suspicio non cadat, l. serui, & filij, ff. de fur. & scriptores cõsentiant ob non confectũ inuentarium quartam iure naturæ sibi debitam non amittere, Accurs. in l. fi. §. pe. C. de iur. delib. & in auth. sed cùm testator. auth. hoc amplius &c. §. si verò non fecerunt, de hæred. & Falc. quod si vltra facultates defuncti teneretur, iam quod vna via lex voluit, altera denegaretur contrà, l. scire oportet, §. j. ff. de tuto. & curat. da. ab iis.

Differentiæ autem ratio inter extraneum, & suum prompta est. nam ille ad lucrum alienúmque prosus patrimoniũ, hic ad sibi debitum, imò ad proprium fermè venit, l. in suis, ff. de lib. & posth. cùm ideo sine aditione ipso iure quæratur hæreditas, l. si fratris. C. de iur delib. l. apud hostes. l. de su. & legit. non autem par, eadémque est ratio damni, & lucri, l. fi. C. de codicil. vnde, d. §. hinc nobis, & §. si verò non fecerit, qui generaliter de quibuscunque hæredibus loquuntur, ad extraneos neque immeritò restringimus.

Sed obstat l. fi. §. si nuero postquam, C. de iur. delib. qui text. dicit, siue hæredes adierint, siue sese immiscuerint, neque inuentarium fecerint, insolidum debitis hæreditariis teneantur. quibus verbis euidenter cõstat suos filios contineri nedũ extraneos: cum adire extraneorum, suorum verò sit immiscere, §. extraneis, de hæred. qual. & differ. Verũ, d. §. si nuerò, quantum ad æs alienum loquitur, quo non modò extraneus, sed etiam filius qui adiit, obstringitur, vt insolidum creditoribus hæreditariis teneatur, at nos legatariis: quibus de lucro certantibus, iniquũ esset filios etiam in legitima obligatos: cum eam, mortuo patre suo, iure capiant, & veluti quoddam æs alienum. in qua ideo adiectum grauamen reiicitur, l. quin in prioribus, C de inof. testam.

Sed de iis satis. nos ad inuentarij tractatum decurramus. 17

TRACTATVS INVENTARII.

1 *Repertorium.*
2 *Tutor tenetur inuentarium facere.*
3 *Tutori an remitti possit confectio inuentarii.*
4 *Dolus futurus non remittitur.*
5 *Orphanotrophi inuentarium.*
6 *Hospitalium administrator tenetur facere inuentarium.*
7 *Orphanotrophi qui.*
8 *Orphanotrophium.*
9 *Nosocomium.*
10 *Xenodochium.*
11 *Ptochotrophium.*
12 *Gerontocomion.*
13 *Brephotrophion.*
14 *Ascetrion.*

15 *Prelati ecclesiæ an faciant inuentarium.*
16 *Inuentarium hæredis.*
17 *Creditores hæreditarii citandi.*
18 *Amici & cognati quãdoque requirendi.*
19 *Inuentarium an fiat per procuratorem.*
20 *Inuentarium pupillo an prosit, substituto pupillari.*
21 *Substitutus si omissum inuentariũ faciat.*
22 *Habere quis dicatur.*
23 *Fructus an describendi in inuentario.*
24 *Substitutus pupillaris quæ bona ponat in inuentario.*
25 *Hæredis inuentarium an transeat in fideicommissarium.*
26 *Exceptio ab hærede quæsita an in fideicom. transferatur.*
27 *Emptor hæredit. an tutus sit contra creditores.*

1 Inc sumpta occasione, inuentarij tractatum Barb. & alii hic faciunt: qui tamen alio ordine (mea quidem sententia) est explicandus. Itaq; sciendum inuentarium (quod Iurisconsulti mâlunt voce magis latina Repertorium appellare, l. tutor qui ff. de administ. tu. l. iij. §. tutores. ff. de suspec. tutor.) multiplex esse. *Repertorium.*

2 Tenetur namque tutor, curatórue inuentarium facere, quo res omnes & instrumenta describat, l. de creationibus. C. de episco. audien. l. tutores. C. de admi. tutor. siue (inquit illic Accurs.) legitimus sit, siue datiuus, siue testamẽtarius. quod nisi fecerit, dolo malo fecisse videtur: atque ideo suspectus est: nihilque administrat: nisi quod nec dilationem modicam expectare potest, pupillo in id, quod interest, tenetur. vinculis quoque publicis iubetur contineri: nisi in aliqua dignitate positus sit. d. l. tutor, qui. & d. §. tutores. eisdem quoque infamiæ nota perpetuò inusta, l. fi. §. fi. C. arb. tute. *Tutoris inuentarium.*

3 Sed, an tutori confectio inuentarij remitti à testante possit, vetus est quæstio à Domino Bart. & aliis disputata in l. nemo potest. de lega. j. quo loco tandẽ concludunt hoc testatorem posse per d. l. fi. §. fi. C. arbi. tute. Expedit namque aliquãdo pupillo, adultóue, ne conficiatur inuentarium, putà, ne patrimonij secreta pãdantur, l. fi. C. de ali. pup. præstan. l. ij. C. quan. & quib. quar. pars. debit. quare, cùm testator vetuit, hoc in pupilli gratiam prohibuisse existimandus est. Planè remisisse testatorem confectionem inuentarij tutori non satis putamus, cùm hoc in tutoris gratiam factum videretur, qui hac viâ bona patrimonij parte pupillum fraudare posset: sed vetuisse testatorem cum plerisque exigimus, vt ne tutor inuentarium facere teneatur. tunc enim in gratiam pupilli, ne facultates eius pandantur, factum videtur. quod apertè Imp. in d. l. fi. tradit. *nisi* (inquit) *testatores, qui substantiam transmittunt, specialiter inuentarium conscribi vetuerint.* quicquid Ias. & Ripar. subtilibus rationibus in contrarium nugentur in d. l. nemo potest. *Inuentarium an tutori remittatur.*

Nonnunquam etiam, cùm testator inuentarium conscribi vetat, à voluntate patris recedit Prætor, cogitq; tutorem repertorium conficere, si, putà, iusta causa superuenerit: vt quia morum antè celata, vel ignorata emerserit improbitas, aut post confectum testamentum inimicitiæ cum patre exarserunt, l. in confirmando. ff. de confir. tuto. l. j. ff. vbi pup. educa. debe. vtilitatem siquidem pupillorum, vt Tryphoninus ait, Prætor sequitur non scripturam testamenti, vel codicillorum, l. pe. ff. de confir. tuto.

Dixerit quispiam, qui fieri potest, vt confectionem inuentarii, qui testatur, prohibere possit: cùm eum in dolo esse iura præsumant, qui repertorium non cõscribit? d. l. tutor, qui dolus autem futurus remitti non possit, l. si vnus. §. illud ff. de pac. ne ad delinquendum homines inuitentur, l. conuenire. ff. de pac. dotal. Hoc Ias. tractat, atque ita, vt se extricare non possit. *Dolus futurus non remittitur.*

Ego breuiter dico eum, qui sequutus testantis voluntatem, inuentarium non conscribit, in dolo non præsumi, & leges, quæ dolum in tutore repertorium non conscribente præsumunt, vt d. l. tutor. de eo loquantur, qui à lege iussus est, non etiam à testante conscribere prohibitus, cui in vtilitatem pupilli (ne sui patrimonij secreta pandantur) intelligitur facta à patre prohibitio.

Orphanotrophi inuētarium.

Eſt & alia ſpecies inuentarij, quod conficere tenētur orphanotrophi, hoc eſt, 5
hoſpitalium adminiſtratores. ij etenim, cùm ſint pupillorum quaſi tutores, adul-
torum verò quaſi curatores, res orphanorum, præſentibus publicis perſonis, custo
diendas, & adminiſtrandas accipere debent, §. fi. de eccleſ. tit. collatio. ix. l. Orpha-
notrophos, C. de episco. & cler. quo text. adiutus Bar. (vt illic refert) reſpondit ad-

Hoſpitaliū adminiſtratores.

miniſtratorem hoſpitalis nec in iudicio, nec extra poſſe aliquid hoſpitalis nomi- 6
ne gerere, niſi prius facto inuentario, & decreta ſibi adminiſtratione per ſuperio-
rem: ſubiiciens ſe vidiſſe pronuntiari contra quendam hoſpitalarium agentem
eò, quòd non docebat de inuentario.

Sed an huiuſmodi adminiſtratores rationem adminiſtrationis reddere teneā-
tur? quod negare videtur. tex. in d. l. Orphanotrophos. in fi. *vt minime* (inquit) *ra-
tiocinus tutelaribus, ſeu curationibus obnoxii ſint. graue, enim, atque iniquum eſt, callidis quo
rundam (ſi ita contigerit) machinationibus eos vexari, qui propter Dei timorem parentibus atque
ſubſtantiis deſtitutos minores ſuſtentare, ac velut paterna affectione educare feſtinant.* Similes
tex. in d. §. fi. non ſubiacent (inquit imp.) tutelaribus aut curatoriis rationibus.

Sed eos tex. mirum in modum violant, & reſtringunt Petr. Bart. & alij, vt non
teneātur inferiori, id eſt pupillis, & orphanis, quorum curam gerunt exemplo pa-
tris, quem paterna reuerentia excuſat à reddenda ratione adminiſtrationis, l. fi. §.
ſin autem verſic. paterna, C. de bo. quæ lib. ſed ſuperiori, hoc eſt, epiſcopo admini-
ſtratores huiuſmodi pro creditis ſibi gubernationibus rationem reddūt. §. œcono-
mos in auth. de ſanctiſſim. epiſc. col. ix.

Quinimò & pontificia lege cautum, vt ſingulis annis de adminiſtratione ſua
reddere rationem teneātur, Clem. quia contingit, §. vt autem. de relig. domi. idque
in adminiſtratoribus hoſpitalium. Verùm nō nego: ſed de iis d. l. orphanotrophos
non loquitur: atque ideo malè intelligi, parumque opportunè ab eis illic de ho-
ſpitalium adminiſtratoribus tractatum fieri, vt interim imprudentiſſimus omniū
Paul. Caſtren. conuincatur, qui eam legē dicit meliorem, quæ iuris corpore clau-
datur in materia hoſpitalium. ſiquidem (vt L. Valla lib. iiij Elegantia. tradit) ὀρφανὸς

Orphanotrophi.

Græca dictio ſit, non ſanè a veteribus vſitata, qua, qui caret patre, præſidioque pa- 7
terno, & qui ſummoperè illius opem deſiderat, cum ſine eo malè habeat, ſigni-
ficatur. τρέφειν verò (vt à Græcè ſcribentibus accepimus) nutrire ſignificat. Orpha-
notrophos itaque non adminiſtratores hoſpitalium (vt inſcitè Accurſ. Bar. Bal. &
omnes docēt) ſed eos ipſe putauerim, qui nutritores ſint orphanorum.

Orphanotrophium.

Nam & orphanotrophium locus eſt, vbi pupilli priuati patre auxilióque pa- 8
terno aluntur. Hos autem orphanorum nutritores, cùm ſua ſponte officium tam
pium præſtent, iniquum eſſet, & impium tutelaribus ratiociniis obſtringere. qua
ratione contra Doctores exiſtimo, neque orphanis ipſis, neque epiſcopo rationem
reddituros quod euidēter ea l. orphanotrophos. & d. §. fi. de eccle. tit. à ſcriptoribus
perperam intellecta, docent, quibus negotium non facit, d. §. œconomos. qui non
de nutritoribus orphanorū, ſed de creditis hoſpitalium adminiſtrationibus, quæ
cùm à ſuperiore commiſſæ ſint, de iis ſuperiori quoque ratio reddenda eſt, d. Cle.
quia contingit, loquitur.

Noſocomiū. Xenodochium. Ptocotrophium. Gerontocomion. Brephotrophion. Aſceterion. Prælatorū inuentariū.

Sed cùm tex. ille de noſocomiis, xenodochiis, & ptochotrophiis verba faciat, 9
admonendus eſt lector Noſocomium locum eſſe, vbi curantur morboſi (Valetu- 10
dinariū multi Latinè appellāt) Xenodochium, vbi hoſpites excipiūtur: vnde vul-
gò hoſpitale dicitur. Ptochotrophium, vbi nutriuntur pauperes. Reperitur quo- 11
que Gerontocomion, qui locus eſt, vbi ſenes curantur. Eſt & Brephotrophium lo- 12
cus vbi infantes aluntur. Aſceterium aut, vt alij (corruptè tamen) legunt, aſſiſteriū 13
locus in quo moniales aluntur: quæ omnia vocabula Græca ſunt explicata ab Al- 14
ciat. lib. j. prætermiſſ. verum de iis ſatis.

Sed an fiet inuentarium à prælatis eccleſiarum, vt rationem reddere ſuperiori 15
teneantur, ſicut hoſpitalarij Bal. in l. orphanotrophos. dicit nulla lege cautum eſ-
ſe, vt prælati eccleſiarum docere de inuentario, aut reddere rationem teneantur:
verùm

verùm alij omnes secùs putauerunt reddēdam (inquam) esse administrationis rationem: cùm prælati bona sint pro administratione, sicut bona mariti, & tutoris tacitè obligata, l. si quis presbyter in fi. C. de episco. & cler. glos. in c. ex literis. de pigno & in c. similiter xvj. q. j. qua ratione dicunt Canonistæ in beneficio dantem pauperi præferri, cū diuitiis subleuetur ecclesia: &, si malè administrat, ex facultatibus satisfieri possit ecclesiæ, glos. in c. cōstitutus de appellatio. atq; ideo conficiendum esse inuentarium c. de Syracusanæ: xxviii. dist. ne si prælato contingat inopinatus trāsitus, res ecclesiæ minui, aut perire possint: néue res propriæ episcopi importun itatem patiantur pro rebus ecclesiæ, c. manifesta xij. q. j.

Quanquam & in hac redditione rationis hoc sit speciale, vt proprio, & soli prælati stetur iuramento, glo. in c. qualiter, & quand. ij. de accusatio. quo tex. freti Felinus, & alij ibi docent speciale quoque esse in prælato, vt non quemadmodum tutor indistinctè, etiam non suspectus, teneatur reddere rationem, sed eo tantùm casu, quo est suspectus de bonorum ecclesiæ dilapidatione: exēplo eius dispensatoris de quo apud Luc. cap. xvj. qui cùm apud dominum delatus esset, vt qui dissiparet bona ipsius, vocauit illum dominus, & ait illi, Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris posthàc dispensare.

16 Est & aliud inuentarium, quod fit ab hærede, qui de viribus hæreditariis dubius est. Is quippe, si cauere sibi vult, ne vltra facultatum quantitatem teneatur, inuentarium cōficit, l. fi. §. j. C. de iur. delib. §. hinc nobis, & §. si verò non fecerint, de hæred. & fal. collat. j. quod vt rectè confectum dicatur, plura necessaria sunt. *Hæredis inuentarium.*

Primò vt hæres, ex quo sibi delatam scit hæreditatem, intra xxx. dies inuentarium inchoet: perficiat autem intra sexaginta. & sic in summa dantur tres menses d. l. fi. §. j. & si inchoatum non est, modò intra tres menses cōsumatur, sufficit: cùm hæc sit leuis solemnitas, cuius omissio cùm modici sit, aut nullius præiudicij, actū non vitiat, l. fi. §. fi. ff. de ven. insp. qua ratione Bar. in l. ij. §. priùs. ff. de vulg. docuit, vt non noceat omisisse signum crucis in inuentario. Primi itaque mensis dilatio admonitoria erit, non peremptoria. vt Bal. in d. l. fi. §. cùm igitur C. de iur. delib. Absentibus verbo hæredibus anni terminum leges dederunt à morte testantis numerandum, l. fi. §. sin verò dubiùs C. de iure delib.

Requiritur prætereà, vt inuentariū scribatur per manū publicā, puta, per tabellionē, d. l. fi. §. j. quo loco col. pe. Bal. cui alij subscribūt, mirabiliter docet, quod si defunctus paucis antè diebus quàm moreretur, omniū rerū suarum inuentarium fecerit, manúq; propria scripserit: non tamen prodest hæredi, quin vltrà inuentariū facere teneatur: cum inuentarium non à defuncto, sed ab hærede incipiat: cuius contrarium prima fronte videretur: tum quòd viuens testator videretur hæredi futuro prouidere. l. cum quo. hoc tit. tum etiam quòd insinuatio testamenti facta per defunctum prosit hæredi: vt non aliam facere teneatur, l. omnium. C. de testa.

17 Tertiò necessarium est, vt creditores hęreditarij, vel legatarij intersint, vel saltē citati sint ad videndum fieri inuentarium cum d. l. fi. §. j. desideret non modò tabulariorum, sed cæterorum præsentiam, qui ad huiusmodi confectionem necessarij sunt. expressissimus tex. in. §. sancimus. & in §. si verò absunt. Citari autem debent ad certum diem, horam & locum, nominatímque admonere debent, quod opus facturus sit hæres: neque tam arctari, vt intra diem occurrere ad prohibendū non possit, l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clam. quos, si certi sint, specialiter vocari oportet l. de vno quoque, ff. de re iud. Cæterùm, si incerti, generali programmate sufficiet, l. si eo tēpore, C. de remis. pigno. nisi ij possent breui certificari Anchar, & Geminianus in c. si. de elec. in vj. *Creditores hæreditarii citandi.*

18 Porrò iis absentibus requirendi quoque cognati, vel affines. & si qui fortè alij sunt: quos verisimile est propter necessitudinem, vel charitatem absentium defensionem non omissuros, l. hæc autem. §. j. ff. quib. ex ca. impos. ea. Denique aut procuratori, aut ad domum denuntiandū erit, l. aut qui aliter, §. j. ff. quod vi, aut clàm l. profectius, C. de annal. excep. cùm enim personæ copia haberi non potest, ad do- *Amici, & cognati requirendi.*

mum citare ſufficit, l. iiij. §. Prætor, ff. de dam. infect. l. ſcire oportet. §. qui autem ff. de excuſa. tuto. c. cauſam, quæ vbi plenè, gloſ. de dol. & contu. Quòd ſi non compareant, tres teſtes fide digni poſſidentes ſubſtantiam. & optimæ opinionis adhibebuntur, qui abſentium creditorum præſentiam ſuppleāt: quorumque teſtimonio adiutus notarius inuentarium perficiet. §. ſi verò abſunt. de hæred. & Falcid. collatio. j.

Quartò neceſſario eſt hæredis ſubſcriptio, quâ ſignificet ſe omnes res neque minus in inuentario ſcriptas, & quod ſi aliqua res ad eum perueniat addere inuētario. Quod ſi neſciat ſcribere hæres, eius nomine tabellio ſubſcribet, hæc omnia habentur, in d. §. j. l. fi. Amplius putant illic Odof. & Bal. poſſe ſubſcribere per procuratorem: quia ex quo per procuratorem inuentarium facere poteſt. d. §. j. in fi. & omnia ſine quibus inuentarium non valeret. l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procura.

Inuentariū per procuratorem.

Quod Caſt. & alij improbant: neque enim licet ordinare hæredi inuentarium per procuratorem prӕterquam cùm res hæreditariæ longiſſimis ſpaciis diſtant, d. §. j. in fi. quo caſu cùm procurator inuentarium conficit procurator quoque ſubſcribit. Cæterùm cum hæres præſens eſt, pro forma conſtitutum videtur, vt per ſe, vel per adhibitum notarium ſubſcribat, d. §. j. vnde per procuratorem non ſufficiet: cum forma non ſeruata actus corruat, l. cum hi §. ſi prætor. de tranſa. ff. 19

Quintò, vt hæredem teſtes qui adhibētur, agnoſcant, neceſſarium eſt, d. §. j. ibi, *teſtibus videlicet aſſumendis, qui hæredem cognoſcant.* Reliquas ſolemnitates legito apud Doctores in d. l. fi. §. j. paucas autem mihi percurrere placuit, quòd hodie ſubtilitates iſtæ in inuentariis non conſiderentur, ſed locorum mores, & conſuetudines, ſpectentur, Bal. conſil. c c lxj. vol. j. & in d. l. fi. in prin. Nos quæ Bar. hîc, & cæteri, de more certis regulis concludamus.

Inuentariū an proſit ſubſtituto.

Prima itaque erit, Factum per pupillum inuentarium ſubſtituto pupillari non prodeſt. Itaque aliud faciat: niſi vltra vires hæreditatis teneri velit. Bar. hic. durat quippe ratio (inquit) quare inuentarium confici debeat: ne inquam in poteſtate ſit hæredis fraudare defuncti voluntatem ſubtrahendo res hæreditarias, §. ſancimus de hæred. & Fal. collat. j. ſi quidem ſola teſtātis bona pupillus in ſuo inuentario deſcripſerit: ad ſubſtitutum autem præter ea bona pupilli peruenerunt, quorum ratione ſi ſolutioni legatorum teſtantis bona non ſufficerent, ſubſtitutus teneretur, qui pupilli bona cùm ſubtrahere poſſet, nouum debet conficere inuentarium. 20

Quod ita accipiendum eſt, quatenus tanquam nouus hæres pupilli ad legata fortè, vel fideicommiſſa ſecundis tabulis relicta vel à pupilli creditoribus conuenitur. nam cùm id ſit pupilli teſtamentum, déque noua hæreditate tractetur, l. qui duos. ff. de vulg. l. pater filiam. §. fi. ſuprà hoc tit. requiritur nouū inuentarium perinde, ac ſi pupillus maior factus ſibi feciſſet teſtamētum, Bal. in l. filium, quem habentem. col. fi. C. fa. erciſc. Cæterùm quatenus ex facto teſtantis paternæq; hæreditatis occaſione conuenitur, nouum inuentarium neceſſarium non eſt, ſed prodeſt ſubſtituto quod à pupillo conſcriptū reperitur: inque eum vti hæredem tranſmittitur, Bal. in l. fi. §. cùm igitur. col. iiij. C. de iur. delib. nam quæ beneficia in rem ſunt, ſi in perſonam concepta ſunt, ad hæredes tranſmittuntur, l. hæredem. l. in omnibus. ff. de reg. iur. proinde ſubſtitutus pupillaris, ſi non fecit aliud inuentarium, ad legata à ſe relicta in ſolidum tenetur: ſed ad relicta ab inſtituto pupillo vſque ad vires patrimonij teſtatoris duntaxat. Bal. in l. j. col. fi. C. de bo. a ucto. iud. poſſid.

Subſtitutus omittens inuentarium.

Altera regula, Si ſubſtitutus fecerit inuentarium, quod omiſerat facere pupillus, legata à pupillo relicta ſolida præſtare teneturːà ſe vero relicta, detracta Falcidia. quod Bar. & alij cenſuerunt rectéque interpretantur: niſi feciſſet ſubſtitutus ex perſona pupilli inuentarium, vt poteſt. nam cùm pupillos qui inuentarium 21

non fe-

non fecerunt, lex restituat. nihilque eis præiudicare velit. §. pupillis de hæred. & Fal. collat. j. successor quoque in integrum restitui poterit, l. non solum. ff. de mino. subiicit tamen Bart. quòd si substitutus negligens omiserit ex pupilli persona in integrum restitutionis beneficio inuentarium conficere: quanquam ex persona confecerit, quod pupilli legatariis integrè præstabit: legatariis secundarum tabularum non nocebit. nam & eis legata, etiam si vires excedant hæreditarias, detracta tamen Falcidia, cum inuentarium confecerit, soluentur.

Vnde, si qui centum in bonis habebat, ab instituto pupillo centum, à substituto totidem legauerit, si pupillus non conficit inuētarium, quanquā substitutus, non tamen ex pupilli persona confecerit, centum tamen à pupilllo relicta solida soluet: præstabit quoque (dictu mirum) alia centum à se relicta, de his solis detracta Falcidia: cum enim ex pupilli persona inuentarium non scripserit, vt facere poterat, conqueri non debet, si etiam inuentarium conficiens vltra patrimonij vires oneretur: cum id facto suo ex delicto idque post mortem contigerit, l. in ratione. in princ. hoc tit.

22 Tertia regula: Inuentarium debet confici de rebus, quas habebat defunctus tempore mortis, l. scimus. §. j. C. de iur. delib. Habere autem cùm is dicatur etiam, qui dominus non est, sed qui de facto detinet, & habere rem apud nos depositam dicere soleamus l. stipulatio ista, §. hæc quoque in fi. ff. de ver. oblig. l. habere duobus, ff. de ver. sig. (nam, & vt Cornel Fronto lib. de differentiis verborum, habere, inquit, potest etiam fur nequam: possidet nemo, nisi qui aut relictæ, aut emptæ, aut donatæ rei dominus est.) In inuentario res omnes in hæreditate repertæ de scribēdæ erunt, etiam quæ apud defunctum depositæ, vel commodatæ sunt: cum hæ in hæreditate semper māserint, l. si de eo. §. si forte. Vbi Ang. Ro. Imol. Cast. & Alex. notant. ff. de acquir. poss. & periculum earum ad hæredem pertineat. l. & nō tantùm ff. de peti. hæredi. *Habere quis dicatur.*

23 Sed an fructus, & aliæ accessiones, quæ post mortem defuncti ex hæreditate iacente susceptæ sunt, in inuentario describi debeant quod frequentissimè doctores negauerunt: quoniam si augeatur hæreditas, de augmento inuentarium faciendum non est. Cùm augmentum post mortem contingens defunctus nullo tempore habuerit, & ea tantùm describi debeant quæ defunctus mortis tempore habuit d. l. fi. §. j. vbi. hoc Ange. Alex. & Ias. docuerunt, satísque putant si hoc ponat hæres in libro rationum, quem de receptis, & expensis prudens paterfamilias facit: vt in tutore docet Specu. tit. de instru. edit. §. fi. col. iij. vt non teneatur, confecto inuentario, aliud de fructibus ciuilibúsque, & naturalibus accessionibus conficere non teneatur, sed sufficiat hæc in libro rationum scribere. *Fructus in inuentario describendi.*

Mihi verò placet hoc in loco à communi sententia recedere, vt collecti fructus ante aditam hæreditatem in inuentario describendi sint: cùm (vt dixi in l. precibus C. de impub. & alijs substit. tam substitutis directò, quàm per fideicommissum debeantur l. ita tamen. §. si seruus in fi. ff. ad Treb. Accur in l. in fideicommissi, §. j: ff. de vsur. quibus grauiter præiudicari posset, si non describerentur in inuētario, sed libro rationum hæredis standum esset. Præterea hi fructus hæreditas sunt l. quod seruus. ff. de lega. ij. & pars rei intelliguntur l. fructus pendentes. ff. de rei vend. Accur in l. diuortio §. interdum, ff. sol. matri.

Denique cùm de his fructibus, qui in hæreditate tempore mortis reperiuntur, faciendum sit inuentarium, & de iis, qui ante aditam hæreditatem sunt collecti, cùm de illis, atque de perceptis in vita testantis iudicemus. Accurs. in l. in fideicōmissarium. ff. ad Treb. Nec me mouet aduersantium ratio, quòd ea defunctus non habuerit: si quidem legis interpretatione, quā hæreditas iacens defuncti personam repræsentat. l. hæreditas. ff. de acq. re do. l. cùm hæreditas C. deposi. defunctus eos quoque fructus habuisse intelligatur.

Nam,etiam me impellit simile ex sententia Specul.qui in diuersissimo casu loquitur,vt in quo non pugnenr rationes præscriptæ,sed aliæ separatæ. nam loquitur in turore qui cum quot mensibus fermè fructus percipiat, inuentarium de his non facit: quoniam de bonis inuentarium semel fecisse sufficit. grauaretur quippe nimia multitudine inuentariorum: grauaretur præterea pupillus: cùm expensis pupilli tutores inuentaria faciant.

Inuentariũ substituti pupillaris. Quarta regula, Substitutus pupillaris debet ponere omnia bona in inuentario,quæ in hæreditate pupilli mortis tempore reperiuntur: neque eo casu mortis testatoris tempus spectamus: idque (inquir Bar.) adeò verum est, vt si vnam tantùm rem omittat ponere in inuentario, perdatur Falcidia in totum, hoc est, in omnibus rebus.quod & in l. Paulus hoc tit.referens ita in quæstione Tuderti, ex facto respondisse.Nam(vt idem Bart.in §.hinc nobis de hæred.& Fal. docuit) tria iura consideranda sunt.Digestorum quo hæres solius rei, quam subripuit, Falcidiam amittit.d.l.Paulus, quæ cùm ab indigno auferatur, fisco applicatur l. rescriptum, ff.de iis,quib. vt indig. Item filius perdebat ius abstinendi l. si seruium: §. prætor ait, ff. de acquir. hæred. Ius Codicis quo hæres duplum restituir l. fi. ver. illo autem C. de iur. delib. & Authenticorum,quo in totum Falcidiam perdit.d. §.hinc nobis.Accur.in d.§.sancimus de hæred. & Fal. quare si rem vnam omittat scribere in inuentario,in omnibus rebus Falcidiam perdit. 24

Quæ traditio & si communis est,habet tamen dubitationem:cùm Imp,in d. §.sancimus ver. illo adiecto solo legibus antiquis circa inuentarium se nihil addere,præter vnum,tradat.Illud autem est de præsentia, & conuocatione creditorum,& legatariorum.at ita aliud,& quidem notabili expressione dignum, adderet, cum eo iure Digestorum & Codicis corrigerentur statuendo,vt per vnius rei subtractionem in omnibus rebus beneficium inuentarii amittat: qua sola suffulti ratione Iacob.de Rauen.& Cin.in auth.sed cùm testator, docent cõtrarium.

Ang. verò sæpe ex facto interrogatus, conciliando opiniones respondebat, quantum ad Falcidiæ detractionem dolo celantem hæredem vnam rem tam in illa,quàm in aliis omnibus Falcidiæ beneficium perdit. nam sic lucrum duntaxat amittit.quod præter Ang.rationem habet.ex quo enim illius rei hęreditariæ subtractio vel inducebat,vel augebat Falcidiam quoad omnes,conueniens est,vt respectu omnium puniatur à nemine Falcidiam detrahendo l.iii.§.hæc pœna,& §.si is pro quo.ff.quod quisque iur.quantum verò ad damnum euitandum,ne teneatur vltra vires hæreditarias, beneficium inuentarii non amittit. non enim par, eadémque ratio videtur amittere debita, & lucra non capere l. fi. C. de codicil. Quæ distinctio(inquit.Cast.in d.l.Paulus) placet. quia æqua est,mihique non displicet: modò intellexerimus hoc casu hæredem vltra facultates patrimonii non teneri,præterquàm in simplo eius dupli,lege Codicis ab hærede rem aliquam celanre,vel subripienre restituendum est, d.l.fi.§.illo.C.de iur.delib.quo loco ita Salyce. referr se consuluisse, eiúsq; responso omnes Bononienses doctores subscripsisse:cùm autem §.illo expressim correctum non reperiamus, cur stare prohibetur l. præcipimus.C.de appella.

Quinta regula, Factum inuentarium per minorem institutum qui beneficio ætatis restitutus est, vt abstinear, substituto vulgari prodest: cùm rata ea omnia sint, quæ ab eo bona fide gesta sunt l.in integrum.ff.de minori l.quoties.ff. de acqui.hæred.Amplius putat Bal. in l. fi.§. cùm igitur col.v. quod si velit substitutus aliud inuentarium facere,non possit: cùm in eum vel inuitum omnia iudicii acta transeant l. ex contractu.ff.de re iudicat. Et hæc est veritas: quãquam.Bar.hîc dubitet, & Ioan.Imol.ore inuerecundo cõtrarium doceat, fretus tum quod post restitutionem perinde sit ac si nũquam fuisset adita hæreditas l.quod si minor,§.restitutio.ff.de minor.tum etiam quod gesta ab instituto circa hæreditatem,vt Bar dicebat, & eius administrationem respicientia,firma remaneant,non etiam quæ

se,hoc

se,hoc est,personam instituti,& eius fauorem concernunt.

Sed hæc diligenter expensa parum vrgent:siquidem institutus ipse restitutus, vt repudiet perinde sit,atq; si nunquam adijsset: at quæ ab eo gesta sunt circa hæreditatem,(vt iam probatum est) conseruantur. Inuentarium autem personæ beneficium non est,sed obligationi,& hæreditati cohærens,Bal.in l.filium.col.fi.C. fa.ercis.& euidenter probatur.nam si personale esset, non transmitteretur ad hæredes, l.vni.C.de priuileg.dot.atque ideo cedi non posset. l. ex pluribus. ff.de admi.tuto.hoc autem & transmitti ad hæredem , & cedi posse constat vel maximè ex ijs,quæ Bart.& alij hîc in pluribus locis docent. In ea maximè quæstione, an factum per hæredem inuentarium transeat in fideicommissarium vniuersalem. in quem audentiùs Ioan. Imol. & plerique tradunt transire sine cessione per l. rescriptum.§.fi.ff.de pac.non itaque personale est.

25 Sexta reg.factum per hæredem inuentarium non transit in fideicōmissarium vniuersalem: nisi credatur Spec.in tit.de instru.edit.§.fi.col.x.Bar. hîc. Nam quæ hæres habet ex sua prouisione,non transeunt in fideicommissarium, facta restitutione per Trebel.sed est opus noua cessione,l.si hæres pecuniam.ff.ad Treb. l.hæres à debitore. in prin.ff.de fideiusso.Faciat ergo sibi cedi ab hærede(inquit Bart.) fideicommissarius hoc ius, & effugiet ne vltra patrimonii facultatem teneatur, Falcidiámque detrahet alioqui non detracturus,l.lex Falcidia.§.nunquam hoc ti. *Hæredis inuentariū an trāseat ad fideicō-miss.*

26 Quæ sententia plerisque displicet,Ioanni Imol.potissimùm:qui præceptorem suum Ioan.de Cantalo sequutus putat inuentarij beneficium in fideicommissarium,etiam sine cessione,transire.quanquam enim(inquit)cùm agitur de actione quæsita per hæredem,transferenda in fideicommissarium,requiratur cessio. d.l.si hæres pecuniam. & l.hæres à debitore: tamen quando agitur de exceptione per hæredem quæsita,ea sine vlla cessione in fideicommissarium transit,l.sicut.§.j. ff. quibus mo.pig.vel hypo.sol.quemadmodum in procuratore dicimus,vt per eum quæsita actio domino cedi debeat, & in exceptione nulla sit opus cessione, l.rescriptum.§.fi.& l.seq.ff.de pact. inuētarii autem beneficium hæredi tacitum exceptionem parit: ne, scilicet, integra legata soluere teneatur: néue hæres detrahat Falcidiam. quare quo casu inuentarij beneficium effectum actionis haberet,putà, quia res legata apud legatarium esset, aduersus quem tunc hæredem agere oporteret,cessio(vt Alex.hîc declarat)esset necessaria, Accurs.in l.si post.ff.de consti.pecunia. *Exceptio hæredi quæsita an transferatur in fideicōmissarium.*

Solus Ioan.Fab.(de quo hîc nullus verbum facit)in.§.extraneis col.ij.de hæred. qua & diff.in Insti. de hac cessione dubitat. siquidem non videtur(inquit)quòd tale ius per cessionem transferri posit: cùm sit quoddam ius priuilegiatum contra ius commune,per quod hæres,ne vltra vires coüeniatur, habet exceptionem contra creditores, quibus iure communi in solidum tenebatur. quamobrem ius ei,vt hæredi, concessum non videtur transferri posse per cessionem,l.ex pluribus ff.de adnuni.tutor.l.si patroni.in prin.& l.qui ita institutus.§. si legatus.ff.ad Trebel.Et quoniam nulli beneficio inuentarij vtuntur præter hæredem, & illos, quibus hæres res hæreditarias vendidit pro legatis, seu creditoribus soluendis. d.l.fi. §.etsi præfatam.C.de iur.delib Vnde si hæres, facto inuentario, sponte venderet, vel daret hæreditatem, cederétque ius & quæsitum ex beneficio inuentarii, sequeretur, quòd emptor, vel donatarius essent tuti aduersus primos creditores si vel legatarijs,vel posterioribus creditoribus soluissent:quod nulla ratio patitur.ne lex quæ est contra ius commune ad hæc est extendenda. Hæc ille.

Quæ tamen non me mouent. quod enim ad iura per eum citata adtinet,ea in beneficiis personæ adeò cohærentibus, vt neque ad hæredem transeant, loquuntur:nimirum si cessione non transferantur,l.si stipulatus fuerim.ff.de ver.oblig.l. si mulier.§.ex asse.ff.de iur.dot.Nam in d.l.ex pluribus (vt speciatim singula tollamus) condemnato vno ex tutoribus. in solidum, si ei actiones pupillus aduersus

contutores cesserit iuxta,l.j.§.nunc tractemus, ff.de tutel.& rat.distrah.non tamē habiturum eum priuilegium, quod nec hæredi pupilli datur: cùm non causæ, sed personæ succurratur.quale est priuilegium,vt cæteris creditoribus in actione personali præferatur.Cùm enim pupilli persona hunc fauorem meruerit, eius successores hoc priuilegium non habebunt, l. dabimus,§.fi.ff.de priuileg.cred. etiam sui hæredes,l.pe.§.si puellæ,ff.de rit.nuptia.

Idem quoque in d.l.si patroni.in qua ideo obligatio literarum non transit in fideicommissarium, quia extraneus erat,in quem non transfertur iudicium operarum,l.si operarum,ff.de oper.liber. Sic & in d.l.qui ita, §. si legatus. de exceptione cohęrente personæ tractabatur de priuilegio legatis legationis tempore concesso: ne iudicium accipere cogantur, l.ij.§.legatis.ff.de Iud.ne officio occupetur,l. si legatus .ff.ad Trebel.quod ideo in fideicommissario non transit:at suprà nos probauimus inuentarij beneficium in rem esse, atque ideo ad hæredē, & fideicommissarium transire.

Emptor hæredit. an tutus sit contra creditor.

Et quod absurdum putat Fab. emptorem hæreditatis esse tutum aduersus creditores,apud me nouum non est, vt qui sciam vulgò traditum esse emptorem hæreditatis non cogi creditoribus hæreditariis respondere, sed venditorem conueniendum.l.ij.§.si venditor,ff.de hæred.vel act.vend.l.ij.C.illo tit.quod & in donatario obtinet.l.hęreditatem.ff.dę dona.quod si dixeris emptorem sponte suscipientem iudicium sibi præiudicare,l.ij. C. de pact.hunc autem emptorem. fingit Fab. iudicium accepisse cum posterioribus creditoribus, vel legatariis. Respondeo beneficium inuentarij emptorem non excusare, nisi iis casibus, quibus eo nomine hæres excusaretur. 27

EXPLICATI AD LITERAM SEQVENTES, §§. QVI DE CONTRIBVTIONIBVS TRACTANT.

§. SI FILIO.

Si filio suo duos substituerit & alterius portionem onerauerit,tractari solet an ex persona sua Falcidiam posit inducere substitutus: quam pupillus non habet, vel vnus pupilli substitutus. Et facilè quis dixerit consequenter prioribus quæ de patrimonii ratione dicta sunt, non esse Falcidiæ locum & vltra vires portionis conueniendum alterū substitutum. Sed verior est diuersa sententia,perinde huic quartam relinquendam existimantium,atque si ita patri hæres extitisset. vt enim opus patris, & cōtributio legatorum inde capiunt & formam & originem: ita plures substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt,ad intellectū substitutionis. Quid enim dicemus de altero substituto,qui non est oneratus:si forte nondum legata persoluerit,& aliquid vltra dodrantem sit in omnibus, & ipsum Falcidiam habiturum? Atqui quartum habet: neque idem paritur instituti comparatio. rursus,si negemus aliud apertè quàm quod vulgò probatum est, respondetur. itaque varietas existet, vt is quidem, qui proprio nomine oneratus est velut institutus desidēs quartum. alter aut qui non est oneratus,vt substitutus(licet portio eius largitur)non in solidum conueniatur propter calculi confusionem. Hinc consequens est, vt si pupillo de Falcidia cautum fuerit,duobus stipulatio committatur,videlicet in ea quantitate quam vnusquisque sibi retinere potuisset.

Rhetorico

RHetorico constructus artificio & totus Latinæ rei puritate elegans hic §. omnium opinione difficilis est, & (vt cum eis dicã) horribilis, si quis sit alius in toto iuris corpore: quem tam facilem, & expeditum, diligẽtia & interpretatione nostra sumus reddituri, vt non textus clarior vobis (si tamen animum ad me aduerteritis) videatur modò. In primis meminerimus eius quod superiore, §. attigimus: putà in pluribus institutis adeuntibus separatim habendam legis Falcidiæ rationem, hoc est, nullum ad cohæredẽ, eiúsue portionem haberi, sed ad suam partem suúmque grauamen duntaxat, vt si illud portionem suam vltra dodrantem oneret, ei competat legis Falcidiæ beneficium, l. in singulis hoc tit.

Eius etiam nos non oblitos esse oportet quod in l. j. §. interdum. huius tit. traditum est, quòd si ea, quæ à pupillo legata sunt, modum legis Falcidiæ non excedant: ac impubere mortuo legata à substitutis relicta inueniantur, quæ, contributione facta, dodrantem excedant, solidum interim à pupillo legatariis soluendum interposita stipulatione, quantò ampliùs, quam per legem Falcidiam ceperit red. di: quæ stipulatio an ad hæredes substituros transmittatur, dubitari poterat. propterea quòd vulgò dicatur factam alteri stipulationem non cõsistere, l. solutum. §. per liberam, ff. de pig. actio. l. certi conditio, §. quoniam, ff. de reb. cred. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. oblig. cum stipulatio actus sit ciuilis, §. de constituta, de actio. & per actus ciuiles nemo alteri acquirit, l. ea, quæ ciuiliter, ff. de acq. rer. do. At hic in fi. §. ea stipulatione substituros adiuuari responsum est: quoniam hæredes sunt, in quos facta à defuncto siue actu naturali, siue ciuili acquisitio transit.

Facti autem speciem sic finge. Qui quadringenta in bonis habebat pupillum hæredem instituit: à quo ducenta reliquit: cui Titium, & Gaium substituros pupillares dedit: à Titio ducenta legatorum nomine, à Gaio nihil reliquit. vel centũ tantum mortuo pupillo in pupillari ætate. hîc tria quæruntur, an Titius oneratus de ducentis à se relictis Falcidiam detrahere possit. Secundò, an Gaius non oneratus, si pupillus à se legata relicta nondum fortè soluerit, quartã quoque deducat. Tertiò, an interposita per pupillum in solutione legatorum stipulatio, quantò ampliùs, quàm per legem Falcidiam caperent, reddi legatarijs opituletur.

Ad primam videtur Titium non posse detrahere Falcidiam tribus argumẽtis. Titius substitutus personam pupilli refert, & repræsentat: pupillus, si viueret ab eóque tamen ducenta tantùm relicta essent, cùm in semisse tantum grauatus reperiatur, non detraheret. ergo nec substitutus. Altera ratio, plures substituti (cum in locum vnius veniat) pro vno habentur. nõ enim ex persona hæredum mutatur qualitas, & causa obligationis, l. ij. §. ex his ff. de ver. obl. Sed si vnus tantum reperiretur substitutus, is in ducentis grauatus, & sic in semisse quadringenta reperiret in patrimonio, nihil detraheret: ergò nec Titius substitutus. Tertia ratio est scripta in versic. & facile. quo loco ad præcedentem, §. se Iurisconsultus refert in eo, cùm dixerimus æstimationem patrimonij ad tempus mortis restantis conferendum, atque ideo substitutum ratione deminuti patrimonij vltra vires conuenire posse. hoc quoque loco æstimatio à mortis defuncti tempore ducenda erit. neque quid Titius substitutus in patrimonio habeat, spectabimus: cùm eum vltra vires patrimonij teneri non sit absurdum.

Hæ rationes, & si fortes sunt, non tamen (inquit Papinianus) adeò pugnant, quin verior sit diuersa sententia: substitutũ (inquam) Titium Falcidiã de ducentis à se legatis deducere posse: perinde quippe habetur substitutus in semisse, atque si in semisse institutus esset. quo casu, si grauatus legatis vltra dodrantem suæ dimidiæ esset, detraheret quartam, d. l. in singulis. nihil ergo prohibet, quin is Titius substitutus Falcidiam deducat.

Quemadmodum enim opus patris, hoc est paternæ, & pupillares tabulæ vel (vt alij legunt) *opes patris*, hoc est, patrimonium defuncti, & contributio legatorum

ſimul vim,formam,& originem capiunt,hoc eſt, ab ipſo teſtatore,pupilli perſona ſubducta, & non conſiderata, ita & plures ſubſtituti,ſubducta perſona pupilli,ſoli inſtituti eſſent.ſubſtitutio nihil aliud eſt, quàm inſtitutio,præcedenti perſona inſtituta è medio ſublata,l. j.ff.de vulg. Alij legunt *inſtitutionis*: & tunc litera planior eſt.pluribus quippe hæredibus inſtitutis,& ſeparatim grauatis, nō fit legatorū,vel bonorum patris cōtributio,ſed quilibet per ſe Falcidiam detraher, d.l.in ſingulis.

Quid enim dicimus. &c. Hîc Iuriſconſultus omittit de ſubſtituto vltra dodrantē grauato tractare de eóque verba facit, qui vltra dodrantem oneratus non eſt: ſi fortè pupillus viuens à ſe relicta legata non ſoluiſſet, detrahere poſſet de omnibus Falcidiam. hic ſubſtitutus tam de legatis à ſe relictis (quæ tamen dodrantem non excedunt,)quam derelictis à pupillo, quæ pro parte per eum(cùm ſit ſubſtitutus) ſoluenda ſunt: cùm ea omnia legata confuſa dodrantem excedant. & quod non poſſit pati,paulò ante inſtituti comparatio, ſiquidem inſtituto comparatus ſit. ac ſi inſtitutus eſſet,cùm multò plus haberet,quarta non detraheret.

Sed quod poſſit detrahere probat regula,§.quod vulgò ī ead.leg. quā traditum eſt fieri contributionem relictorum in patris, & pupillaribus tabulis, vt vna Falcidia deducatur. Tandem tamen concludit Iuriſconſultus hunc ſubſtitutum Falcidiam detracturum: varióque iure cenſebuntur ſubſtituti in eius detractionem. nā Titius,qui vltra portionis ſuæ dodrantem grauatus erat, Falcidiam deducet perinde,ac ſi initio fuiſſet in eà portione inſtitutus,& grauatus. Gaius verò alter ſubſtitutus in ſubſtitutione non tam grauiter oneratus, licèt portione ſua quartā ſibi largiatur, vt qui non ſit vltra dodrantem grauatus,Falcidiam tamē deducet, tanquam ſubſtitutus ad eum, nempe vti ſubſtitutum non ſolum onus ſoluendorum legatorum à pupillo relictorum pro ſua parte incumbit.quæ legata cum ſuis commiſcebit,& confundet:ne in ſolidū conueniatur, quam tamen Falcidiam tanquā inſtitutus non detraheret:cùm tunc vltra dodrantem grauatus non reperiretur

Huic conſequens. In hoc verſi.Iuriſconſultus reſpondit quæſtioni tacitæ.Quid?ſi pupillus à ſe relicta legata ducēta,putā ſoluerit: at cùm videret Titium ſubſtitutū in ducentis grauatum, Gaium verò in centum, recepit à legatariis cautionem, vt, caſu ſubſtitutionis eueniente,quanto amplius,quàm per legem Falcidiam cepiſſe eos apparuerit,redderent.an ſi eueniat caſus ſubſtitutionis,atque ita conſtet,facta confuſione,& contributione legatorum relictorum à pupillo,& à ſubſtitutis legatarios,pupilli multò plus recepiſſe, quàm per legē Falcidiam liceret: ex ea ſtipulatione agere poſſunt ſubſtituti cōtra eos legatarios ſuper eo,quod plus acceperunt? & reſpondet ſtipulationem committi ex eaque ſubſtitutos agere poſſe in ea quātitate,quam vnus quiſque ſibi detinere potuiſſet.& ſic ea ſtipulatio pro modo cuiuſque vtrumque adiuuabit.

§. QVÆSITVM.

Quæſitum eſt,ſi quis pupillo cohærede ſubſtituiſſet quemadmodum Falcidiæ ratio inquiri,& quale eſt quod vulgò diceretur legatorum rationem ſeparandā. dixi quantum à legato quo pater à filio, item à ſubſtituto reliquit nullā fieri poſſe ſeparationem. cum communi calculo ſubiiciātur & inuicem inducant contributionem. ſed legata quæ ab inſtituto extero data ſunt permiſceri cæteris nō oportere. ideóque quartam pupillo datæ portionis habere ſubſtitutum: quamuis ſuam portionem habeat vt inſtitutus. & aliam cauſam eſſe eius, qui ex variis portionibus hæres ſcriberetur. ibi enim legatorum confundi ratonem non minùs, quàm ſi ſemel fuiſſet nuncupatus ex vna portione, quæ conficeretur ex pluribus neque referre puto ſæpe,an ſub diuerſis conditionibus ſit hæres inſtitutus.

Non

On minùs difficilis videtur hic §. quàm præcedens, imò plus (inquit Cast.) in materia, & solutione contrariorum secundum Cast. ad cuius euidentiam duas præmittit Bartolus regulam. §. quod vulgò. & regulam, l. in singulis. Differt autem à præcedentibus. quia ibi pupillus fuit institutus in solidum datis substitutis pupillaribus extraneis: hic verò fuit pro parte institutus pupillus. in alia parte extraneus idémq; pupillo pupillariter substitutus, & à pupillo relicta legata à substituto quoque pupillari: ea an contribui debeant ad inducendam Falcidiam hîc quæritur. Itaque finge testatorem, qui cccc. in bonis habebat filium pupillum extraneum ex æquis partibus hæredes scripsisse, filióque pupillo dedisse Titium cohæredem substitutum pupillarem à pupillo centum reliquisse à substituto alia, pone, cẽtum legata priúsquam pupillus soluisset, decessit: sicque onus ad substitutũ pupillarem pertinet, qui legata tam à pupillo, quam à se relicta vult contribuere, vt facta confusione ostendat, ea excedere dodrãtem pupilli: atque ideo legi Falcidiæ locum esse. quod expressum videtur in §. quod vulgò. Verum legatarij respõdent, in §. quod vulgo. & §. si filio. ver. quid tamen. ideo fieri contributionem legatorum relictorum in secũdis tabulis cum iis quæ fuerũt à pupillo in primis relicta: quia qui pupillariter substitutus fuit, nõ erat institutus: quo casu (quia omnia relicta ex pupilli portione & hæreditate soluenda sunt) meritò fit contributio. & hic substitutus, institutus quoque fuit in dimidia: de qua, cùm legata à se relicta in secundis tabulis præstare possit, videtur ea cum à pupillo relictis confundere non posse, vt sic de his Falcidiam detrahat ex regula, d. l. in singulis,

Papinianus hic distinguendo, prędictę quęstioni respondet, aut à Titio, vti substituto, legata relicta sunt. quantùm ad quæ, & ea, quæ à pupillo data reperiũtur, nulla fiet separatio, sed communi calculo subiicientur inuicémque inducent cõtributionem: aut verò à Titio tanquam instituto à cohærede relicta sunt. & ea cæteris permisceri non oportet, sed separanda sunt: qua separatione facta, cùm constet neutram portionum vltra dodrantem grauatã esse, nulla poterit detrahi Falcidia: quo casu regulæ d. l. in singulis locus erit.

Ideóque quartam. Potest hic versic. & ad proximum, & ad primum responsum referri. ad proximum quidem ita cùm mox diximus, cùm cohæres vti institutus grauatus est, fieri portionum separationem, infertur, quòd si data à pupillo legata suæ portionis dodrantem excedant, detrahet ex ea quartam, licet habeat in propria portione plus quarta. Ad primum verò ita, cùm diximus fieri legatorum in vtrisque tabulis relictorum contributionem in casu prædicto substitutus, facta confusione detrahet Falcidiã de dimidia pupilli. de qua omnia legata præstanda sunt. neque suę dimidię non grauatæ substitutus rationem habere tenebitur, cùm ea cum parte pupilli grauata contribuere nõ teneatur. dicúntq; Doctores magis literæ conuenire, vt hîc. versic. ad primum casum referatur. Nam si ad proximum referimus, mutare casum necessum erit, & impudenter diuinare pupillum vltra dodrantem grauatum.

Et aliam causam. Dixerit quispiam citra discrimen videri faciundam esse portionem, nedum legatorum contributionem, in superiori casu. cum enim vnus in pluribus partibus est institutus, vel purè, vel partim purè, partim sub conditione, non solùm omnia relicta contribuuntur ad inducendam Falcidiam, sed ad eam submouendam portiones contribuuntur: perinde est, atque si in vniuersum esset institutus respectu illarum omnium portionum. Atqui hic Titius cohærs, idémque pupillariter substitutus in dimidia purè, in alia sub conditione, si pupillus cohæres in pupillari ætate decedat institutus est. Fieri ergo debet, & legatorum, & portionum contributio: & sic non sit locus in primo casu detractioni Falcidię. Respond. Iurisconsf. aliam esse causam illius, qui ex variis partibus hæres est.

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONSVLti in Rub. Pandectarum, De noui operis nuntiatione, cui fecit initium Ferrariæ, 4. Nouemb. 1550.

SVMMÆ RERVM.

1 *Nuntiare, & nuntiator.*
2 *Nuntiatio noui operis quid.*
3 *Nuntiatio cur introducta.*
4 *Interdictum*, quod vi, aut clàm.
5 *Nuntiatio triplex, an vna.*
6 *Lapilli iactus.*
7 *Nuntiatio ex qua caussa fiat.*
8 *Nuntiatio à quibus fieri possit.*
9 *Mulier non habet actiones populares.*
10 *Nuntiari quibus possit.*
11 *Nuntiatio quo tempore, & loco fiat.*

QVID SIT NVNTIARE, ET NOVI OPERIS NVNTIATIO.

E noui operis nuntiatione. Hoc est, prohibitione, ne ad opus nouè cœptum procedatur. Nuntiare quippe verbum, idem quod alicuius rei quem admonere significat. Vnde monitorius ille actus, Nuntiatio dicitur, siue simpliciter admonendo denuntietur, [a] siue prohibendo: ne quid in futurum fiat, vt in hoc edicto: [b] siue crimen iudici deferendo, [c] citra inscriptionis etiam, & alia accusationis solemnia. [d] Itaque, cùm Paulus iubet, nuntiatores suis notoriis assistere, [e] hunc sensum habet, eos qui præfecti sunt criminibus clanculùm inquirendis, & mox deferendis (quos Emissarios, hoc est, accusatores, & internuntios delictorum, Pædianus appellat, [f] Nuntiatores Iurisconsultus dicere màluit) [g] licèt calumniæ pœnam, hoc est, supplicii similitudinem [h] non timeant, quòd eos officii ratio vtcunque excuset: [i] debere tamen suis notoriis, hoc est, denuntiationibus, per indicia proditis, [k] interim, dum de crimine cognoscitur, adesse, eáque tueri. Nam si falsis indiciis maliciosè reos insimulasse conuincantur, non in litis modò sumptus, sed etiam grauiùs, arbitrio indicantis erunt coercendi. [l] Et hoc est quod in isto delationis genere, Gordianus ait, perpenso iudicio dispiciendum, falsis nécne notoriis reus insimulatus sit. [m] Nuntiatio verò noui operis, qua de agimus, sic mihi videtur 1
2 rectè definiri posse, vt sit denuntiatio in re præsenti, & immobili, legitimè facta, nequid in futurum operis noui fiat, quo nobis noceatur. Quæ finitio eò diligentiùs nobis exponenda venit, quòd totum fermè rei propositæ tractatum claudat. Dico igitur, *in re præsenti*, id est, in ipso opere, seu loco, vbi nouum opus extruitur, in quo nuntiationem fieri pro forma inductum est. [n] Vnde nec alibi facta, etiam in foro, & ipsi domino, vires habet: [o] cùm omissio formæ vitiet actum. [p] *Immobili*, dixi: quoniam hoc edictum ad ea tantùm opera pertinet, quæ in solo fiunt, aut solo sunt coniuncta. [q] Et ideo licèt succidens arbores, messem faciens, vineásque pu-

tans,

a L. j. §. j. §. quàmuis. ff. de vent. inspic.
b L. j. in prin. l. in pupicialis. ver. quòd si socius. l. non solùm. §. si cum iure. hoc tit.
c L. fi. ff. ad l. Iul. de anno. l. j. in prin. ff. de iur. fis.
d L. ab accusatione. versi. pen. ff. ad Turpilia. c. super his de accusa.
e D. l. ab accusatione.
f Asc.ō. Pædia. in y. ora. in Verrem.
g D. l. ab accusatione.
h L. fi. C. de calumniator. *i L. post legatum. §. aduocatum. ff. de iis qui. vt indig.* *k L. ea quidem. C. de accusa.* *l L. j. §. j. ff. de vacatio. muner. l. seueriter. C. de excusa. tutor.* *m D. l. ea quidem.* *n L. de pupillo. §. j. & §. si quis forte. hoc titul.* *o D. §. si quis forte.* *p L. Cùm y. §. si prætor. ff. de transac.* *q L. j. §. hoc autem. y. hoc titul.*

tans, interdicto, quod vi, aut clàm, ob generalia prætoris verba teneatur:[r] non tamen ad hoc nuntiationis edictum pertinet. quod vt locum habeat, est necessum ædificando, vel demoliendo, aliquid fieri, quod faciem operis habeat.[s] Adieci præterea, *Legitima*, vt ostendam, non aliter consistere nuntiationem, quam si iure facta sit, ab iis nimirùm personis, quæ nuntiare possunt. Veluti si in publico ædificetur à ciuibus,[t] si in priuato ab iis quorum interest.[u] Quibuscunque verò, & cuiuscunque conditionis existant, fabris etiam, & opificibus, nedum domino, fieri satis erit,[x] dum non in personam (vt plerique crediderunt) sed in rem verba cōcipiat. Veluti, *Denũcio nequid deinceps hoc in loco noui operis fiat.*[y] Rei siquidem fit denuntiatio, non personæ.[z] Quamuis hoc casu receptius sit, & fortè verius, verbis etiam in personam tantùm conceptis, nuntiari nouum opus posse. Nam quod iura dicunt, nuntiationem rei non personæ fieri,[b] ad verborum formulam referendum non est: sed ad opus ipsum, & rem, in qua ædificatur. in qua fieri debet nuntiatio, sine vllo personarum delectu.[c] De tempore satis constat, omnibus diebus nuntiationem fieri posse.[d] diebus festis, etiam in honorem Dei, vt rectissimè receptum est:[e] ne superfluant alioqui generalia legis verba.[f] Addo deinde definitioni, *Nequid in futurum*: vt ostendam nuntiationis beneficium aduersus nondum facta opera, ne fiant, proditum, non etiam in præterita.[g] Licèt restitutorium interdictum, post spretam nuntiationem, opus præteritum respiciat.[h] Subiiixi postmodum, *noui operis*, vt significem non ei qui ruens ædificium fulsit, aut aliter ad pristinam formam reducit, nuntiari posse.[i] cùm is noui nihil facere dicatur:[k] sed ille qui veterem operis figuram quoquomodo mutat.[l] Denique dixi, *quo nobis noceatur*. Is enim finis nuntiationis est, ne mihi ex vicini ędificio, damnum deriuet,[m] quod principali destinato, vel in consequens accipiendum est. Nam publici quoque iuris tuendi, nedum nostri conseruandi, aut damni propellēdi gratia fit nuntiatio.[n] Cæterùm tuitio istiusmodi iuris publici ad emolumentum quoque priuatorum, saltem in consequens refertur.[o]

r L.j. in prin. l. si alius. §. notauimus ff. quod vi aut clàm.
s L. stipulatio. §. opus. hoc tit.
t L. in prouinciali. §. fin. hoc tit.
u L.j. §. in iris nostri. hoc tit.
x L. de pupillo. §. nũtiare. l. operis. l. cuilibet. hoc tit.
y L. si quis putans. §. fi. ff. com. de usd. l. Prætor. in prin. hoc titul.
z L. de pupillo. §. si quis forte. l. operis. l. fin. hoc tit.
a L. non solum. §. si cũ iure. hoc tit.
b D. l. operis. d. l. fin.
c D. l. de pupillo. §. j.
d L. j. §. nuntiatio. hoc tit.
e D. §. nuntiatio. vbi Accurs. & cæter.
f L. si quãdo. C. de inoffic. testa.
g L. j. §. j. hoc tit.
h L. Prætor. in prin. hoc tit.

NVNTIATIO NOVI OPERIS CVR A PRAETORIBVS INTRODVCTA.

3 Cur autem hæc prohibendi facultas à veteribus primùm permissa fuerit, ex interpretum commentariis non satis liquet. Quinimò prima fronte otiosa videtur, & planè superuacanea. Nam aut in re nostra, & à nobis possessa vicinus ædificat, & id iure, propriáque auctoritate recidere licèt:[p] ac proinde summo iure, cessat hæc nuntiatio:[q] quamuis ex bono, & æquo, hoc quoque casu permissa sit.[r] ne, si non possit aliter, quàm proprio iure processus operis impediri, præbeatur occasio potentioribus imbeciliores opprimendi:[s] quod & infrà dicam.[t] Aut in re sua, & si ex eo opere nobis noceatur, ordinario actionis confessoriæ iure prohiberi potest,[u]
4 atque etiam extraordinario nimirùm interdicto, *Quod vi, aut clàm*, aduersus ea tantùm opera prodito, quæ in solo fiunt.[x] Ego breuiter caussam esse puto, ne libera in suo ædificandi facultate (quam ciuilis naturalísque ratio nobis magna cum libertate cōcessit[y]) homines ad propriam libidinem, & alterius iacturam insolenter abuterentur.[z] Cùm enim vnicuique liceat, in infinitum, & (quod dici solet) ad cælum vsque supra solum suum, imponere, ædes etiam vicini oscurando:[a] plerumque autem eueniret, vt hac libertate elatus ædificans, vel veteris ædificij

i D. l. j. §. si quis ædificiũ. k L. iij. §. reficere. ff. de itin. priu. l. fi. C. de Iude. l D. l. j. §. opus nouũ. & l. stipulatio. §. opus. hoc tit. m D. l. de pupillo. §. meminisse. §. sed & si in adu. & d. l. stipulatio. §. fi. n D. l. j. d. l. de pupillo. §. Sextus. l. non solùm. §. si cum iure. hoc tit. o L. vn. §. fi. C. de cad. toll. p L. quemadmodum. §. j. ff. ad l. Aquil. q L. in prouinciali. vers. quod si socius. hoc tit. r D. l. de pupillo. vers. sed si adeo. s L. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. proc. t In l. j. §. nũtiatio. v L. & si forte. §. fi. l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. vend. l. fistulã. ff. de ser. vrb. præd. x L. j. §. j. l. si alius. §. notauimus. ff. quod vi, aut clàm. y L. fi. ff. de seruit. l. fi. §. pe. quod vi, aut clam. l. alti. C. de ser. & aqua. z L. in fundo. ff. de re. vẽd. l. pe. §. si quis nouũ. ff. de riuis. a L. cum eo. l. cuius de ser. vrb. d. l. alti.

formam excederet, [b] vel legitimum ab agro vicino non intermitteret ſpacium, [c] vel non modò vicini ædes obſcuraret, ſed earum etiam penitus lumen recluderet [d]: aut alia ratione, minueret ſine cauſſa ius vicini: [e] nec interim poſſet vlla via, proceſſu operis prohiberi: [f] cùm in ſuo liberum ſit hactenus vnicuique facere, quatenus nihil in alienum immittat. [g] nuntiationem hanc Prætor induxit, quâ vetatur is, cui nuntiatum eſt (niſi de opere deſtruendo, priùs ſatiſdet, vel remittatur prohibitio) ædificare: donec appareat nuntiatorem, inhibendi ius non habuiſſe: alioqui ſuæ peruicaciæ pœnas luens opus licèt iure factum, proprio ſumptu demoliri cogitur. [h] Vnde conſtat remedium iſtud non vtile modò, ſed etiam (vt Vlpianus ait) neceſſarium fuiſſe, [i] cùm non aliud proditum eſſet, quo celeriter, & (vt Iuriſconſulti loquuntur) incontinenti, poſſet operis continuatio impediri, & interim nuntiatoris conditio durior effici. [k] tum quòd (ne publicus ædificiorum aſpectus ruinis deformetur) [l] factis operibus, iura valde faueant: [m] tum etiam quod ædificâte ad inopiam traducto, neceſſum haberemus, alioqui noſtro ſumptu demoliri, quod alter temere feciſſet. [n] Huic autem periculo non ſatis proſpectum erat, per actionem de ſeruitute: quæ ſtatim non arcet ædificantem proceſſu operis, ſed de iure ſuo, primum plenè docere debet actor: [o] deinde ſequi ſententia, vt in cæteris petitoriis iudiciis. Quòd verò pertinet ad interdictū, *Quod vi, aut clàm*, cùm illud ad opera præterita duntaxat referatur, [p] & nuntiationis edictum futura reſpiciat, patet non ad rem pertinere. [q] Interdictum equidem de noui operis factor, aduerſus opera præterita inductum ad demolitionem nimirùm eiùs, quod ſpreta nuntiatione exædificatum eſt. [r] eoque nomine concurrere cum interdicto, *quod vi, aut clàm*. [s] at aliud eſt ex edicto nuntiare nouum opus, & aliud interdicto, *De noui operis* vti. [t] Fit enim nuntiatio, vt futurum opus impediatur. [u] Interdictum verò ex hac cauſſa ſicuti *Quod vi, aut clàm*, ad operis iam facti deſtructionē. [x]

QVOTVPLEX SIT NVNTIATIO.

Porrò verò nuntiationis, qua de agimus, triplicem formam interpretes con- 5
ſtituunt, verbo, nimirùm per Prætorem, & iactum lapilli. [y] Verbo, nuntiare dicitur, qui ſimplici ſermone, verbóque tantùm admonet, ne quid ab inde noui operis fiat. [z] Per Prætorem, cùm Prætor ipſe literis, vel per nuntium id agit. [a] Iactu lapilli (quod per manum prohibere vocat Vlpianus) [b] tum nuntiationem fieri dicunt, cùm in opere lapillus, vel minimus iactatur, adiuncta futuri operis prohibitione, quibuſcunque verbis facta: [c] dum ea non in perſonam, ſed in rem, aut impersonaliter concipiatur. [d] Rei quippe non perſonæ fit nuntiatio. [e] Atque ita tripliciter diſtingunt, & declarant vulgò interpretes nuntiationem operis noui. Ex quibus tamen acutiores ingenuè quidem fatentur, tres prohibitionis ſpecies [f] at vnicam eſſe nuntiationem, nimirùm eam quæ ſolo verbo fit, fortiter contendunt. [g] nec probè dici prohibitio eſt, ergo nuntiatio, cùm de genere ad ſpeciem affirmando, rectè non inferatur. [h] quorum ſententiam nos quoque probamus. Nam præterquam quod rubrum, & omnia fermè huius tituli capita, nuntiationis ſingulariter meminerunt, Vlpianus euidens facit, prohibitionem illam, quæ per Prætorem fit, aut iactum lapilli, non eſſe noui operis nuntiationem. [i] & illa ratio confirmat: quia nuntiatione facta, aduerſarius, cui nuntiatum eſt, poſſeſſor efficitur. [k]

non

b L. qui lu minibus. ff. ſer. vrb. l. j. C. de ædif. priuat.
c L. ſi cui. l. Maniana. C. de oper. pu. l. Impp. de ſer. vrb.
d L. binas. in fin. ff. de ſeruit. vrb. prædio.
e L. j. §. ſed & foſſa. §. denique. ff. de aq. plu.
f L. ſi prius hoc titul. §. pe. & fi. ff. de quotid. d. l. cum eo.
g L. ſicuti. §. Ariſt. ff. ſi ſer. vend.
h L. j. in prin. & §. nuntiatio. l. Prætor. §. j. hoc titu. l. vn. C. eod.
i L. de pupillo. §. meminiſſe. hoc titul.
k L. iij. §. item ſi locū. ff. de alie. iudic. l. fi. C. in quib. ca. in integ. re.
l L. ij. §. ſi quis nemine. l. fi. ff. ne quid in loc. pub. l. ij. C. de ædif. pri.
m D. l. Prætor. §. pe. d. §. item ſi locum.

n L. iij. §. hoc autem. ff. de itiner. o L. is qui deſtinauit. ff. de re. vend. l. incerti. C. de interd. p L. j. ff. Quod vi aut clam. q L. j. §. j. hoc tit. r L. Prætor. §. j. hoc tit. s L. ſi alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi, aut clàm. t D. l. j. in prin. & §. j. d. l. Prætor. §. j. v D. l. j. in prin. & §. j. & l. vn. C. hoc tit. x D. l. Prætor. §. j. d. l. j. §. j. y L. de pupillo. §. meminiſſe. vbi Bar. & alij. hoc tit. z L. ſi procurator. l. Prætor. in prin. hoc tit. a L. ſi opus. l. de pupillo. §. nuntiationem. & §. ſeq. d. l. Prætor. in prin. hoc tit. b D. §. meminiſſe. c L. & ſi forte. §. j. ff. ſi ſer. vend. l. j. §. quid ſit. l. vim facit. ff. quod vi, aut clam. l. in ſumma. in princ. ff. de re iud. d D. l. Prætor. in princ. Bar. d. §. meminiſſe. e L. operis. & l. ſi. hoc tit. d. l. de pupillo. §. ſi quis forte. f D. §. meminiſſe. g Raph. Cuma. & Iacob. Put. d. §. meminiſſe. h L. ſi quid. §. j. ff. de leg. iij. i D. §. meminiſſe. k L. j. §. in operis. hoc tit.

non item prohibitione, quæ Prætoris auctoritate fit, aut iactu lapilli. [l] Nuntiatio præterea diebus quibuscunque, etiam festis fieri potest. neque vllam Prætoris, vel præsentiam, vel auctoritatem desyderat: [m] cùm tamen prohibitio per prætorem diebus illis solemnibus, quibus filet omnis strepitus iudiciorum, exerceri non possit. [n] Quinimò, nec ipse Prætor adiri: [o] præter quàm expressis à lege casibus, [p] inter quos hic non refertur. Adde (si placet) nuntiationem ex hoc edicto, necessariam fuisse (vt Vlpianus ait) [q] aduersus eos, scilicet, qui cùm in suo ædificantes nobis nocerent, non poterant operis processu, alia ratione prohiberi. [r] Vbi verò quis in nostro ædificat, vel in nostrum immittit, alia caussa est. [s] cúmque arcetur ædificans,
6 vel Prætoris imperio, vel lapilli iactu: cessátque ex hoc edicto nuntiatio. [t] Iacere autem lapillum (vt obiter admoneam) non vt vulgò fit interpretor, esse lapillum, in rem ipsam, hoc est, in opere, quod ædificatur proiicere: sed potiùs econtrà ex ædificio, lapillos deiicere, & ita ædificatum destruere: [u] quod Vlpianus per manum prohibere dixit. [x] Hic enim propriè, significanterque dicitur lapillus prohibendi gratia iactari: [y] vt nullatenus mihi videatur differre prohibitio, quæ propria auctoritate quandoque fit, veluti aduersus eum, qui in nostro ædificat, aut immittit, [z] ab illa, quæ per lapilli iactum fieri dicitur. [a] cùm manu prohibere dicatur, qui proprio iure, suáque auctoritate, quid fieri vetat. [b] Neq; verò me valde mouerint iura quæ prohibitionem per Prætorem, nuntiationem appellant: [c] quippe consyderandum est in operis noui nuntiatione, contra communes regulas, [d] Prætoris aditionem, quandoque necessariam: vt cùm quis per se nuntiare commodè non potest: quia, putà, non sit ei ob aduersarii potentiam tutus accessus ad ædificium, [e] aut neminem in opere reperit, cui denuntiet. [f] quibus casibus accipi debent necessariò constitutiones, quæ nuntiationem per Prætorem fieri dicant. [g] Cùm itaque verum sit, prohibitionem quæ per Prætorem fit, aut iactum lapilli, propriè nuntiationem non esse, [h] consequens est, vt pariter dicamus nuntiationis singularia præcepta, in illis prohibitionibus cessare: vt ideo rectè putem, prohibitionem quæ per Prætorem fit, extra operis locum fieri posse. Nam de nuntiatione agit Vlpianus: cùm eam in re præsenti fieri desiderat. [i] Deinde sequitur, vim prohibitionis, quæ Prætoris auctoritate fit, aut iactu lapilli non tolli, si prohibitus satis det: cùm de nuntiatione loquatur Iurisconsultus. [k] & id genus prohibitionum, in eum locum tantum habeat, qui ædificat in re à nobis possessa. [l] cuiusmodi possessione per satisdationem (vt cuius constat prohibitum effici possessorem) [m] quem priuari periniquum foret. [n] Denique infertur interdictum demolitorium, quo iubetur ædificans opus, spreta nuntiatione, factum destruere: [o] non aduersus eum dari, qui per Prætorem, aut lapilli iactum, inhibitus est: sed interdicto, Quod vi, aut clam, vel vti possidetis vtendum. [p]

QVIBVS EX CAVSSIS NVNTIATIO FIAT.

7 Nunc videndum ex quibus caussis fiat nuntiatio. Et triplicem Iurisconsulti definierũt. [q] Naturalem, publicam, & impositiciam. Omnis tamen eò spectat, vt ius nostrum, vel publicum, vel priuatum tueamur. [r] veluti si quis contra leges ædificet, quæ modum ædificiorum præscripserunt: [s] quia murum extruendo, pedem, ædificando domum, duos: puteum, nouem: ab extranea regione non derelinquunt. [t] aut ædificando iuxta publicas ædes, quindecim pedum spacium: [u] vel inter meniana, & podia pensilia, decem aeris liberi pedes non intermittat. [x] Sic etiam, si iuxta aquæ ductus, intra xxv. aut decem pedes seruata Cæsaris distinctione articul. [a] ...

l D. §. meminisse.
m D. l. j. §. nuntiatio.
n L. omnes. j. & ij. & l. fi. C. de fer.
o L. ij. §. fi. ff. si quis in ius vocat.
p L. milos. §. sexagin. ff. de adulter. l. j. l. publicas. l. actus. l. pro tunciarum. C. de fer.
q d. §. meminisse.
r L. in pro uincials. in pri. & ver. quod si socius. hoc tit.
s L. quemadmodum. §. j ff. ad l. Aquil.
t D. §. meminisse.
u L. & si forte. §. j. ff. si ser. vend.
x D. §. meminisse. vbi Cuman.
y L. j. §. quid sit vi. l. vim facit. ff. quod vi, aut clam.
z L. quemadmodum. §. j. ff. ad l. Aquil.
a D. l. vim facit.
b L. quamuis. ff. de acq. re. do.
c L. si opus nouum. cũ simul. hoc titul.
d L. j. §. nuntiatio. hoc titul.
e L. de pupillo. §. si quis ipsi. hoc tit.
f L. dies. §. totius. ff. de damn. infec.
g L. si opus. cum concord.
h D. §. meminisse.
i L. de pupillo. §. j. hoc tit.
k L. Prætor. §. deinde. hoc tit.
l D. §. meminisse.
m L. si alius. §. aut Iulianus. ff. quod vi, aut clam.
n L. sciendum. §. pen. ff. qui satisd. cog.
o D. l. Prætor. in princ.
p D. §. meminisse. in fi.
q L. de pupillo. §. Sextus. Pedius. hoc tit.
r L. j. §. nuntiatio fit. hoc titul.
s L. vlt. ff. fin. regundo. l. si cui. l. penult. C. de ædif. priuat.
t L. Impp. ff. de ser. vrb. d. l. vlt.
u L. si cui. C. de ædif. priuat.
x L. meniana. C. eo tit.

bores plantet:[y] ædium nostrarum lumen penitus recludat:[z] vsitatum altitudinis, longitudinisue modum excedat:[a] vel aliter non custodiat formam,ac statum antiquorum ædificiorum.[b]

Nuntiari præthereà nouum opus potest, vt damni infecti nomine caueatur, nobis ab eo qui ædificat.[c] Nam & hoc modo ius nostrum tueri, damnum impendens propellendo dicimur.[d] Ex qua sola infecti damni caussa, ei qui in mari, aut littore maris ædificat,opus nouum rectè nuntiatur:[e] nullóque iure alioqui prohiberi potest,[f] nisi publicum maris,aut littoris vsum impediret suo ædificio:[g] quia portus,putà,statio,aut iter nauigio fieret deterius.[h] Qui denique contra seruitutem ædibus suis impositam,ædificando facit operis noui nũtiatione iure prohibetur.[i] Neque enim dominii tantùm tuendi caussa,sed etiam seruitutis conseruandæ gratia,nuntiari potest.[k] túmque nuntiationis caussa, neque naturalis erit, neque publica: cùm omnia prædia naturaliter libera sint:[l] nec pertineat res ad commodum publicum,sed impositititia,hoc est,hominum conuentione imposita,contractáq;.[m] An autem perpetuò verum sit,ratione seruitutis nuntiari posse, sequẽti capite dicemus.

QVAE PERSONAE NOVVM OPVS NVNTIARE POSSINT.

Vlpiani ordinem sequuti[n] nunc tractemus, quæ personæ valeant nouum 8
opus nuntiare.Quæ res cognitu obscura non est: si publicum locum à priuato distinxerimus.Nam vbi in publico aliquid fit, ciues omnes nuntiare possunt. quòd interfit Reipublicæ, suæ caussæ defensionem quamplurimis patere.[p] Pupillus sanè,& seruus(si non eorum intersit) nuntiare prohibentur.[q] Idémque receptum vulgò de muliere.[r] Quod tamen ipse non facilè admiserim, ex quo nominatim vetita non reperitur.[s] Et generaliter traditum legamus, si in publico ædificatur, omnes de ciuitate nuntiare posse.[t] quod cùm præthereà Iulius Paulus dicat, vtilitatis publicæ gratia constitutum,[u] perabsurdum sanè foret legem publicè vtilem interpretatione nostra coarctare.[x] Vnde nec me mouerit quòd populares actio- 9
nes mulieri non permittantur.[y] Nam illud fortiorem longè rationem habet:nempe,quia actionem,non nisi in iudicio intendimus.[z] cùm tamen nuntiatio extra iudicium fiat.[a] ac proinde diebus quoque festis, minoríque solẽnitate explicetur.[b]

Vbi verò in loco priuato nouum opus extruitur, is nuntiare potest, ad quem ea res pertinet:hoc est,cuius interest,[c] siue ratione dominii directi,[d] vtilisue,[e] siue etiam ratione iuris in re.[f] Pertinere quippe verbum latissimè patet.[g] & alibi Vlpianus,ius,inquit,is habet nuntiandi, qui aut dominium, aut seruitutem habet:[h] vt non dubium sit quin si seruitutem ædibus tuis imposueris, ne luminibus meis officiatur:& extollendo ædificium meis obstruas luminibus,me posse tibi nouum opus nuntiare.[i] Quod enim Iul. Paulus ait,aduersus eum, qui in via ædificat, nihil agere, qui viam habet,si nuntiet nouum opus:quamuis seruitutem vendicare nõ prohibeatur.[k] Accipi crebrò solet in seruitutibus rusticis,in quibus, agrorum fauore,nuntiationi locum non esse putant:[l] ne,scilicet, hac arrepta occasione, agrorum cultura intermittatur.[m] Nos verò alibi docuimus,[n] indiscriminatim pro quacunque seruitute, tam vrbana,quàm rustica, nouum opus rectè nũtiari.[o] nec

tamen

y L.j. l. omnis. §. super his. C. de aqua duc. lib. x.
z L. binas. ff. de ser. vrb.
a L.j.C.de ædif. priua.
b L. qui luminibus. ff. de ser. vrb. prædio.
c L. iij. §. pen. ff. quod vi, aut clã. d. §. nuntiatio fit.
d L. j. §. pen. hoc tit.
e D. l. j. §. quòd si in mari.
f D. §. quòd si in mari.
g L. quamuis. ff. de acq. re. do. l. littora. l. sequẽt. ff. ne quid in loc. pub.
h L. j. §. si in mari. ff. de fluminib.
i L. de pupillo. § Sextus. hoc titul.
k L. vn. §. j. ff. de remissio.
l L. si tibi. C. de seruit. & aq.
m D. l. de pupillo. §. Sextus Pedius.
n L. j. §. nuntiatio. fit. hoc tit.

o L. in prouinciali. §. fi. hoc tit. p L. seruũ. §. publicè. ff. de de procur. l. iiij. hoc tit. q L. de pupillo. in prin. hoc tit. r L. mulieri. ff. de popul. actio. s L. j. ff. de testib. t D. l. in prouinciali. §. fi. u D. l. iiij. hoc tit. x L. hoc modo. ff. de cond. & demonst. y D. l. mulieri. z §. j. de actionib. a L. si prius. hoc titul. b L. j. §. nuntiatio. hoc titul. c D. l. j. §. iuris nostri. d L. vn. §. ius. ff. de remissio. e D. l. in prouinciali. §. ego. f L. creditori. hoc tit. g L. verbum illud. ff. de verb. sig. h D. l. vn. § ius. i L. inter. §. fi. ff. de ser. vrb. d. l. creditori. k L. qui viam. hoc tit. l L. j. §. de eo opere. ff. de aq. pluu. Doctores in d. l. qui viam. m L. iij. C. de ser. n Dixi lib. v. Miscell. c. xxv. o L. in iudicio. ff. fam. ercisc. d. l. vn. §. j. ff. de remissio.

tamen ideo prohiberi dominum prædii seruientis opus nouum facere: quòd, videlicet, vsui seruitutis non sit impedimento.[p] ac proinde, qui seruitutem viæ per fundum Tusculanum debet, nouis ædificiis viam adornare potest, & instruere: dum seruitutis vsus non incommodetur:[q] hoc est, saluum sit modò iter, quo quis pedes, & eques commodè commeare possit.[r] Quod ipsum nos paulò latiùs deducemus.[s]

QVIBVS NOVVM OPVS RECTE NVNTIETVR.

Intellectis personis quæ nouum opus nuntiare possunt, iusto ordine videndum, quibus iure nuntietur. Et tradiderunt iuris auctores, cuicũque in re præsenti, hoc est, in ipso opere existenti, & cuiuscunque conditionis, opus nouum nuntiari posse.[t] adeò quidem, vt fabris etiam, & opificibus, seruo item, mulieri, puero, vel puellę, nuntiatio iure fiat.[u] Quinimò furioso, & infanti, quamuis nulla tutoris curatorisue præcedat auctoritas, nuntiari rectè potest:[x] dum opifices, aut alii, qui referre possint, præsentes existant.[y] Cum aduersus absentes, & ignorantes locum habeat nuntiatio:[z] & infantes, furiosique absentum loco sint.[a] Quo fit manifestum Vlpiani locum corruptum, quo sic vulgò legitur, *Et tutori, vel actori, & curatori nouum opus rectè nuntiatur.*[b] Quis enim nescit iis personis nuntiari posse, cum & infantibus, & furiosis, sicuti diximus, iure nuntietur?[c] Legendus itaque sic Vlpianus, *Et tutor & curator nouum opus rectè nuntiant.*[d] Deinde cùm rei fiat, non personæ nuntiatio,[e] qualitatis personæ, cui nuntiatur, ratio nulla habetur:[f] ac proinde destruetur omni casu, quod posteà ædificatum erit.[g] Nec nos mouere debet, quod ignorãtem (qualis furiosus existimatur)[h] affici pœna periniquum sit.[i] Nam hoc ipsum, inquiunt, vt opus demoliatur, cùm absentem, ignorantem, & bonæ fidei ædificantem, comprehendat,[k] pœnis annumerari non potest.[l] quas scientibus, prudentibúsque duntaxat paratas esse, rectissimè dixit Vlpianus.[m] Sed neque putandum (inquiunt) sumptu domini ignorãtis, quod operis noui posteà factum erit, demoliendum:[n] cùm verius esse existiment, dominum patientiam quidem demolitioni præstare teneri:[o] non etiam ad impensas, ad quas volunt, à die tantùm notitiæ dominum obstringi:[p] qui cùm culpa careat, in damnum temere vocandus non est.[q] Ego verò contrà censeo, impendiis, nempe, domini, quamlibet ignorantis, opus destruendum:[r] ab eo tamen die, quo facta nuntiatio, innotuit verisimiliter domino.[s] Quod verisimile sit opifices, non nisi sciẽte, iubentéque domino ad cõtinuationem operis processisse.[t] Quamuis æquum putem dominum (si fortè opifices temerè processerint) perpessum, ex operis demolitione damnum ab opificibus consequi,[u] quos sanè oportuit, vel processu operis abstinere, vel factam prohibitionem domino renuntiare:[x] & si fortè soluendo non sint. Sunt qui putent dominũ restitui ex clausula generali, *Si qua mihi iusta caussa videbitur.*[y] Quorum ego sententiam non probo. sic enim impendiorum oneribus nuntiator ipse nimis iniquè grauaretur.[z] cui tamen nihil imputari potest, qui formam legis obseruauit.[a] nec concedit lex restitutionem, cùm alterius damno, aut iniuria.[b] Quocirca iustius est ei adscribendum qui tales opifices adhibuit,[c] vt infrà dicam.[d] Illud quoque in omnium penè sententia positum video: eo casu, quo nemo nuntiationis tempore, præsens fuisset, opus posteà factum, nihilominus destruẽdum.[e] Sicuti & cùm nuntiatio furioso & infanti facta est:[f] quos & absentis, & ignoran-

p *L. seruitutes. §. fin. ff. de ser. vrb.*
q *L. si arborem. illo tit. d. §. fin.*
r *D. l. qui viam.*
s *Dicam in l. j. hoc tit.*
t *L. de pupillo. §. nũtiare. l. operis. l. cuilibet. hoc tit.*
u *D. l. de pupillo. in pri. & ver. & generaliter.*
x *L. operis hoc tit.*
y *L. cuilibet. hoc tit.*
z *L. j. §. nuntiatio. hoc titul.*
a *L. ij. §. furiosus. ff. de iur. codicil. l. j. C. de fal. monet.*
b *L. & si satisdationẽ. hoc titul.*
c *D. l. operis.*
d *D. l. & si satisdationem.*
e *L. si. d. l. operis. hoc titul.*
f *D. l. de pupillo. in prĩ. & §. nunciare.*
g *L. Prætor. in prin. hoc tit.*
h *D. §. furiosus.*

i *L. fin. ff. de decret. ab ord.* k *D. l. Prætor. §. hoc interdictum. d. l. fin. hoc tit. c. ij. eod. tit.* l *D. l. de pupillo. §. si plurium.* m *D. l. fin. ff. de decret.* n *L. quamquam. §. fin. ff. de aq. pluu.* o *L. competit. §. fin. ff. quod vi, aut clam.* p *L. item veniunt. §. petitam. ff. de petit. hered.* q *c. ij. de constitutio.* r *c. ij de no. oper. Dicam in l. j. §. nuntiatio. hoc tit.* s *L. de pupillo. §. j. hoc tit..* t *L. aut qui. §. j. ff. quod vi, aut clam.* u *L. item quæritur. §. exercitor. ff. locat.* x *L. si seruus. §. si fornacarius. ff. ad l. Aquil. d. §. exercitor.* y *L. j. §. si quis propter. ff. de itiner. actuq. priu.* z *L. ij. §. item si locum. ff. de alien. iud.* a *L. Gracchus. C. de adulter.* b *L. sciendum. ff. quib. ex ca. maior.* c *§. fin. de societa. d. §. si fornacarius.* d *In l. j. §. nuntiatio. hoc titul.* e *D. l. Prætor. in prin. Doctores. d. l. de pupillo. §. nuntiare.* f *L. operis. hoc tit.*

ris loco esse constat.[g] nec (inquiunt) pœna dici potest demolitio: cùm ignorantes afficiat.[h] Ego verò hoc casu nuntiationem viribus carere puto: cùm ei, qui saltem possit domino renuntiare,[i] dicat Vlpianus faciendam nuntiationem.[k] Vnde nec obstat quòd infantibus, & furiosis, qui pro absentibus habentur,[l] rectè nuntietur.[l] Nam hoc ita (vti suprà docuimus) si alius vnà cum illis est, qui tutori, vel curatori denuntiationem referre possint.[m] Nam & in omni denuntiatione necessum est aliquem existere, qui intelligat.[n] Quod verò subiiciunt, operis demolitionem non esse pœnam, vix est, vt probare possim:[o] cùm delinquat, qui contra Prætoris interdictum procedit ad ædificium:[p] & pœna sit cuiuscunque delicti coercitio:[q] nec possit non damnosa esse ædificanti operis destructio per quam operæ iam factæ, & cœmenta ipsa perire, parieréśque corrumpi contingit.[r] Nec adeò contradicit Vlpiani lex,[s] quæ non loquitur respectu eius, qui fecit opus, sed socii respectu, cuius facta sumptibus socii demolitio, pœna dici non potest, quòd factum alterius, ei qui nihil egit, nocere non debeat.[t] Dicebam aliàs, demolitionem hanc operis, meram quidem pœnam non esse: cùm intersit nuntiatoris:[u] at respectu ædificantis, qui suo sumptu opus destruit, pœnam esse, negari non potest.[x] Quod manifestius fit ex iis quæ alibi adnotauimus.[y]

QVO TEMPORE, QVOVE LOCO POSSIT, ET QVO MODO DEBEAT FIERI NVNTIATIO.

Porrò autem potest (vt Vlpianus scripsit) omnibus diebus fieri nuntiatio,[z] 11
etiam, vt verè receptum est, feriatis in honorem Dei.[a]

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas, & iura sinunt.[b]

Et vniuersalis Vlpiani sermo, qui alioqui ad idoneitatem restringi solet,[c] hîc extensissimè accipi debet: nõ ea qua vulgò dicitur ratione, quia videlicet, super actu iam concesso, lex disponat.[d] sed quoniam, si coarctarentur vniuersalia legis verba ad dies profestos, vtique superfluerent.[e] Quæ tamen in omnibus sic accipienda sunt, vt aliquid operentur.[f]

De loco verò constat in ipso opere, hoc est, eo loci, vbi nouum opus extruitur, faciundam nuntiationem,[g] vt confestim (inquit Vlpianus) ab opere discedatur.[h] quod cùm pro forma, lex tradiderit,[i] &, forma non seruata, certum sit actum corrumpi,[k] non dubium, quin extra locum operis facta nuntiatio nullius sit omnino momenti:[l] adeò quidem, vt nec à tempore scientiæ, noceat domino.[m] Hæc autem quantum ad edictum, *de noui operis*, sanè accipi debent. Nam ad parandum interdictum, *quod vi, aut clàm*, vbi non curatur, nisi an sit factum vi, potest sine dubio vbique exerceri nuntiatio.[n]

Neque verò ex prædictis obscurum arbitror quo modo debeat fieri nuntiatio. debet quippe nutiaturus nouum opus locum ipsum adire, in ipsóque opere, ei qui in re præsenti fuerit, siue dominus sit, siue opifex, & cuiuscunque conditionis existat,[o] nouum opus nuntiare, hoc est, ne quid operis noui deinceps faciat inhibere:[p] nec vlla verborum solemnia desyderantur:[q] nisi vt non in personam, veluti, *Veto, ne ædifices*: sed in rem concepta sint. putà, *Denuntio ne quid hoc in loco, noui operis ab inde fiat.*[r] Rei quippe non personæ fit nuntiatio.[s] & si quid operis nuntiatot

g L.y.§.furiosus.ff.de iur.codicill.
h L.de pupillo.§.si plurium.& l.fi.hoc tit.
i D.§.nuntiare.
k D.§.furiosus.
l D.l.operis.
m L.cuilibet.hoc tit.
n Bal.c.in omni.de testib. per d. l.cuilibet.
o L.stipulatio.§.j.ibi impune, arg. a contrario. hoc titul.
p L.nõ potest dolo.ff.de reg.iur.
q L.aliud ff.de verbo.sign.
r L.senatus.ff.de cõtra.emptio.
s D.l.de pupillo.§.si plurium.
t L.j.cum similib.ff.de alie.iud.
u L.vn.in fin.ff.si quis ius dicenti.
x L.j.§.si plures.ff.de eo, per quẽ fac er.
y Dixi in §.sequen. de actionib. Instit.
z L.j.§.item nuntiatio.hoc tit.

a Accurs.& aly.d.§.item nuntiatio. b Vergil.j.Georgico. c L.promittendo.ff.de iur.dot.l.vt gradatim.ff.de muner. d Docto.d.§.item nuntiatio. e L.si quando.C.de inoff.test.auth.omnes.C.cõ.de succ. f L.si quando.ff.de leg.j. g L.de pupillo.§.nuntiationem.& §.si quis fortè.hoc titul. h D.§ si quis fortè. i D.§.nuntiationem. k L.cùm ty.§.si Prætor.ff.de transac. l D.§.si quis fortè. m Bart.& Doctores.d.§.si quis fortè. n L.aut qui aliter.§.si quis cùm nunciasset.ff.quod vi, aut clàm. o D.§.nuntiationem. p L.si procurator.l.Prætor.in prin.hoc tit. q L.in summa.in princ.ff.de re iud. r D.l.Prætor.in princ. s L.de pupillo.§.si quis fortè.l.operis.& l.fin.hoc tit.

tiator iam facti deprehendat, sumptis (si res exigat) modulis in testationem referre debet, vt appareat quid posteà factum sit.[t]

QVIS NVNTIATIONIS EFFECTVS SIT.

Sed iam tempestiuum, vt methodicam docendi rationem sequuti, nuntiationis effectus pertractemus. hi autem duo præcipuè commemorari solent. Prior, quia si quid spreta nuntiatione factum sit, id ædificans, suo sumptu cogitur demoliri.[u] Alter, quia per nuntiationem is cui nuntiatum est, possessor constituitur.[x] Vterque autem effectus, quia in lege prima refertur, commodissimum erit ad eius interpretationem accedere.

t *L. non solum. §. j. & §. sed, vt probari. hoc tit.*
u *L. Prætor. in prin. & §. ait Prætor. hoc titul.*
x *L. j. §. in operis. l. de pupillo. §. meminisse. hoc tit.*

VLPIANVS LIB. LII. AD EDICTVM.

Hoc edicto[a] permittitur,[b] vt siue iure,[c] siue iniuria[d] opus[e] fieret,[f] per nuntiationem[g] inhiberetur:[h] deinde remitteretur[i] prohibitio eatenus, quatenus[k] prohibendi ius, is qui nuntiasset non haberet.[l]

SVMMÆ RERVM.

1 *Denuntiatio iniusta quando sperni possit.*
2 *Hoc, pronomen est demonstrandi.*
3 *Edictum & Interdictum.*
4 *Interdictum, & cur sic appellatum.*
5 *Appellatio in quo differat à nuntiatione.*
6 *Nuntiatio quando sperni possit.*
7 *Seruitutis rusticæ speciale.*
8 *Viam ædificare quid.*
9 *Nuntiatio euidenter iniusta.*
10 *Opus nouum facere quid.*
11 *Interdictum demolitorium.*
12 *Remissio triplex.*
13 *Eatenus, quatenus.*
14 *Credulitas excusat à dolo.*

VLpianus edictum de noui operis nuntiatione interpretaturus, præcipuam mentem Prætoris esse præmittit, vt facta nuntiatio etiam iniustè processum operis impediat. Nam aditus iudex, si cognouerit, non iure nuntiatum prohibitionem relaxabit, in quantum, scilicet, apparebit nũtiationem iniuriâ factam fuisse. Dubitationem faciebat, quia cùm iniquæ denuntiationes impunè possint contemni:[a] nec actus futuri gestionem impediant:[b] videbatur per nuntiationem iniuriâ factam cœptum opus non
1 inhiberi.[c] Verùm ab Vlpiano ex Prætoris sententia, diuersum hìc respondetur ob contemptam Prætoris maiestatem.[d] Vel (vt alii mâlunt) quia nuntiatus interim ædificans vim facere videtur:[e] qua de re mox latiùs disseremus. Nam (quod attinet ad denuntiationem) ea duntaxat iniusta intelligi debet, quæ procedit ab eo, quem constat ius non habere prohibendi,[f] alioqui dolo non caret, qui eam contemnit:[g] tametsi dubitetur, an denuntiator ius habeat denuntiandi.[h] siquidem sola dubitatio bonam fidem impediat.[i]

Hoc edicto.[a] Cuius verba desyderantur: vt inde facilè sit deprehendere grauem nos iuris prudentiæ iacturam fecisse, nimiâ Triboniani diligentia, qui Prætorum edicta, Iurisconsultorúmque responsa, nobis magna ex parte mutila, manca, & quasi decurtata tradidit: & quæ reliquit præpostero plerumque ordine, interpretationem multo etiam quandoque interuallo edicti præponendo.[k] cùm tamen edicti verba rectè, atque ordine præmitti debeant: vt intelligamus, circa quæ versatur interpretis labor & officium.

2 Neque verò multus hic ero, circa pronominis hoc, naturam: de quo satis multa, ac plus fortasse satis Doctores.[l] Perspicuum namque vnicuique puto pronomen esse demonstratiuum: non earum modò rerum, quæ oculis corporeis subii-

a *L. tutor. ff. de minor.*
b *L. si maior. C. de rescind. vẽd. l. ij. C. deb. vend. pig.*
c *L. Papinianus. ff. de publicia.*
d *L. Prætor. §. j. hoc titul.*
e *L. j. §. quod fit vi. ff. quod vi, aut clam.*
f *D. l. tutor. d. l. si maior.*
g *L. si fundum. C. de rescindend. vend.*
h *L. item veniunt. §. petitam. ff. de pet. hered.*
i *L. nemo ambigit. in fi. C. de acq. poss.*
k *L. j. l. Iurisgentiũ. § Prætor ait. ff. de pac. l. ij. ff. de cap. diminu.*

l *Bartolus in l. j. col. iiij. ff. de pecul. & in l. Maxim. §. duobus. iij. oppos. ij. partis. ff. de leg. ij. Doctores hic.*

ciuntur:[m] sed earum etiam quæ in animi censura consistunt.[n] *Rus ibo* (dicebat afflictus ille miser præ amore Phedria) *& hoc me macerabo biduum.*[o] neque minus demonstrantur, quæ intellectu, quàm quæ digito ostenduntur.[p]

Vt autem sciamus quid sit *edictum*, & in quo ab interdicto differat (cuius rei 3
disquisitio interpretes solicitat, & angit vehemēter) præcognoscendum est, Edicti nomen variè accipi. nam latiore significatione generale quoduis iussum, & mandatum superioris designat,[q] siue principis, siue etiam magistratus:[r] indéque citationes, quibus absentes scripto in ius vocantur, edicta sunt appellata:[s] & ea quidem peremptoria: si fortè illis iudex comminetur,[t] nisi stata die vocatus adesset, se in caussa processurum.[t] Quo modo generatim accepto *edicti* vocabulo, non dubium quin omnis species legis tam prætoriæ, quàm etiam ciuilis contineatur.[u] Contractiore verò paululùm significatione vox *edicti* legem duntaxat, & constitutionem Prætoriam designat,[x] quæ in tabella illa gypsata, & dealbata (quam Album posteà dixerunt)[y] publicè proponi solebat, vt præmoniti ciues intelligerent ius quod erant dicturi de quaque re magistratus.[z] eóque modo fatemur interdicta edictorum verbo comprehendi:[a] cùm ab auctoritate Prætoris, omne omnino interdictorū genus processerit.[b] At angustissima significatione aliud est edictum ab interdicto, vt & M. Cicero probat,[c] ab Ebutio Cecinnæ vim factam aduersus Prætoris edictum ostendens, ac proinde P. Dolobellam Prætorem interdictum in Ebutium iure reddidisse: vt vnde Cecinnam deiecisset Ebutius, eodem restitueret. Itaque Edictum subtili acceptione appello, legem Prætoris ad publicam subditorum vtilitatem non inter personas certas, sed generaliter promulgatam:[d] qualis illa, *Pacta conuenta, quæ neque contra leges, neque contra bonam fidem erūt, seruabo.*[e] Item, *Quod statuerit qui iurisdictioni præest, eodem ipsum iure vti volo.*[f] Item & hæc, *Quod vi, metúsue caussa gestum erit, ratum non habebo.*[g] Et hæc, *Aduersus eum qui nouum opus fecerit, quo nobis noceatur, nuntiandi ius, potestásque esto.*[h] (quæ fuisse edicti nostri verba diuinaci coniectura assequor)[i] & iis similes, ad quarum sic generatim promulgatarum legum executionem, ne deluderentur, Prætor nonnunquam specialius aliquid edicebat, iubendo, vetandóue. etsi id non fieret, aut contrà fieret iudicia se daturum pollicebatur:[k] eáque decreta, iudiciorúmque formulæ, appellata sunt 4
interdicta:[l] veluti circa vi factum, *Vnde vi tu illum deiecisti, restitue:*[m] *alioqui iudicium dabo.*[n] in interdictis, ne vis fiat ei, & vti possidetis, *si vis fiat, quanti ea res erit, iudicium dabo.*[o] Circa vim nuntiationis, *quod posteà factum erit, restituas.*[p] & alia id genus. Quæ cum à Prætore, qui dabat iudicia, sicut actiones redderentur,[q] & (vt Cicero disertè ostendit)[r] actionúmque instar obtineant,[s] factum est, vt actionum verbo contineātur.[t] Sunt autem interdicta quasi inter duos dicta, inquit Iustinianus.[u] cùm tamen edictum generale sit, nec ad certas soleat referri personas.[x] Aut (vt nonnullis reponere placuit) quasi *interim dicta*[y] quod, videlicet, principalem non dirimerent controuersiam, sed intereà dum de ea cognoscitur, iubeant, aut vetent quid fieri:[z] vt & interlocutionem appellamus sententiam iudicis, quæ negotium prorsus non diffinit: sed interim fertur ad pleniorem iudicii principalis instructionem.[a] Potest illud quoque dici, quod cùm Interdicere, genuina significatione idem sit quod prohibere,[b] (Interdicimus, inquit Donatus, quæ fieri vetamus)[c] inde

m L. nemo dubitat. in prin. ff. de hered. inst. l. si ita stipulat. fuero hanc summam. ff. de verb. oblig.
n L. fin. ff. de edend. l. hac actio. ff. de calumn. l. j. ff. de ser. rustico.
o Terēt. in Eunucho.
p L. certū. ff. si cer. pet.
q L. j. ff. de const. prin. l. j. ff. de offic. assessor.
r L. obseruare. §. j. ff. de offi. procons. d. l. j.
s L. nōnunquam. ff. de iudic. auth. qui semel. C. quomodo, & quād. iud.
t L. ad edictū. cum v. seqq. ff. de iudic.
u L. ij. C. de legib. c. vt circa. de elec. in vj.
x §. Prætorum. de iur. natur. gent. & ciui. Inst.
y L. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. iud.
z L. ij. §. eodem tēpore. ff. de orig. iur.

a L. j. §. j. ff. ne vis fiat ei. l. j. §. j. ff. de lib. exhib.
b §. j. de interdic. Instit.
c Cicero pro Cecinna.
d L. ij. in princ. ff. ne quid in loc. pub. l. edita. C. de edend.
e L. iurisgentium. §. Prætor ait. ff. de pact.
f L. j. ff. quod quisq. iur.
g L. j. ff. quod met. caus.
h L. j. l. Prætor §. j. hoc titul.
i D. l. j. d. l. Prætor.
k L. j. §. j. ff. ne vis fiat ei.
l §. j. de interdic. Instit.
m Cicero pro Cecinna.
n L. j. ff. de vi & vi armat.
o L. pen. §. fi. ff. vti possid. l. j. ff. ne vis fiat ei.
p D. l. Prætor. in prin.
q L. iij. §. sed & vsumfructum. ff. ad exhib. l. iij. §. si quis dolo. ff. de tab. exhib.
r Cicero pro Cecinna.
s §. fi. de interd. Inst.
t L. actionis verb. ff. de actio. & oblig.
u §. summa. in fi. de interdic.
x L. ij. ff. ne quid in loc. pub. l. edita. C. de edend.
y Alciat. l. pecuniæ. §. actionis. ff. de verbo. sign. & lib. iij. Parerg. c. xv.
z §. j. de interd. Instit.
a L. post sententiam. C. de sentent.
b L. final. ff. de pœn.
c Donat. in Hecyra Terentiana.

de nomen Interdicta acceperint.[d] nam omnibus prohibitio quædã saltem tacita inest. Et quoniam Prætor interdictis primario eorum vsu quid fieri vetabat: per abusionem posteà factum est, vt decreta quæcunque Prætorum, restitutoria etiam, & exhibitoria, interdictorum nomen retinerent.[e] Cum igitur in nostro nuntiationis tractatu fecisset Prætor nuntiandi potestatem, ne vanum esset eius edictum, & consilium, interdixit itidem nuntiato, ne quicquam noui operis moliretur: alioqui factum, suo sumptu destrueret.[f] quo interdicto litem totam non perimit. siquidem facta etiam demolitione, possit nuntiatus de iure suo docens, nouum opus facere, & iterum ædificare.[g] Ex quibus puto nos manifestam ostendisse inter edictum, & interdictum differentiam, diffusiùs sanè, quàm instituti nostri ratio pateretur. quoniam magni interesse videbam, rem hanc à nobis copiosiùs tractari.

Permittitur.[h] Id est, conceditur [gg] ei, videlicet, ad quem ea res pertinet.[h] & ita edictum de noui operis, respectu nuntiatoris, permissorium est: faciens ei, cuius interest, potestatem prohibendi ædificantem, nouum opus facere, quo nobis noceatur: respectu verò nuntiati prohibitorium: quo nimirum vetatur nuntiatus, post nuntiationem quicquam ædificare.[i] Interdictum autem quod ex hac caussa descendit, restitutorium est, seu demolitorium: quo scilicet, factum, spreta nuntiatione, iubeatur suis etiam sumptibus destruere.[k] Sunt tamen qui non *permittitur*, sed *promittitur*, legant hîc,[l] nulla quidem (vt mihi videtur) necessitate.

Iure.[e] Quia ædificans nihil in publico, vel priuato, temerè moliebatur: sed iure suo vsus, nouum opus faciebat.[m] Vnde cùm nec facere dolo quicquam intelligatur:[n] nec alteri inferat iniuriam:[o] & ad decus vrbium, maximè pertineat, ædificia non derelinqui:[p] durus profectò hîc sermo videtur, vt per solam nuntiationem ædificãs qui vtitur iure suo, processu operis inhibeatur.[q] Præsertim quòd alibi pro regula traditum sit, denuntiationes iniustas: impunè contemni posse.[r] neque vllo esse impedimento gerendis negotiis.[s] & malitiis hominum omnino sit occurrendũ:[t] nec inde malefaciendi occasio proficisci debeat, vnde ius ipsum, hoc est, totius æquitatis, ac bonitatis lumen accendi, nasci, relucereque oportet.[u] Huiusce igitur tam duræ, sicuti prima fronte videtur, constitutionis ratio, nõ negligenter est inquirenda. Quo in genere sunt qui dicant nuntiationem vim habere prouocationis ad iudicium, seu appellationis extra iudicialis:[x] qua semel interposita siue iure, siue iniuriâ, nihil nouari oportet:[y] & si quicquam innouatum sit attentati viâ reparandum,[z] velut factum lite pendente, atque adeò post appellationem.[a] Quæ ratio (sicuti plerisque visum est) non sat proba videtur: quando nusquam iure probetur, appellationi nuntiationem æquiparari: imò potius inter se hæc longè, latéque differre. Nam appellatio coram iudice,[b] & de scripto interponi debet[c] cùm expressione caussæ[d] intra decem dies.[e] qua prætereà pendente, quamuis actor satisdare paratus sit, nouari nihil potest.[f] cùm tamen nũtiatio, qua de agimus, nec prætoris aditionẽ necessariam habeat:[g] nec expressionem caussæ, si non petatur:[h] & simplici verbo,[i] in perpetuúmque,[k] exerceri possit: ac præstita satisdatione liberum sit nuntiato ad opus cœptum procedere.[l] Rursus, quoniam solo pontificio iure, non etiam ciuili, ab actibus extraiudicialibus, quibus, vel iam quis grauatur, vel probabiliter suspicatur se posse grauari, licèt appellare:[m] quod ad caussam prouocare, propriè dicimus.[n] Denique nuntiatio vim habere non po

d D.§.j.de interd.
e D.§.j.de interd.
f L.iij. §. item si locum. ff. de alien. iud. d.l. Prætor. in princ.
g D.l.Prætor.in prin.
gg L.j. C. de iuris & fac.ignor.
h §. nuntiatio.ij. & §.pe.huc.l.
i D.l.Prætor.§.j.
k L.vn.C. de no.oper. nuntia. d.l. Prætor. in prin. & §. j. & hac l. §. sed si is. c.ij. hoc tit.
l A. Augustin.lib. j. Emendatio.c.iij.
m L.non solum.§. sciendũ. hoc tit. & §. nuntiatio.ij. huius l.
n L.nullus videtur. ff. de reg.iur.
o L. iniuriarũ. §. ĵ. ff. de iniur.
p L.fin.ff. ne quid in loc.pub.d.l. Prætor. §. hoc interdictum.ij.
q L.ij. ff.si à parent. l.

nullus.C.de Iuda. r L.tutor.ff.de minor.l.Papinianus.ff.de publicia. s L.si maior.C.de resc.vend.l.ij.C.debit. vend.pig. t L.in fundo.ff.de re.vend. u L.meminerint.C.vnd.vi. x Bar.l.si.ff.de app.recip.& in l.prouinciali.§.j.hoc tit.Bal.cons.cxiij.vol.j. y L.j.ff.nil.no.app.pend. z c.non solùm.de app.in vj. a L.chirographis.§.fin.ff.de adm.tutor. b c.bona.de appella c c.super quæstionum.§.quod si delegatus.de offic.deleg. d c.j.de appella.in vj. e §.j.de app.coll.viij. f L.si instituta.§.pe.ff.de inoff.testa.l.Impp.in fi.ff.de appella. g Hac l.§.nuntiatio.j. h Accurs.Bart.& alij hîc. i L.de pupillo.§.meminisse.hoc tit. k L.Prætor.§. hoc interdictum.j.hoc tit. l L.de pupillo.§.si is cui.l.non solùm.§.sciendum.l.Prætor.§.deinde.hoc tit. m c. bona, de appella. n c.cùm sit Romana.vers.si verò.de appella.

test appellationis, nisi tanquam ab interlocutoria interpositæ, postquam tamen attentata non reuocantur, donec prouocationis caussam constet veram esse.[o] Alii dicunt ædificatum post nuntiationem, tanquam vi factum destruendum.[p] vi quippe factum videtur ab eo, qui contra quàm prohibitus est, fecerit.[q] Quod vt verum fateor, in eo qui facit in alieno, aut à se non possesso:[r] ita in proprio non admiserim: cùm nuntiatio fiat possidenti, & in re sua ædificanti,[s] qui quatenus nihil in alienum immittit, vim inferre dici non potest.[t]

Ego breuiter illis assentior, qui totam hanc vim nuntiationis ex contempta Prætoris maiestate proficisci putant:[u] à quo nuntiationem magno consilio intro ductam, eique tantam vim nempe demolitionis, inditam, suprà ostẽdimus, quod scilicet, perfectis operibus leges mirè faueant.[x] & possit interim nuntiatoris conditio durior effici, si nuntiatus non soluendo fiat.[y] Rectè itaque Vlpianus, qui facit, & si ius, inquit, faciendi habuerit, tamen contra interdictum Prætoris facere videtur: & ideo hoc destruere cogitur.[z] Vt enim non modica est pro nuntiatore præsumptio, à quo calumniæ iusiurandum exigi potest:[a] ita nuntiatus dolo carere non videtur, qui cùm potuerit nullo incommodo ab opere cessare (vtpote cuius indemnitati consultum sit per actionem in factum in id quod interest aduersus nuntiantem)[b] aut impunè ædificare, satisdatione interposita,[c] vel etiam à Prætore nuntiationis remissionem petere:[d] magistratus tamen imperio contempto, ius sibi temere dicere màluit.[e] Vnde nec eo nomine excusare se potest, quod iustè ædificarit:[f] cùm vis edicti de noui operis, non in iure nuntiantis, sed in odio non parentis posita sit:[g] vt & in simili dicimus dominii defectum, spoliato restitutionem petenti, haudquaquam obiici posse:[h] quòd, scilicet, non fundetur, vt aiunt, restitutionis fauor, in iure petentis, sed in odio spoliantis,[i] & in militari disciplina, capitis pœnam aduersus eum statutam, qui non paruerit ducis mãdatis, tametsi benè, feliciterque cesserit, Modestinus noster auctor est,[k] & memorabilia extant apud Annalium scriptores exempla.[l]

Certis porrò casibus spreta nuntiatione, licèt cœptum opus impunè perfi- I
cere: veluti cùm minùs legitimè nuntiatum esset,[m] siue defectu personæ id con- 6
tingat: quia vel à seruo, vel à pupillo sine tutore facta sit nuntiatio.[n] siue ratione loci, quia non in re præsenti, hoc est, in ipso opere sit nũtiatum:[o] siue temporis, quia non interdiu putà, sed de nocte facta nuntiatio fuerit.[p] siue etiam operis, quia non nouũ extruatur, sed vetus ne corruat, fulciatur.[q] paria quippe sunt aliquid prorsus factum non esse, aut perperam factum, & inutiliter.[r]

Rursus, si Reipublicę intersit, cœptum opus primo quoque tempore perfici, II
nuntiatio sperni potest:[s] vt si quis riuos, cloacas, vel fontes purgare velit, aut reficere.[t] Hæc enim omnino ad Reipublicæ vtilitatem, & tutelam pertinent.[u] Nam cloacarum immundicies, cælum pestilens, & ruinas minatur,[x] nisi fontes autem, & riui purgarentur, facilè contingeret homines siti perire, vsu aquæ subducto.[y]
Nec dissimili ratione dicemus, nuntiationem negligi posse, si vrgens operis neces- III
sarii extructio id postulet: quia mora, scilicet, periculum sit allatura.[z] Nam ex hac caussa permissum est sibi propria auctoritate ius dicere:[a] appellãdiq; facultas submouetur,[b] feriarum solemnia remittuntur,[c] cæteræq; iuris regulæ. id quod quàm plurimis

o D. c. non solùm. in fi. p L. j. §. quid sit vi. ff. quod vi, aut clam. Alciat. hic. q L. quo tutela. §. vi factũ. ff. de reg. iur. r D. §. meminisse. in fine. s D. §. meminisse. t L. fistri. §. Arist. ff. si ser. vend. u L. Prætor. §. j. hoc titul. x L. fin. ff. ne quid in loc. publ. d. l. Prætor. §. pen. y L. iij. §. item, si locum. ff. de alien. iudi. z D. l. Prætor. §. j. a L. de pupillo. §. qui opus. hoc titul. b L. rem quandã. ff. de dol. c L. stipulatio. §. j. et l. de pupillo. §. si is cui. hoc tit. d L. vn. ff. de remissio. d. §. si is cui e L. j. in fi. princip. ff. quod vi aut clam. l. non potest dolo. ff. de reg. iur. f L. properandum. §. si autem ex gestis. C. de iud. §. sed si is. hac l. g L. Prætor. §. aut Prætor. hoc tit. d. l. j. §. j. h L. pen. §. sed hæc super. C. de præscrip. xxx. anno. i c. fin. de ord. cog. cle. vn. de caus. poss. k L. iij. §. in bello. ff. de re milit. l Valer. lib. y. c. y. Plutar. in Pelopide. m L. de pupillo. §. proinde. hoc tit. n D. l. de pupillo. in princ. o D. l. de pupillo. §. si quis fortè. p L. si soluturus. ff. de solutio. Accurs. l. more. ff. de fer. q L. stipulatio. §. opus. hoc tit. & hac l. j. § si quis ædificium. r L. quoties. ff. qui satisd. cog. s D. l. de pupillo. §. si quis riuos. t D. §. si quis riuos u L. j. §. j. ff. de cloac. d. §. si quis riuos. x D. l. j. §. j. ff. de cloac. y L. fin. ff. de riuis. l. j. §. pen. ff. de fonte. z D. l. de pupillo. §. præterea. a L. aut Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. b L. fin. ff. de app. recip. c L. j. l. y. l. iij. ff. de fer.

plurimis potest exemplis demonstrari, quæ hic percensere longissimum fuerit.[d]
IIII Sperni prætereà potest nuntiatio, si nuntiatoris consensu ab ea sit recessum.[e]
Neque enim volenti, prudentique dolus infertur, aut iniuria: nec ei qui ius suum
semel remisit, dandus est temerè regressus.[g] Sed nec illo cauillo ædificans impeti
poterit, quòd pactionibus priuatorum, Prætoris auctoritas conuelli non possit:[h]
cum lex in proposito, maiestatem Prætoris opponat, non vtilitatis publicę gratia,
sed ad priuatam vtilitatem: vt meritò ei possit renuntiari.[i] Et hoc est quod elegan
ter Vlpianus noster scribit, *Quid enim aliud agebat Prætor, quàm vt priuatorum controuer-
sias dirimeret? à quibus si spõte recesserint, debebit id ratum habere.*[k] Sanè vbi nuntiatio,
Prætoris iussu remissa esset, non dubium quin impunè negligi possit.[l] Neq; enim
iniuria factum â nobis dici potest, quod magistratus auctoritate fecimus.[m]
V Illud quoque vulgò traditum in seruitutibus rusticis, nuntiationem posse
7 contemni: cùm Iulius Paulus dicat, eum qui viam habet, nihil agere, si ei nouum
opus nuntiauerit, qui ædificat in via.[n] idque speciali agrorum fauore cõstitutum
censent.[o] ne hoc, videlicet, prætextu, agrorum cultura deseratur.[p] In vrbana au-
tem seruitute conceditur nuntiatio.[q]

Verùm hæc sententia nimis restringit leges, quæ generaliter dicũt eum, qui
ius habet seruitutis, posse nouum opus nuntiare.[r] & quod Pomponius ait, si de iu-
re prædii controuersia sit, nos nuntiare posse.[s] prædii quippe verbum, ad rusti-
cam possessionem quoque referri constat.[t] neque aliud sunt iura prædiorũ, quàm
seruitutes, siue de vrbanis, siue de rusticis loquamur.[u] Vnde Gaius creditori per-
mittit, *de iure*, id est, inquit, de seruitute, nouum opus nuntiare.[x] Rectiùs itaque
sentiunt qui citra discrimen, in omnibus seruitutibus, etiam rusticis, nuntiationi
locum esse putant.[y] Cæterùm qui ab hac regula, seruitutes caussam continuam
non habentes separant, vt viæ, itineris, & actus, verbis tantùm à communi dissen-
tire mihi videntur.[z] siquidem tales sint omnes propemodum rusticæ, vt perpe-
tuam caussam non habeant.[a] Cur autem Iulius Paulus dicat nihil eum agere, qui
nouum opus nuntiat contra ædificantem in via,[b] hæc ratio esse videtur: quod
cum domino prædii seruientis, quoad vsum non impedit seruitutis ædificare[c]
in ea etiam parte qua iam is cui seruitus debetur, viam direxerat:[d] dum seruitutis
8 vsus non incommodetur.[e] conqueri iure non potest, qui viam habet, si viæ locus
ædificiis concinnetur & instruatur: dum ei saluum sit ius, æquè cõmodè, per eam,
aut alteram fundi seruientis partem, eundi, agendi, & ambulandi.[f] Quæ interpre-
tatio sanè dubii minus habet, si in Pauli litera legamus, *aduersus eum qui viam ædifi-
cat*:[g] vt olim in omnibus codicibus scriptum, veteres testantur.[h] Est enim ædifi-
care viam, non opus nouum facere, sed reficere potius, & viæ locũ instruere, splen
didóque aliquo apparatu perpolire,[i] vt meritò cessare debeat nuntiatio.[k]
VI Postremò generaliter receptum, quoties manifestum est nuntiatorem ius
9 non habere prohibendi nuntiationem impunè sperni posse.[l] Nec enim verisimi-
le sit Prætorem, qui semper æquitati innititur,[m] voluisse nuntiationem euidenter
iniustam ligare.[n] Nam si constituit eam ex postfacto, relaxari quamprimùm ap-
paret nuntiatum iure ædificare:[o] multo magis ab initio debet eius effectus impe-
diri.[p] Et quoniam in simili videmus spoliato agenti recuperando, manifestum do
minii defectum obstare,[q] qui simplex non obesset:[r] nec appellationi quoquomo-

d L. Arist. §. j. ff. de iur. delib. l. j. ff. de dãn. infec. l. si magistratus. ff. de priuileg. cred. c. vn. §. fi. ne sed. vac. in vj. e §. inde quæritur. hac l. f L. cũ donationis. C. de transac. g L. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edi. h L. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. i L. pacisci. ff. de pac. d. §. si paciscar. k D. §. inde quæritur. l L. si opus. hoc tit. m L. iustè. ff. de acqui. poss. n L. qui viam. hoc titul. o L. j. §. de eo opere. ff. de aq. pluu. p L. iij. C. de ser. c. fin. de treug. & pac. q L. inter. §. fin. ff. de seruit. rustico. r L. vn. §. j. ff. de remissio. s L. in iudicio. ff. famil. ercisc. t L. quæstio. in fin. & l. vrbana. ff. de verbor. sign. u L. j. ff. de seruit. rustico. l. quid aliud. ff. de verbor. sign. x L. creditori. hoc titul. y D. l. vn. §. j. d. l. in iudicio. d. l. inter. §. final. z Alciatus lib. ij. Parerg. c. xxiij. a L. seruitutes iiij. ff. de seruitutib. b D. l. qui viam. c L. seruitutes. §. fi. ff. de ser. vrb. d L. ij. §. locum. ff. de religios. e D. §. fin. Accurs. l. si cui. in fi. ff. de seruitut. f L. si arborem. ff. de seruit. vrb. d. §. fina. g D. l. qui viam. h Alber. l. inter. §. fin. ff. de seruitut. vrb. Bar. l. j. §. fina. hoc tit. i Dixi lib. v. Miscella. c. xxv. k Hac l. §. si quis ædificium. l L. j. §. final. l. ij. ff. ne quis eum, qui in ius voc. Bart. hic. m L. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. n L. j. C. de ijs qui ven. ætat. o Vt hic. p L. pater. ff. de ijs qui sunt sui. c. ad apostolicum de regula. q c. significasti. de diuor. c. si. de rest. spol. in vj. r L. penult. §. sed hæc contra. C. de præscrip. xxx.

do deferendum, quam euidenter iniustam esse constat.[s] licèt eius alioqui tanta vis esse soleat, vt eius remedio dicat Marcellus extingui pronuntiatum.[t] Plerisq; tamen displicuit hæc sententia: vt quæ nimis generalem legis sermonem restringat, simpliciter dicentis per nuntiationem operis processu ædificantem arceri: etiam si ius habuerit faciendi.[u] Et quoniam vi eximens eum etiam qui per calumniam in ius vocabatur, incidit in edictum.[x] Deinde quia imputandum est nuntiato, si cùm intelligeret se ius tam clarum habere, non impetrauit à iudice remissionem: sed ius sibi temerè dixit.[y] Neque enim euidens facti perspicuitas, iuris regulas cessare facit, nisi quoties regulæ illæ coniecturis innittuntur.[z] túmque quoniam in certis ad præsumptiones non recurrimus.[a] at constitutio de qua agimus, aliam habet rationem, edicti nimirùm prætorii auctoritatem.[b] Mihi verò communis sententia ex eo perplacet, quod à nuntiatore velit lex calumniæ iusiurandum posse exigi.[c] quod in dubiis tantùm negotiis, & cum personarum delectu deferri solet.[d] Nec sanè verisimile est legem ab eo iusiurandum extorquere velle, quem mox constaret peieraturum,[e] ne auctor periurii videatur.[f] Sed nec hoc casu dici potest contempta maiestas Prætoris, quem credibile est, ius manifestè iniquum suæ auctoritatis præsidio tueri, protegeréque noluisse.[g] Vnde nec obstat Pauli responsum, in quo vocatum in ius, per calumniam fatemur. at non ait lex id euidenter exemptionis tempore perspicuum fuisse.[h] Iuuerint prædicta, quod vocatus in ius ab eo Prætore, quem manifestum est non suum iudicem esse: impunè potest non parere edicto:[i] licèt alioqui comparere debeat.[k] Porrò constare dicitur manifestè nuntiatorem ius non habere prohibendi, per rem iudicatam.[l] aut per euidentiam facti.[m] quia, putà, notorium sit nuntiantem nihil habere in vicinia, cui per opus nouum noceri possit.[n] Idémque putat Bart. per instrumentum inter partes confectum.[o] quod necessario accipi debet, vbi non contradiceret aduersarius scripturæ: sed illi potius acquiesceret.[p] Solum namque instrumentum non facit rem manifestam,[q] vtpote cui adhuc multa possint obiici.[r]

Iniuriâ.[d] Ablatiuus est aduerbialiter positus, idem quod non iure, sine caussa, & immeritò significans. Cùm enim ex eo dicta sit *iniuria*, quod non iure fiat, omne quod non iure fit, iniuria rectè dicitur.[r] Vnde huic contrarium, *nec iniuria*, id est iure, meritóque, nō ab re, non sine caussa. *Amant te* (dicebat Artatrogus Parasitus ad militem gloriosum) *omnes mulieres, neque iniuriâ, qui sis tam pulcher.*[t] Et Cicero de præstantissimorum oratorum pudore verba faciens. Quotiescunque dicerent, id quod aliquando posset accidere, nō illud ipsum accideret, nō in iuria temerè ait.[u] Et passim videmus, hæc inuicem opponi, *Iure & iniuria.*[y] Itaque opus iniuriâ facere dicitur, qui ius non habet ita ædificandi.[z]

Opus.[z] Nouum scilicet, & solo cohærens.[a] Opus autem nouum facere dicitur, non qui vetus fulsit ædificium, ne ruat, & collabatur, subiectis aliquod fortasse lignis, aut cœmentis, sed qui ædificando, aut demoliendo, pristinam mutat operis faciem.[b] Quo satis intelligimus nouum opus reficienti, nuntiari non posse:[c] cùm is noui nihil facere dicatur.[d] Id autem ædificium propriè refici interpretamur, cuius adhuc supersunt vestigia: apparétq; prima materia, quæ in pristinum statum reponitur.[e] non etiam quod prorsus dirutum est, & solo æquatum.[f] Satis est

s c. consuluit. de appella. t L.j. §. fi. ff. ad Turpil. u L.j. §.j. quod vi, aut clam. l. Prætor. §. ait prætor. & hac l.j. huius tituli c. j. & ij. eod. Alber. Ias. & Alc. x L.iiij. versic. pen. ff. Ne quis eũ qui in ius. y L.j. §.j. quod vi, aut clam. z cle. pastoralis. de re iud. d.c. consuluit. a L. continuus. §. cũ ita. ff. de verbor. oblig. L. ille. §. fi. ff. de leg. iij. b D. l. Prætor. §.j. c L. de pupillo. §. qui op⁹. hoc tit. d D. l. iij. de iur. cal. e L. Marcellus. §.j. ff. rer. amotar. l. videamus. ff. de in lit. iur. f L.j. C. si aduer. vēd. c. si verò de iureiur. g L.j. C. de iis qui ven. ata. *h D. L.iiij. vers. pe. ff. ne quis eum. i L. fin. ff. de iurisdic. l.j. ff. de fer. k L.ij. ff. si quis in ius voc. l. si quis ex aliena. ff. de iud. l c. vestra. c. fi. de cohab. cler. & mul. m c. cum speciali. §. porrò. de appella. c. cum olim. de verb. sig. n L. non solum. in prin. hoc tit. o L. fi. C. de reb. cred. c. licet causam. de proba p D. c. cum olim. d. c. fi. q Glo. & Docto. c. significauerunt. de testib. r L. fi. C. de fid. instr. s L.j. in prin. ff. de iniur. §.j. illo tit. in institutio- t Plaut. in Mil. gloriosi. u Cicer. j. de Orator. x Vt hîc. & alibi sæpe. y §. nuntiatio fit. huius l. z §. seq. & §. si quis ædificium. a L. stipulatio. §. opus. hoc tit. §. opus. huius l. b D. §. si quis ædificium. huius l. c L.j. §. pen. ff. de mor. inf. l. iij. §. reficere. ff de itiner. l. fin. C. de Iuda. d L. si ita legatum. §. fi. de leg. l.j. §. reficere. ff. de riuis. e L. quid tamen. §.j. ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. inter stipul. §. sacram. in fine. ff. de verbor. oblig.*

est autem vel minimum aliquid superesse, vt reficere dicatur.[g] cùm & de conseruatione iuris agatur, & verum sit ædificium funditus dirutum non esse, nec ad aream redactum.[h] Quando autem in faciente constituta locũ habeant in reficiente, diffusiot est tractatio, quàm vt huc applicari debeat.[i]

Fieret.[f] Necdum tamen perfectum esset: alioqui non esset locus huic edicto, quod ad opera præterita non pertinet, sed interdicto Quod vi, aut clàm, similibúsque remediis vtendum foret.[k]

Per nuntiationem.[g] Iure factam ab iis nimirùm, personis, quæ nuntiare possunt.[l] & in re præsenti, hoc est, in ipso opere:[m] quod videlicet, non reficiatur, sed nouum extruatur,[n] congruóque tempore: quia non noctu putà, fiat nuntiatio, sed de die:[o] alioqui nuntiationem non præcessisse, aut vitiosè interpositam par esset,[p] ac meritò impunè posset contemni, vt ostendimus suprà.[q]

Inhiberetur.[h] Impediretur continuatio, videlicet, & processus operis: alioqui factum destruet, suis etiam sumptibus ædificans,[r] in quem eo nomine proditum

11 est interdictum de opere destruendo: quod ideo demolitorium vocamus.[s] Et hic est præcipuus nũtiationis effectus. Quòd si velit reus impunè ædificare potest oblata satisdatione de demoliendo.[t] Idemque vulgò creditum, si confestim paratus sit suscipere iudicium, dicendo, *Hodie constat, hodie agamus:*[u] cùm huiusce cognitionis oblatio vim habeat satisdationis.[x] Valdéque mihi probatur hæc sententia, si vel expressim recusando, vel dissimulando actor iudicium detrectet: cùm ita euidẽs eius calumnia detegatur,[y] quo casu defendimus nuntiationem sperni posse:[z] vbi verò nuntiator, statim quoque iudicium suscipere paratus esset, & de iure suo docere, secùs dicendum: cùm non debeat plus operari sola iudicii oblatio, quàm si re verà Prætor aditus esset,[a] ad quem si ventum foret, non tamen antè fieret reo potestas ædificandi, quàm remissionem obtinuisset.[b] Sanè verò satisdationis oblatæ vim omnem tunc absorberi volunt, cùm illud nuntiator respondet, *Hodie constat, hodie agamus:*[c] vt saltem noua lege nuntiatus ædificio per tres menses supersedere debeat, quo interim commodè iudex cognoscere possit.[d]

12 *Remitteretur.*[i] Relaxaretur, & dissolueretur:[e] facta quippe nuntiatione, si cõstet opus nouũ iure fieri, remittetur, hoc est, soluetur, & relaxabitur prohibitio.[f] Quod tripliciter fieri posse dicunt: vel à lege, si, putà, nuntiatio defectu personæ, rei, vel caussæ non tenuit:[g] aut satisdatio de demoliendo opere præstetur,[h] vel ab homine, si, videlicet, conueniat nuntiator, ne prohibitionem exequatur:[i] vel à iudice, cum eius auctoritate nuntiatio tollitur.[k] Indéque fabricata triplex remissio ab interpretibus, legis, hominis, & iudicis[l] quam ego partitionem facilè probauerim. Nam relaxatio, quam à lege fieri dicunt, remissionis nomen propriè habere non potest: præsertim, cùm non tenuit nuntiatio, quod non præcederet nexus, qui dissolueretur.[m] Nam quod Vlpianus ait, remissionem ibi demum factam intelligi, vbi non tenet nuntiatio:[n] accipiendum est vbi non tenet in effectu, & spectato fine caussæ. Nam si mero iure nulla sit: non, nisi ineptè, remissa dici potest.[o] cùm habitum præsupponat priuatio,[p] & id quod nõ est, dissolui nõ potest.[q] Sed nec cùm interponitur satisdatio de destruẽdo: cùm satisdationem à remissione, leges vbique separent adiicientes, vice remissionis satisdationem esse.[r] & vulgò efferatur, id quod pro tali habetur non esse tale.[s] Vnde iura, quæ iis casibus nũ-

g Bal. c. illud. in fi. de præsump. h L. fi. ff. de vsucapio. i Doctores c. cõsuluit. de Iude. Ias. l. quominus. xxxiij. q. ff. de fluminib. k §. sequẽ. vbi dicam. l L. de pupillo. in prĩ. hoc tit. m D. l. de pupillo. §. si quis fortè n D. §. opus. d. §. si quis ædifi. o. L. si solutumus. ff. de solutio. Accur. l. more. ff. de fer. p L. quoties. ff. qui satisd. q D. l. de pupillo. §. proinde. r L. ij. §. item si locum. ff. de alien. iud. l. vn. C. de no. oper. s L. stipulatio. §. j. l. Prætor. in prin. & §. j. hoc tit. c. j. & ij. de no. op. § sed si is. huius l. t L. Prætor. § si quis paratus. l. stipulatio. § j. hoc tit. l. ij. § pen. ff. quod vi, aut clàm. u L. si is, a quo. ff. vt in poss. leg. Accurs. Bart. & aly. d. § si quis paratus. x D. l. si is, à quo. y L. ij. § causæ. ff. de Carbo. edic. z L. j. & ij. ff. ne quis eum. a L. filio, quem. ff. de lib. & posth. b L. de pupillo. § si is, cui. hoc tit. c D. l. si is, à quo. Docto. hic. d L. vn. C. de oper. c. pen. & fi. illo tit. e L. remittit. ff. de iureiur. l. ij. § pen. ff. de critu. stellion. f D. l. vn. & hic. g L. de pupillo. in prin. & § j. h L. Prætor. § j. cum seqq. hoc tit. i L. iurisgentium. § si paciscar. l. vim facit. § j. ff. Quod vi, aut clam. § inde quæritur. huius l. k D. l. de pupillo. § si is, cui. l Accur. l. vn. ff. de remisso. Docto. hic. m L. decem. ff. de verb. oblig. n L. vn. § j. ff. de remissio. o L. remittit. ff. de iureiur. l. quæ sub cõditione. § fi. ff. de cond. instit. p c. ad dissoluendum. de despons. impub. q L. nam & si. ff. de ininst. testa. r L. Prætor. § j. § ait Prætor. § si quis paratus. hoc tit. s L. mercis. ij. ff. de verb. sig. Bar. l. si maritus. § legis. ff. de adulter.

tiationē remitti dicūt, per κατάχρησιν loqui,id est,abusionem interpretari cogimur.[r]
quod euidenter videamus, alienum rei nomen non habentibus accommodari.
Denique cum pactione nuntiator à nuntiatione recedit, ea conuentio re subti-
liùs perpensa,& ad viuum(vt dici solet)resecata, remissio propriè dici non potest:
cùm exceptionem tantùm pacti pariat:[u] & remissio vim nuntiationis statim, & i-
pso iure perimat.[x] Cæterùm quia in effectu non minus operatur factum patris,
quàm iudicis auctoritas,[y] per abusum quoque hic spontaneus à nuntiatione re-
cessus potest remissio dici.[z] Ex iis autem non obscurum erit remissionē diffinire,
factam à iudice,prohibitionis ædificandi relaxationem,[a] simúlq; intelligere Præ-
toris edictum de remissionibus:[b] adeóque iura omnia,quæ de remissione verba fa-
ciunt ad iudicis,non etiam legis, aut hominis relaxationem in dubio referenda.[c]

Eatenus quatenus.[t] Id est, intantum quantum.[d] Nec dissimilis sensus erit, si 13
cum plerisque codicibus legas,*Hactenus quatenus,*[e] vt semper velit Iurisconsultus,
post nuntiationem,& cessationem operis,iudicem aditum, quamprimùm cogno
uerit ab eo nuntiationē processisse, qui ius non habebat prohibendi, vim nuntia-
tionis sublaturum: inquantum tamen æstimabit iniuriâ nuntiatum. Nam si in
partem tantùm cognoscat, nuntiationem iniustè factam, pro ea parte duntaxat,
eam dissoluere:alioqui in totum.[f] Et hoc est quod idem Vlpianus àlibi scribit re-
missionem factam,hoc tantùm remittere,in quo non tenuit nuntiatio.[g] Quo per-
spicuum fit, Iurisconsultum non hîc agere de remissione,[h] quæ fit vi satisdationis
(vti vulgò creditum est)[b] sed de ea quæ per iudicem exercetur. quæ (sicuti suprà
probauimus)vera est, & propria remissio.[i] atque ita verba nostræ legis, Castren-
sis,Cumanus & Iason explicant: quæ tamen ab aliis nodum in scirpo quærenti-
bus,sine caussa contorquentur, variisq; modis lancinantur.cùm in iis nullus scru-
pulus insit,nec obscuritas vlla.

Non haberet.[l] Sed tunc quo remedio possit prohibitus petere, damnum sibi
resarciri aduersus iniuriosum nuntiatorem quæritur.& receptissima est sententia,
paratam ei de dolo actionem:[k] præterquam respectu damni per resolutionē con-
tingentis.[l] Ex quo enim illud suâ culpâ sentit(quia Prætoris contempsit auctori-
tatem)sibi,non nuntianti debet imputare.[m] Quòd si contendas,hoc casu nuntia-
to actionem iniuriarum competere:[n] ac proinde cessare de dolo iudicium, quod
nunquā detur,vbi alia via patet,qua nos tueri possimus,[o] respondetur, quòd cùm
iniuriarum actioni tunc tantum locus sit, cùm viâ facti irrogatur iniuria,[p] aduer-
sus nuntiatorem autem qui via iuris vsus est, non potest hoc remedium intendi,[q]
sed in eum duntaxat qui re mea per vim me vti prohibet.[r] Neque præthereà(quod
ad demolitionis damnum spectat)est,quòd cum nonnullis dicamus nuntiatorem
iniustè nuntiando in dolo fuisse:ædificantem verò spreta nuntiatione duntaxat
in culpa :quòd,scilicet,ius ignorans sibi licere putaret ad ædificium procedere.[s] &
culpæ dolum præponderare certum sit.[t] Nam verius videtur, prohibitum quoq;,
qui non abstinet ab opere,in dolo saltem præsumpto versari, ex quo Prætoris im-
perio non paruit.[u] Atque ita Doctores creberrimè hanc controuersiam definiūt.
Aduersus quos in vtroque membro longè aliud mihi semper visum est, fortiter
cum primis neganti hoc casu prohibito dari de dolo malo iudicium:quod cùm fa-
mosum sit,non vult lex passim,aut temerè decerni:[x] sed ex magna tantùm,& eui-
dēti calliditate,[y] ac cum diligenti caussæ cognitione.[z] Vulgóq; dicimus dolum
non

r L.si aliud. §. ast Iulianus.ff.quod vi, aut cla. l.vn. §.cæterum.ff.de remissio. d. l. de pupillo. §. qui procuratorio.
u D.§.inde queritur.
x D.l.vn. §.j. versic. planè.
y L. si ob causam. C. de euictio.
z D.l.vn. de remissio.
a Ead. l. vn. de remissio.
b D. l. vn. de remissio.
c L.iij. §. hac verba. ff. de nego. gest.
d L. eatenus. ff. de instito. l.ins los. ff. de re iud.
e L.si pro parte. §. si domini. ff. de in rem verf. §.sed hacten⁹. de mil.testa.
f L.iij.C.de hered. inst.
g L.vnica. versic.cæterùm. ff. de remissio.
h L.de pupillo.§.si is. l.Prætor.§. deinde. hoc titul.

i L.vn.ff.de remissio.l.de pupillo.§.si is. & l.non solùm.§.sciendum.hoc tit. k L.rei quam. ff. de dolo. Doct.hîc l L.si communis famili.ff.de noxalib. l.cum duobus.§.fin.ff.pro soc. m L.qui proprio.§.procurator.ff. de procur.l.quod quis.ff.de reg.iur. n L.qui pendentem. ff. de actio.emp.l.iniuriarum.§.pen.ff. de iniur. o L.j.§. ait Prætor.l.cùm à te.ff.de dolo. p D.l.iniuriarum.§.j.& toto tit.de iniur.in Institutio. q D.l.iniuriarum.in princip. r D.l.qui pendentem.d.§.pen. s L.sed & si lege.§.si scire.ff.de petitio.hered. t L.item si obstetrix. §.si.ff.ad l. Aquil. u L.non potest dolo.ff.de reg.iur. x L.diuus.in fi.de in integ.rest.d.§.ait Prætor. y L. & eleganter.§.si.ff.de dolo. z L.iij.C.de dol.l.si oleum.§.si.cum legibus seqq.ff.illo tit.

non præsumi.[a] ac proinde ab eo qui illum allegat ex perspicuis insidiis proban-
14 dum.[b] dolus quippe crimen est:[c] criminis verò præsumptio fugienda.[d] Nuntiator autem dolo caruisse potest, arbitratus fortè se ius habere prohibendi, quod in dubio præsumendum est.[e] Nec dubium quin huiusmodi credulitas, licèt temeraria forte, vt & alia quæuis caussa, quamlibet inepta à dolo excuset.[f] *Est enim credulitas* (vt apud Ciceronem Plancus scripsit) *error, magis, quàm culpa, irrepens facilè in optimi cuiusque mentem.*[g]

Fateor igitur prohibitum, quanti sua interfuerit à nuntiatore consequuturum. non quidem actionem de dolo ratione, qua diximus, sed in factum,[h] quæ eo maximè casu parata est à lege, quo factum sine caussa, tertio damnum infert. neque calliditas euidens deprehēditur,[i] & omni alioqui remedio sumus destituti.[k]

Hac autem actione, cùm velit lex reum indemnem omnino seruari,[l] illud quoque verius puto ad damnum; quod per demolitionem passus est prohibitum experiri posse: cùm grauiùs offendat nuntiator, iniustè prohibendo, quàm is cui nuntiatum est temerè ædificando.[m] & vbi par esset culpa rei, hoc est, prohibiti, (nam actor is censendus est, qui primùm prouocauit)[n] conditio potior, meliórque esse debet.[o] tanquam nuntiator prouocando, omnem præstiterit occasionem dāni.[p] Neque enim successus, sed prima damni caussa, vnde, scilicet, fluxerit dānum, attendi debet.[q] generaliterque dicimus, vbi finis principium necessariò consequitur, non finem; sed initium spectari.[r] Quæ videtur esse in eisdem propriè terminis, Iulii Pauli ratio.[s] Neque diuersum in simili specie, Doctores scriptum reliquerunt.[t]

Neq; nos mouerit q̄ qui suâ ipsius culpâ damnum sentit (qualis hic reus, ob contemptum Prætoris imperium)[u] sibi debeat imputare: ac ideo aduersus alium legis auxilio destituatur.[x] Nam hoc verum, nisi illi tertio aliquatenus possit culpa adscribi.[y] Eadémque ratione non est, quod obiiciatur illud, posterior culpa præcedentem absorbet.[z] Nam hoc ita, si non posteriori prior occasionem præstiterit.[zz]

a L. iij. §. fi. ff. de tributor. l. quoties. §. j. ff. de proba.
b L. dolū. C. de dol.
c L. si ex caussa. §. nunc videndum. ff. de minor. l. j. §. nunc tractemus. ver sic. planè. ff. de tutel. & rat. dist.
d L. meritò. ff. p soc.
e L. pe. C. de iis, qui sibi adscrib.
f L. igitur. ff. de lib. ca.
g Cicer. lib. 10. Epistol. Famil.
h L. rei, quam. ff. de dol.
i L. quis ser uādarum. in princ. & §. fi. l. duo. ff. de præsc. verb. l. quēadmodum. §. pe. ff. ad l. Aquil.
k L. quia actionum. l. quoties. ff. de præscri. verb.
l D. l. rei, quam.
m L. ij. §. fi. ff. ne quis eum.
n L. in tribus. ff. de iudic.
o L. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. ob. l. cùm par delictum. de reg. iur.

§. HOC AVTEM EDICTVM.

Hoc autem[a] edictum,[b] remediumque noui operis nūtiationis aduersus futura opera[c] inductum est, non aduersus præterita: hoc est, aduersus ea quæ nondum facta sunt,[d] ne fiant.[e] Nam si quid operis fuerit factum,[f] quod fieri non debuit, cessat edictum[g] de noui operis nuntiatione: & erit transeundum ad interdictum, Quod vi, aut clàm[h] factum erit, vt restituatur:[i] & quod in loco sacro, religiosóue, & quod in flumiue publico: ripáue publica factum erit. Nam his interdictis restituetur, si quid illicitè factum est.

SVMMÆ RERVM.

1 *Deus ad præterita nihil potest.* 3 *Negatoria & confessoria.*
2 *Interdictum quod vi, aut clàm.* 4 *Restituere, verbi varia acceptio.*

Hoc autem.[a] Pergit Vlpianus edicti nostri naturam exponere: cúmque suprà docuisset hoc edicto nouum opus inhiberi, & operis iam cœpti processum impediri: inde commōstrat, edictum eò rectà spectare, vt vetet post nuntiationem quicquam fieri: & ideo non pertinere ad id

p L. quis tum maior. §. si libertus. ff. de bon. libert. q L. damni. §. Sabin. ff. de dam. infec. r L. iij. §. scio. ff. de minor. s D. l. ij. §. fi. t Dinus & Bart. l. de pupillo. §. meminisse. hoc tit. u L. Prætor. §. j. hoc tit. x L. quod quis. de reg. iur. y L. si igitur. ff. pro socio. z L. illud. ff. de per. res vēd. zz L. fi. ff. de cōdic. fur.

quod iam ante nuntiationem factam deprehenditur. Quamuis nec tunc desti-
tuatur remediis actor, si quid illicitè factum agnoscat. Nam si in loco priuato, *Quod*
vi, aut clàm, interdicto: si in sacro, publico, fluminis, ripæue loco ædificatum sit, illis
interdictis, *Ne quid in loco sacro*, aut *publico* destructionē operis retrò facti cōseque-
tur. Dubitationis ratio ex altero Vlpiani responso peti potest: quo scriptum reli-
quit Iurisconsultus facta Prætori nuntiatione, quod retrò ædificatum erit, nihilo-
minùs destruendum.[a] Verùm id operatur illic testatio præcedens, cui lex iusta de
caussa vim tribuit, & effectum nuntiationis:[b] quia, scilicet, ædificans, prætor erat,
qui honoris caussa, & ne à curis publicis abstrahatur, durante magistratu: nec con
ueniri, nec priuatis querelis diuexari debet.[c] sed tunc præsertim caussa legitima
cēseretur, si iustus subesset timor:[d] quia magistratus sua potestate insolentiùs ab-
uteretur.[e] Cur autem ad opera præterita non pertineat hoc edictum, in prom- 1
ptu caussa est: quia in prohibitione quæ per nuntiationem fit, tota vis edicti posi-
ta est:[f] præterita autem prohiberi non possint,[g] cùm ad ea (sicuti Philosophi di-
cunt) nulla sit potentia, etiam in Deo, qui nullum ius habet (inquit Plinius) ad
præterita, præterquàm obliuionis.[h] Vnde nec facere potest, vt qui dixit, non dixe-
rit: qui honores gessit, non gesserit. Nec (sicut audenter Hieronymus dicere ausus
est) vt quæ semel corrupta fuit, virginitatem recipiat.[i] Factū enim, & non factum
sibi inuicem opponuntur, rectáque contradicunt.[k] atqui non potest Deus ea quę
contradictionem implicant.[l] Qua in re modestiorem omnium, sed præsertim
Theologorum sermonem desyderare soleo, quibus pro fortissimo artis, quam pro
fitentur fundamento, persuasum esse debet summā Dei optimi Max. potestatem
infinitam esse, ineffabilem, immensam & incomprehēsibilem, atque adeò inscru-
tabilem,[m] quam ideo non vlla modò cognitione possimus complecti: sed nec per
uestigare quidem: cùm nec vllum tanta potentia, tantæque exuberantis diuinæ
sapientiæ vestigium pateat.[n] vt indignum planè sit, & temerarium, velle eam pro
fragili nostro captu, & humanis regulis definire. Sed hæc obiter, & extra nouum
opus. nos ad illud reuertamur.

Edictum.[b] Quo vetatur nouum opus spreta nuntiatione fieri.[o]

Futura opera.[c] Aut quod in cœpto iam opere futurum est.[p]

Facta sunt.[d] Factum opus propriè dicitur, quod perfectum est, & consumma
tum.[q] ita vt saltem possit iam vsui esse, tali, scilicet, qualem paterfamilias destina-
uit:[r] alioqui dici debet fieri cœptum,[s] & imperfectum opus.[t] neque enim intelli-
gitur opus fecisse (inquit Gaius) qui ei propriam formam, quæ ex consummatione
contingit, non dederit.[u] Et hæc, vbi *operis* cum adiectione *facti*, mentionem faci-
mus:[x] aut ea exprimimus opera, quæ nisi formā habeant, talia dici nō possunt: vt
domus, balneum, theatrum, stadium, & alia id genus.[y] Nam si operis sine facti, vel
expressa, vel tacita adiectione meminerimus, idipsum sine dubio significatur,
quod geritur, aut gestum est: tametsi necdum perfectum.[z] quin & factum opus,
pro subiecta materia, quodlibet etiam imperfectum ædificium vocamus.[a] & in
hoc tractatu satis est opus inchoatum esse.[b]

Ne fiant.[e] Aut quæ cœpta sunt non perficiantur.

Factum fuerit.[f] Nulla præcedente noui operis nuntiatione.

Edictum.[g] Quod (vt dictum est) aduersus opera duntaxat futura prouidet.

Quod vi, aut clàm.[h] Quod propriè locum habet aduersus opera vi, aut clàm,
in solo facta, siue præcedat nuntiatio,[c] siue non præcedat.[d] hoc tamen casu ex eo
capite,

a L. de pupillo. §. si quis ipsi. hoc tit.
b L. ij. ff. de naut. fœnor. L. in contractibus. §. fi. C. de non num. pec.
c L. pars. ff. de iud. l. nec magistratibus. ff. de iniur.
d L. fin. C. de iis, qui per met. c. si. de app.
e L. illicitas. §. ne potentiorum. ff. de off. præs. l. vij. in fin. Quod met. caus.
f Vt hîc, et l. Prætor. §. j. §. aut Prætor. hoc tit.
g L. in bello. §. facta. ff. de cap. §. j. ad fin. de aqual. dot. coll. vij.
h Plin. lib. ij. nat. histo. c. vij.
i c. si Paulus. xxxij. q. v.
k D. §. facta.
l Thomas secunda secūda. q. xv. articu. iij. Bal. l. eam, quam. coll. vij. C. de fideicommis.
m Ad Romanos. c. xj.

n Esaia. c. xl. o Vt hac l. p L. non solùm. §. qui opus. hoc titul. q L. Quintus. ij. §. si factum. ff. de aur. leg. r L. ædificia. in fi. ff. de verb. sig. s L. ij. circa prin. ff. de præto. stip. l. pen. C. de iis, qui. vt indig. t L. qui insulam. §. pen. ff. locat. u L. si is, qui. §. quadam. ff. ad l. Fal. x D. §. pen. & hîc. y L. eum, qui ædes. ff. de vsucap. z D. l. qui insulam. §. pen. a L. stipulatio. §. opus. hoc titul. b L. de pupillo. §. nuntiationem in prin. hoc tit. c L. j. §. quid sit vi. ff. quod vi, aut clam. d L. vij. ff. de mort. infer.

capite, *quod clàm* illo ex capite, *quod vi*, factũ arguetur.[e] Cæterùm, cùm opus factum præcessit nuntiatio, potest actor ad demolitionem, vtroque interdicto experiri. & *de noui operis*, & *quod vi, aut clàm*.[f] cùm actiones de interdictis propositæ extraordinariç sint:[g] & remediorum extraordinariorum concursus admittatur.[h] Vnde nec obstat quod obiici solet, cessare ex hoc edicto remedium, vbi potest actori alia via consultum esse.[i] quamuis illud quoque dici possit interdictum, *quod vi, aut clàm*, generalius esse. Speciale autem remedium cum generali rectè concurrat.[k] vt videre est in actione de dolo subsidiaria,[l] quæ cum condictione certi, & indebiti simul datur.[m] & in accusatione parricidæ ex lege Pompeia, quæ cum generali sicariorum delatione concurrit.[n] Interdictum autem, *quod vi*, magis esse generale, quàm plurimis argumentis demonstrari potest. Nam ad illud imprimis satis est, prohibitionem à seruo, colono, aut fructuario processisse:[o] cùm tamen in nuntiatione noui operis, hæ personæ idoneæ non sint.[p] Rursus interdictum, *quod vi*, ad ea quoque pertinet opera, quæ in solo facta facilem operis non habent:[q] cùm secùs sit in nuntiatione.[r] In interdicto *quod vi*, præterea potest denuntiatio, in personam, nedum in rem concipi.[s] in nuntiatione verò, in rem, aut impersonaliter (vt plerique putant) proferenda:[t] veluti ne quid operis fiat.[u] qua de re suprà dictum est in Rub. Denique (vt cætera prætercam) facto etiam operæ, *quod vi, aut clàm*, interdictum datur,[x] & in re communi locum habet.[y] siuéque in suo, siue etiam in nostro quis ædificet.[z] Hoc autem edictum futura tantùm opera respicit,[a] & pro communi loco cessat,[b] nec locum habet ex eo nuntiatio, nisi quis in suo faciat.[c] Quod si quis contendat interdictum nuntiationis ex prædictis superuacaneũ reddi, tanquam interdicto *quod vi*, omni casu vberiùs sit nobis consultum, siue opus iure, siue iniuriâ factum sit.[d] Huic responsum velim interdictum de noui operis speciale commodius esse & vtilius, tum quòd perpetuũ sit:[e] illud verò post annum euanescat:[f] tum etiam quod in hoc nullæ probationes dominii, possessionis, aut iuris in re exigantur, sed docere satis sit prohibitionem factam.[g] In interdicto verò *quod vi*, necessum habeat actor probare dominium, vel possessionem.[h] Quod enim Vlpianus ait reum interdicto *quod vi*, teneri (ametsi ius faciendi habuerit.)[i] non infert quin oporteat actorem probare quæ saltem ad victoriam possessionis sufficiant, vt
3 vi factum dici possit.[k] Hinc quoque patet nonobstare quod si ædificãs in meo per negatoriam, si in tuo contra debitam seruitutem per confessoriam possim experiri:[l] non in id modò quod interest,[m] sed etiam (vt aduersus Dinum rectè Bartolus docuit) præcisè ad operis demolitionem.[n] Nam id verum fateor. cæterùm hæ actiones de seruitute petitorium iudicium respiciunt: in quo certum est actorem succumbere, nisi plenè doceat de iure suo,[o] in confessoria, scilicet, probando seruitutem sibi deberi: in negatoria rem suam, & liberam esse,[p] vt minimè dubitandum sit, quin consultius sit semper interdicto *de noui operis*, quàm illo *quod vi*, aut actione de seruitute vti.[q] Verumenimuerò hac ratione attenta, cùm expeditior sit via nuntiationis, quàm iudicii diuisorii, in quo oportet ab actore ius suum exactè probari,[r] cur Vlpianus respondit, socio in re communi ædificanti, non posse socium opus nouum nuntiare? quod alia via prohiberi possit ædificans, nempe,[s] cõmuni diuidundo actione, aut per Prætorem.[t] Doctores cùm existimarent apud Vlpianum, illis verbis, *per Prætorem*, officium iudicis (quod mercenarium vocant)

e L. prohibere. in pri. ff. quod vi, aut clàm. *f L. si alius §. aut Iulianus. ff. quod vi. l. Prætor. §. nonnulli. in fi. hoc tit.* *g Accur. l. j. ff. de act. & obl.* *h L. quemadmodum. §. pen. ff. ad l. Aquil. Accurs. & Docto. l. cũ filiusfa. ff si cert. petat.* *i L. in prouinciali. hoc tit.* *k L. falsus. §. si quis nihil. vbi Accurs. ff. de furt.* *l L. j. §. ait Prætor. ff. de dol.* *m L. si legatarius. ff. illo tit. d. §. si quis nihil* *n Accur. l. senatus. ff. de accusa.* *o D. l. prohibere. in prin. l. quãquam. ff. quod vi, aut clam.* *p Hac l. §. fin. l. de pupillo. in pri. hoc tit.* *q L. si alius*

§. notauimus. ff. quod vi, aut clàm. *r Hac l. §. hoc autem. ij. l. stipulatio. §. opus. hoc tit.* *s L. aut qui aliter. §. si quis cùm denunciasset. ff. Quod vi.* *t L. Prætor. in prin. hoc tit. Bar. d. l. de pupillo. §. memi.* *u L. si quis putans. §. fina. ff. com. diuid.* *x L. ij. ff. de mort. infer. & hic.* *y L. deniq. §. si ex sociis. ff. quod vi.* *z D. §. meminisse.* *a Vt hoc textu.* *b D. l. in prouinciali.* *c D. §. meminisse.* *d L. j. §. j. ff. quod vi, aut clàm.* *e D. l. Prætor. §. hoc interdictum.* *f L. semper. §. hoc interdictum. ff. quod vi, aut clàm.* *g §. sed si is. hac l.* *h D. l. de pupillo. §. meminisse. vbi Castrens. in prin.* *i D. l. j. §. j. ff. quod vi* *k Bar. d. l. de pupillo. §. si quis ipsi. xiij. q.* *l L. & si fortè. §. j. & §. fin. ff. si ser. vend. l. inter. ff. de ser. vrb. prædio.* *m L. loci. §. j. ff. si ser. vend.* *n L. pen. in fin. ff. si vsufr. peta. Bart. hic. nu. 4.* *o L. ij. §. hoc autem. ff. de tiner. actuq. pri.* *p L. si quis diuturno. & l. loci. §. competit. ff. si ser. vẽd.* *q L. is qui destinauit. ff. de rei vẽd.* *r L. per hoc. ff. com. diuid.* *s L. in prouinciali. §. j. hoc tit.*

intelligi, [t] rationem adferunt. Quia eo iudicis officio actioni communi diuidundo subseruiente, æquè consulitur actori, atque per nuntiationem: quādoquidem eius auxilio, interim ædificatum destruatur, tanquam lite pendente factum: [u] sicuti si nuntiatio præcessisset. [x] neque durior probatio, quàm in nuntiatione ab actore exigatur, vt meritò ei iure communi fulto, validéque munito extraordinarium nuntiationis auxilium denegetur. Sed certè hæc interpretatio parum conuenit verbis legis, [z] quæ remedium Prætoris à iudicio diuisorio disertè separās planè significat, hæc inter se auxilia non eadem esse, sed diuersa. [a] Rursus quia cōstat actionis nomine officium iudicis illi deseruiens, satis exprimi. [b] Vnde si vera esset communis sententia, superfluerent dubio procul illa verba *per Prætorem*. [c] Denique non potest nō esse grauior actionis via, quam in iudicio proponi oportet. [d] nec anteà subseruit illi iudicis officium: [e] cùm tamen nuntiatio citra vllam iudicii molestiam extra forum exerceatur. [f] Considerandum igitur nuntiationem propriè locum habere aduersus ædificantem in suo, aut à se possesso, quod nostrum non est. [g] Nam si in meo quis ædificat, possum per manum prohibere: & opus propria auctoritate destruere. [h] Cùm itaque res communis mea sit, [i] & in rem aduersarii nuntiationem fieri oporteat, [k] quæ diuisione necdum facta demonstrari non potest: [l] subtili iuris ratione perspecta nō possum socio ædificanti in loco communi, nouum opus nuntiare: [m] sed nec iactare lapillos ædificii, hoc est, mea auctoritate tollere opus. Cùm enim ille in suo quoque ædificet, nec minùs iustè quàm ego possideat, vis ei non est facienda: [n] nisi quatenus in rem meam propriam ex cōmuni loco immitteret. [o] Verùm quia dominorum alter, in rem communem, altero inuito quicquam facere nequit: [p] si nonnihil temerè fiat, æquum est socio ius esse prohibendi: [q] quamobrem proditum est iudicium communi diuidundo, quo socius consequetur, ne opus fiat. [r] Et si eam actionis viam non satis expeditam puter, per Prætorem poterit prohibere: [s] hoc est, implorato iudicis officio, socium ab iniuria rei communis arcere. [t] cui Prætoriæ prohibitioni nisi pareat ædificans, opus nuntiationis exemplo, suis sumptibus demoliri tenebitur. [u] Idémque si absente socio, ædificasset. [x] Quo etiam casu arbitror eum interdicto *quod vi*, ex eo capite *quia clàm* factum, ad destructionem etiam, conueniri iure posse. [y]

Restituatur. [z] Id est destruatur. [a] in quem sensum *restituere* verbum in interdi- 4 ctorum præsertim tractatu frequēter vsurpatur. [b] nec tam temerè, quàm nonnullis visum est. siquidem *restituere*, propriè sit in pristinū statum reponere. [b] *Restitue*, dicebat Pamphilus Dauo, *in quem me accepisti locum*. [c] Vnde & restitui res dicitur, cùm in eum reducitur casum, quo fuisset, si nihil factum aduersus eam esset. [d] Restitui dicuntur minores, qui repositi in pristinū statum, ius suum integrum recipiunt. [e] Sic restituere famæ, [f] restituere natalibus, [g] restituere honoribus, & ordini, [h] iisque similia dicimus. Itaque cùm iniustè ædificans, aliquo interdicto victus, extructum opus demoliri cogitur, in pristinum statum reponit, quem ædificio læserat vicinum, vt meritò tollendo id quod factum est, restituere significanter dicatur. [i] Quia pariter ratione idem *restituere*, verbum pro instaurare, ac reficere nonnunquam ponitur. [k] Et cui domus vsusfructus (inquit M. Cicero) legatus sit, non restituturum hæredem, si corruerit. [l] Nam qui destructum opus reficit, in pristinam formam reponit illud. [m]

Ripáue publica. [k] Sed cur interdicti *ne quid in publico loco*, non æquè meminerit hîc

t D. l. in prouinciali. in duobus locis. u Clem. si. vt lit. pend. x L. Prætor. §. j. hoc titul. y L. in causæ. y. in pri. ff. de minor. z D. l. in prouinciali. a L. j. ff. de rebus dub. Bart. l. supra. §. officium. ff. de aq. pluu. b §. præterea. de actionib. c D. l. in prouinciali. d §. j. de actionib. Inst. e L. ædiles. §. sic sciendum. ff. de ædil. edic. f §. seq. vbi dicam. g L. de pupillo. §. meminisse. hoc titul. h L. quemadmodum. §. j. ff. ad l. Aquil. i L. seru. §. j. ff. de leg. j. k D. l. de pupillo. §. j. l L. sed & loci. §. si communem. ff. fin. regund. l. Maximus. §. duobus. ff. de leg. ij. m D. §. meminisse.

n L. j. §. est igitur. ff. vti possid. o L. sed si inter. ff. de seruit. vrb. p L. in re communi. ff. de ser. vrb. q L. Sabinus. ff. com. diuid. d. l. sed si inter. r D. l. in re cōmuni. s L. in prouinciali. hoc tit. t D. l. §. meminisse. u D. l. Sabinus. x D. l. Sabinus. in fi. y L. denique. §. si ex sociis. iuncta l. j. ff. quod vi, aut clam. z L. Prætor. in prin. §. j. & §. ait Prætor. hoc tit. a L. j. §. pen. ff. ne quid in flu. b L. videamus. §. j. ff. de vsur. l. fin. C. de sent. pass. c Terentius in Andria. d L. restituere. j. & ij. l. hæc verba. l. cùm Prætor. ff. de verb. sig. e L. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minorib. f L. j. §. ait Prætor. ff. de postul. g L. ij. & tot tit. ff. de natal. rest. h L. j. C. de sent. pass. i L. ij. §. pe. ff. ne quid in loc. pub. k L. si merces. §. si vicino. ff. locat. l Cicer. in Top. m L. j. §. j. ff. de via pub.

hic Vlpianus caussa est: quia illud nō restitutorium est, seu demolitorium: sed prohibitorium duntaxat:[n] nisi quatenus ad flumen, ripam, iter, aut viam specialiter refertur.[o] atqui nos hic agimus de restitutoriis interdictis.[p]

§. NVNTIATIO.

Nuntiatio ex hoc edicto non habet necessariā Prætoris aditionem.[a] Potest enim[b] nuntiare quis, & si eum non adierit.[c] Item nuntiationem & nostro, & alieno nomine[d] facere possumus. Item nuntiatio omnibus diebus[e] fieri potest:[f] & aduersus absentes, etiam & inuitos, & ignorantes,[g] noui operis nuntiatio procedit.[h]

SVMMÆ RERVM.

1 *Feriata die à quibus abstinendum.*
2 *Per manum prohibere.*
3 *Enim caussalis coniunctio.*
4 *Interpellatio quæ debitorē in mora constituat.*
5 *Sermo vniuersalis.*
6 *Restrictio quando fiat de idoneitate.*
7 *Testis an die feriata examinetur.*
8 *Feriarum triplex ratio.*
9 *Remissio noui operis quibus diebus petatur.*
10 *Ignorantes & inuiti.*
11 *Demolitio operis an sit pœna.*

CIrca nuntiationis exercitiū quatuor præcipuè iubet Vlpianus hic obseruari. Nam extra iudicium, alienóque nomine, omnibus item diebus, ac aduersus quoscunque, ignorantes etiam, & inuitos exerceri potest. Ad quæ ne fortè scrupulum ingerat, quod vulgò iactatur, duo, pluráue specialia circa idem non concurrunt,[a] consyderandum est nihil hic (si rem ad exactum iudicium reuocemus) singulariter constitui, præterquàm quod de ignorantibus traditur. Nam quod aditionem Prætoris nuntiatio non desyderet, commune id habet cum cæteris actibus, qui regulariter extra iudicium rectè conficiuntur:[b] præsertim ij qui in sola voluntatis declaratione consistunt.[c] quamuis pro iis quæ in iure fiunt, magis præsumatur.[d] & quæ alioqui fragilia sunt, plurimum firmitatis assumant calore iudicii.[e] Quod autem alieno nomine nuntiemus, nihil penitus fauoris continet: siquidem possit quicunque actus lege specialiter non interdictus per procuratorem explicari.[f] Præterea quod
1 omnibus in vniuersum diebus, etiam festis, nuntiatio fieri possit, singulare (vt mihi quidem videtur) præceptum non est: quandoquidem feriæ à negotiis forensibus, & artificiis, quæstuosisq; duntaxat operibus, soleant concedere vacationem.[g] Vnde emancipationes, manumissiones, pacta, & transactiones, adeóque omnes extraiudiciarii actus, diebus quoque feriatis in honorem Dei rectè fiant.[h] Quinimò appellatio potest etiam die feriata interponi: licèt non possit exerceri:[i] & libellus offerri iudici:[k] qua de re paulò infrà. Vnum igitur in hoc textu remanet speciale, vt absentes, scilicet, & ignorantes nuntiatio afficiat: cùm alioqui non soleant illis præsentium facta nocere,[l] vt meritò nihil sit, quod de plurium specialium concursu iure opponi queat. Qua tamen in re obiter præteriri nolim, duo, pluráue singularia, vbi sufficiens subest æquitas, concurrere posse,[m] vt aduersus alios sæpe monui, & loco magis idoneo tractatum à nobis fuit.[n]

Prætoris aditionem.[a] Cùm enim nuntiandi potestatem fecerit perpetuum Prætoris edictum, Prætor adeundus non est:[o] quippe frustra de iis preces emitti-

n L. ij. §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. pub.
o D. l. ij. §. Prætor ait.
p L. j. §. penul. ff. ne quid in flu. pub.

a L. j. C. de dot. promiss. Bar. l. si is, qui. vlt. q. ff. de vsucapio.
b L. qua sub conditione. §. fin. ff. de cond. institutio. l. fine apud acta. C. de transac.
c L. denunciasse. in prin. ff. de adulter.
d L. j. C. de præd. curia. lib. x. l. cùm ostēdimus. §. fina. ff. de fideiuss. tutor.
e Accurs. l. j. ff. de interrog. actio. et m l. j. ff. de cura. bon. dand.
f c. fin. de procur. in vj.
g L. Diuus ff. de fer.
h L. ij. l. actus. l. fi. C. de fer.
i L. ij. C. de tempor. appella. l. j. vbi Bar. C. de fer.
k L. miles. §. sexagita. ff. de adulter. Glo. c. placita. xv. q. iiij.
l L. j. ff. qui. ex ca. ma. l. ij. ff. quis ord. in bo. poss.
m L. postliminy. in prin. ff. de capt. l. fi. C. ad Vellea.
n Dixi lib. ij. de iuris arte. c. vj.
o L. qua sub conditione. §. fi. ff. de cond. institutio.

mus,quæ iure communi nobis concedũtur,[p] nisi quatenus posteà ad demolitio-
nem temerè facti,agere volet interdicto restitutorio:[q] & hoc respectu nuntiantis.
Nanque reus,cui nuntiatum est, si vel remisionem petere velit, vel ab actore ca-
lumniæ iusiurandum exigere,Prætorem adire deber.[r] Sed etsi nuntiare non pos-
sumus,prohibendi tamen ius habeamus,quia in nostro quispiam ædificet,immit-
tat,aut proiiciat,[s] adire Prætorem necessariò non oportet:cùm ædificantem repel
lere,& quod iam cõstructum est,demoliri(si non impediat religionis fauor)[t] pro-
pria auctoritate sit concessum.[u] quod nunc Iurisconsulti,*per manum prohibere*,[x] 2
nunc *per iactum lapilli*,[y] vocant. Cùm enim vim ille mihi faciat possidenti,[z] eam
vim propulsare,& (si opus sit)vi repellere ad mei, mearúmq; rerum defensionem
licet.[a] hoc tamen casu benigna legis concessione,potest quis Prætorem adire:[b] i-
mò magis laudandus est, qui faciendi tumultus occasionem præscindens per iu-
dicem,quàm facti viam exequi mâluit.[c]

Duobus sanè casibus cùm in nostro ædificatur Prætor ipse, necessariò adeun I
dus est:si,putà,qui facit pari iure dominii,& possessionis mecum nitatur: quia so-
cius sit.[d] Neque enim possum meo iure eum prohibere:[e] quod suprà vidimus.[f]
Rursus, si potentior sit ædificans, quàm vt arcere eum meis viribus ego possim:[g] II
cùm & hoc casu, si commodè Prætor nequeatur adiri, indulgeat lex contra stri-
ctum ius ex bono & æquo,noui operis nuntiatione vti.[h] ne si non possit alio mo-
do processus operis impediri, potentioribus occasio præbeatur imbecilliores op-
primendi.[i] Atque ita Vlpiani responsum interpretor.[k]

Potest enim.[b] Cùm particula *Enim*,causalis sit coniunctio significans propo- 3
sitæ sententiæ rationem subiici:[l] valde autem sit infirma ratio,idem quod dictum
continẽs:[m] mirari quidã non desinunt, quòd cùm Vlpianus docuisset in nuntia-
tione minimè necessariam Prætoris aditionem: eiúsce rei talem adnectet ratio-
nem,quia potest quis nuntiare,& si Prætorem nõ adierit.[n] Sed certè hac de caus-
sa non oportuit eos in tantam admirationem traduci: siquidem dictio *Enim*, non
semper causalis, sed continuatiua nonnunquam, & pro certè propositum thema
lucidius explicans ponatur,vt cùm Mitio senex ab Æschino adolescente interro
gatus quidnam censerent mulieres de transuehenda virgine,respondit,

-Quid istas censes?nihil enim.[o]

Et Teuropidi roganti Tranionem quòd secum loqueretur, & obmurmuraret,
respondit Tranio,*Nihil enim.*[p] Et M.Cicero in Catilinam inuehens fuisse quon-
dam in Romana Repub.hanc virtutem, vt acriùs perniciosi ciues, quàm acerbis-
simi hostes coercerentur,dixisset, *Habemus enim*,inquit, *Senatusconsultum in te Cati-
lina, vehemens,& graue.*[q] in qua significatione particulam *Enim*,ab Vlpiano hîc v-
surpari censeo.

Adierit.[c] Potest regulariter quæcunque denuntiatio extra iudicium fieri.[r] 4
Vnde satis est debitorem extra ius interpellare: vt in mora constituatur.[s] præter-
quam in his quæ iudicis officio veniunt,[t] quæ cùm non sint in obligatione,sed so-
la iudicis auctoritate præstentur,[u] per iudicem necessariò peti debent.[x]

Alieno nomine.[d] Si ab eo,cuius interest procuratores sumus in rem constitu
ti,[y] aut personæ tam coniunctæ, vt etiam sine mandaro nobis in iudicio experiri
liceat.[z] Verùm oportet eum qui procurarorio nomine nuntiauit mandati sui fi-
dem facere,[a] aut satisdare,saltem, rem ratam dominum habiturum.[b] licèt in in-
terdicto

p L.vn.C.de the.lib.x. q L.Prætor.§.j.& §.est Prætor.l.stipulatio.§.j.hoc titul. r L.de pupillo.§.qui op⁹.et §.si is cui.hoc tit. s D.l.de pupillo.§.meminisse. t L.ossa.ff.de religios. u L.quemadmodum.§.j.ff.ad l.Aquil.l.si.§.si ad ianuam.ff.quod vi. x L.quãuis.ff.de acq.rerum dom.d.§.meminisse. y L.& si forte.§.j.ff.si ser.vẽd.l.j.§.quid sit vi.l.vim facit.ff.quod vi,aut clã. z L.j.§.est igitur.ff.vti possid. a L.vt vi.ff.de iust.& iur.l.j.§.vim vi.ff.de vi,& vi arm.l.j.C.quand.lic.se sine iud. b D.§.meminisse. c L.iij.C.de pignor. d L.in prouinciali.hoc tit. e D.§.est igitur. f Dixi.§.præcedẽti. g D.l.de pupillo.§.sed si in ædes. h D.§.sed si in ædes. i L.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præs. k D.§.sed si in ædes. l L.ij.C.de crimin.sacrileg. m L.qui interrogatus.ff.de interrog.actio.l.fi.vbi dixi.ff.de offic.præs. Cæsar. Cicero in Top. n Iason hîc. o Terent.in Adelph. p Plaut.in Mostellaria. q Cicero in j.Catil. r L.denunciasse.ff.de adulter. s L.qui Romæ.§.cohæredes.vbi Acc.& Doct.ff.de verb.oblig. t L.cùm postulassem.ff.de dam.infec. u L.qui per collusionẽ.§.fi.ff.de actio.emp. x L.postquàm.§.j.ff.vt leg.no.ca.d.l.cùm postulassem. y L.de pupillo.§.qui procuratorio.hoc titul. z L.sed & hæ.ff.de procur.l.exigendi.C.illo tit. a L.si quis inficiatus.ff.depos. b L.j.C.de procur.d.§.qui procuratorio.

terdicto, quod vi, aut clàm generaliter sit receptum, quęcunque, etiam sine mandato ad prohibendum admitti.[c] illa ratione, quod tunc facto prohibentis, actio noua non quæratur, ei, cuius nomine denuntiatio fit: sed actionis duntaxat mutetur qualitas.[d] vt, scilicet, quòd sine prohibitione ædificans clàm fecisse censeretur, tanquam vi factum esse incipiat.[e] Quæ ratio in nuntiatione cessat, sine qua non quæreretur ex hoc edicto actio.[f] nec ignotum, rei substantiam difficulter, qualitatem verò perfacilè mutari.[g] Cui rationi, velut ex Vlpiani visceribus erutæ,[h] valde assentior ego, ac dictum tam generale, verum nõ arbitror: quo circa mea quidem sententia temperandum ita, vt dicamus, prohibitionem alieno nomine factam, nocere ædificanti in interdicto *quod vi*, si vel ab eo procedat, qui se procuratorem dicit, & probat, offerendo saltem cautionem rati,[i] vt in nũtiatione noui operis,[k] vel ab eo, quem verisimile est, sine mandato, temerę̀ue non prohibere: quia sit de familia eius, cuius nomine prohibetur.[l] id quod disertè mihi videtur Vlpianus tradere, dum seruum procuratorem, & mercenarium, cautè exprimit, in dissimilibus personis à contrario diuersum censens.[m] Túmque verum est quod ille ait, prohibitionem demonstrare, ædificantẽ vi facere.[n] non etiam, vbi manat ab omnino extraneo, quem probabiliter possumus suspicari, neque procuratorem, neque negotiorum gestorem esse.[o] Sicque Vlpiani responsum aduersus alios interpretor.

Omnibus diebus.[p] Feriatis etiam, & solennibus in honorem Dei.[q]

Quippe etiam festis quadam exercere diebus
Fas, & iura sinunt:[q]

5 ea, scilicet, quæ prætermissa nocerent: vt Scæuolam, quídnam feriis agi liceret cõsultum, sapienter respondisse ferunt. Neque enim ferias polluit, vt ille dicebat, qui trabem à ruina vindicat. Vnde cùm opus magis in dies nociturum sit, & possit ædificans, de facto, diebus quoque festis ad opus procedere, bonum, & æquum fuit, vt omni quoque tempore arceri posset, quo emergenti malo, paratum esset remedium.[r] Sic igitur vniuersalis hic sermo, *Omnibus diebus*, extensissimè accipiendus est.[s] vt omnes in vniuersum dies festos, ac profestos comprehendat.[t] ne alioqui superfluant tam effusa legis verba:[u] quæ tamen, sic posita semper intelligi debent,
6 vt aliquid operentur.[x] Vnde nec quemquam mouere debet quod solet passim inculcari generalem orationem ad idonea coarctandam.[y] Nam ei regulæ locus
I esse non potest, tribus casibus. Primus vbi facta tali repressione sermonis effusio, vana, & inutilis redderetur.[z] qui casus noster est.

II Alter, vbi de publico fauore tractatur,[a] principaliter, scilicet. Nam si in consequens, vt in nuntiatione noui operis,[b] standum regulæ. quod alioqui fauoris extensio, in alterius damnum referri possit.[c] Neque me mouerit quod in hoc textu generalitatem sermonis sequamur, non facta restrictione. Nam dies quicunque etiam festi, nuntiationi noui operis suapte natura, idonei sunt: vt statim docebo.

III Tertius, vbi verba adeò exundant, & exuberant, vt salua recti sermonis ratione, reptimi non possint.[d] Quia orationi vniuersali super addita sint verba geminata:[e] modò tamen non repugnet euidens rationis diuersitas.[f] Prætereà considerandum est nuntiationem, qua de agimus, cùm ea iudicis præsentiam non exigat, extraiudiciariis actibus meritò non adnumerari.[g] ad quos certum est omne tempus, etiam religionis caussa feriatum, idoneum esse.[h] ac proinde concessum, diebus quoque festis transigere, pacisci, contrahere:[i] quinimò emancipare, ma-

c L. iij. in pri. ff. quod vi. Doc. hic
d L. si cùm exceptione §. in hac. in fi. ff. quod met. ca. l. si quis solutio ni. vers. pe. ff. de vsur.
e D. l. iij. ad prin.
f L. fin. hoc titul.
g L. iij. §. qui fideicõmissum. ff. de hered. instit.
h D. l. iij. ff. quod vi, aut clam.
i D. l. si quis inficiatus. d. l. j.
k D. §. qui procuratorio.
l D. l. iij. in princ.
m l. cũ Prætor. ff. de iudic. l. maritus. C. de procur.
n D. l. iij. in princ.
o D. l. si quis inficiatus.
p L. miles §. sexaginta. ff. de adult. l. ij. l. actus. l. fi. C. de fer.
q Verg. j. Georgico.
r L. j. in princ. ff. de vent. inspic.
s L. qui habet. §. pe. ff. de tutel. l. nec mandante. §. fin. ff. de tutor. & cur.
t L. Iulianus. ff. de leg. iij.
u L. si quando. C. de inoff. test. auth. omnes. C. com. de successio.
x L. si quando. ff. de leg. j.
y L. promittendo. ff. de iur. dot. l. vt gradatim. ff. de mun. & hon.
z c. si papa. de priuil. in vj. Doct. o. l. l. si quando.
a L. iij. §. vtrùm. ff. ad Sillan.
b L. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pac. §. inde quæritur. huius l.
c L. iij. §. fi. cum l. seq. hoc tit.
d L. pluribus. ff. de acceptila.
e Bal. l. si de certo. C. de transac. Salic. l. ij. C. de noxalib.
f L. si mihi Mauia. §. fina. ff. de leg. iij. d. l. promittẽdo.
g Vt hac l. in prin.
h L. Diuus. ff. de fer. l. ij. l. fin. C. eo tit.
i D. l. finali.

numittere, adoptare: [k] cùm hæc ad iurisdictionem duntaxat voluntariam pertineant. [l] Amplius existimatum, actus qui contentiosæ iurisdictionis sunt, nec caussæ cognitionem desyderant, festis etiam diebus tractari posse. [m] Nam eo tempore censent, posse coram iudice appellationem proponi, [n] libellum offerri iudici, [o] sententiam executioni mandari, [p] & examinari testem. [q] Addit Dinus, & vsus confirmat, litigatorem festis diebus in ius vocari posse: dum citationis vim, hoc est, comparitionem nuntius in legitimum tempus conferat: [r] cùm eo duntaxat tempore, citatus interpretatione legis ad iudicium vocatus intelligatur. [s]
Sed his non 7
omnino subscribendum ipse putauerim. Fateor quidem diebus etiã festis testem, qui priùs non feriato tempore, iuratò receptus erat, examinari posse. [t] quòd ad receptionis tempus, tota vis depositionis referatur: [u] tanquam finis, qui necessariò consequitur ad suum principium. [x] Et quoniam examinatio testis, cùm secretò fieri debeat, actus iudicialis propriè censeri non debet. [y] At quod diebus istiusmodi in honorem Dei solennibus Libellus, aut appellatio iudici proponi, aut res iudicata exequi possit, nusquam probari scio, sed potiùs contrarium: [z] cùm tales actus Lex dicat de plano, hoc est, summatim, & sine solenni iudicii formùla explicari. [a] quæ autem de plano tractantur, festis diebus expediri nequeunt. [b] Quod & alii, ante nos viderunt. [c] Leges verò quæ solent in diuersam proferri sententiam 8
de feriis, quæ hominibus indulgentur, vt sementinis, & vindemialibus, [d] vel etiam de imperatiuis, quæ, scilicet, arbitrio principis, extraordinem ob rem putà feliciter gestam indicuntur [e] (Constantinus repentinas vocat) [f] nominatim verba faciunt. [g] Licèt enim Papinianus de feriatis diebus simpliciter loquatur: [h] ad statiuas tamen, seu solemnes, quæ religionis caussa obseruantur, referri non potest: cùm illę Pandectarum auctoribus fuerint incognitæ. [i] cuiusmodi feriæ quæ maiestati Dei indulgentur, cùm publicum ius respiciant, [k] (etenim sacris vacare nos oportet, in quibus ius publicum maximè consistit) [l] non nisi ex magna aliqua caussa remittuntur. [m] superiores verò multò faciliùs. [n] Idem respondeo de citatione, quam à nuntio diebus festis inutiliter fieri contendo: licèt comparitionem in profestum tempus conferat. [o] cùm vocatio in ius sit de processu. [p] & satis constet habitum etiam de partium voluntate festis diebus processum, nullius esse momenti. [q] Et ita se habet communis sententia. [r] quam tamen contrario vsu, vbique abrogatam, non ignoro. Cæterùm mihi cum Proculo semper placuit, non tam spectare quid Romæ fiat, quàm quid fieri debeat. [s]

Fieri potest. [f] Sed an idem in remissione dicendum? vt omnibus diebus, etiam 9
feriatis, fieri possit? quod veteres existimarunt: [t] quia remissionem petens, defensoris vices sustinet. [u] Et nihil plus actori debeat concedi, quàm reo: [x] sed seruanda sit in iudiciis æqualitas. [y] quin reo potiùs fauendum, quoties alterutri plus faueri oportet. [z] Denique quoniam sicut tutor potest quocunque tempore dari, ita excusatio tutelæ quocunque tempore proponi. [a] Nam & relatiuorum idem solet esse iudicium. [b] Et hæc sententia posterioribus indubitata visa est: quoties nuntiatio facta proponitur vel damni repellendi caussa, [c] vel gratia publici iuris conseruandi. [d] Nam si tuitionem duntaxat priuati iuris respiciat nuntiatio diebus feriatis fatentur, eius remissionem peti non posse, [e] nisi vel impenderet ex mora in ope
re

k L. actus. C. de fer. l L. ij. ff. de offi. procons. m L. ij. §. dies. ff. quis ord. n L. j. C. de fer. o L. miles. §. sexagin-ta. ff. de adulter. Glo. c. placita. xv. q. iiij. p c. fin. de iudic. q Glos. cle. vn. de offic. deleg. r L. in tempus. ff. de hered. inst. s L. contraxisse ff. de actio. & obl. t Glo. d. cle. vnic. u L. pe. C. de testib. c. quoniã contra de probat. x L. iij. §. scio. ff. de minor. l. dãni. §. Sabin. ff. de damno infec. y c. venerabili. de testib. & inquisitionis. §. tertia. de accusa. z L. fin. C. de fer. c. fin. eod. tit. a L. miles. §. sexagin-ta. ff. de adult.

b cle. sæpe. de verb. sig. c Bar. l. ne quicquam. §. de plano. ff. de offic. procons. Cuma. hîc. d L. j. ff. de fer. e L. sed & si. §. si feriæ. ff. quib. ex ca. ma. f L. siue pars. C. de dilatio. g L. j. C. de fer. c. fi. de iudic. h D. §. sexaginta. i L. omnes. l. fi. C. de fer. k L. non distinguemus. §. j. ff. de arb. l L. j. §. j. ff. de iust. & iur. m L. ij. l. pen. & l. fi. C. de fer. n c. fin. de fer. l. j. C. illo tit. o D. l. fi. ibi nulla quemquã. & ibi taceat apparitor. & ibi praeconis, &c. p c. quoniam cõtra. de proba. §. vlt. de pœn. tem. litig. q D. c. vlt. de fer. r Bart. & Doct. hîc Canonist a in d. c. fi. s L. sed licet. ff. de offic. præsidis. t L. minor. in princ. vbi Accurs. ff. de excusat. Iac. Aren. & Alb. hîc. u L. de pupillo. §. pen. hoc tit. x L. non debet. ff. de reg. iur. y L. fi. C. de fruct. & lit. expens. z c. ex literis. de proba. l. fauorabiliore. ff. de reg. iur. a L. ij. ff. de fer. l. nec mandante. §. fina. ff. de tutor. & curat. b L. fina. C. de induc. viduit. c D. l. ij. ff. de fer. d L. publicas. C. illo tit. e L. fin. C. de fer.

re ruinæ periculum:[f] vel remissionem postularet reus, oblata satisdatione. túmq; quia hoc caussæ cognitionem non requirit.[g] Mihi verò, tot anfractibus non opus esse videtur: sed dicendum simpliciter remissionem nuntiationis diebus festis peti non posse: quum ea propria remissio sit, vti suprà probauimus, quæ fit Prætoris auctoritate, & caussa cognita.[h] Prætor autem diebus ob honorem Dei solemnibus adiri nequeat: idque verum arbitror aduersus cæteros, etiam si damni propellendi, aut etiam iuris publici tuendi caussa nuntiatio facta proponatur:[i] quum subsit semper eadem ratio.[k] Nec obstat quòd ex iis caussis possit nuntiator (si non abstineat ab opere ædificans) feriarum quarumcunque tempore nuntiationem prosequi.[l] Nam hoc ideo, quia vel res celeritatem desyderat ob impendens moræ periculum,[m] vel publicus fauor feriarum solemnia negligi suadet.[n] quæ ratio, vtroque casu in petente remissionem cessat, quem nec vrget necessitas, nec publicus fauor comitatur. Vnde nec oberit quòd æqualitas inter actorem & reum seruari debeat:[o] imò in dubio reo magis fauendum est.[p] Nam hoc verum, nisi potentior fauoris caussa foueat actorem,[q] aut alia disparitas rationis diuersum suadeat.[r]

Quod item aiunt interpretes, vbi per satisdationẽ fieri remissio petitur, posse idipsum die feriata agi: in sensu magis, quàm in verbis probauerim. cùm tunc nulla propriè dicatur peti, aut fieri remissio: sed id quod est remissionis loco:[s] quæ res Prætoris aditionem non desyderat.[u] & actus istiusmodi, qui sine iudice confici possunt, liberè diebus quoque festis explicentur.[x] qua ratione cessante, si ex accidenti negotium aditionem Prætoris postulet (quia minus idoneam fortè satisdationem actor contendat)[y] secùs dicendum erit.[z]

10 *Et ignorantes.*[a] Non satis habuit Vlpianus inuitos exprimere: sed ignorantes adiunxit, de quibus maior nimirùm erat dubitatio, propterea quòd remedium ex hoc edicto demolitionis pœnam infligat.[a] & pœnæ non sint aduersus ignorãtes paratæ.[b] Quocirca neque putandum est hæc verba *& ignorantes* superfluere: ex regula iuris, quæ censet, quæ aliis inuitis nobis facere licet, illis ignorantibus multò magis concessa.[c] Nam ei regulæ locus non est, si subsit diuersa ratio.[d] Quin imò nec à iuris auctoribus, tam generaliter prodita, quàm vulgò fertur: sed in alienationibus, aliisque id genus singularibus negotiis, quæ à mera solius agentis voluntate pendent,[e] qui quum à nobis solis spreta cuiusuis contradictione liberè confici possint:[f] multò magis alio absente, & ignorante poterũt expediri.[g] quum plus sit, repugnante aliquo, quàm ignorante facere.[h] Et cui licèt, quod est plus, multò magis, quod est minus licitum existat.[i] in iis verò negotiis, quæ pluribus communia sunt, plurium etiam voluntatem explorare conuenit.[k] Vnde nec aliis ignorantibus, aut iniussis præsentes quicquam possunt.[l] plúsque ad informãdum actum, vnius contemptus operatur, quàm ad eum stabiliendum cæterorum omnium consensus, & voluntas:[m] quamuis si omnes intersint actui, & aliqui contradicant, attendatur (præterquam in iis quæ communia sunt pluribus, vt singulis)[n] quod à maiori parte factum est.[o] ne alioqui propter innatam hominibus dissentiendi facilitatem,[p] nuquam ad exitum perueniant negotia.[q]

Procedit.[b] Neque enim scientiam, aut præsentiam aduersarii desyderat: sed satis est in ipso opere fieri nuntiationem fabris, videlicet, & opificibus, qui eo loci operantur,[r] aut alteri cuilibet, intelligẽti tamen,[s] vt possit idipsum absenti domi-

f L. j. & ij. ff. de fer. g L. ij. §. diet. ff. quis ord. in bon. poss. fer. h L. de pupillo. §. si is, cui. hoc tit. i D. l. fina. C. de fer. k c. fi. de fer. d. l. fi. l L. illud. ff. ad l. Aq. m L. publicas. C. de fer. l. j. & l. ij. ff. illo tit. n L. j. ff. de dãno infec. d. l. j. & d. l. ij. o D. l. publicas. p L. fin. C. de fructib. & lit. expens. q c. ex literis. de prob. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. r L. inter pares. ff. de re iudic. s L. de die. vbi Doctor. ff. Qui satisd. cog. Glo. c. cum ad sedẽ. de rest. spol. in antiq. t L. Prætor. §. j. §. ait Prætor. & §. si quis paratus. hoc tit.

u L. de pupillo. §. si is, cui. hoc tit. x L. fi. C. de fer. y L. si ab arbitro. ff. Qui satisd. cog. z L. fi. C. de fer. c. final. illo tit. a L. Prætor. §. j. l. pen. hoc titul. b L. final. ff. de decret. c L. qui potest. ff. de reg. iur. d L. duo ex tribus. ff. de re iud. l. si in tres. ff. de arbit. e L. iiij. §. illud. ff. de fide. libertu. d. l. qui potest. f L. sicut. C. de action. & oblig. g d. §. illud. d. l. qui potest. h L. nécnon ff. de tutor. & curat. i L. nec in ea. ff. de adulter. c. cui licet. de reg. iur. in vj. k c. quod omnes. de reg. iur. in vj. l c. fin. de arb. in vj. d. l. duo. d. l. si in tres. m c. quod sicut. c. venerabilem. c. bona de electio. n L. per fundum. ff. de seruit. rustico. o L. quod maior. ff. ad municip. c. cùm omnes. de constitu. p L. item si vnus. §. pen. ff. de arb. q L. vn ff. de libert. vniuers. c. sane. lxv. dist. r L. de pupillo. §. j. hoc tit. l. aut qui. §. j. ff. quod vi, aut clam. s L. cuilibet. hoc tit.

no renuntiare.[t] ab eóque tempore, quo, scilicet, verisimiliter innotuerit domino nuntiatio (nam antè dominum obstringi iniquum esset)[u] si processum sit ad ædificium, tenebitur dominus patientiam, & impensam tollendi operis præstare:[x] tametsi re vera nuntiationem factam ignoret:[y] cùm Prætoris verba simpliciter, & in rem scripta sint, *Quod factum est, restituas.*[z] ideóque latiùs porrigenda,[a] vt verba legis simpliciter sonant.[b] Et generaliter dixerit Vlpianus eum qui contra denuntiationem ædificat, vi fecisse videri.[c] nec debeat alterius absentia, aut ignorantia nuntiatori obesse, qui officio suo probè functus est.[d] noceret autem, si tollendi operis impendia erogare teneretur.[e] Nec obstat quod demolitio ædificii, quæ præsertim proprio sumptu fieri debet, pœnam contineat:[f] & pœnas scientibus lex infligat:[g] non etiam ignorantibus, cùm non delinquant.[h] & pœna sit fraudis delictorúmue coercitio.[i] Nam respondeo nō omnino culpa vacare dominum, quem sanè prudentiorem in eligendis ministris esse oportuit.[k] Vnde si non renuntiauerunt factam denuntiationem, sibi debet dominus imputare, qui tales præposuit:[l] quorum alioqui factum, præstare teneretur.[m] Et quāuis careat omnino culpa dominus, subest tamen caussa præcedens nimirùm ex edicto Prætoris legitimè facta nuntiatio. Facit autem caussa nonnunquam, vt ignorans, aut alius qui caret culpa puniatur:[n] vt videre est in filiis damnatorum læsæ maiestatis.[o] Prætereà non culpam in hoc edicto, sed factum ipsum lex perpendit, & cōsyderat, vt verba Prætoris in rem concepta demonstrant.[p] quocirca disputandum non est, quo modo factum sit, sed an sit factum.[q]

11 Ex iis patet interpretes audiendos non esse, qui vulgò dicunt legem in hoc tractatu non habere demolitionem operis pro pœna, sed expensas duntaxat.[r] & ideo ad eas ignorantem non obligari, sed vt tollendi tantum operis patientiam præstet:[s] vt de hærede eius, cui nuntiatum est,[t] & eo qui vi factum possidet, nec fecit,[u] responsum extat. Etenim cùm per destructionem operis, artificibus iam datæ pecuniæ, & operæ factæ cùm ipsis cœmentis, pereant: parietésque corrumpi contingat, dici nulla ratione potest demolitionem operis pœnam non continere:[x] respectu præsertim eius qui opus fecit:[y] quamuis respectu successoris, qui non ædificauit, nec quicquam impendit, non sit pœna.[z] Adde, si placet, quod periniquum esset nuntiatorem impendiorum pœna afficere,[a] qui nihil egit, nisi permissu, & auctoritate legis.[b] Neque verò quemquam moueat hæredis exemplum,[c] quem ad impensam demolitionis, lex ideo teneri non vult, quia nihil ipse noui operis, neque eius nomine alius fecerat: sed defunctus, cui prætereà non hæredi facta erat nuntiatio.[d] Sed nec probè detorquetur huc similitudo eius, qui vi factum possider, nec fecit.[e] siquidem dominus, post factam denuntiationem ipse vi fecisse dicatur.[f] vt meritò non solum patientiam, sed impensam demolitionis præstare debeat.[g]

Illud postremò putauerim, si fabri non renuntiauerint, factā nuntiationem aduersus eos domino subueniendum:[h] quod suprà attigimus.

§. IN

t D.l.de pupillo.§.j.in fine. u L. item veniunt.§. petitum.ff. de pet. hæredit. l.ij.in pri. ff. quis ordo. x L. Prætor. §. j. l. pen.hoc tit. l.iij.§.item si locum.ff. de alie. iud. y c. ij. de no. oper. d. l. de pupillo. versic. cæterum. z D.l.Prætor. in prin. & §. aut Prætor. a L. metum.§.animaduertendū.ff. quod met. caus. d.l.aut qui. §.fin. b L. sed si maritus. §. ij.ff. qui & à quib. c L. j. §. sed & si quis ff. quod vi, aut clàm. d L. ij. C. de annal. excep. e D.§.item si locum.

f L.penul.hoc titul. g L. fina. ff. de decret. ab vtil. h L. ex maleficiis. §. ij. ff. de action. & obligat. L. penult. C. de tabul. lib. x. i L. aliud est fraus. ff. de verbor. sign. k L. si seruus. §. si fornacarius. ff. ad l. Aquil. l §. final. de societa. Instit. m L. j. §. si. ff. naut. caupo. d. §. si fornacarius. n c. sine culpa. de reg. iur. in vj. Glo. c. antiqua. de priuileg. o L. quisquis. §. filij. C. ad l. Iul. maiest. Ant. Gazares. C. de hæret. p L. Prætor. §. ij. & §. aut Prætor. hoc tit. q L. cùm seruus. ff. de verbor. oblig. r L. penult. hoc tit. s L. quamquam. §. final. ff. de aq. pluu. t D.l.penult. u L. competit. §. final. ff. Quod vi, aut clàm. x L. Senatus. ff. de contra. emp. l. stipulatio. §. j. ibi impune. hoc tit. y D.l.pen. ibi. Nam & in. z D.l.penult. vbi Cuman. a L. iij. §. item si locum. ff. de alien. iud. b L. j. C. de his, qui ven. ætà. l. Gracchus. C. de adulter. c D.l.penult. d D.§. item si locum. d.l.pen. e D.l.competit. §. fin. f L. j. §. sed & si quis. ff. quod vi, aut clàm. g D.l.competit. §. final. h L. item quæritur. §. exercitor. ff. locat. Dixi in rub. hoc tit.

§. IN OPERIS.

In operis[a] autem noui nuntiatione possessorem[b] aduersarium[c] facimus.[d]

SVMMÆ RERVM.

1 *Possessor cur nuntiatus efficiatur.*
2 *Aduersarius quis.*
3 *Facere, verbi significatio.*

1 IN *operis.*[a] Commemorari solent duo præcipui nuntiationis effectus, quorum alter nuntiatoris fauorem respicit, vt, scilicet, nisi paritum sit prohibitioni, demolitionem ædificii consequatur.[a] Alter rei fauorem, vt nuntiatione possessor fiat,[b] quem & hic Vlpianus tradit: duriusculè tamen, vt prima fronte videtur, siquidem in id nuntiemus, vt vel impendens damnum repellamus, vel ius nostrum tueamur.[c] non debeant autem ad augmẽtum proposita deminutionem operari:[d] nec ad vnum effectum inducta producere contrarium:[e] sed omnes actus ad agentis mentem perpetuò dirigendi sint, & referendi.[f] Vnde & illud consequi videtur nuntiatione possessionem, nullo pacto transferri posse: cùm nec affectio sit eam amittendi: nec item factum aliquod corporeum, eo nomine intercedat. cùm tamen vtrumque, & ad acquisitionem, & ad admissionem possessionis requiri videatur.[g] Quæ sanè tantùm caliginis, & tenebrarum nostris interpretibus offuderunt, vt quænam sit huius constitutionis ratio, lis adhuc sit sub iudice: præsertim quòd diuersum leges obseruari voluerint in prohibitione per iactum lapilli, & per Prætorem: ex neutra quarum constat possessorem aduersarium fieri.[h] Cur ergo tam variè? Et crebriùs in eam sententiam itum, vt in nuntiatione, quæ simplici verbo proponitur, id efficiat timidus, & fractus nuntiatoris animus: quo sicut qui suspicatur se posse repelli, possessionem videtur deserere.[i] Quæ ratio in cæteris prohibitionibus cessat. etenim iactando lapillos, aut adeundo Prætorem nuntians se plenum animi præbet, & audacem. Sed certè, nec hanc rationem perpenderunt vsquam Iurisconsulti, nec ad eam spectasse illos verisimile est: cùm animosior multò videatur, qui per se prohibet, quàm qui accersito iudice.[k]

Alii hoc inductum putant, vt aduersarius, qui spreta nuntiatione ædificans, ædificium demoliri grauatur:[l] in hoc exoneretur: vt possessionem nuntiatione quærat.[m] Sed hæc ratio, si vera est, cur in prohibitionibus quæ lapilli iactu, aut per Prætorem fiunt, negamus possessionem transferri:[n] ex quibus tamen ædificatum contra denuntiationem destrui oportet,[o] ope saltem interdicti, *quod vi, aut clàm.*[p]

Tertii non aliter possessorem aduersarium fieri volunt, quàm præstita ab eo satisdatione de demoliendo.[q] túmque ideo, quia ex quo nuntiator sit, se posse repelli, nec ædificantem deinceps impedire posse,[r] deserere possessionem videtur.[s] Sed violat nimiùm hæc interpretatio generalem Vlpiani sermonem, qui semel, atque iterum ait aduersarium nuntiatione possessorem fieri,[t] totam vim transferendæ possessionis, nuntiationi tribuens, velut primæ caussæ. Vnde quod idem auctor ex Iuliani sententia alibi scribit, hoc ipso quod satisdedit, eum possessorem constitui:[u] de vera, iusta, pacifica, & perfecta possessione accipiendum est.[x] qua nixus ædificans, vllo nuntiatoris facto, nequit deinceps molitione operis impediri:[y] vbi si antè ædificasset, possessor fuisset quidem: sed violentus.[z] atque hũc sensum arguunt Iurisconsulti verba, dicẽtis satisdatione possessorem constitui:[a]

a L. Prætor. §. j. §. ait Prætor. hoc tit. c. ij. de no. oper.
b L. de pupillo. §. meminisse hoc titul.
c Hac l. §. nuntiatio. & §. pen. l. de pupillo. §. sed si in ædes.
d L. si mãcipia. in fi. ff. de fund. instruct.
e L. legata inutiliter. ff. de leg. j.
f L. nõ omnis. ff. si cer. pet.
g L. quemadmodum. ff. de acq. poss. l. ferè. ff. de reg. iur.
h D. §. meminisse.
i L. iij. §. in amittenda. l. si id, quod. §. fi. ff. de acq. poss.
k L. fin. in pri. ff. quod met. caus.
l L. Prætor. in prin. §. j. & §. ait Prætor. hoc tit.
m L. eum, qui. ff. de iureiur. Rq ma. hic.
n D. §. meminisse.
o D. l. Prætor.
p D. §. meminisse.

q L. si alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi, aut clàm. r L. pen. ff. de aq. quotid. l. si prius. l. stipulatio. §. j. hoc tit. s L. sed si nolit. l. si id, quod. §. fi. ff. de acq. poss. t D. §. meminisse. & hic. u D. §. ait Iulianus. x L. iustè. ff. de acq. poss. y D. l. stipulatio. §. j. d. l. si prius. z L. j. §. quid sit vi. ff. quod vi, aut clàm. a D. §. ait Iulianus.

quod certò plus nescio quid demonstrat, quàm cùm simpliciter fieri possessoré, ait:[b] constitui quippe dicitur propriè, qui grauiore iudicio, quàm anteà in re aliqua confirmatur.[c] Vnde à Q. Scæuola, primum ius ciuile cōstitutum, Pomponius dixit.[d] Tametsi paulò antè scripsisset à Mutio, Bruto, & Manilio fundatum.[e] Quia scilicet, Q. Mutius Scæuola primus fuit, qui ius ciuile anteà confusum in certum digessit ordinem.[f] Ego verò rem hanc video non tantam exigere controuersiam, nostræ constitutionis rationem expeditam esse. etenim quoties quis in re à nobis possessa ædificat, aut immittit, non eum prohibemus nuntiatione:[g] sed vel auctoritate propria,[h] iactādo, scilicet, lapillos ædificii,[i] vel implorato Prætoris officio:[k] quippe nunriationi propriè locus est, vbi quis in solo suo ædificat: & ex eo opere nobis damnum datur.[l] tum autem nuntiando facimus, hoc est, declaramus, fatemur, & ostendimus aduersarium possessorem.[m] & si quam fortè haberemus, ei renuntiasse videmur eius exemplo, qui petitorium proponit.[n] Nam & petitorii caussam nuntiatio quadamtenus redolet:[o] & in id nos ea vsos intelligimur, in quod à ciuili lege prodita est,[p] indéque animus amittendæ possessionis colligitur, qui ad perdendam possessionem, dubio procul sufficit, si ab eo ducamus initium:[q] quamuis si à corpore incipias, non aliter amittatur possessio, quàm si corpore, simul & animo desitum sit possideri.[r]

Possessorem.[b] Soli, scilicet, in quo ædificatur: non etiam iuris prædii.[s] Etenim qui ratione seruitutis nouum opus nuntiat, nullam in aduersarium trāsfert quasi possessionem,[t] nisi respectu eius, quod ante nuntiationem contra debitam seruitutem, eo patiente ædificatum esset.[u]

Aduersarium.[c] Aduersarius dicitur, qui alteri quoquomodo repugnat, obsi- 2
stit, & aduersatur siue in iudicio,[x] siue etiam extra ius.[y] Et tamen Doctores, qui *aduersari*, verbum iuridiciale putant,[z] nec quidem aduersarium propriè censent, dici posse, nisi qui in lite contendit,[a] ad statuta subinferentes: quorum verba propriè accipienda sunt.[b] Sed ne cum illis sentiam ego, facit cumprimis legis auctoritas:[c] deinde etymus, & allusio vocabuli, à qua propriam desumi significationem, notissimum est.[d] Ducitur autem aduersarius ab aduersari verbo, quod est obniti, repugnare, & quasi aduersus, id est, contrà ire: quod & illi obsistentiæ, quæ fit extra ius, conuenire sani iudicii neminem arbitror negaturum.[e]

Facimus.[d] Hoc est, declaramus, profitemur, & ostendimus.[f] Ex quo enim 3
nuntiari nouum opus ei tantum lex induxit, qui in re à se possessa, ædificat:[g] cùm nuntiationis vtimur beneficio, in eam caussam vti censemur, in quam à lege proditum est.[h] Vnde facimus (vt Vlpianus ait) id est, detegimus, & indicamus aduersarium possessorem: cùm non aliter posset nuntiari. Et ita verbum *Facere*, amplissimę alioqui significationis,[i] nihil hîc agi de nouo demonstrat: sed quod antè erat in obscuro fortè positum aperit, declarat, & ostendit.[k] Sicut cùm diximus tutores suspectos facere,[l] aliquem facere criminis reum:[m] hoc est, eos tales publicè detegere, & indicare. nec dissimiliter valde dixit Scæuola, emancipatione suum hæredem fieri non posse: id est, conseruari, & permanere.[n]

Atque ita hunc locum à nemine, quem viderim, intellectum, candidus lector, me auctore accipiat. IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, DIE PENVLT. NOVEMBRIS, M. D. LI.

INTEL-

b L. iij. §. missum. in princip. ff. de Carbo. edic. d. §. meminisse. in prin.
c L. iij. C. de confir. tuto.
d L. ij. §. post hos Quintus. ff. de orig. iur.
e D. l. ij. §. post hos fuerunt.
f D. §. post hos Quintus. vbi dixi.
g D. §. meminisse.
h L. quemadmodum. §. j. ff. ad l. Aquil.
i L. j. §. quid sit vi. l. vim facit. ff. quod vi, aut clàm.
k D. §. meminisse.
l D. §. meminisse. ver sicu. caterū.
m D. §. meminisse. & hic.
n Accur. l. si duo. in prin. ff. vti possid. Doc. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess.
o §. nuntiatio. huius l.
p L. si duo. ff. de acq. hered.

q L. iij. §. in amittenda. ff. de acq. poss. r L. ferè. ff. de reg. iur. l. quemadmodum. ff. de acq. poss.
s L. & si fortè. §. j. ff. si ser. vēdic. t D. §. j. u D. §. j. in fino. x L. si. C. de fid. instr. c. j. de iud. c. si. de eo qui mitt.
y c. accedens. ij. vt lit. non contest. & hîc. z L. pen. in prin. C. de iur. delib. a c. fin. vt lit. pend. c. j. c. ij. de confess.
in vj. b c. in nostra. de iniur. Doct. in c. j. de iudic. c D. c. accedens. & hîc. d L. pupillus. §. territorium. ff.
de verb. sig. Bar. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. e L. & si fortè. §. j. ff. si ser. vend. f L. ij. C. de vsur. pupilla. l. j.
C. de neg. gest. g L. de pupillo. § meminisse. hoc tit. h L. si duo. ff. de acq. hered. i L. verbum facere. ff. de
verb. sig. k L. si rem. ff. de acq. poss. l L. iij. & tot. tit. ff. de susp. tutor. m L. ij. C. de fid. instr. n L. Gallus. §.
final. vbi diximus. ff. de lib. & posth.

INTELLECTVS §. MORTE, L. NON SOLVM, FF. DE OPER. NO. NVNT.

PAVLVS LIB. XLVIII. AD EDICTVM.

Morte eius qui nuntiauit extinguitur[a] nuntiatio, sicut alienatione:[b] quia his modis[c] finitur ius[d] prohibendi. quòd si is, cui nouum opus nuntiatum erat, decesserit,[e] vel ædes[f] alienauerit,[g] non extinguitur[h] nuntiatio noui operis. idque[i] ex eo apparet,[k] quòd in stipulatione, quæ ex hac caussa interponitur,[l] etiam hæredis mentio fiat.[m]

SVMMÆ RERVM.

1 *Nuntiatio quot modis extinguatur.*
2 *Morte an perimatur nuntiatio.*
3 *Contractus qui ad hæredes transeant.*
4 *Alienatio necessaria.*
5 *Cautiones quare interponantur.*
6 *Stipul. de noui operis forma*

1 VIm & effectum nũtiationis tribus potissimum modis extingui, suprà velut per transennam docuimus, si à iudice remissa sit.[a] Si satisdatio de demoliendo præstetur, quæ remissionis vim habet:[b] aut si conueniat nuntiator, ne nuntiationem exequatur.[c] Nam & hoc casu ope saltem exceptionis pacti extinguitur nuntiatio.[d] Addit hîc duos modos Paulus, mortis nimirùm, & alienationis. Etenim si nuntiator vel diem suum obeat, vel alienet locum, cui per nouum opus damnum dari, dicebat: nuntiatio perimitur, omnísque vis eius, & effectus: quamuis non idem iuris sit, si mors eius, cui nuntiatum est, aut alienatio rei, cui facta fuit nuntiatio, subsequatur.[e]

2 Sanè verò prima fronte videbatur nuntiantis morte non finiri nuntiationem: sed vim eius totam ad hæredes transire,[f] qui cùm vna quodammodo persona cum defuncto intelligantur,[g] non solet per eos obligationis conditio variari.[h] Et cùm per actus nostros, non tam nobis, quàm futuris hæredibus prospicere censeamur;[i] contractus quosque, & ex iis descendentes actiones, constat regulariter ad hæredes transferri:[k] ac ideo superuacuè in conuentionibus hæredum mentionem fieri.[l]

Sed tamen rationem habet, & quidẽ summam, quod hîc Paulus tradit: morte nimirum nuntiatoris ita perimi nuntiationẽ, vt vis eius nulla in hæredes transfundatur: cùm ex parte nuntiantis in personam fit nuntiatio. Et sit actus meræ facultatis, in pura vnius volũtate, & ita in nudo facto consistens,[m] ex quo ideo nullum ius oritur antequam, spreta nuntiatione aduersarius ædificet.[n] Vnde nihil est quod transmitti possit.[o] Nam quæ iuris sunt ad hæredes duntaxat transferuntur: non etiam quæ merum factum continent.[p] Vbi verò contra denuntiationem ad opus processit aduersarius, fateor quidem ius, & actionem ad demoliendum, nuntiatori quæri:[q] idque transmitti.[r] Verùm ius illud magis facto illicito ædificantis, quàm nuntiatione quæsitum intelligitur.[s]

3 Non igitur quemquam moueat quod dicebamus contractus ad hæredes regulariter transire.[t] Nam id ideo, quia cum simultaneo partium consensu componantur:[u] inde nascitur obligatio, quæ iuris est.[x] Vnde & illud consequitur, si in nuntiatione consensus aduersarii intercederet, quia, putà, acquieuisset nuntia-

a L. vn. ff. de remissio. l. de pupillo §. si is, cui. hoc tit.
b L. Prætor. cũ suis §§. l. stipulatio. §. j. hoc tit.
c L. vim facit. §. j. ff. quod vi. l. j. §. inde quæritur. hoc titul.
d L. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac.
e L. pe. & fin. hoc tit. & hîc.
f L. si necessarias. §. pen. ff. de pig. actio.
g §. j. de in rem. coll. v.
h L. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. l. ij. §. j. ff. de prætor. stipul.
i L. si pactũ ff. de prob. l. cũ quo. §. si. ff. ad l. Fal.
k L. j. C. vt actio. l. veteris. C. de contr. stip.
l L. eũ, qui ita. §. j. ff. de verb. ob.
m L. in omnibus. ff. de actio. & oblig. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. esse iuss.
n D. l. Prætor. in prin. d. l. in oĩbus

o L. traditio. ff. de acqui. rerum domin.
p L. idem Iulianus. §. si quis. ff. de leg. j. l. cùm hæredes. ff. de acq. possess.
q D. l. Prætor. §. hoc interdictum.
r §. non autem. de perp. action. Instit.
s L. iij. in princip. ff. Quod vi. l. si quis solutioni. §. penult. ff. de vsur.
t L. veteris. C. de contrahen. & committ. stipulat.
u L. j. §. j. ff. de pact.
x §. j. de obligatio. Instit.

tioni, vel expressè, vel etiam tacitè, per factum aliquod extrinsecùm nuntiationis approbationem inducens[y] (neque enim sufficeret sola cessatio ab opere)[z] non extingueretur morte nuntiatio: sed transiret ad hæredes, tanquam non meri facti tunc, sed iuris esset.[a]

Cur autem, respectu eius, cui nunriatum est; neque morte, neque alienatione extinguarur nuntiatio, caussa est: quia nuntiatio in rem fit, non in personam.[b] Vnde in ipsa re fieri debet, neque vllus personarum, quibus nuntiatur delectus, necessariò habendus:[c] vt ad hæredes, adeóque in singulares successores meritò transeat.[d]

Extinguitur.[e] Re integra. nam si processum sit ad opus, spreta nuntiatione demolitorium interdictum, quod ex hac caussa descendit, hæredi, cæterísque successoribus competit.[e] idémque, si præstita sit satisdatio de opere destruendo: cùm & eo modo res integra esse desinat.[f] Rursus pro se, hæredibúsque suis, facta nuntiatio, morte non finiretur: sed mandati,[g] & compromissi[h] exemplo ad hæredes transiret. cùm & hi iure proprio tunc experiantur:[i] quorum, scilicet, nomine, nũriatum quoque fuit.[k] Alioqui regulare est, morte, sicut alienatione, perimi nuntiationem. Et ideo, si post mortem nuntiatoris, aut diuenditam à se rem, alióue modo alienatam, in cœpto opere procedatur, non potest hæres nuntiatoris, aut singularis successor ad demolitionem experiri.[l]

Alienatione.[b] Eius nimirum loci, cui per nouum opus noceri contendebat 4
nuntiator: veluti prædii dominantis in seruitute.[m] Verùm quod hîc ait lex, nuntiationem alienatione extingui: de voluntaria alienatione accipiendum est: non de necessaria, hoc est, ea quæ vetustiorem caussam habet:[n] veluti ex præcedente hæredum communione.[o] Quod autem quidam dicebãt, alienationem quæ morte fit, necessariam esse,[p] *omnes* enim (vt Lyricus dicebat) *vna manet nox, & calcanda semel via leti,*[q] huc pertinere non potest. nam præterquam quòd id verum nõ est,[r] quando licèt pallida mors æquo pede nos omnes pulset: non tamen ideo necessariò alienamus. Necessariæ alienationis verbo, eam significamus, quæ ex præcedẽte aliqua caussa descendit.[s]

His modis.[c] Morte nimirum, & alienatione. Ne autem tibi videatur absurda ratio, tanquam idem quod dictum cõtinear,[t] consydera, prohibere, quid esse generalius, quàm nuntiare.[u] & ita Paulum de genere ad speciem ratiocinari. q. d. non mirum si dixerim, morte, & alienatione nunriationem extingui: cum omnis omnino prohibitio, nedum quæ fit nuntiatione, his modis perimatur.

Ius.[d] Id est, potestas, vis, & facultas prohibendi, quam non morte tantùm amittimus,[x] sed etiam alienatione, qua rei dominium in alium transferimus[y] & ita liberam eius dispositionem.[z]

Decesserit.[e] Necdum etiam opere facto.[a]

Ædes.[f] In quas nounm opus nuntiatum est.

Alienauerit.[g] Etiam priùs, quàm contra nunriationem quicquam ædificatum esset.[b]

Non extinguntur.[h] Et ideo si quid ab hærede, aut emptore noui operis fiat, tenetur, qui contra edictum fecit.[c] Rei quippe (sicuti dictũ est) non personæ fit nuntiatio:[d] quam ideo in ipso opere, citra yllum personarum, quibus nuntietur delectum, fieri manifestum est.[e]

Idque.[i] Quòd, scilicet, non extinguatur nuntiatio: sed in successorem eius,

cu

y L. ad solutionẽ. C. de re iud. c. gratũ. de offic. deleg. 2. colum. iij. de rest. spol.
a D. l. veteris. d. §. hoc interdictum.
b L. operis. & l. vltima hoc tit.
c L. de pupillo. §. j. hoc tit.
d D. l. fin.
e D. l. Prætor. §. hoc interdictũ.
f L. si defunctus. ff. de procura.
g L. si verò non remunerãdi. §. final. ff. manda.
h L. diem. §. j. ff. de recep. arb.
i L. stipulatio ista. §. sed si quis vti. ff. de verb. oblig.
k L. cùm procurator. hoc titul.
l Vt hoc §. vbi Castrẽ.
m L. in iudicio. ff. fa. ercisc.
n L. peto. §. prædiũ. ff. de leg. ij.
o L. alienationes. l. in iudicio. ff. fam. ercisc.
p L. si hominem. ff. mandat.
q Horatius lib. j. Car.
r L. Peto. §. prædium, cum §. final. ff. de leg. ij.
s D. l. reos. d. l. alienationes.
t L. qui interrogatus. ff. de interrogat. action.
u L. j. §. nuntiamus. l. de pupillo. §. meminisse. hoc tit.
x §. deinceps. de nup. coll. iiij.
y L. j. C. de fund. dotal.
z authen. ingressi. C. de sacros. eccles.
a L. penult. hoc titul.
b L. final. hoc titul.
c D. l. penultim. & final.
d L. operis. & l. final. hoc titul.
e D. l. de pupillo. § j.

cui nuntiatum est, vis eius tota transeat.

Apparet.[k] Sed quomodo (inquies) morte eius, cui nuntiatum est, aut alienatione per eum facta, non extingui nuntiationem, ex eo apparere potest, quòd in stipulatione de demoliendo hæredum mentio fiat? Hoc sanè subtiliter eruemus, repetentes memoria, cautiones, quæ ex actus, cui adiiciuntur, natura, interpretationem recipiunt,[f] non interponi, vt primæ obligationis substantiam augeant: sed vt eam firment, plúsque super ea tribuant securitatis.[g] Vnde expressio hæredis in stipulatione de noui operis, palàm facit, hæredem, tametsi nihil dictum fuisset, suapte natura obstringi, ad operis demolitionem.[h] eiúsque mētionem factam, vt cautissimè res tractaretur, & ad abundantem (quod dici solet) cautelam.[i]

Interponitur.[l] De opere, videlicet, demoliendo, quam præstat, is, cui nuntiatum est: si impunè ædificare velit.[k] eius autem formam à cæteris neglectam, mox subiicio.

Hæredis mentio fit.[m] Ad hunc veluti modum promittis te, hæredémq; tuum,[l] aut à te caussam habentem,[m] demoliturum tuis sumptibus, quod re, illúmue, iniuriâ ædificasse apparebit.[n] & damnum quod eo perpetiar nomine, sarciturum.[o] dolúmque malum absuturum:[p] ac ei rei, si dolus malus non abfuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniam daturum:[q] túmque aduersarius, cui nuntiatum est, respōdebit, *Promitto.* Et hæc est stipulationis de noui operis forma, quam cæteri temerè neglexerunt inanibus sese quæstiunculis occupantes. IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, III. DECEMB. M. D. LI.

f L. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. j. §. si quis sub cōditione. ff. vt leg. no. ca.

g L. Titius. in fin. ff. ad Trebell.

h L. si necessarias. §. penul. ff. de pig. actio. l. stipulatio ista. §. sicut. ff. de verb. oblig.

i L. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest. l. testamētū C. de testa.

k L. stipulatio. in prin. & §. j. hoc tit. l. vn. in fi. C. de no. ope. c. pen. & fin. illo tit. *l Vt hîc.* *m L. flumimum. §. adycitur. ff. de dam. infec. l. fina. hoc tit.* *n L. iij. §. item si locum. ff. de aluen. c. ij. de no. oper.* *o L. qui bona. §. si quis opus. ff. de dam. infec.* *p D. l. stipulatio. §. habet. in fi.* *q L. nouissima. ff. iud. sol. l. stipulatio ista. §. si quis dolum. ff. de verb. oblig. d. l. stipulatio. §. pen. & final. hoc tit.*

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONSVLti in §. Si plures, & §. Iulianus, L. Si finita, ff. de damn. infect. Commentarii.

PRÆLVDIA.

1 *Damnum infectum.*
2 *Damnum quid.*
3 *Statutum, vt stetur iuramento damnum passi.*
4 *Furtum non est damnum.*
5 *Raptor non dat damnum.*
6 *Communis vsus loquendi.*
7 *Furtum cur à damno separetur.*
8 *Verba an in specie intelligenda.*
9 *Lucrum perdens non patitur damnum.*
10 *Frater interdum testis pro fratre.*
11 *Lucrum radicatum.*
12 *Iuris ignorãtia quos, & à quibus excuset.*
13 *Edictum de damno infecto ad quæ damna pertineat.*
14 *Reficere ædes ruinosas an quis præcisè cogatur.*
15 *Suggrundæ & suggrundia.*
16 *Protecta & proiecta.*
17 *Immissum & protectum.*
18 *Decretum.*
19 *Sententia interlocutoria.*
20 *Primum & secundum decretum.*
21 *Definitio primi decreti.*
22 *Comminatorium præceptum.*
23 *Remedia contra contumaces.*

Damnum infectum.

Ollocati sunt hi §§. sub titulo, qui de damno infecto de suggrundiis, & proiectis inscribitur. Damnum autem infectum 1
est damnum nondum factum: sed quod futurum veremur, l. ij. hoc tit. hoc edicto ne alteri noceat, prospectum est, vt dominus ædificij, ex quo dãnum impendet, caueat de damno futuro sarciendo. quod si intra diem præstitutum non cauerit, mittetur qui postulauit, in possessionẽ eius rei, cuius damnum timetur, l. dies. §. j.

Damnum quid.

Porrò damnum (vt Iurisconsf. Paulus in l. iij.) & damnatio ab adẽptione, & quasi 2
deminutione patrimonij dicta sunt. Vnde sumpto argumento ab etymologia vocabuli, quod iure procedit, l. ij. §. appellata: ff. de reb. cred. non dicitur damnum dedisse, qui patrimonium alterius non deminuit. Proinde fur, & raptor damnum dare non dicuntur. quandoquidem res, quæ furto subtracta est, aut vi erepta, domini patrimonium minimè exeat: cùm habeat rei vendicationem l. si mãcipium. C. de rei vend. l. inciuilem. C. de furt. Quæ omnia Roma Alex. & Ripar. ad quæ-

Iuramentum damnum passi.

stionem inducunt an stante statuto, vt de damno dato stetur iuramento dãnum 3
passi, sit standum eius iuramento contra furem. Et concludunt, quòd non: quia verba statutorum sunt propriè intelligenda l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest. Pro-

Furtum nõ est damnũ.

priè autem furtum non est damnum. Accurs. in l. Prætor. §. hoc edictum sup. eo. & 4
sunt tex. expressi in l. nauta. ff. nau. caup. stab. in l. si seruus seruum. §. si quis de manu. & §. si oliuam. ff. ad leg. Aquil. l. quantæ. ff. de publicanis. in l. si familia. ff. de iurisd. om. iud. qui tex. omnes ponunt furtum & damnum, tanquam diuersa. vnde diuersæ actiones pro damno, & furto dantur. pro damno legis quidem Aquiliæ: pro furto verò furti d. §. si quis de manu.

Raptor damnum non dat.

Eadem ratione non habebit locum statutum contra raptorem: quia aliud est 5
damnum dare, aliud rem vi rapere l. ij. in prin. & §. si quis non homines. ff. vi bono. rap. l. si quando. C. vnd vi. per quæ omnia in simili cõsuluit Alex. consi. clxviij.

vol.

vol.ij.repetitum.vol.v.consi.xx.vt qui transactione remisit damna sibi,& antecessoribus suis illata, non intelligatur remisisse ius vendicandi castra antecessoribus suis violenter vsurpata.

Ego, licèt Doctores communiter transeant, contrarium semper verius putaui, vt statutum in fure, & raptore locum habeat: cum appellatione damni furtum comprehendatur, l. cùm duobus §. damna. ff. pro so. l. an hoc iudicio. ff. de ser. corrupto. idque ratione probatur. Nam furtum est deminutio patrimonii: ergo damnum, Nec me mouet quòd actionem realem habeat dominus: nõ enim proptereà dominus censetur eam rem habere in patrimonio, vt ab onere satisdandi tanquam possidens immobilia releuetur, Glos. Bar. & alii, in l. sciendum §. si fundum. ff. qui satisda. cogã. Prætereà damnum ad furtum se habet, tanquã genus ad speciem: furtum nempe damni species est. l. in ratione. in ij. ff. ad leg. Falcid. posito autem genere, cẽsetur posita quælibet eius species. l. si quid carũ § inter emptum. ff. de lega. iij. vnde licèt omne damnum furtum non sit: furtum tamen damnum est. Vnde si scholaris pro famulo acceperit expromissorem, qui promiserit scholari sarcire omne damnum, quod ei continget culpâ famuli, si famulus furtum fecerit ex promisso tenebitur. ita Bart. in l. quod Nerua col. iij. ff. depos.

6 Adiuuatur ratione hæc opinio. negari enim non potest, quin inspecto communi vsu loquendi, verbo damni furtum veniat: communem autem vsum loquẽdi in statutis maximè attendimus: imò in quacunque dispositione. cum Iurisconsulti prætulerunt propriæ significationi. l. librorum. § quod tamen Cassius. ff. de lega. iij.

Communis vsus loquẽdi.

Postremò inspectemus rationem statuti, quod vult stari iuramento damnum passi, quod alia ratione constitutum dici non potest, quàm vt à iure communi statutum interpretationem recipiat ob difficultatem probationis, & in odium delinquentis, d. l. si quando. vbi eleganter Accurs. C. vnd. vi. Hæc autẽ ratio locum habet etiam in furto & in rapina. Vnde idem ius statuendum, l. illud. ff. ad leg. Aquil. quanquam sumus in exorbitantibus, Nam in his fit extensio ex identitate rationis de casu proprio ad minùs proprium: qui sub lata significatione com-
7 prehendi potest, l. filium. ff. ad Macedo. l. senatusconsulto. ff. de ri. nuptia. Quibus satis responsum est adductis in contrarium. nam iura, quæ separant damnum à furto, ea distingunt, vt speciem à suo genere. At non proptereà sequitur, cùm species verbo generis veniat, vt in tit. de seruit. & aq. C. & in illo. Euangel. *Dicite discipulis eius, & Petro.* & ita in terminis, quòd prædictum statutum habeat locum in furto, tenuit Bartho. Veronen. consi. xix. incip. statutum Vicentiæ. & pater meus Decius in d. l. si familia. Quo tamen loco repeti præceptorem Curtium defendentem communem hac ratione, Verbum, damnum, potest intelligi in genere pro
8 quacunque deminutione patrimonii: & in specie pro furto. Sed verbum in dubio intelligitur in specie, Barth. in l. hoc legatum ff. de lega. iij. Verùm ego semper sum interpretatus eam doctrinam Bar. procedere, quando verbum ad vnam speciem tantum referri potest, vt in exemplo Bar. Si quis simpliciter formauerit libellum, videtur in dubio præposita actio specialis competens pro eo, quod petitur: alioqui fatuum esset dicere verba intelligenda in specie: cùm enim plures sunt species, incertum esset, ad quam dispositio referenda esset. Quid enim, si testator habens Pamphilum, Stichum, & Damam seruos, legando hominem, an in dubio cẽseretur Pamphilum præ cæteris legare: nisi aliunde coniecturam peteremus?

Furtũ cur à damno stringatur.

Verba in specie intelligenda.

9 Ex prædictis prætereà infertur, quòd cùm damnum sit deminutio patrimonii, qui perdit lucrum, non dicitur pati damnum. Vnde dicit Glos. in l. ij. sup. eo. quòd pro lucro, quod timetur amitti, non cauetur, l. Proculus: vbi tex. elegans. hoc rit. Neque enim par caussa est damni, & lucri, l. fi. § licentia C. de iur. delib. l. fi. C. de codicil. & dicit Iauolenus Iuriscõ. interesse eius videtur, qui damnum passurus
10 est, non eius qui lucrum facturus esset. l. si is, cui §. fi. ff. de fur. per quem alibi Bald.

Lucri, & damni dispar ratio.

Frater teſtis pro fratre.
in l.parentes:circa prin.ff.de in ius vocan.docet fratrem teſtificari poſſe pro fratre 10
ad demonſtrandam eius innocentiam contra fiſcum:quia non eſt damnum dare
fiſco,ſed ei lucrum auferre.

Lucrum radicatum.
Sed aduerte quoniam(vt egregie illic Imol.docet) hoc intelligendum eſt,quã-
do lucrum nondum erat quæſitum, & incorporatum in patrimonio. Nam ſi ra- 11
dicatum & perfectè quæſitum eſſet pro eo,ſicut pro damno caueri deberet: quo-
niam quando agitur de lucro huiuſmodi perdendo quis dicitur damnum pati,
Iuris error quos excuſet.
Gloſ.ſing.in l.j.§.ſi quis propter. ff.de iti.act.pri. Vnde quemadmodum iuris igno 12
rantia ruſticos, & mulieres in damnis vitandis excuſat l.error. & l.iuris.ff. de iur.
& fac.ignoran.ita excuſat eos in lucris radicatis Gloſ.ſingularis in l. qui fideicom-
miſſum.ff.de lega.ij.tradit Iaſ.in l.poſſideri.§.Labeo. col.iij.ff.de acqui.poſ. & in l.
reprehendenda,in fi.C.de inſtit.

Et ideo Ioan.Imol.in d.l.Proculus, interpretatur tex.in l.ij. §.meritò ff. nequid in loco pub.dum dicit damnum autem pati videtur,qui commodũ amittit, quod ex publico conſequebatur qualequale ſit.Proinde ſi cui proſpectus, ſi cui aditus ſit deterior,vel anguſtior,interdicto opus eſt,vt ibi lucrum eſſet incorporatum patrimonio: quia quæſitum ex conceſſione principis, nimirùm ſi eius ratio habeatur. Sed(quod ad eum tex.attinet)Ioan.Imol. perperam loquitur: quoniam in verbis recitatis nullum verbum de principis conceſſione, ſed alia ratione cenſeo ipſe cõmodum:illud publicum aditus, & proſpectus amittẽs cenſeri damnum pati:quia tale erat, vt à priuato auferri non poſſet. quod enim ex publico vſu mihi competit priuatus aliquo iure auferre nõ poteſt l.ſtatuas.ff.de acq.re.do.l.quominus.ff.de flum. Quamquam enim in publico liberum ſit vnicuique ædificare, &
deſtruere:hoc tamen ita accipiendum eſt, ſi ſine incommodo cuiuſque fiat l. flu-
Damni infecti edicti ad quæ damna pertineat.
minum.inf.eod. Porrò cùm diximus damnum infectum eſſe,quod nondũ factum 13
eſt, ſed quod futurum veremur, hinc edocemur edictum iſtud ad futura damna
pertinere. proſpicit enim damnum nondum factum: cùm cæteræ actiones ad dã-
na,quæ contigerunt, ſarcienda pertineant, vt eleganter traditum eſt ab Vlpiano
in l.Prætor.§. hoc edictum. ſup.eo.tit.vti & in §.ſeq. & in l. hoc ampliùs: Bat. Al-
Reficere ruinam an quis cogatur.
ber.& Caſt. hoc familiariter declarant. Poſtremò circa quæſtionem, quam poſt 14
Spec.in tit.de ſatiſdat. Alex.in Rub.huius.tit. examinat, nunquid ſi petatur à domino domus ruinoſæ, vt eam reficiat, iſque paratus ſit de damno infecto cauere, liberetur? an verò cùm non modò rerum, ſed etiam perſonarum periculum impendeat, vtpote vxoris, filiorum, totius denique familiæ vicini,cogatur reficere? quod primùm videretur: quia in ſtipulatione damni infecti ſolùm venit id quod intereſt l.in hanc ſtipulationem.hoc tit.liberum autem corpus nullam recipiat æſtimationẽ, l.fi.ff.de iis qui deiecer. vel effud. l.ex hac.ff. ſi quad.paup. fecil. dica. Econtrà videtur caſus hos aduentitios ſpectandos non eſſe l. Iulianus. ff. qui,& à quib.nam & caſum, aduerſámque fortunam liberi hominis ſpectare, neque ciuile,neque naturale eſt,l.inter ſtipulantem §.ſacram. ff.de ver.oblig. Tandem creberrimè in Spec. ſententiam ſub tit. de ſatiſdat. §. fi. itum eſt, vt ſi domus ruinoſæ dominus diues ſit,cogatur indicta mulcta, captiſque pignoribus domum reficere l.Præſes prouinciæ inſpectis.ff.de offi.præſid.l.ſingularum.C.de ædifi.priua.quòd ſi adeò pauper ſit, vt reficere nequeat, cogetur dominus eam vendere, vt reficiatur,vel(quod æquius eſt)ſumptu publico primum extruetur. túncque,niſi ſtatuto tempore pecunia cum vſuris reſtituatur, diſtrahetur domus, vt inde Reipublicæ ſatisfiat:l.ad curatoris.ff.de dam.infect. nam pecunia,quę ob publicam vtilitatem ex priuati bonis præſtanda eſt, manifeſtata priuati inopia, ex publico accipienda eſt l.lege Cornelia.ff.ad Sillani.l.fi.C.quib.ex cau.ſer.pro.pre.lib.accip.

Suggrũda, Suggrundia. Protecta.
Vltima verba Rub.ſunt de ſuggrundiis, & protectis.vocantur autem ſuggrun- 15
dæ, & ſuggrundia partes tecti prominentes, quibus ſtillicidia à parietibus arceantur. Sunt enim deſtinatæ ſtillicidio arcendo,ne vitientur parietes. Protecta verò, 16

aut

aut proiecta, partes sunt domus prominentes, & surrectæ: qualia sunt mæniana, & *Proiecta.*
podia pensilia, vnde aspectus est nobis in vicos & in plateas. Hinc proiecta saxa
qualia in rupibus eminent. Virg.lib. Æneid.iij.

Hinc altas cautes, proiectáque saxa pachyni
Radimus, & fatu nunquam concessa moueri.

Edictóque Prætoris cautum est ne quis in subgrunda, proiectóue id positum habeat, cuius casus alicui nocere possit, l.si verò.§. Prætor ait. vbi Bud. elegantissimè.
17 ff.de iis, qui deiecer. vel effuder. Inter immissum autem, & proiectum hoc interesse Labeo apud Iauolenum ait, quòd immissum ita fieret, vt aliquo loco requiesceret, veluti, tigna, trabésque. Proiectum autē, quòd ita proueheretur, vt nusquam conquiesceret: qualia mæniana, & suggrundia essent l.malum.§.j.ff. de ver.sig. Interest & illud, quia immissum meo parieti de facto mihi deiicere licet: quod verò supra ædes meas proiectum est, non licet, sed damni iniuria mecum agi potest: l. quemadmodum.§.j.ff.ad le. Aquil. *Immissum. Proiectum.*

18 Nunc ad tex. nostrum propius venio, qui de secundo decreto loquitur, quod vt intelligamus, sciendum est in iure nostro decretum variè accipi, vt Alber.in dictionario Spec.in tit.de primo, & secūdo decreto. & Ias.in l.nec quicquā.§.vbi decretum, declarant. Nam quòd ipsi pluribus altercant, mihi verbo vno concludi, & expediri posse videtur, vt decretum accipiatur pro eo quod à iudice, principe, vel alio superiore legitimè constitutum est, & ordinatum, l. in fideicommissi, in prin. ff.de vsur.l.pe.ff.de iust.& iur. inde videmus quamcunque iudicis sententiam, siue definitiua sit, siue interlocutoria, decretum dici, l.si Prætor. ff.de iud.l. decreta. ff.de re iud.l.j.ff.de offi.assesso.l. sed & si per Prætorem.§. sed & si dum decreto.ff. ex quib.cau.maior. *Decretum.*

19 Interlocutoriam autem sententiam appello quodcunque iudicis præceptum ad caussam faciens, glo.in l.cùm clericus C.de epis.& cler.& in §.ad excludendas. de litigio.collat.vij.& in §.at ex contrario, quib.alie.licet, vel non in instit. inde etiam auctoritatem in alienationibus minorum interpositam decretum appellare certū est tot tit.de pred.minor.& quando decreto opus non est C. Sic quod summus Pontifex & Cardinalium consilio ad nullius consultationem constituit, & in scriptis redigit c.si decreta.xx. dist. Sic quod vniuersitas, collegium, ordo, aut maior pars decreuit, l.ambitiosa. & per tot.tit.ff. de decre. ab ord. fac.l. planè.ff. quod cuiusque vniuersit.no. sic quod eligentium consensu scribitur, c.innotuit. de elect.c.legum ij.q.j. *Interlocutoria sententia.*

Ergo iussus ille iudicis mandantis bona alicuius ob eius contumaciam possideri, de quo iussu nos hîc agimus, decretum dici debuit, & potuit. Nam & Glo. sing.
20 in c.j.de reb. eccle. non alien. in vj. ita finit decretum, vt sit sententia, quā iudex contractum futurum iustum fortè decernit auctoritatem suam interponendo, vel aliquem in possessionem mittendo, vel mittendum declarando per hunc.§.Iulianus.& §.si fortè, huius l.quod cùm semel atq; iterum interponi possit primum decretum, quandoque verò secundum dicitur. Vtrunque autem nos ita ordinatissimè tractabimus. Imprimis enim, quid sit primum, quídue secundum docebimus. in quo articulo textum explicabimus: deinde quomodo ad vtrumque perueniatur in quo tractatu, in quibus actionibus, & à quibus iudicibus interponatur explicabimus. Postremò vtriusque decreti effectus sumus enarraturi. *Primū, & secundum decretum.*

21 Ad primum redeundo, missa definitione Accurs.& antiquorum, quam pluribus verbis Bar.& Docto.improbant, definitio Bar.quæ crebriore Doctorum calculo probatur, est referenda. Primum itaque decretum (definitore Bar.) est prima aggrauatio, ex qua actori aliquid applicatur facta per iudicem parti conuentæ propter contumaciam. Secundum decretum verò est augmentatio aggrauationis iam factæ ex qua actori aliquid applicatur, facta per iudicem parti conuentæ propter contumaciam. Harum definitionum singula verba hîc Bar.explicat. *Finitio primi decreti.*

Huic definitioni duo acerrimè obstare videntur. Primum iussus iudicis de cauendo, est aggrauatio, ex qua actori aliquid applicatur facta per iudicem parti conuentæ propter contumaciam: & tamen neque primum, neque secundum decretum appellari potest: & hoc argumentum voluit Bar. tollere, sed (vt inquit Alex.) minùs sufficienter. quod vltra Alex. ostendo. Negat Bar. iussum de cauendo continere grauamen. cùm tamen vel maximè grauetur. nam vel pignoribus, vel fideiussoribus cauet. si pignoribus cauet, grauatur, quia vltra propriam obligationem bona sua obligat, quæ à quocunque possessore, is cui cautū est vendicabit, §. item Seruiana de actio. Si fideiussores, magis: quia præter obligationem principalis nūc de nouo aliis, vtpote iis qui pro se fideiusserunt, obligetur tot. tit. mādat: & sic obligatio obligationi, & grauamen grauamini additur. Ex quo grauamine aliquid applicatur actori: quia plus est cautionis in rem, quàm in personam. l. j. §. ij. ff. de superfic. l. plus cautionis. de reg. iur.

Comminatorium praeceptum. At ego aliud magis obstare video. nam si pœna actori applicetur ob rei contumaciam, erit aggrauatio, &c. non tamen erit primum, vel secundum decretum. hoc etiam argumentum præuidisse videtur Bar. cùm (inquit) dixi aliquid actori applicatur ad differentiam mulctæ: quæ non applicatur parti. l. mulctarum. C. de mod. mulcta: sed quamquam hoc regulare sit, nonnunquam tamen certum est posse iudicem aliquid præcipere reo cum comminatione: quod si non pareat, mulctabitur in decem applicādis actori: de quo præcepto comminatorio loquitur lex in l. vnic. §. fi. secundum But. & Ang. ibi quos refert Alex. col. pe. ff. si quis ius dice. non obtemp. Bal. in addi. Spe. tit. de sent. prolat. §. j. Præterea quòd pœna, mulctáue applicetur parti, docuit idem Bar. in l. Prætor. ff. de sepul. viola. quem qui hoc loco defendere cupient, dicent Bar. in d. l. Prætor, non loqui de pœna inflicta reo propter contumaciam, sed propter iniustitiam caussæ, quod admittamus verum. 22

Remedia in contumaces. Sed audi quanta sint (quæso) prodita aduersus contumaces remedia, quibus in eos iudices vtantur: perplura sanè: quæ Docto. ponunt in d. l. vni. Barth. in l. magistratibus ff. de iurisdic. om. iud. & Doct. in L. sancimus C. de iud. & nobis aliqua enumerare, quòd materiæ seruiant, libet. Potest imprimis iudex audientiam contumaci denegare. l. sed & si per Prætorem §, sed & si dum decreto. ff. ex quib. ca. ma. haberi potest præterea pro confesso contumax, qui positionibus actoris interrogatus non respondet. l. de ætate §. qui tacuit. ff. de interro. act. deferri deinde iuramentum in litem in odium contumacis. l. qui restituere. ff. de rei vend. l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Ex his autem omnibus absurdum, imò verò stultum esset docere aggrauationem contumacis non esse ex qua aliquid actori applicetur. Cùm igitur hæc Bar. definitio bona non sit, alia perquirenda est. Salic. in auth. ei, qui. col. iij. ita finit primum decretum, vt sit primus iudicis iussus contra contumacem rem ad eius contumaciam compescendam in fauorem actoris super immissione, vel quasi deliberatè factus. Secundum decretum verò (vt idem col. viij. definit) est secundus iussus iudicis contra reum in priori contumacia perseuerantem in actoris fauorem vltra priorem immissionem, vel quasi deliberatè factus, & has definitiones Salic. vt minùs periculosas sequitur. Alex. hîc col. ij. quæ probantur in l. cùm proponas. C. de bo. aut. iud. possid. Dixit autem Salic. super immissione, vel quasi propter patientiam, quæ in corporalibus habetur pro immissione, & traditione. l. quotiens. ff. de seruit. Alb. verò col. iij. putat decreti non posse dari definitionem: cùm variè in iure sumatur, & ex variis caussis, & casibus interponatur. 23

Ego si aliqua definitionum mihi deligenda esset, cùm Alex. eam, quæ à Salic. tradita est, eligerem. Dixerit aliquis cùm tex. in iure non habeamus, qui de primo decreto loquatur, cōmentitii videntur, quos de eo Docto. effinxerūt. Sed licet explicitè non fiat mentio, implicitè tamen. tex. habemus hic de primo decreto loquentes per respectum ad secundum, quod sine primo esse non potest. Secūdum

dum namque dicitur, quod sequitur primum. Præterea de primo decreto implicite loquitur tex. in §.si quis autem.& §.nõ autem nostræ legis, & in d.l. cùm proponas. Est aduertendum etiam quod nullibi in toto iuris corpore fit mentio secundi decreti, præterquam in §.Iulianus.nos ad §.si plures expositionẽ veniamus.

§. SI PLVRES.

Si plures sint qui postulent, vt caueatur, omnes simul mitti in possessionem solent. Idemque Labeo probat, & si prius quis in possessionem missus sit, & alius mitti desyderet. Nam non spectabimus ordinem, sed habebunt ambo possessionem. Quòd si iam prior possidere iussus sit, & alius damni infecti caueri sibi desyderet, tũc nisi cauerit, mittetur in possessionem posterior,

SVMMÆ RERVM.

1 *Plures an æqualiter, vel pro rata mittãtur.*
2 *Æqualiter, dictio.*
3 *Missio vnius an aliis prosit.*
4 *Caussa damni infecti lucratiua.*
5 *Nouo processu an sit opus.*
6 *Creditor conditionalis an propriè creditor.*
7 *Prior tempore an sit potior iure.*
8 *Pignus quadruplex.*
9 *Prioritas quando in pignoribus spectetur.*

Voniam Accurs.& alii plerique materiam primi, & secundi decreti in hoc §.si plures, tractant: Bar.verò & alii permulti in §.Iulianus, vt omnium voluntatibus satisfiat, placet vtrumque tex. declarare, & imprimis declarabimus §.si plures, cuius hæc est species.

Habebas domum minantem ruinam. petiimus à te ego, & Titius vicini, vt damni infecti nomine nobis caueres apud Prætorem, qui iussit, vt intra dies tres (fingamus) nobis caueretur: quæritur si die præstituto cautum non sit, an nos tres simul implorare iudicis officium possimus, vt in possessionẽ ædium mittamur. Et ab Vlpiano hoc loco responsum est, cùm plures sunt, qui postulant, vt caueatur, omnes simul in possessionem mitti solere: imò amplius Labeo Iuriscon. putauit, vt si ex pluribus vicinis vnus tantum contra dominum domus ruinosæ non cauentem, & contumacem priùs in possessionem missus sit, deindéque eodem ordine alius mitti desyderat, posteriorem cum primo habiturum possessionem, neque prioris caussam potiorem esse. Quòd si antè, quàm posterior peteret damni infecti sibi caueri, prior vicinus, & diligentior in possessionem missus sit ex secundo decreto: quo casu domino deiecto de possessionem missum duntaxat possidere certum est §. vbi autem, eiusdem l. debebit missus cauere, & nisi cauerit mittetur posterior in possessionem. *Ratio dubitandi ex reg. q prior. vt j in verbo. ordinẽ.*

1 *Omnes simul.* Æqualiter, non pro rata damni. Vnde etiam si alius pretiosiores, alius viliores habeat ædes, siue vnius domus plures habeãt dispares partes: tamen non pro magnitudine domini quisque, sed æqualiter mittentur omnes in possessionem l. Prætoris. §.j. sup. eo. sicque non pro rata damni, quod vnumquenque cõtigerit, sed æqualiter omnes quasi in totum, missi concursu partes habebũt, quod eleganter Iurisconf. in §.cùm autem. l. nostræ explicat. Id autem vbique Accurs. Bar.& cæteri interpretantur procedere cum ex primo decreto fit missio, non etiam cùm iubetur possidere, hoc est, ex secundo decreto mittuntur eo, nempe casu, æquum est pro rata damni fieri missionem, vt secundum portionem debiti creditoribus satisfiat. l. pupilli. §. cùm in eodem. ff. de solutio. l. fi. ad fi. prin. C. de bo. auct. iud. possid. Sed obstat tex. in §. si ante. nostræ l. vbi tex. expressè dicit, si duo iussi sint possidere, & sic missi in possessionem ex secundo decreto æqualiter *Missio an pro rata fiat.*

ambo domini ædium fient.

Per quem tex.arbitror ego contra Doctores,quòd siue ex primo, siue ex secundo decreto mittantur plures in possessionem æqualiter,& non pro rata damni.fatuum enim esset,dicere,quod in §.si antè:damnum esset æquale.Neque enim puto facilè in via vicina reperiri domus duas eiusdem valoris, & æstimationis. Cùm autem Bar.hunc tex. effugere cupiens æqualiter exponit,id est, eodem tempore 2 ad concordiam testium inferens:quorum vnus si deponat filium, & filiam æqualiter institutos,alter verò filium in maiori, filiam in minori, ita ad cōcordiam sunt reducendi,vt intelligantur æqualiter,id est,eodem tempore, diuersis tamen portionibus:ita testium conciliandorum gratia longè petitur, & quomodo fieri potest interpretor.c.cùm tu:de testib.not.idem Bart.in l.insulam.§.j.ff. sol.ma. Delirat Bar.album pro nigro exponendo:cùm ea sit propria dictionis Æqualiter, aut æquè natura,vt viriles partes faciat.l.interdum.in prin.ff. de hæred.instit. Vnde si talis concordia reciperetur nulla posset accidere in testibus cōtrarietas, quæ non excusaretur.

Æqualiter,dicho.

Præterea(quod non parum me mouet)missio hæc in possessionē siue ex secundo decreto,non tam fundatur in fauorem postulantium caueri, quàm in odium rei contumacis latitantis, & cauere nolentis: quod vel ex eo patet, quia contra non latitantem Prætor festinare non debet,vt iubeat possidere,vt hac l.§. si fortè: contumacia autem,& proteruitas latitantis erga omnes vicinos,siue viles,siue pretiosas domus habentes æqualis est. ergo æqualiter erga omnes puniendus, vt sic æqualiter omnes etiam ex secundo decreto possideant.

Etsi dixeris curari magis in tractatu damni infecti periculum rei, & damnum, quàm latitationem l.j.hoc tit.& tradunt Cast. & alii in d.§. si fortè: atqui periculum,damnúmue æquale non est in omnibus vicinis:respondeo verum esse initio, priusquam ad primum decretum perueniatur spectari periculū rei,sed postquam missus est vicinus ex primo decreto in possessionem ædium rei prospectum est.vnde cùm ad missionem ex secundo decreto procedendū est solius latitantis,& contumaciæ haberi ratio videtur l.Falcinius.§.j.ff.quib.ex ca.in pos.eat. Itaque concludo contra Doctores in missione in possessionem, etiam ex secundo decreto omnes vicinos non pro rata damni,sed æqualiter mittēdos in possessionem: quæ sententia confirmatur argumento sumpto ab impossibili,qui ex secundo decreto possidere iubentur,nondum vllum damnum senserunt. pro damno enim, quod futurum timetur,possidere iubentur.l.ij.l. Prætor.§. hoc edictum hoc tit. quomodo ergo pro rata damni possiderent,quibus necdum vllum damnum illatum est: & fortasse nusquam eueniet?De futuris enim contingentibus,&c.l.sed.& si restituatur.§.fi.ff.de iudiciis. *Mitti desyderet.*Hinc vides immissionem vnius aliis simi 3 le ius prætendentibus non prodesse,sed necessum habent nouo processu,nouáq; citatione vti,vt se immitti faciant,quod Dy.in l.si cui §.si plures.ff. vt in poss.legato.& in reg.qui prior,ideo constitutum dicit, qua caussa damni infecti est quasi lucratiua,vt quæ noxali comparetur l.Prætor.§.hoc edictum, hoc tit.quæ propè lucratiuam habet acquisitionē l.apud Celsum. §. si quis autem,versi. cæterum ff. de dol.excep.Nam in creditoribus habentibus titulum onerosum immissio vnius alii prodest,& vno immisso censentur omnes immissi. vnde poterūt gaudere immissione absque nouo processu.l.cùm vnus ff.de bo.aut. iud.possid. modò tamen qui missi non fuerunt præsentes intra triennium, absentes intra quadriennium creditori immisso suum debitum certum faciant, & expensas secundum quantitatem debitorum persoluant.l.fi. C.de bo. au.iud. possid. vbi hanc Dy. distinctionem communem,& verissimam dicit Salic.per d.§. si plures, & quia fauorabilior est caussa eorum qui de damno, quàm qui de lucro tractant. l. fi.§. licentia. C. de iur.deliber.l.fi.C.de codicil.& videtur esse orig.opinio Glo.in d.§.si plures.

Missio vnius an aliis prosit.

Sed Bar.non placet, quia d.l.cùm vnus, & d.l. fi.indistinctè dicunt vno ex cre 4 ditori-

ditoribus misso alios missos videri, neque excipit creditores ex caussa lucratiua. Prætereà vltra Bar. videtur eum, qui mitti.in posses. ex caussa damni infecti petit tractare de damno vitando, vt verba edicti de damno infecto manifestant, & æquiparatio quam Dy.& alii faciunt de caussa noxali quasi lucratiua, caussę damni infecti, procedit in terminis. d.§.hoc edictum, non vt vtramque caussam dicat illic Iurisconsultus lucratiuam, aut quasi. *Causa dãni infecti lucratiua.*

Vnde aliter Bar.cui Cast. astipulatur, pugnantes leges conciliat, vt si ex pluribus creditoribus, qui ius actionis habent, quique officium iudicis mercenarium, ei actioni deseruiens implorando petere possunt, vt in possess.mittãtur, vnus diligentior missus sit, eius missio aliis omnibus prodest. Ideoque omnes immissi censentur. quapropter absq; nouo processu immissione solius creditoris reliqui omnes fruentur. d.ll.cùm vnus,& fi.de bo.aut.iud.posid.

5 Quod si actionem non habeant creditores, sed solum iudicis officium, quod nobile vocant, implorare possunt: veluti vt ob defectum non cauendi, mittantur in possessionem, vnius immissio, reliquos non iuuat: sed noua citatione, nouóque processu opus est, d.l.is cui §.si plures.ff.vt in poss.legato.& hic. *An nouo processu sit opus.*

Differentiæ ratio secundum eum hæc est, quia qui creditores actionem non habent: sed solo iudicis officio nituntur, priusquam iudicem adeant, nihil iuris habent l.cùm postulassem.hoc tit.vbi si ædes corruerint, priusquam prætor adiretur, etiam post factam extra iudicium interpellationem, non tenetur dominus domus ruinosæ. Vno ergo immisso, alius immissus videri non potest, qui nullum ius habet. Cùm enim Prætor ius petentis non fuerit exequutus, sed aliquid à se contulerit, videtur soli petenti prodesse voluisse: ne beneficium suum extendatur vltra, quàm ab eo petitum sit.d.l.cùm postulassem. Cæterùm, quando creditores actionis iure adiuti, iudicis officium implorare possunt, iam ius habent etiam ante aditum iudicem. Ergo iudex vnum in possessionem mittendo, ius tantum creditoris exequitur. Cùm itaque nihil à se conferat, omnium creditorum qui ius simile prætendunt, exequi videtur: infértque Bart. ex prædictis, quòd si ex duobus creditoribus alter officium iudicis solùm prætendat, alter verò ius obligationis, vnius immissio alteri non prodest. l.ij.C.qui potio.in pig.habeant.

Sed hæc Bar.sollicita, & anxia inter ius obligationis, & officiũ iudicis differentia apud me trita non est. siquidem in actionibus personalibus, in quibus debitor creditori ex contractu, vel quasi maleficio, vel quasi obligatus est, ad primi decreti interpositionem deueniri posit.l.j.ff. quib. ex ca.in pos.eatur: ídque ob partis contumaciam, officio iudicis nobili implorato, nulli actioni deseruienti: vt in d.§. Iulianus, Bar. docet: quo tamen casu constat vnius creditoris immisione omnes immissos videri.d.l.cùm vnus,& d.l.fi.de bo.auct.iud.posid. Præterea & hæc est ratio vtriusque Imol.legatarius ex duplici caussa immitti potest: vel quia sibi non cauetur legati in diem, vel sub conditione nomine, vel quia sibi non satisfit debito existente puro, & liquido.l.etiam. ff.vt in pos.legato. & hoc casu certum est legatarium iure actionis legatum petere. l.cùm filius.§.variis.ff.de lega.ij.quãquam in priore officio iudicis tantùm cautionem petat.l.si is, à quo: vbi Accur. ff. vt in pos.legato. atqui lex indistinctè dicit vno ex legatariis immisso, alios immissos non censeri, d.l.is, cui.§.si plures.

Ego aliàs hunc nodum ita dissoluebam, vt vnius ex creditoribus immisio cæteris omnibus prosit, qui immisionis tempore creditores erant, non futuris. Vnde si vno creditore misso, alius de nouo fieret, nõ prodesset misio prioris, sed eum de nouo mitti oporteret, & ita.d.l.cùm vnus: & fi.interpretor.

Hincque colligebam rationem ad textum nostrum, quare misio in caussa dãni infecti aliis non prodest: quia qui cautionem non petiit, nondum creditor dici potest: quod vel ex eo liquet, quoniam si priusquam postulet sibi caueri, domus ruat, nullum ius habet pro damno sibi dato ex tali ruina. l.euenit. l. cùm postulas-

sem, hoc tit.

Et hæc dissolutio mihi vehementer arrisit, donec cognoui duo, vel maximè implacabiliter ei obstare. Primo tex in d.l.is, cui.§. si plures.ff. vt in pos.legato. vbi erant plures creditores: quia plures legatarii, quorum vnus immissus est: dicit text. quanquam omnes creditores eodem tempore sint, vnius immissionem alios non iuuare. Secundo & fortissimè obstat tex. noster, vbi plures petierāt caueri, & quia vnius tantùm fuit, missus est in possessionem, dicit lex hanc missionē, aliis etiam qui petierunt, non prodesse, sed nouè eos mitti oportere.

Creditor quis propriè. Potest aliter, & nouè dici missionem in possessionem vnius ex creditoribus aliis prodesse, d.l.cùm vnus, & d.l.fi. Nec obstat text. noster, & l.is, cui.§. si plures.ff. vt in poss.lega. quia nec hic, nec ibi creditores erant. Nā ibi legatarii erāt, qui propriè creditores non sunt, tum quod is, cui ex legato debetur propriè creditor non sit, cùm fidem alienam non sequatur, Bar. in l.j. ff. de reb. cred. tum quòd si creditor aliquo respectu dici possit legatarius, cùm tamen in casu.§. si plures. eisdem legatum in diem, aut sub conditione præstandum esset, propriè creditores non dicuntur: quod non sit mox recepturus, neque alienam fidem sequutus sit, d.l.j. & quia debitor is dicitur à quo inuito extorqueri potest, l.debitor.ff. de ver. sig. pendente autem die, aut conditione, creditor non extorquet. vnde donatio cōditionalis propriè non est donatio. l.j.§.j.ff. de donatio. 6

Et lex creditorem conditionalem non simpliciter creditorem, sed cum adiectione conditionalem vocat l.conditionales, & l.seq.ff. de ver. sig. quæ adiectio improprie creditorem esse indicat. Nam quando aliquid appellatur cum adiuncto, non dicitur propriè tale, l.Lucius.§. quæsitum.ff. de lega. iij. vbi Bar. dicit, quòd statutum loquens de fratre, non comprehendit fratrem patruelem: quia non simpliciter frater, sed cum hac adiectione patruelis appellatur l.Iurisconsultus.§. quarto gradu.ff. de grad. affi. eadem ratione respondeo ad tex. nostrum, in quo plures petierant caueri. Nam non propterea creditores dici possunt: cùm etiam si cautum esset, nihil debeatur eis, nisi sub conditione, si damnum inferatur.

Prior tempore an potior iure. *Non spectabimus ordinem.* Obstat regul. prior tempore, iure etiam potior est, reg. qui prior de reg. iur. in vj. quæ excerpta ex l.quoties vtriusque.ff. illo tit. Vnde in beneficiis ecclesiasticis potior est ille, qui priùs impetrauit. c. eum, em. de præb. in vj. sed maxime obtinet regula in creditoribus, quibus eedem res obligatæ sunt, vt eorum potior sit, qui alios tempore præcedunt, l.potior.ff. qui poti. in pig. hab. etiam si posterior creditor: alioqui priuilegiatus sit, vt fiscus, vel resp. l.si fundum. C. qui potio. in pig. ha. Nam cùm de pignore vtraque pars contendit, præualet iure, qui præuenit tempore, l.ij. illo tit. præterquam in administratione pupillari, in qua fiscus omnibus prioribus creditoribus etiam mulieribus præfertur. l. satis. C. in qui. ca. pig. vel hypo. ta. contra facit l.j. C. de condict. ex leg. Cur ergo in text. nostro, qui prior missus est, potior non est in possessione? 7

Solue: illa iura in cōuentionali pignore loquūtur, nos in prætorio: in quo omnes creditores concurrunt ordine non inspecto, vt hic, & l.cùm vnus.ff. de bon. auct. iud. possid. l.is, cui.§. qui prior.ff. vt in possess. legato.

Pignus quadruplex. Est autem prætorium pignus, quod ex edicto Prætoris mortui contrahitur, veluti cùm quis mittitur in possessionem ratione contumaciæ, vt quia non cauetur sibi, putà, in caussa damni infecti, legatorum seruandorum, & similib. tot. tit. C. de prætro. pig. 8

Conuentionale verò est illud, quod ex partium conuentione procedit, l.j. ff. de pigno. §. item Seruiana. de actio. Instit. Est & iudiciale, quod contrahitur, lata sententia definitiua in executione sententiæ l.j. C. si in caus. iud. cùm mittitur actor in possessionem bonorum condemnati l. à diuo Pio.§. in venditione.ff. de re iud.

Est & vltimò pignus legale, quod ex legis dispositione, intercedente facto hominis, nonnūquam etiā, sine hominis facto contrahitur tot. tit. in quib. caus. pig.

vel hypo.ta.contra.siue hominis facto contracto matrimonio,bona viri, & vxoris vtrinque hypothecata sunt,l.vni.§.& vt plenius.C.de rei vxo.actio. Sic & cùm cōtractum est cum fisco bona contrahētis sunt hypothecata,l.ij. C.in quib.cau. pig. ta.contraha.l.j.C.si propter pub.pensita.& cùm tutor pupilli curator adulti bona administrauit l.pro officio.C.de admi.tuto. his quippe casibus pignus legale contrahitur nullo facto hominis intercedente,quod ipsam hypothecā respiciat.Nonnunquam verò in hoc legali pignore factum hominis intercedit, vt cùm dicimus illata,& inuecta per conductorem tacite pignoris nomine obligata locatori pro pensione,& deterioratione domus,l.Item quia, de pac.l.certi iuris.C.locati.

9 Sed ad nos redeamus,tractemúsque: nonverum sit quod Doctores dicunt in prætorio pignore non spectari ordinem, seu prioritatem creditorum. Et videtur, quod & in prætorio pignore hærēdum sit regulæ, vt qui prior sit tempore, potior etiam iure esse videatur per l.ij.C.qui potio.in pig.habean.quem tex.vt Doctores tollant,docent, vt si plures sint,qui prætorium pignus habeant,omnésque sint, eiusdem tituli creditores: quia omnes ex contractu: vel omnes ex caussa damni infecti,aut legati concurrant.tunc ordine non inspecto,vt hîc, & d.l.cùm vnus, & l. is,cui.§.qui prior. Quod si diuersorum sint titulorum, qui prior est tempore, iure etiam potior sit,d.l.ij.C.qui poti. in pig.hab. Sed hîc sensus ad eum tex. meo iudicio,stare non potest:cum ibi omnes creditores non haberēt pignus prætorium: imò cùm duo essent, alter prætorium, alter iudiciale pignus prætendebat, vt ex tex.euidentissimè colligitur: ideo ego aliter docerem, quod in d.l. ij, erat contentio inter plures creditores,prætendentes diuersum titulum.Nam alii prætorium, alii iudiciale prætendebant. Vnde quemadmodum si plures sint creditores, quorum aliqui prætorium,aliqui conuentionale pignus habeant, in iure potior est, qui prior est tempore, l.si & iure.ff.qui potior in pig.habea.l.si postquam. C. vt in pos.legato. ita & cùm plures sunt, quorum alii prætorium, alii iudiciale prætendunt,d.l.ij.& hæc est veritas. Sequitur §.Iulianus.

Prioritas quādo spectetur in pignoribus.

§. IVLIANVS.

Iulianus scribit eum,qui in possesionem damni infecti nomine mittitur,non priùs incipere per longum tempus dominium capere, quàm secundo decreto à Prætore dominus constituatur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Meum ex vna caussa amplius meum non fit.*
2 *Secundum decretum in quem interponatur.*
3 *Vsucapiēdi conditio quando transferatur.*
4 *Maritus,dominus rei dotalis.*
5 *Dominium duplex.*
6 *Possessio necessaria ad præscriptionem.*
7 *Res habita pro derelicto,fit occupantis.*
8 *Missus ex primo decreto quando præscribat.*
9 *Præscriptio sine titulo nōn procedit.*
10 *Missus possidet pro suo.*
11 *Secūdum decretum iustus titulus ad præscribendum.*
12 *Præscriptione quādo directum dominium quæratur.*
13 *Vsucapionis, & præscriptionis differētia.*
14 *Vsucapionis introducendæ ratio.*
15 *Titulus quando in præscriptione necessarius.*
16 *Exceptio quid.*

Vlianus. Species ad hunc tex. plana est: quia Titius vicinus meus, idémque dominus domus ruinosæ mihi de damno infecto non cauebat,fui in possessionem domus, de qua damnum timebatur,missus: quæstionis fuit,nunquid domum illam vsucapere possim,sicque præ-

ſcriptione longi temporis dominium capere reſpondet Vlpianus, quod non, niſi adhuc proterue,& contumaciter differret, moraretúrque cautionem, atque ita iuſſus ſum poſſidere ex ſecundo decreto, quo cùm dominus fiam per lõgum tempus,incipiam dominium capere. Ratio dubitandi eſt: quia cùm ſecundo decreto miſſus in poſſeſſionem dominus conſtituatur, videretur eum præſcribere nõ poſſe l.ſequitur.§.lana.ff.de vſucap.l. in bello.§. ſi quis ſeruum. ff.de capt. Nam quòd meum eſt,ex vna cauſſâ, amplius meum fieri non poteſt,§.ſi rem legatarii. de lega.in Inſti.Paulus Caſt.in d.l.ſequitur.§.fructus dicit, quòd qui eſt dominus, non 1
vſu capi,verum eſt,quando eſt dominus irreuocabiliter: alias ſecùs, quia quatenus poteſt ab eo res reuocari eatenus non cenſetur dominus, d.§. ſi quis ſeruum, vbi eſt caſus ſecundum eum ſequitur,Ioan.Imol.in d.§.lana.

Meum amplius meũ non fit.

Secundum decretũ in quem interponatur.

At verò Bar.hic poſt Gloſ.& in l.Prætoris,hoc ita tollit, vt inſpecta mente Præ- 2
toris,& in effectu is,qui mittitur,dominus conſtituatur: cùm ſecũdum decretum contra eum interponitur,qui dominus eſt,l.ij.§.ſi.ff.ſi ex nox.cau.agar.l.ſed ſi res. ff.com.diuid.quòd ſi contra non dominum, paretur tamen vſucapiendi condi- 3
tio,vt hîc, & d.l.Prætoris, quòd eo loco confirmat Paul. Caſt.ex l. clauibus, ff.de contra.emp.vbi traditur pro regula,quibus caſibus facta à domino traditio, transfert dominium,iiſdem facta à non domino, transfert vſucapiendi conditionem. Sed obſtat l.j.ff.de fund.dota.vbi erat facta miſſio contra maritum ex cauſſa damni infecti, & dicit tex. vicinum immiſſum fieri dominum: cùm tamen conſtet in dominio mulieris fundum dotalem ſemper remanſiſſe, l.in rebus.C. de iur. doti. Ex dictis Bar.& aliorum, tam hîc, quàm in d.l.Prætoris non poteſt reſponderi. Ego defendendo communem ſententiam,dicebam maritum eſſe dominum rei do 4
talis:patet,quia vendicatio ei datur,& non vxori,l.doce ancillam. C.de rei vendica.quæ ei tamen,qui dominium habet, competit,l.in rem.ff.de rei vend.& ita Doctores communiter docent.Neque obſtat d.l.in rebus:quoniam(vt ſcriptores tradunt)in propoſito duplex dominium conſideratur: verum,& effectuale,& hoc a- 5
pud maritum eſt,d.l.doce ancillam: tum etiam apud vxorem cum duo domini eiuſdem rei in ſolidum eſſe nequeant,l.ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod.Eſt & dominium fictum,ſeu intellectuale,& hoc in perſona vxoris conſiſtit. Cùm enim vxor rebus mariti vtatur, ſitque domus vna viri, & vxoris, & vna familia,l.j.§.ſi vir.ff.ad Silla. ſintque coniuges ſocii diuinæ & humanæ domus, l.j. ff. de ri. nup.l.aduerſus C. de cri.expila.hæred. & duo in carne vna.c.gaudemus. de diuor. interpretatur lex vxorẽ bonorum mariti dominam eſſe, ſicut in ſimili dicit filium eſſe dominum bonorum paternorum, l.in ſuis. ff. de lib. & poſth. & ita nos ex communi ſententia eam l. in rebus, in §.nihil cõmune. declaramus ſaluis his quæ in Miſcella. fidelius hac de re tractaui.

Vſucapiendi conditio quãdo transferatur.

Maritus dominus rei dotalis.

Dominium duplex.

Poſſeſſio ad præſcriptionem neceſſaria.

Ratio decidendi quare miſſus ex primo decreto non præſcribit: quia detinet 6
tantùm,& habet cuſtodiam rerum,nec poſsidet, l.iij. §.ſi.ff.de acq poſ, & l.cui legati.ff.ex qui.cau,in poſ.ea.ſine poſſeſsione autem non procedit præſcriptio reg. ſine poſſeſsione de reg.iur.in vj.l.ſine poſſeſsione,ff. de vſucapio. Ratio autem decidendi ad hunc textum, cùm vult ſecundo decreto dominum conſtitui, qui immittitur eſſe poteſt: quia qui patitur contra ſe ſecundum decretum in aliqua re interponi, videtur eam habere pro derelicto Gloſ.in d.l.Prætoris.ſingularis ſecundum Bal.in l.ij.ff.ſi ex nox.cau.aga. ſed res pro derelicto habita ſtatim noſtra eſſe 7
definit,& fit occupantis,l.j. ff. pro derelicto. Hinc etiam alia ratio deficit: quia ex quo eam habet pro derelicto, videtur eam rem donare miſſo,l. quod ſeruus,ff. de ſtip.ſeruo.& per donationem transfertur dominium tot.tit.de donatio.

Res habita pro derelicto.

Miſſus ex primo decreto quando præſcribat.

Non priùs. Miſſus ergo in poſſeſsionem ex primo decreto,non præſcribit:quod 8
Accur. in l. ij. C. vbi in rem actio. in actione perſonali verum eſſe interpretatur. Nam ſi fieret in reali miſſio decem annis inter præſentes,&viginti inter abſentes, res vſucaperetur,quia iuſtè poſsidet, q auctore Prætore poſsidet, l.iuſtè.ff.de acq. poſ.

poſ.l.iuſtè.ff.de acquir.poſſeſ. Qua de re ipſe dubito,cùm iudex non agat in eum,
transferre dominium,qui ſe dominum dicit,l.iij.§.ſubtilius.ff.de condictio. ca.da.
9 quare non paratur miſſo vſucapiendi cõditio,l.clauibus.ff.de contra. empt. Præ- *Præſcriptio*
tereà longi temporis præſcriptio, ſine titulo non procedit,l. j. & in auth. malæfi- *ſine titulo.*
dei,C.de præſcrip.long.tempo.Iudex autem non agit in miſſum titulum transfer
te,ex quo eum dominum putat.ptoinde,nec dominium transfert: cùm rem ei, vt
ſuam tradat,Cinus in d.l.ij. dicebat triginta annis præſcribi: quoniam in præſcri-
ptione longiſsimi temporis non requiritur titulus,ſed ſola poſſeſsio ſufficit.
10 Poteſt Accurſ.opinio dupliciter defendi. Primò,quòd immiſſus lõgo tempore *Miſſus pro*
potuerit præſcribere: cùm titulum habeat generalem pro ſuo: quia fuit miſſus in *ſuo poſſidet.*
poſſeſsionem rei tanquam ſuæ, modò etiam bonam fidem habeat. Nam ſi miſſus
rem in qua mittitur, ſciret ſuam non eſſe,pro ſuo non vſucaperet, l.hominem. ff.
pro ſuo. Secundò, neque ex ſententia Bar. dici poteſt miſſum titulum, etiam ſpe-
cialem,non antiquum fortaſſe,qui cùm noua poſſeſsione coniunctus cauſabit v-
ſucapionem arg.l.ſi is,qui pro emptore,§. ſi quis bona fide, ff. de vſucapio. Sicque
habes ex omnium ſententia miſsionem paſſum in perſonali non perdere veram
poſſeſsionem: licèt miſſus diu fuerit in poſſeſsione: in reali ſecùs: quoniam in hac
rem vt propriam eius qui mittitur, iudex tradit: in illa cuſtodiam duntaxat
concedit.
11 *Dominium capere.* Hinc notant Doctores duo: primum, ſecundum decretum
eſſe iuſtum titulum ad præſcribendum. Alterum,quòd licèt ſecundum magis cõ-
munes traditiones per præſcriptionem longi temporis, non quæratur directum *Præſcri-*
12 dominium,ſed vtile tantùm, vt plenè ſcribunt Doctores,in l. traditionibus. C. de *ptione an*
Pactis, & in aut.niſi tricẽnale, C.de bo.maternis:tamen ſi quis poſsidet auctorita- *quæratur*
te ſecundi decreti per huiuſmodi præſcriptionem, quærit etiam directum. Nam *dominium*
cùm hic tex. dicat ſimpliciter dominium acquiri, de directo intelligitur,l.j. §. qui *directum.*
in perpetuum,ff.ſi ager. vectiga. & eſt hic tex.ad hoc ſingularis ſecundum Bal. in
l.in poſſeſsionem,C.de bo.auct.iud.poſsid.quam rem ego altiùs exordior.
13 Itaque ſciendum, Doctores hoc communiter conſtituere diſcriminis inter v- *Vſucapio-*
ſucapionem triennii in rebus mobilibus,& præſcriptionem lõgi temporis. In im- *nis,& præ-*
mobilibus,quia per hanc dominium duntaxat vtile quæritur,per illam directum. *ſcriptionis*
Ita docentes in d.l.traditionibus: & d.auth. niſi tricennale vtilitatem ſcribit præ- *differentia.*
ceptor Cur. in d.l.traditionibus:& differẽtiæ rationem videtur tradere Bar.in l.ſi.
C.de edic.diui.Ad. toll.quia vſucapio triennii eſt fauorabilis merè, hoc eſt, indu-
14 cta in ſolum fauorem præſcribentis. at præſcriptio longi temporis, non tam præ-
ſcribentis fauore,quàm odio negligentis introducta eſt. Odia autem reſtringi,fa-
uores conuenit ampliari l.cùm quidam.ff. de lib. & poſthu. Indúcitur etiam pro
hac ſententia, quòd per præſcriptionem vtile tantùm dominium quæratur: tex.
eſt in l.j.§.fi. ff.de aq.plu.ar.l.ſi quis diuturno.ff. ſi ſerui.vendice. in l. ſi duo patro-
ni.§.Iulianus.ff.de iureiur. vbi Iuriſconſ.docet ea præſcriptionis ſpecie vtilem a-
ctionem acquiri. Vltimò,quòd non quæratur directum,patet, quia per hanc præ-
ſctiptionem præſcribenti paratur exceptio,l.ſi quis emptionis.C.de præſcrip xxx.
annorum.l.ſuper longi.C.de præſ.long.temp. Cùm ergo exceptio actionis ſit ex-
cluſio,l.ij.ff.de exceptio.fateri neceſſarium eſt eum, cõtra quem præſcriptum eſt,
habere actionem:ergo & dominum,l.in rem, ff. de rei vendic. Proinde apud præ-
ſcribentem illud idẽ dominium eſſe non poteſt:cùm duo non poſſint eiuſdem rei
domini eſſe.
Marti.& Pet.in d.auth.niſi tricennale,tenuerũt, directum etiam acquiri. quos
ego ſequor triplici etiam ratione. Primò, quia ratio, quare introducta eſt vſuca- *Titulus*
pio, eſt,ne dominia rerum ſint in incerto,l.j.ff.de vſuca.quæ etiam in præſcriptio- *quando in*
15 ne longi temporis locum habet.Item omnia,quæ in vſucapione triennii requirũ- *præſcriptio*
tur,ſcilicet,titulus,& bona fides, ſunt in præſcriptione longi temporis neceſſaria. *ne neceſſa-*
rius.

Ergo eadem caussa eũdem debet producere effectum dominii: imò magis in præscriptione decẽ annorum: cùm in longiori tempore habuerit præscribens bonam fidem, & titulum. Prætereà cùm leges dicant præscriptione acquiri dominium, l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. l. acquiritur. §. non solùm. ff. de acquir. rer. do. verbo autem dominii in dubio directum venit, l. j. §. qui in perpetuum, ff. si ager. vectigal. Et quod me maximè impellit tex. in §. j. de vsuca. dum dicit noua constitutione cautum vt res mobiles per triennium, immobiles inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis vsucapiantur: & his modis dominia in omni terra acquirantur: sicque æquipararet vsucapionem, & præscriptionẽ, & vna determinatione determinantur: ergo æqualiter. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & similib.

Non obstat ratio Bar. quæ iure non probatur: non enim debet dici in vsucapione triennii versari meliorem fauorem, quàm in præscriptione lõgi temporis: cùm quæ in illa, in hac etiam necessaria sunt, & interueniant. Non obstant leges, quæ in incorporalibus dicunt præscriptione longi temporis acquiri vtilem actionem. Neque enim termini pares sunt: cùm in præscriptione incorporalium non requiratur titulus l. si quis diuturno. ff. si serui. vend.

Quod responsum mordet Areti. quoniam in incorporali re præscribenda existimat titulum necessarium per c. cùm ecclesia Sutrina. de ca. possess. & propriet. nisi in iis, quæ sunt modici præiudicii, & ita refert Imol. respondere ad d. l. si quis diuturno. in c. fi. de præscrip. quod mihi non placet: quia hoc nimium, d. l. si quis diuturno restringit, & iura, quæ de iure canonico dicunt in præscriptione triennii incorporalium necessarium titulum loquuntur in spiritualibus, in quibus, vt & in omni re ecclesiastica bona fides, & iustus titulus requiritur: aliàs non præscribitur, c. dudum de deci. c. si diligenti. de præscrip. quod & rationem habet, ne ad spiritualia pateat vitiosus ingressus, c. j. de eo qui mitti. in vj.

Exceptio quid. Non obstat d. l. si quis emptionis: quia non sequitur, datur exceptio: ergo non 16
habet dominium. patet, quia ibi datur præscribenti actio rei vendicationis: quæ non datur, nisi domino: vnde exceptio huiusmodi (vt dicebat Mart.) dicitur exceptio intentionis, vel facti, quod est, quando actori de facto agenti reus de facto excipit: quo casu dici non potest excludi actionem: cùm nulla sit: sed intẽtionem, de qua per Glos. in l. qui se debere. ff. de condi. ca. da. & in l. ij. ff. de exceptio. Vnde Panor. in Rub. de exceptio. definit exceptionem ita, vt sit actionis, vel intentionis exclusio.

SVMMÆ TRACTATVS PRIMI ET SECVNDI DECRETI.

1 *Rei citatio necessaria.*
2 *Peremptorium edictum quid.*
3 *Peremptorium quadruplex.*
4 *Monitio iudicis.*
5 *Monitionis verbo trina intelligitur.*
6 *Feudum cur beneficium appellatum.*
7 *Ad primum decretum quomodo perueniatur.*
8 *Peremptoria citatio necessaria in sentẽtia.*
9 *Quid in interlocutoriis.*
10 *Contumax fictus.*
11 *Repudiatio an his verbis,* Nolo adite, *inducatur.*
12 *Contumacia ab actore accusanda.*
13 *Contumacia an ex actis probetur.*
14 *Ad secundum decretum quomodo perueniatur.*
15 *Modus procedendi contra absentem.*
16 *Amici & affines quando vocandi.*
17 *Citatio ad domum subsidiaria.*
18 *Latitare quando quis præsumatur.*
19 *Latitatio quando necessaria.*
20 *Tenuta intra quod tempus recuperetur.*
21 *Iuri offerendi quanto tempore præscribatur.*
22 *Primum decretum in quibus actionibus interponatur.*
23 *Actore absente, ad deffinitiuam an procedatur.*
24 *Libertatis fauor.*

25. Se-

25 *Secundum decretum in quibus interponatur.*
26 *Missio vim cautionis habet.*
27 *Decretum secundum duplex.*
28 *An in reali interponatur.*
29 *Petitio partis necessaria.*
30 *Agens rei vendicatione duo petit.*
31 *Secundum decretum an in hypothecaria habeat locum.*
32 *Effectus primi decreti.*
33 *Missus an lucretur fructus.*
34 *Consuetudo an inducat missum fructus lucrari.*
35 *Poena legalis in foro poli petitur.*
36 *Missus ex primo decreto an possideat.*

Nunc ad primi, & secundi materiam pergamus: in qua, cùm in anteludiis, quid primum decretum, quidue secundum sit, tetigerimus, reliquum est, vt doceamus quo pacto ad vtrumque perueniatur: & imprimis qualiter ad primum perueniatur, cum Accur. Bar. & cæteris tractemus. Et imprimis reum citari, & peremptoriè necessum dicunt, idque ad partis petitionem: necessúmque dicunt, vt in citatione dicatur, & peremptoriè, l. consentaneum. C. quomo. & quan. iud. præterquam cùm tres emanauerunt, quæ vim peremptorii habent, l. tres denuntiationes. C. quomo. & quan. iud. aut cùm iudex per seipsum citauit, l. cessante: illo tit. hæc, vt perfectè declarentur altiùs exordior materiam huius peremptorii edicti: in quo illud primùm sciẽdum, vt tradit Bal. in l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. quadruplicem esse citationem docuit, legis, collegæ, partis, & iudicis. In citatione legali sufficit vnica: quia monitio legis habet vim peremptorii, c. j. de elec. in vj. in citatione collegæ sufficit vnica: quia non est propriè citatio tex. & Glos. in Cle. j. de hæret. & ita reprobatur Glo. in c. cùm caussa. de offi. deleg. quæ dicebat: cùm par parem iudicem requiret, trinam monitionem necessariam, secundum Panor. & Felin. ibi Archid. & Præposit. in c. si episcopus. xviij. dist. In citatione partis, putà, promisisti mihi præsentare te coram iudice ad meam requisitionem, requiro te, vt compareas, sufficit vnica: non tamen interrumpitur præscriptio, l. fi. ff. de eo, per quem fac. erit. Idem in quocunque actu extraiudiciali, vbi requisitionem fieri oportet: neque enim solemnitas peremptorii desyderatur, sed vnica requisitio sufficit, vt quando Capitulum vocat canonicum ad actum electionis Inno. in c. cùm nobis olim, de elect. In citatio-

Citatio rei necessaria. (margin, no. 1)

2 ne iudicis, vbi agitur de præiudicio, requiritur trina, vel vna pro omnibus peremptoria, l. & post edictũ de iud. ff. Cle. sæpe, de ver. sig. Ita peremptorium, quod inde nomen sumpsit, quòd perimeret disceptationem: hoc est, vltra non pateretur aduersarium, tergiuersari, l. & tertium. ff. de iud. clauderétque voces, & organa li- *Peremptorium edictum.*
3 tigatorum Bal. in l. super delictis. C. de relat. Hoc quadruplex est solemne, & est vltima illa citatio, siue quarta, quæ fit post tres citationes præcedentes cum verbo peremptoriè, & comminatione: quòd, nisi citatus compareat, procedetur ad sententiam, l. ad peremptorium: cum seq. & seq. ff. de iudic. *Peremptorium quadruplex.*

Alterum est minus solemne, quod aliquando post vnum, aut alterum edictum, interdum nullo præcedente, datur: quod quando faciendum sit, iudicem æstimare oportet, vt pro conditione caussæ, vel personæ, vel temporis ordinẽ edictorum, vel compendium moderetur, l. nonnunquam. ff. de iudic.

Tertium est solemnissimum, quando, scilicet, post solemne peremptorium ex benignitate iudex adhuc aliam citationem facit, l. & post edictum. ff. de iudic.

Quartum est peremptorium fictum, quod, & si verbum peremptoriè adiectum non est, vim tamen edicti peremptorii habet, veluti cum tribus citationibus pars, vt compareat, admonita est: lapsus nempe trium citationum effectum habet peremptorii: tametsi nihil dictum sit, l. tres denuntiationes. C. quo. & quã. iud. c. constitutionem. de senten. excom. in vi. Sic cùm iudex per se, & ad faciem (vt dicunt) monet partem: nam hæc monitio iudicis vim peremptoriæ citationis habet, l. ij. C. quomod. & quand. iud. Glos. sing. in c. consuluit. de offi. delega. Intellige sanè, si

Monitio iudicis. hæc admonitio fiat iudice sedente pro tribunali. Panor.in c.ecclesia Sanctæ. Mariæ, de consti.Salic.post alios in d.l.ij.dum eam restringit, quando monitio fit à iudice apud acta:secùs si extra acta iudicij.

4 De hac communi opinione ego multùm dubito. nam d.l.ij. dicit simpliciter partem admonitam fuisse,non autem à iudice. Præterea non dicit, an vnica, vel trina admonitio interuenerit: quare diuinant Doctores, qui in casu eius text. admonitionem vnicam à iudice emanasse credunt. Nam ipse potius de trina citatione, quæ cùm vim habeat peremptoriæ (vt diximus) legitimè admonitus fuit à iudice reus in d.l.ij.Sic & summus Pontifex, cùm simpliciter monitos clericos esse dixit,vt ad sua beneficia redirent,de trina admonitione intellexit,c. ex tuæ iuncto c.fi.de cler.non resid. 5

Contra hanc etiam communem opinionem est tex.in c.vni.§.fi de milit.vassal. qui contu.est in feud. vbi si de domino vassallus conqueritur, dicēs se spoliatum, deber adire curiæ dominum, eúmque,salua reuerentia, competenter cogere, vt vel possessionem restituat,vel acquiescat, vel iudicio curiæ se committat: quòd si ter admonitus facere distulerit, tunc licet vassallo ad aliam maiorem potestatem ire,& sibi consulere:nisi dominus ei iustitiam facere noluerit, poterit eum deprædare.Quo loco Bal.hoc contrariū præsentiens,dicit hoc ibi esse speciale, vt prima monitio non sit adeò rigorosa, sed censeatur duntaxat quædam exhortatio propter reuerentiam domini, vt in l.si liber. C. de cond. ob cau.& in l.cùm affirmes. C.de lib.caus.vel dic (inquit Bal.) d.l.ij.non habet locum in feudis. Vtrúque Barb. in d.c.consuluit.col. xv. reprehendit. Nam quod ad primum attinet, deberet esse 6

Feudū cur beneficium dicatur. magis rigorosa admonitio in casu,d.c.vni.§. fi. cùm feudum amore, & gratia concedatur,atque ideo beneficium appelletur,c.j.de benefi.frat. proinde maior iudicanda est vassalli ingratitudo contra dominum, sicque monitio rigorosior,maximè ab ipso iudice facta.

Sed hoc loco toto cælo errat Barba.cum tex.in d.§.fi. cuius verba recitata sunt, dum de trina citatione loquitur, de ingratitudine domini in vassallum loquatur, non de ingratitudine vassalli.Subdit Barba.non valere responsum alterum Bal.vt dicamus speciale esse in feudo,quando iure communi expressum est contrarium, citans id quod habetur in c.j. de cog. feud. sed (inquit) de iure communi non est cautum contrarium,nisi opponatur de d.l.ij. respondet eam l. hunc sensum non pati:præterea habere varias lecturas, & esse dubiam in intellectu suo. ideo ex doctri.Bar. in l.in ambiguo.ff.de reb.dub. non potest allegari:quia eius, quod multipliciter exponitur,veritas ignoratur.

Ego,vt ingenuè dicam,puto casum d. c. vni.§.fi. esse specialem, quod satis declarat in fine,dum dicit eo casu licere vassallo dominum contumacem ad extremum deprædare,quòd omnes leges,& omnia iura horreat,l.extat.ff.quòd me.ca. l.si quis in tantam, C.vnd.vj. Non enim est singulis concedendum, quòd magistratibus competit,l.non est singulis, ff.de re iu.

Ad primum itaque decretum sic peruenitur, citatur reus, & peremptoriè ad partis instantiam, quo non comparente eiusdem contumacia ab actore accusatur,cúmque de contumacia iudici constiterit, mittet actorem in possessionem ex primo decreto,secundum mensuram debiti in libello declarati, quæ omnia probantur, in l.ad peremptorium. ff. de iudi.in l. properandum.§.& siquidem, C.de iud.in l.hæc autem.§.j.ff.quib.ex ca.in pos.ea. 7

Peremptoria citatio necessaria. Porrò,vt intelligatur quod diximus eum contra quem fit missio, imprimis peremptoriè citandum, hoc scire debes reg.generalē in quacunque sententia,etiam interloquutoria, grauis præiudicij citationem peremptoriam necessariam, hanc reg.ponit Imol.in c.ad petitionem de accusatio. Alex.in l. cōtumacia, ff.de re iud. Felin.in c.consuluit,de offi.delega. 8

Vnde cùm iudex sententiam diffinitiuam laturus est citatione peremptoria

vti

vti debet.Sic & cum bona rei delati annotanda sunt,l.j.ff.de requi.reis.Sic & cùm absoluitur reus ab obseruatione iudicii,l. properandum,§. & siquidem, C. de iud. omnes quippe pronuntiationes huiusmodi graue præiudicium continent.

9 Qua etiam ratione Accur. Bar. & alii hic dicunt, quòd cùm agitur de ferendo interloquutoriam, ex primo,vel secundo decreto,reus peremptoriè citandus est: quòd in missione ex primo non procedit sine dubio. siquidem sit modici præiudicii.ex ea quippe nullum ius neque possessionis, neque dominii, sed tantùm custodiæ rerum transfertur,l.iij.§.fi.ff.de acquir.pos.l.cùm legati.ff.ex qui.ca.in pos. ea. & in interloquutoria modici præiudicii non esse peremptoriam citationem necessariam, sed vnicam,& simplicem sufficere,est in confesso.l.ij. C. vbi in rem ac.vbi ad interrumpendam præscriptionem,sola citatio sufficit: quum de modico præiudicio tractatur,l.sicut.& l.quum notissimi.C.de præscrip.xxx.vel xl.an.

Quocirca contra Bar.& alios fortasse defendi possit in missione, ex primo decreto citationem peremptoriam non esse necessariam. Amplius putat Iacob. Butrig.in l.consentaneum.C.quo. & quan.iud. quòd nec in missione ex secundo decreto sit necessarium peremptorium.Nam omnes leges(inquit)quæ de peremptorio loquuntur,si bene expendantur,loquuntur,quando iudex vult peruenire ad sententiam definitiuam:non quando ad interloquutoriam primi, vel secundi decreti,vt patet in peremptorio in c.&post edictum.ff.de iud. in l.contumacia.ff. de re iudica.& in omnibus legibus tit.C.quo.& quand.iudex : quod Bar.in l.consentaneum,improbat per l.præsenti,§.quum autem.ij.resp.C.de iis, qui ad ecclef. confug.

An autem quando quis citatur ad aliquam aliam interloquutoriam,quam primi,aut secundi decreti, sit necessarium peremptorium, idem Bar.ita distinguit: quia aut interloquutoria exhaurit vires quasi totius negotii, vt est absolutoria ab obseruatione iudicii,aut desertionis appellationis: & tunc peremptorium præcedere debet, l.Titia.ff.de accusat.l. si Præses. C. quomo. & quand.iud. Aut non est tanti ponderis,& præiudicii,vt quia citatur quis ad videndum iurare testes,vel ad publicationem testium,& tunc necessarium non est peremptorium:sed simpliciter,& semel partem requirere satis est,l. si quando. C. de testib. In iis nempe leuibus negotiis de plano iudex procedit,l.leuia.ff. de accusat.auth. nisi breuiores. C. de senten.ex breui.recitand. Malè autem Imol.hìc col.vj. dicit primum mébrum distinctionis Bart.quòd,scilicet,ad effectum cuiuslibet sententiæ interloquutoriæ grauis præiudicii ferendæ pars peremptoriè citanda sit, iure non probari. Nam quum loquatur Bar. de interloquutoria exhauriente vires totius negotii, constat eam sententiam redigi ad instar definitiuæ : quoniam totum negotium, aut pars negotii substãtialiter terminatur,l.intra vtile, vbi Accur. singulariter,ff. de mino. Bal.in l.j.C.quan.prouo.non est necesse, vt præceptum de soluendo, quod est interloquutoria sententia.Spec.tit.de instru.editio.§.nunc aliqua.habet tamen vim definitiuæ,l.creditor.§.iussus.ff.de appellat.Henric. Bohic.in c.literis,de offi.delega.Guid.Pap.quæstio.xij.in interloquutoria autem habẽte vim definitiuæ requiruntur ea solemnia,quæ in definitiua.Glos.in c.fi.de elect.in vj.Porrò ad prædicta notandum est,quod dicit Imol.in c.ad petitionem. de accusat. quòd quibus casibus peremptoriæ citatio necessaria est,valet processus, etiam sine peremptorio: si citatus fuit personaliter repertus. Vnde si non venit, non est amplius citandus: quia satis constat,quod non vult comparere:quare non est locus coniecturæ,l.cõtinuus.§.quum ita.ff.de ver.obligatio,l.ille,aut ille.in fi.ff. de lega.iij. Quod est dictum singulare,si verum esset.Sed hoc alii,& meritò,reprobant:quum contumax is dicatur,qui tribus edictis propositis,vel vno pro tribus (quod vulgò peremptorium appellatur)literis euocatus præsentiam sui facere contemnit,l. contumacia. §.j.ff. de re iud. Et quoniam quum citatus non comparuit, in prima citatione videtur, & præsumitur non comparuisse: non quia nollet in ea caussa comparere,

ſed quia expectare voluerit alias citationes, poſtquam ſciebat ſe vlterius citãdum
eſſe. Vnde quum alia iuſta coniectura capi poſſit, non capiemus aliam coniectu-
ram contumaciæ, l. ſi Præſes, & l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. l. meritò. ff. pro
Contumax fictus.
ſoc. l. ſi quum aurum. ff. de ſolutio. Et in hac ſententia fuit Accur. in l. fi. ff. de reſti. 10
in integ. dum dicit eum fictum contumacem, qui inuenitur, & citatus dixit ſe vẽ-
turum, aut tacuit: non tamen venit, ad quem debet ter nuntiari, l. contumacia. §.
contumax. ff. de re iudi. qui verò apertè dixit ſe non venturum, verus contumax
eſt, ad quem vnica nuntiatio ſufficit, l. Fulcinius. §. fi. ff. ex qui. cauſis in poſſeſſio.
eat. & hoc caſu defenditur ab aliquibus dictum Imol. Nam quum citatus reſpon-
det ſe nolle venire, denuo citandus non eſt, Gloſ. in c. de illicita. xxiiij. q. iij. Sed hoc
etiam communiter Doctores improbant poſt Spec. in tit. de contuma. §. j. ratione
qua nunc vſi ſunt: quia ex quo ſemel tantùm videt ſe citatum, videtur ita reſpon-
dere, expectans alias citationes: quia ſciebat ſe adhuc bis citandum: quemadmo-
dum creditor etiam præſens, & tacens venditioni pignoris à debitore factæ con-
ſenſiſſe non videtur, quum ſciret vbique pignus ſibi durare, l. ſicut. §. non videtur.
ff. qui. mod. pig. vel hypo. ſol. & quoniam hæc verba dubia ſunt. Nam poſſunt in-
telligi, nolo venire, ſcilicet, nunc, vel nunquam. vnde aſſumenda eſt ea, quæ beni-
Repudiatio per verba nolo adire.
gnior eſt, & vtilior proferenti, l. ſi quis intentione. ff. de iud. His conueniunt, quæ 11
Accur. in l. ij. C. de iur. & fac. igno. tradũt per hæc verba, *Nolo adire*, ab hærede pro-
lata, non induci repudiationem: & eſt communis ſententia, de cuius veritate fuſè
Moder. in l. qui ſe patris. C. vnd. lib.

Contumacia ab actore accuſanda.
Quod autem Bart. & alii ſubiiciunt, non ſufficere reum citatum, cõtumacem 12
eſſe, niſi eius etiam abſentia ab actore contumace incuſetur, l. properandum. §. &
ſiquidem. C. de iudic. notandum eſt. Nam hinc Bar. in l. arbiter. Kalendis. ff. de ar-
bi. dicit deſumptam practicam cauſidicorum, vt in termino citationis pars com-
pareat, & abſentis contumaciam accuſet: ne ei poſſit abſens dicere, *Ideo non veni,
quia tua non intererat: neque enim tu veniſti*, l. ij. in fi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. quod
& in criminalibus obtinet. Bar. in l. inter accuſatorem. ff. de pub. iud. quum & in
his ad inſtar ciuilium iudiciorum procedatur, l. abſentem. §. j. ff. de pœn. Hinc Do- 13
ctores reprobant Accur. in l. ſancimus. §. quum autem. C. ad Trebel. dicentẽ con-
tumaciam ſatis probari ex actis notarii, in quibus conſtat de abſentis citatione: li-
Contumaciæ probatio.
cèt non appareat de comparitione. Nam (vt diximus) vt quis dicatur contumax
non ſufficit, vt citatus non comparuerit, ſed vltrà, putà, quòd pars comparẽs eius
contumaciam accuſauerit.

Hic quæritur, quo iure petatur primum decretum interponi. magnus confli-
ctus eſt inter Doctores. Nam alii iure actionis, alii officio iudicis mercenario, alii,
vt Iacob. Ra. quondoque nobili, quandoque mercenario, Pet. verò, cuius ſenten-
tiam Cy. in l. quum proponas. C. de bo. aut. iud. poſſid. & ipſe probo, defendit offi-
cio iudicis nobili, quod in perſonam ſolius iudicis reſidet, & ter imploratur decre-
tum huiuſmodi interponi. Quod hoc exemplo familiari declarant, Ago cõtra te:
tu non compares: es contumax: te arguam contemptus coram iudice: dicámque
te contemnere iudicem, & partem. túncque iudex iuriſdictionem ſuam ſperni
videns (ſi eius officium imploro) me mittet in poſſeſſionem officio ſuo, quod nul-
li deſeruit, nullíque mercenatur, præcedente tamen ſummaria cognitione, v-
trum cõtumax ſit debitor, néc ne, d. l. quum proponas, & l. ſi is, à quo. §. diuus. ff. vt
in poſ. lega. l. ij. C. vbi in rem acti. mittet me itaque in poſſeſſionem, exequutor, l.
is, cui. §. miſſus. ff. vt in poſſ. legato. nõ quod ipſe propria auctoritate poſſeſſionem
intrem. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. niſi iudex hoc nominatim mihi con-
ceſſit: quod facere poteſt, l. dotis. ff. ſol. matri. l. vni. C. vt ne liceat ſine iudi. aucto. ſi-
gna. Nam & iudex poteſt dare licentiam creditori, vt ſibimet capiat pignus in ſo-
lutum, Bal. in l. ij. C. ſi in cauſ. iud. & quum nuntius in re ſua quis eſſe poſſit, l. cum,
qui. §. ſi epiſtola. ff. de furt. l. diuus. ff. de ſer. fugi. & teſtator legatario facultatem
poſ-

possessionem apprehendēdi propria auctoritate dare possit Accur. in l. Titia cum testamento. §. Lucius. ff. de lega. ij. cur non & iudex, cuius factum facto testatoris debilius non est, l. non est mirum, ff. de pigno. actio.

14 Porrò ad secundum decretum ita peruenitur, quia iterum reus contumax citabitur. Cum enim lex dicat caussa cognita ad secundum decretū deueniendum esse, l. dies cautioni §. si fortè hoc tit. l. iij. §. fi. ff. de acquir. poss. manifestissimum fit
15 vocandam esse partem, l. in caussæ. §. caussa autem cognita, ff. de minorib. Quod si adhuc contumaciter adsit præconio, consanguinei, & amici, quos verisimile est absentis defensionem non omissuros, sunt requirendi, & interrogandi, an absentem defendere velint, l. hoc autem, §. j. ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. ergo, ff. ex quib.
16 caus. maio. Accur. in l. ij. ff. ex quib. cau. in pos. Vt enim contra absentem procedi possit, amicorum citatio necessaria est, Glos. in c. consultationibus, de offi. delega. & in Cle. j. de iudic. *Affines, & amici quomodo vocandi.*

Sed Pet. & Cin. in l. ij. ff. si ex nox. caussa. aga. hoc minimè necessarium putant: quum eos vocare satis sit, qui ius habent in processu caussæ, l. j. §. de inspiciendo, ff. de ven. inspi. præterquam in duobus casibus. Primus, quum contra absentem probabili, & necessaria caussa absentiæ, putà, Reipublicæ procedendum est, d. l. ergo: aut contra minorem, qui legitimam personam standi in iudicio non habet, d. l. hæc autem, §. j. qui tex. hanc opinionem euidentissimè probat, quum vult requirēdos nō esse cognatos, aut amicos, si pupillus tutores habeat, qui euocari possint.

Rectissimè itaque Ioan. Imol. huic opinioni subscribens, dicit factum tutius esse, vt amici quoque citentur: & si factum non appareat, non ob id processus vitiabitur, & hæc (auctore Alex. hîc) est communis opinio, contra quam, vltra alios, induco, l. fi. ff. vbi pup. educa. deb. & l. aut qui aliter, §. j. ff. quod vi, aut clàm: quæ leges apertè dicunt euocandos esse affines, & amicos: quum proceditur contra absentem, qui neque minor erat, neque caussa Reipublicæ, aut alias probabili, & necessaria aberat.

17 Ego itaque distinguerem, aut absens semel fuit inuentus, seu in personam citatus, & tunc eo in contumacia perseuerante, satis esse putarem, si ad domum, in qua degit, denuntietur: aut si habitationem non habeat ad rem cōtentiosam, vel procuratori eius, vel inquilinis: aut (ad extremum) ad ecclesiam, l. mi. §. Prætor. ait hoc tit. Is enim, cui semel notificatum est, si absit, præsumitur latitare, vt hîc Bar. col. iiij. docet, c. caussam, quæ, & c. fi. de dol. & contuma. Aut repertus non est absens, & tunc consulerem vocari amicos, & affines absentis, vbi de graui præiudicio tractatur, d. l. fi. ff. vbi pupil. veluti in interpositione secūdi decreti: ex qua cùm transferatur dominium, negotium graue, & arduum dicitur. *Citatio ad domum.*

Neque his obstat l. scire oportet, §. qui autem, ij. resp. ff. de excusat. tuto. quo loco Iurisconsult. alternatiuè dicit absenti manifestandum esse, vel in faciem, vel in domum. Proinde sufficere videtur sola citatio ad domum, si personæ copia haberi non potest: quum alterum alternatiuè membrum satis sit interuenire, l. si hæredi. plures, ff. de conditio. insti. Nam (vt Bar. & alij tradunt) in d. §. Prætor ait. ea est alternatiua ordinis, vt sic velit tex. in faciem primum, deinde ad domum, si personaliter reperiri non possit.

Neque propterea negare Iurisconsultum puto, quin amici quoque vocandi sint: quum alibi citationes ita distinxerit, vt primum parti, deinde amicis, vel parentibus, postremo ad domum denuntiandum sit, l. j. §. j. ff. de lib. agno. ex qua per manus traditum est, citationem ad domum subsidiariam esse, atque ita demum valere, si non possit haberi copia illius, qui citari debet partis, aut procuratoris.

Hinc finita est antiqua illa Doctorum quæstio, nunquid ad secundum decretum, vt perueniatur, sufficiat, quem citari ad domum. In qua ita distinguebant, vt
18 si quis non actione in sua persona residente, sed vitio rei suæ conueniatur, vt in caussa damni infecti, & noxali ad domum citare satis sit: quum tunc non requira- *Latitare, & Latitatio.*

tur latitatio, vt vel ex eo liquet, quòd contra absentem etiam Reipublicæ, aut ex
alia iusta caussa interponi secũdum decretum possit, l.ij.ff. si ex noxa.caussa agat:
quanquam ad illud festinare Prætor non debeat, §.si fortè, huius legis.

Cæterùm si actione in propria persona residente quis conueniatur, ad domum 19
citare non sufficit: quum latitare non dicatur, & contra eum tantùm, qui frauda-
tionis caussa latitat, secũdum decretum interponi possit, l.Fulcinius.§.j.& ij. quib.
ex ca.in pos.ea.præterquam in tribus casibus.

Primus, si interponatur pro exequutione sententię Ang.hîc per l.properandũ, I
§.sin autem reus, C.de iudi. & l.à diuo Pio, §. si pignora. ff.de re iud. quod & si iura
non probent, ipse tamen verum puto: quoniam licèt verè latitare non dicatur,
præsumptiuè tamen latitat. Nam qui semel fuit in iudicio, si abest, fraudationis
caussa latitare præsumitur, Bar.in d.l. Fulcinius, §. quid sit, & in l.iiij.§. Prætor ait,
col.pe.huius tit.post Din.in c.pro possessore de reg.iur.in vj.

Alter casus, vbi secundum decretum interponitur gratia actoris, & rei, cuius II
intererat solui: quia debitũ erat vsurarium, vel pœnale, atque ita quotidie cresce-
bat, vt sic magis expediret absenti perueniri ad secundum decretum, quàm differ
ri, Accurs.in l.si non expedierit, ff.de bo.auct.iudi.possid. Facit tex.in argumẽtum
in l.debitor.ff.de nego.gest. Tunc enim poterit interponi, etiam contra non lati-
tantem, Inno. in c.dilecto.de ver.sig. Bal.in auth.ei, qui col.xiiij. C. de bo.auct. iu-
di.possid.

Tertius casus, si mora periculum creditori esset allatura, quare cõtra furiosum, III
pupillum, prodigum, absentem, cæterósque qui curatorum ope iuuantur, qui ta-
men non se occultant ad secundum decretum, dato prius curatore, bonis nõ de-
fensis, deueniri poterit, l.Fulcinius, §.adeò, & §.planè interdum, nempe longa ni-
mis esset dilatio, si necessum haberet creditor expectare, quòd furiosus sanã men-
tem, prodigus bonos mores reciperet, quòd pupillus maior fieret, & absens reuer-
teretur, quod & ad absentem Reipublicæ gratia protrahit Accurs. sing.in l. eum,
qui.j.ff.de priuileg.credit.Bal.in l. si minor.ff.de bo.auct. iud. possid. Nam contra
alium absentem, etiam iusta caussa puto captum ab hostibus, & quemcunque a-
lium non latitantem expeditum est, dato curatore bonis absentis, actore peten-
te: si graue æs alienum vrgeat bonorum vẽditionẽ permitti, l.ab hostibus, ff. quib.
ex cau.maior.l.in possessionem, in fi.ff quib.ex cau.in pos.ea. alioqui nullum esset
secundum decretum contra non latitantem interpositum, d.l. Fulcinius.scribit,
Roma.consi.cccclіiij.

Tenutæ recuperatio.

Planè ad primum decretum contra non latitantem, putà, absentem, qui Rei- 20
publicæ caussa, sine dolo malo abfuit, perueniri potest, l.ignorante, C.de testa.mi-
lita.quod verum declarat Cast.si in personali actione fiat missio: quum ea præiu-
dicialis non sit, propterea quòd missus non acquirat possess.sed tãtùm custodiam,
l.iij.§.fi.ff.de acquir.possess.l. quum legati. ff.ex quib. caus. in possess. ne grauetur
onere probandi reus, si velit tenutam datam ex primo decreto recuperare refi-
ciendo expensas, & præstando satisdationem, de iudicio sisti auth.ei qui iurat, C.
de bo.auct.iud.possid.secùs in reali: in qua latitatio necessaria est: quum sit præ-
iudicialis. Nam actor immissus possessor efficitur, l.si quis emptionis. §. pe. C.de
præscrip.xxx.vel xl.an. Vnde in aduersarium transferat onus probandi de iure
suo, l.si priùs. ff.de no.oper.nuntiatio. Alex.reprobat Castrẽsis limitationem per
l.ij.in fi.C.vbi in rem actio.exer.debe.& l.consentaneum.C.quomod. & quand.
iud.vbi satis est, vt procedatur ad misionem in possessionem ex primo decreto
reum conuentum actione reali citatum fuisse, & contumacem: eo quippe casu
missus possessor efficitur, & onus probandi transfertur in reum, qui de iure suo,
hoc est, de proprietate necessum habet probare. Ego contra Castren. cito tex. ex-
presiorem in l.Fulcinius.versi.Celsus.ff.quib. ex cau.in poss.eat. & miror Docto-
res hunc textum non vidisse.

Sed

Sed intra quantum tempus admittatur reus ad veniendum, vt recuperet tenutam datam actori ex primo decreto reficiendo expensas, & præstando satisdationem de iudicio sisti, communis Canonistarum, & Legistarum est conclusio, vt si missio facta sit in actione personali, neque ad secundum decretum deuentum
21 si, tposit reus cõtumax vsque ad xxx. annos venire: quum tanto tempore iuri offerendi præscribatur, l. quum notisimi §. eodem iure C. de præscript. xxx. vel xl. annorum. *Iuris offerendi præscriptio.*

Quod si in reali facta fuisset immissio non audiretur reus, qui per solam oblationem satisdationis, & refectionis expensarum possessionem recuperare vellet: nisi vsque ad annum l. si quis emptionis. §. pe. C. de præsc. xxx. an. c. quoniam frequenter. §. in aliis, vt lit. non contesta. quanquam super proprietate vsque ad decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes audiatur reus Accurs. in l. ij. C. vbi in rem acti. Glos. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. quod quo pacto intelligendum sit, dixi suprà in verbo, non prius.

Cæterùm certis casibus in personali ante xxx. annos, & in reali intra annum non audietur super possessione is, contra quem ex primo decreto facta est missio. Plures Doctores referunt. mihi semper visus est omnium notatu dignissimus, qui ab Ang. scribitur in l, à quo. per illum tex. hoc tit. si iudex (inquit) ante lapsum anni statuat terminum reo, intra quem compareret, & de iure suo doceret, elapso termino non audietur. sequuntur Castr. & Alex. & verum est.

Nec nos mouet aduersantis Imolæ ratio, statutus est à lege anni terminus, d. §. pe. Indultum autem à lege beneficium non est alicui auferendum c, indultum. de reg. iur. in vj. Nam quum possit iudex statutum tempus à iudice augendo, vel minuendo mutare, l. qui pro tribunali. ff. de re iud. non est, quod negemus hoc in terminis nostris concedendum iudici, qui quum ex caussa annum prorogare posit, c. quum venissent. de eo, qui mitti. in poss. caus. rei seruan. poterit, & ex caussa coarctare. Adde, quòd hæc præfixio termini vim habet secundi decreti, vt Bar. hîc docet per d. l. à quo fundus. Iudicantis autem arbitrio committitur, quando velit interponere secundum decretum, Accur. & alii in l. quum proponas, C. de bon. auctor. iud. posid. Bar. & alii communiter hîc, vt tũc demum, quum iusta caussa videbitur, iubeat missum posidere §. nõ autem. huius l. quum itaque iudex diem non præstituat, liberum erit arbitrium ei, qui cognoscit statuendi, l. j. in fi. ff. de iure delib. l. j. §. expilatores ff. de effracto. intra quem si non venerit, caussæ renuntiasse intelligitur, l. si ea C. qui accusa. non pos.

22 Porrò, in quibus actionibus, & negotiis primum decretum interponatur, quod præterierat Accurs. vnica regula Bar. docet. in omnibus (inquit) actionibus personalibus, realibus, mixtis, & persequutionibus primum decretum interponi potest, l. j. l. Fulcinius. §. item videamus. §. Celsus, & §. seq. ff. quib. ex cau. in poss. eat. Dixit autem persequutionibus, vt ea comprehenderet, quæ, officio iudicis implorato, non etiam iure actionis, pars prosequitur, vt in missione in possessionẽ damni infecti nomine, aut legatorum, & ventris nomine l. quum postulassem hoc tit. l. j. l. si filiusfa. l. cum legati, ff. ex qui. cau. in posse. eat. tot tit. ff. & C. vt in pos. legato.

Excipiunt casum Bar. & cæteri, si natura rei petitæ repugnat: quo casu, quum per primum decretum non posit agenti consuli contra reum contumacem, peruenietur ad diffinitiuam, etiam lite non contestata, vt si aduersus aditionem velim in integrum restitui, ne oneribus hæreditariis implicitus sim, & creditores absint, auth. si omnes. C. si minor se ab hæred. absti. aut si hi, à quibus libertatem præstari oportet, euocati à Prætore adesse noluerint, l. quum verò, §. subuentum. ff. de fideicommissa. liber. l. qui se. ff. de iudi. aut, si finium regundorum iudicio egerim, & pars, ne quæstio terminetur, se subtraxerit, l. iij. C. fi. regun.

Sic in caussa libertatis ecclesiæ, c. quum olim. de testib. & in sacerdotiis, in quibus non mittitur quis ob partis aduersæ contumaciam, in possessionem: ne per

hoc ad ea vitioſus pateat ingreſſus. ſed potius lite non conteſtata, diligenter examinato negotio,proceditur ad definitiuam, c. vni.de eo, qui mitti in poſſ. ca. rei ſer.in vj. Solus Imol.negat hoc caſu ad definitiuam perueniri:quũ lis non ſit conteſtata,l.fi.§.illud.C.de tempo.appella. c.j.ij. & in Rubro, vt lit.non conteſt. Nec quod dicunt Bar.& alii,quòd quum conſultum non ſit agenti cõtra partem contumacem per miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, debet deueniri ad definitiuam, etiam lite non cõteſtata,eum mouet: quum enim ius deſideret litis conteſtationem, vt ad definitiuam perueniatur, nec hic caſus nominatim exceptus reperiatur,ſtandum eſt regulæ,l.præcipimus.de appella.C.

Sentẽtia in abſentem. Præterea neque iure Digeſtorum, neque Codicis ad definitiuam procedi poterat,actore abſente, l.properandum, §. ſinautem. C.de iudi. quanquam hoc hodie immutatum ſit per auth. qui ſemel. C.quomo. & quand.iud. quo tamen caſu non poterat reo conſuli per miſſionem in poſſeſſionem. Non igitur de mente iuris videtur, quòd cauſſa huiuſmodi ſit ſufficiẽs, vt poſſit deueniri ad definitiuam, lite non conteſtata,& in hanc ſententiam tandem dicit eſſe tex. expreſſos, l.diui fratres.ff. de lib.cau. vbi ſi petat quis ſe pronuntiari liberum, lite non conteſtata contra abſentem non deuenietur ad definitiuam, c.tuæ ext. vt lite non cont. quo loco docet ſummus Pontifex contra contumacem procedi ad miſſionem in poſſeſſionem,ſi fieri poteſt: alioqui ad excommunicationem, & ſic ad alium modum aggrauandi contumacem. ſic tacitè infert procedendum non eſſe ad definitiuam: quum non ſit lis conteſtata.Poſtremò tex.in c.quoniam frequenter.§.porrò.vt lit. non conteſta. vbi ſpeciale eſt in cauſſa matrimonii,vt ad definitiuam, lite non cõteſtata,procedatur,ſi conſtet reum eſſe contumacem: in contrarium ergo eſt ius commune,l.ius ſingulare.ff.de legib. Quibus rationibus tametſi reſpondeatur ab Alex. hic col.xxvj.puto tamen hanc opinionem aduerſus Bart. & alios tutiorem: in quam priùs conceſſerat Panor.in d.c.tuæ.per text. expreſſum, in c.j. ext. vt lit. non conteſta. vbi agebatur de adulterio ad ſeparationem tori: quo caſu non erat locus immiſſioni,dicit text. contumacem excommunicari potuiſſe. at nec teſtes recipi,nec cauſſa definiri potuit. 23

Poſſumus præterea vti in hoc articulo diſtinctione, quam præſenſit Butrig. in c.cauſſam.c.fi.de dol.& contu. ex qua facito duas ſequentes regulas. Prima eſt, ſi agatur contra certam perſonam,cum qua poteſt lis conteſtari, & ab ea aliquid petatur dari, vel fieri, etiam ſi per miſſionem non poſſit eſſe conſultum ad definitiuam,tamen,lite non conteſtata non procedetur, ſed ad excommunicationem, mulctam,aut aliud grauamen,c.j.c.tuæ,vt lit. nõ conteſta. quum enim ad certam perſonam poſſit dirigi aggrauatio:licèt ex natura cauſſæ non poſſit fieri miſſio, poterit tamen iudex aliud remedium aggrauatiuum excercere,vt mulctare, excommunicare,& aliam pœnam pro delicti qualitate,& cauſſæ infligere,l.vni.ff.ſi quis ius dicẽ.non obtemp.c.de cauſis, de offi.delega.

Obſtat huic regulæ,l.iij. C.fi.reg. ſed dic ſecundum Accurſ.ſenſum, ſecundum quem lis erat conteſtata,tex.nihil facere.Ego amplius,& nouè dico tex. illum nolle,vt, abſente parte,ad definitiuam procedatur: ſed tantùm ad agrimenſionem, quæ non tanti eſt præiudicii:quum aduerſus agrimenſorem, etiam à iudice adhibitum,ſi dolo malo renuntietur,prodita ſit actio parti, cuius intereſt,l. ſi duobus. §.planè.ff.ſi menſ.fal.mod.dix.

Limita regulam in caſu,c.vnic.de eo, qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſſa rei ſeruandæ,in beneficialibus,vbi non poteſt procedi ad miſſionem: & tamẽ,lite etiam non conteſtata,proceditur ad definitiuam:qui caſus cum ſpecialiter in beneficiis loquatur,ſignificat ius commune in contrarium eſſe: vt ſic regulariter non liceat procedere ad definitiuam,lite non conteſtata:licèt non habeat locum miſſio. Sic in cauſſa matrimonii carnalis,d.c.quoniam frequenter, §. porrò: non ideo ſine litis conteſtatione ad definitiuam procedatur: quod per miſſionem parti conſuli I

non

non possit:sed quia caussa & negotium est talis naturæ:quum caussæ beneficiales,
& matrimonii sint summariæ Clem. dispendiosam de iudi. at quin summariis ne-
gotiis litis contestatio non est necessaria,Cle.sæpe,de ver.signifi.

24 Limita secundò fauore libertatis,d.l.quum verò.§.subuentum, & d.l. qui se di- *Libertatis fauor.*
11 cit.ff.de iud.Nec est ignotum,quòd multa contra iuris rigorem pro libertate sunt
constituta l. generaliter.§. si quis seruo.ff. de fid. liber. Eadem quoque ratione in
caussa status, & libertatis ecclesiæ proceditur ad definitiuam, lite non contesta-
ta,d.c.quum olim.de testib.

Altera regula,si agatur contra incertam personam , à qua non petatur aliquid
dari,vel fieri,sed in petitione concludatur tantùm iudici, & non parti, proceda-
tur ad definitiuam, lite non contestata,d.auth.si omnes.C.si mi.se ab hæred.absti.
vbi quia minor volebat abstinere hæreditate à certa persona:nihil petebat,sed ge-
nerali citatione creditores euocabat,si sua putarent interesse iuxta Glos. singula-
rẽ, in l.ea quidem, C.si mãcip.ita fuer.alie.quibus non comparentibus,definitiuè
ad restitutionem procedetur non ex eo, quia non possit fieri missio, sed quia non
est persona:cum qua lis cõtestetur,aut ad quam aggrauatio dirigi possit.Sic etiam
declarandus est tex.in l.in caussæ. §.caussa cognita.ff.de minorib. qui sine distin-
ctione vult in caussa restitutionis in integrum ad eam concedendam contra con-
tumacem procedi posse,sicque ante litem contestatã perueniri ad definitionem.

25 Nunc tractemus in quibus actionibus interponatur secundum decretum. Ac-
curs.hîc citra discrimen putat,in omnibus actionibus personalibus interponi pos-
se:sed in l.iubere cauere,ff.de iurisd.om.iud. dicit in sola caussa damni infecti ad
missionem ex secundo decreto deueniri. Bar.verò tradit hanc regulam, in omni-
bus casibus, quibus per primum decretum plenè consultum non est, secundum
interponi potest,l.Fulcinius,§.j.ff.qui.ex ca.in pos.ea.l.properandum.§.sin autem.
C.de iudi.l.quum proponas,C.de bon.auct.iud.possid.l. præsenti.§.j. C.de iis, qui
ad eccle.confug.

Hinc patet in caussa legatorum secundo decreto locum esse non posse,l.is,cui.
26 ff.vt in poss.legato.Si enim mittatur quis in possessionem ob petitam cautionem *Missio vim cautionis habet.*
legatorum nomine nõ exactam:quum missio vim cautionis habeat,l. postquam.
§ Imperator.ff.vt legat.no.cauea.Sicque quod vult missus per primum,consequu
tus sit,ad secundum non deuenietur, Accurs.& alii, tam hîc, quàm in d.l.iubere
cauere.

Et ista est veritas,quicquid dicat Albe.per.l.qui legati.C.vt in poss.legato.quæ
non loquitur de secundo decreto,sed simpliciter dicit, quòd legatarius post acce-
ptum pignus potest petere,vt volũtas defuncti impleatur, atque ita intelligi non
potest,nisi in legato puro,aut in diem , seu conditionali purificato. antè enim agi
non posset,vt voluntas impleretur,l.cedere diem.ff.de ver. sig. & eo casu non ne-
gamus etiam in caussa legatorum deueniri posse ad secundum decretum , aut a-
ctum,qui eius effectum habeat,vt Bar.hîc tradit per l.si creditores. ff. de priuilegi.
credito.Sequuntur Imol.Alex.& cæteri: quia primum decretum tunc aduenien-
te purificatione debiti potest quodammodo dici conuerti in primum decretum,
quod fuit interponendum ex eo capite:quia non erat solutum debitum, vt & ali-
bi accepta bonorum possessione secundum tabulas in bonorum possessione con-
tra tabulas conuertitur,l.ij.§.j.ff.de bo.pos.sec.tab.

Circa tamen interpositionem secundi decreti aduertendum est:quia inter cau
sam noxalem,& damni infecti ex vna parte,&alias actiones personales plurimùm
interest : quoniam in actionibus personalibus interponitur secundum decretum
pro mensura debiti declarati vendendo, aut dando rem in solutum pro rata cre-
diti,l.quũ proponas,auth. & qui iurat.C.de bo.auct.iud.possid.sed in caussa dam-
ni infecti,& noxali tota res adiudicatur creditori non considerata quantitate cre
diti.§.ex hoc edicto huius l.l.& generaliter.ff.de nox.actio.l.ij.ff.si ex nox.ca.aga.

Decretum secundum duplex. Ideoque scriptores in l.iubere.ff. de iurisd.om. iudi. dicunt duplex esse secundum decretum, alterum venditionis permissiuum: quod regulariter in omnibus negotiis locum habet. Res enim non adiudicatur, sed permittitur vendi. & si res non reperiat emptorem, datur in solutum creditori, non per adiudicationem, sed per venditionem, aut in solutum dationem, quod idem est in effectu, l. Fulcinius. ff. quib. ex ca. in pos. ea. quod decretum quotidie petitur, & versatur in curiis. Alterum est rei adiudicatiuum, & dominii trãslatiuum: quia res, de qua agitur, adiudicatur, nullo habito respectu ad quantitatem peritam, vt in caussa damni infecti, d. §. ex hoc edicto, & noxali, d. l. & generaliter. In qua actione noxali, & illud obseruandum est, dici secundum decretum in effectu, non autem respectu primi: siquidem nullum præcedat primum decretum: quum seruus non defenditur, sed noxam passo adiudicatur. Ideoque propriè non dicitur interponi secundum decretum in caussa noxali, Accurs. in l. item si seruum. ff. de publicia. 27

Sed an in realibus secundum decretum interponi possit, quod Din. & Bar. hic & Panor. in d. c. quoniam frequenter. §. in aliis, col. xv. existimauerunt. Accurs. verò hic quod nõ: quum lapsus anni faciat missum verum, & incommutabilem possessorem: & reus perpetuò super proprietate audiatur, d. §. in aliis, quod non esset, si posset interponi secundum decretum. & hæc opinio vera videtur. statim enim q̃ missus est ex primo decreto in actione reali effectus fuit verus possessor, l. si quis emptionis. §. pe. C. de præs. xxx. vel xl. anno. adeò vt is, contra quem facta est missio nullo modo possideat, l. ij. C. vbi in rem acti. ptoinde, statim facta missione, finita est instantia & petitio proposita: quum contra seipsum non possit competere rei vendicatio, l. j. C. de alie. mu. iud. cau. fac. 28

Petitio partis desideratur. Præterea non interponit iudex secundum decretum: quum partis vtilitatem respiciat: nisi parte petente, l. iiij. §. hoc autem iudicium. hoc tit. qui autem ex primo missus est, caussam non habet petendi secundum, non vt dominus fiat: (cùm se iam dominum dixerit proponendo rei vendicationem,) l. in rem. ff. de rei vendica. vnde, si peteret se dominum fieri, allegans contraria repelli posset, l. j. C. de furt. non etiã, vt possideat: quum (vt diximus) id fit ex primo decreto cõsequutus. 29

Hoc limita tripliciter. Primò, quando quis ex primo decreto in reali fuisset missus in possessionem non rei petitæ, sed aliorum bonorum: tunc enim in reali potest secundum decretum interponi, l. Fulcinius, §. item videamus. ff. quib. ex caus. in poss. eat. I

Secundò declarandum est, quod diximus secundum decretum, in realibus interponi non posse, vt procedat modo regulari, per viam, scilicet, adiudicationis, sed modo irregulari, & per indirectum potest, & eò spectant Bar. & Panor. vbi supra. Quum enim actoris ex primo decreto immissi intersit, vt, reo comparente, & de proprietate sua volente litigare, dominus declaretur, l. si à te. §. si quis fundum. ff. de excep. rei iud. poterit missus implorare loco secundi decreti, vt per iudicem statuatur certus terminus reo intra quem veniat docturus de iure suo, post quem non audietur: sed ei perpetuum silentium imponetur, l. si ea. C. qui accu. non pos. l. diffamari. C. de ingen. & ma. in quam sententiam Bar. dicit esse casum, in l. à quo fundus, hoc tit. quæ tamen nihil, aut parum facit, quicquid hic dicat Alex. Melius itaque hoc suaderi potest ratione, qua vti cœperat Bart. qui agit rei vendicatione duo petit, putà, rem sibi restitui, & vt dominus declaretur Bar. in l. Pomponius. §. sed & is, ff. de procura. & in l. & ex diuerso. §. j. ff. de rei vend. Licèt ergo in agẽtem possessio sit translata ex primo decreto, non tamen ex hoc satis est consultum actori: quum nondum declaratus sit dominus, atque ita possit audiri reus de proprietate. II

Rei vendicatione duo peti. 30

Statuetur itaque à iudice terminus reo, intra quem de iure suo proprietatis doceat, post quem non audietur. quæ præfixio termini vim habebit secundi decreti, ad quam termini præscriptionem non temere iudex deuenire debet: sed ob maximam

ximam & vrgentissimam causam, ob nimiam nempe rei contumaciam, vt & alibi ob eam caussam ex primo decreto missum lucrari fructus traditum est, d.l. Fulcinius. §. fi. alioqui non:cùm nemo inuitus agere compellatur, l.vnic. C.vt nemo inuit. nisi vel diffamauerit debitorē, l.diffamari, C.de inge.& ma. vel petitionem porrexerit, d.l.si ea.C.de accusa.

Tertiò declarat Ang.Perus.quod diximus in realibus non posse interponi secundum decretum, vt procedat super re ipsa petita adiudicando eam: at pro damnis, & interesse poterit interponi:cùm respectu earum rerum non sit plenè consultum actori per missionem in possessionem rei petitę. Quæ declaratio bona non est.non enim respectu damnorum expensarum, & interesse interponetur secundum decretum, sed primum cum damna huiusmodi veniant in actione rei vendicationis officio iudicis mercenario deseruienti ei actioni, l.non solùm. ff. de rei vendicatio.l.domum. C.illo tit. Accurs.& alii, in l.j. C.de iudic. quare pro talibus damnis poterit mitti in possessionem alterius rei ex primo decreto, &, crescente contumacia, ex secundo res vendi, aut agenti adiudicari pro damno res poterit.

31 Quid autem sit in hypothecaria, an in ea habeat locum secundum decretum? omissis antiquorum opinionibus verissimum videtur quod Alex.hic docet, vt in ea actioni non possit interponi secundum decretum per viam adiudicationis:neque enim eò spectat petitio actoris hypothecaria agentis, sed vt auocetur nuda possessio tantùm, l.si cum venditor.in prin.de euictio. Quoniam autem, facta missione in hypothecaria ex primo decreto, onus probandi debitum non subesse, seu rem non esse obligatam actori agenti hypothecaria in rem post annum transfertur, Bar.& alii communiter, in l.ij.§.fi. ff. de acquir. poss.sicut in reali in reum onus probandi de proprietate sua post annum transfertur, c.quoniam frequenter. §.in aliis, vt lit.non contest.propterea videtur, quòd sicut in rei vendicatione potest interponi secundum decretum statuendo certum terminum, intra quem teneatur agere de proprietate, & vlterius non audietur: eodem modo debet posse in hypothecaria (quæ realis est, §.item Seruiana, de actio.in Instit.) interponi secūdum decretum statuendo terminum illi, contra quem facta est missio intra quem habeat probare immissum non esse creditorem, seu non habere rem illam hypothecatam, aut se habere potiora iura. quod hoc fortissimo argumento probatur. Nam si talis terminus statuitur propter contumaciam in rei vendicatione vbi agitur de maiori præiudicio:cùm excludatur reus irreuocabiliter à proprietate, quāto magis idem debet esse in hypothecaria? in qua per præfixionem dicti termini non tractatur de excludendo reum à dominio. poterat quippe reus semper recuperare rem hypothecatam soluendo immisso id, pro quo res est hypothecata, d.l. si cùm venditor.quo argumento in simili vtitur Guilliel. Cug. in l. si quis emptionis.C.de præscrip.xxx.annor.

Hipothecaria an recipiat secūdum decretum.

32 Effectus primi decreti est, quia missio dat solam & nudam custodiam, detentionem & obseruationem rerum, l.ij.§.fi.ff. de acquir. poss.l.cùm legati.ff. ex qui.

33 ca. in posses.ea.vnde non lucratur missus fructus, nec ex his ali potest, d.l. Fulcinius.in prin.præterquam in tribus casibus. Primo ob nimiam rei contumaciam, d.l.Fulcinius.§.fi.qui tex.singularis est secundum Bal. in Margarita. in verbo contumacia ad hoc quod propter nimiam contumaciam iudex potest excedere modum in puniendo.sed aduerte, quia Azo fuit in singulari opinione, quoad intellectum, d.§.fi.quod procedit in casu suo, reo, scilicet, conuento petitione hæreditatis:citra quem casum, etiam contra apertè contumacem, non sit hæc pœna. Quæ opinio non omnino sine ratione videtur:cùm ad eum casum restringere videatur ille tex. Præterea, quia petitio hæreditatis habet plura specialia, quale illud est, vt quis suæ possessionis titulum dicere cogatur, l.cogi C.de peti.hæred.& quod in ea impediatur alienatio, mota tamen controuersia, l.diuus. ff. de peti.hæred. & in aliis expectetur litis contestatio, l.j.C.com.diuid.l.ij.C.de litis contest.

Missus ex primo decreto an lucretur fructus.

Alter casus, si mulier ventris nomine in possessionem missa sit: quæ debet ali I I
de facultatibus secundum facultates, & cõditionem mariti, & suorum, l.j.§.j, & §.
mulier, ff. de ven. in possess. mittend. l.j.§.j.ij. & l.ij. ff. si mulier. ven. no.

Tertius casus, cùm filia neptis mittitur in possessionem caussa legatorum, l. III
pe. ff. vt in pos. lega. quæ lex vt locũ habeat, tria sunt necessaria: primò, vt sit vxor, 34
aut mulier de liberis, putà, filia neptis, proneptis, &c. Secũdùm, quòd non nupta.
Consuetudinis virtus. Tertium, quòd nec suum quicquam habeat, vt textus ibi euidenter docet. Hic nota, quia de consuetudine missus lucratur fructus, dicit Glos. singularis, in §. si verò etiam quidam iurent. de exhib. re. collatio. v. sed hoc consuetudine induci non posse, tradit Bart. cùm ea sit contra ius diuinum, & in fraudem vsurarum adiecta: qua nonobstante, missus fructus in sorte tenetur imputarẽ, l. is, cui. §. quæri. ff. vt in pos. legato. Pro Bart. facit, quia non valet statutum, aut consuetudo permittens vsuras. Cle. j. de vsur. quicquid autem accedit sorti, vsura est.

Ego Accurs. opinionem contra Bart. defendo, quam approbat, & dicit singularem Bal. in l. acceptam. xviij. q. C. de vsur. Nam si iudex potest hoc facere, vt missus ob nimiam contumaciã fructus lucretur, d. l. Fulcinius, debet posse quicquam consuetudo, vt nomine interesse missus contra contumacem propter motam fructus lucretur: nec hæc est vsura, sed pœna indicta, ratione cõteptus, Accur. in l. ij.
Pœna legalis petitur in foro poli. §. si absens. ff. si ex nox. cau. agatur, & vt alliciatur, & prouocetur debitor ad satisfaciẽdum. Pœna autẽ legalis de iure Canonico, etiam in foro cõscientiæ, potest peti, 35
c. dilecti. de arbit. quinimò per ecclesiã retineri, c. fraternitas. vbi Glo. xij. q. iij. Vide pro confirmatione huius opiniones Guid. Pap. in tractatu de vsuris nu. xvij. Quod dicitur, quicquid accedit sorti, vsura est, procedit in mutuo, vel vbi aliquid excogitatum est in fraudem vsurarum, Glos. in c. conquestus de vsur.

Hoc loco explananda veniret alta quæstio, nunquid & quando missus ex pri- 36
mo decreto possideat. Sed quoniam instant dies liberales, satis erit indicasse locos communes. Videto igitur Alex. & Moder. in l. iij. §. fi. col. iiij. & v. ff. de acquir. pos. Panor. & Canonistas in c. quoniam frequenter. §. in aliis, vt lit. non contest. & in c. contingit. de dol. & contumacia.

L. POST CONTRACTVM. FF. DE DONATIONIBVS.

MARCIANVS LIB. III. INSTITVT.

Post contractum[a] crimen capitale,[b] donationes[c] factæ non valent ex constitutione diuorum Seueri, & Antonini, si condemnatio sequuta sit.[d]

SVMMÆ RERVM.

1 *Donatio quid.*
2 *Remuneratoria donatio.*
3 *Donatio an sit contractus.*
4 *Donatio an iuris ciuilis.*
5 *Donatorem dominum esse oportet.*
6 *Donatio facta ante commissum crimen.*
7 *Fraudis plurimæ coniecturæ.*
8 *Donatio vniuersorum bonorum.*
9 *Coniunctio personarum an inducat fraudem.*
10 *Possessioni insistens qui vendit, aut donat.*
11 *Clandestini actus an fraudulenti.*
12 *Occultè quando actus geri dicantur.*
13 *Capitale crimen.*
14 *Coniugalis donatio facta post crimen patratum.*
15 *Crimina, quæ ipso iure bona reo auferunt.*
16 *Manumissio seruorũ quomodo impediatur*
17 *Sententia appellatione suspensa.*
18 *Reuocationem alienatorum qua via fiscus prosequatur.*
19 *Filii & parentes an reuocent alienata.*

Donatio

1 DOnatio (de cuius effectu, pauca quædam, cum Marciano dicere paramus) spontanea quædam est, & liberalis largitio, ab eo cui confertur accepta.[a] *Spontanea*, dico, *& liberalis*, vt concessionem excludam, quæ aliquo iure cogente fit,[b] quæ sanè nō potest donatio propriè dici, sed
2 remuneratio,[c] vel dissolutio præcedentis obligationis.[d] Vnde nec ingratitudine reuocatur,[e] nec apud acta iudicis insinuari necessario debet:[f] & inter coniuges rectè conficitur.[g] licet in puris donationibus contrà, quæ & per ingratitudinem retractantur,[h] & si quingentos aureos exedant, insinuationē requirūt.[i] interque virum, & vxorem fieri prohibentur.[k]

Hinc quoque patet donationem, quæ ex caussa dotis fit, aut propter nuptias, propriè donationem non esse:[l] cùm ob caussam fiat,[m] & eam quidē necessariam,[n] in necessitatibus autem (vt Modestinus ait) nemo liberalis existat.[o] Mortis quoque caussa donatio similiter absolutæ donationis nomen non assumit: cùm sub conditione resoluatur:[p] & ad hæc omnia fortissimum est argumentum, quòd donationes istiusmodi non simpliciter, sed cum adiuncto, ob caussam dicantur.

Rursus dico, *largitio*, vt rei interuentum, & traditionem designem,[q] quæ ad substantiam veræ donationis requiritur.[r] Est enim dicta donatio, quasi doni datio,[s] ab exequutione, hoc est, rei traditione, nomen & effectum sumens:[t] & in vera donatione res statim fit accipientis,[u] quod sola conuentione fieri non potest:[x] vt ita intelligamus, re non tradita, donationem propriè non esse: sed conuentionem potius donationis caussa factam,[y] quæ iure Pandectarum necessitatem traditionis non habet, nisi per stipulationem concipiatur:[z] quamuis noua lege Iustiniani, pacto nudo, conuentionem factam esse sufficiat.[a] Cæterùm neutro casu, donationem esse, vel ex eo constat, quòd tunc obligetur de euictione donator,[a] contra veræ donationis naturam.[b]

Ostendunt denique postrema definitionis verba, acceptionem rei donatæ, necessariam, vt vera sit donatio, quæ sicuti deditio, sine acceptione, nulla intelligi potest.[c] Quod & Donatus, in Andria Terentiana exponens illud Pamphili responsum, de oblatis decem talentis à Chremete, patre Pasibulæ, perspicuum facit. Nisi dixisset, *accipio* (inquit) dos non esset. Datio enim ob acceptum confirmatur. Nec potest videri datum, quod acceptum non sit. Et quamuis absenti rectè donetur,[d] sine tamen eius voluntate, & acceptatione non perficitur donatio.[e] Quinimò nec ei quicquam quæritur ante rati habitionem, re integra sequutam:[f] tametsi tabellio, donatarii absentis nomine, oblatam donationem, stipulatione acceptauerit.[g] Et ideo, si interim donetur secundo, & res tradatur posterioris donatarii caussa potior sit: adeò quidem, vt nequeat primus in eius præiudicium, ampliùs donationem acceptare.[h] Quod & Franciscus Galliarum Rex sua constitutione, anno M. D. X X X I X. cùm anteà controuersum videretur, nominatim definiuit.

3 An autem donatio contractus sit, & an nominatus, vel innominatus, iuris gentium, vel ciuilis, ex prædictis perspicuum fieri puto. Licèt enim cadat sub generali conuentionis nomine, propter mutuam partium voluntatem:[i] contractus tamen dici non potest:[k] cùm nulla inde nascatur obligatio[l] nec ex parte donantis, qui meram liberalitatem traditione rei exercuit, & absoluit:[m] nec respectu accipientis, cuius gratia liberalitas exercetur.[n] & contractus alterius saltem agentium

a L. j. l. donari. hoc tit. l. donari. ff. de reg. iur. b Dictis ll. donari. c L. Aristo. hoc tit. d L. hoc iure. §. pe. hoc titul. e L. si pater. §. fi. hoc titul. f L. fina. in princip. vbi Accurs. C. de iur. dot. d. l. Aristo. d. §. fi. g L. quod autem. §. si vir, vxor. ff. de donat. int. vir. h L. fin. C. de reuo. do. c. fi. de don. i L. sancimus. C. de dona. k L. j. l. ij. l. iij. & toto titul. ff. de donat. int. vir. l L. j. hoc ti. m D. l. hoc iure. §. pen. n L. fin. C. de dot. pro. o L. rem legatam. ff. de adim. leg. p D. l. j. hoc titul. q L. res vxoris. C. de donat. inter vir. l. po. in fi. pri. C. de bo. proscr.

r L. senatus. §. j. ff. de dona. ca. mor. s D. l. senatus. §. j. t Bar. l. iurisgentium. in princ. ff. de pact. u L. j. in princ. hoc tit. x L. traditionibus. C. de pact. y L. qui saxum. l. si in stipulatum. l. vt mihi. l. eum qui. l. fideiussori. l. qui id quod. hoc tit. z L. si quis argentum. §. fin. C. de dona. a L. j. C. de iur. dot. b L. ad res. ff. de adil. edict. c L. fin. ff. de legatio. Cicer. in Top. d L. nec ambigi. C. de dona. e L. absenti. hoc tit. f c. si tibi absenti. de preb. in vj. Accurs. l. illud. C. de sacrosanc. ecclesi. g L. si ego. ff. de neg. gest. Castrens. consil. 95. vol. 2. h L. si ego. §. j. ff. de iur. dot. Decius in l. contractus. ff. de reg. iur. i L. j. §. j. ff. de pact. k L. interdictum. ff. de precar. l L. Aristo. hoc tit. m L. j. l. donari. hoc tit. n D. l. Aristo.

exigat obligationem.[o] Vnde nec à iuris auctoribus, inter contractuum, aut obli-
gationum tractatus, donatio locatur, sed potius inter genera acquisitionũ.[p] Tam-
etsi non ignorem, per abusum, quandoque donationem inter cõtractus referri.[q]
vt cùm Vlpianus alibi, Testamentum inter contractus retulit.[r] Et Marcianus, vẽ-
ditionis verbo Legatum intellexit.[s] Vbi verò re ipsa non exercetur liberalitas, sed
in futurum promittitur, non est (vt ostendimus) donatio, sed conuentio de donan
do, aut donationis caussa facta.[t] quam ego contractum esse non negauerim: cùm
ex ea licèt simplici pacto facta, nascatur obligatio,[u] & efficax actio detur.[x] Cæte-
rùm, si stipulatio interposita sit, vt hoc iure necessarium erat, tametsi posteà res
sequatur, stipulationis potiùs, quàm donationis contractus dici debet.[y] Si pacto
nudo (vt satis esse Iustinianus censuit)[z] contractus donationis potest appellari.[a]
& inter nominatas conuentiones referri, cùm actionem pariat.[b] De donatione
autem vera, & propria, quia probatum est, contractum non esse,[c] frustra quæritur
an nominatus sit, vel innominatus: cùm non entis, nullæ qualitates existant.[d] Ne- 4
que verò, magis sapere mihi videntur, qui donationem pertinaciter confirmant,
iuris ciuilis esse: quasi verò non ante legem xij. Tab. omnium penè ciuilium anti-
quissimam,[e] tam restricti, & tenaces fuerint homines, vt nullum liberalitatis ge-
nus exercuerint. Et quoniam donationem ostẽdimus, traditione perfici.[f] & tra-
ditio, quam iusta aliqua caussa ad dominii translationem idonea præcedit,[g] mo-
dus sit quærendi dominium de iure gentium.[h] Sanè cõuentio donationis caussa,
quoniam etiam nudo pacto facta, Iustiniani lege confirmatur.[i] legitima, hoc est,
iuris ciuilis, dici potest.[k]

Illud item liquet ex prædictis, quòd cùm per donationem rei datæ dominium 5
in accipientem transferatur.[l] neque possit nisi à domino, aut qui loco domini ha-
betur, fieri ea translatio.[m] eas duntaxat donationes ratas esse, quæ ab iis profici-
scuntur, qui rerum suarum dominium, & administrationem habent.[n] Vnde fi-
lius familiàs, seruus,[o] pupillus item sine tutoris auctoritate,[p] Furiosus,[q] cui bonis
interdictum est, furioso penè par.[r] Monachus,[s] & aliæ id genus personæ: quia ni-
hil iuris in administratione bonorum licèt suorum, præsertim deminuendo ha-
bent, donare non possunt. Eadem ratione rei criminis læsæ maiestatis, vel diuinæ,
vel humanæ,[t] aut repetundarum:[u] quia à die cõmissi criminis administrationem
bonorum, & nonnunquam dominium amittunt:[x] donare prohibentur.[y] Econ-
trà verò aliorum criminum, licèt capitalium reos, quia prius, quàm condemnatio
sequuta sit, domini rerum manent, nec earum administrationem perdunt.[z] do-
nare posse Marcianus noster constituit. Quo casu, non eo prætextu poterit oppu-
gnari donatio, quòd in fraudem legis facta videatur, ad illudendum nimirùm pœ-
nam, confiscationis bonorum.[a] cui reus ab ipso contracti criminis tempore se ob-
ligasse intelligitur.[b] Neque enim in fraudem dici potest fecisse, qui iure suo vsus
est.[c] legéque permittente egit.[d] Et si fraus appareret vlla, non legi, sed fisco facta
intelligeretur.[e] Vnde mero iure valeret semper donatio:[f] quamuis detecta fraude
post sententiam reuocatoria actione posset eam fiscus rescindere.[g] Rursus nec hy
pothecaria poterit fiscus bona donata vendicare, tanquam tacita subnixus hypo-
thecaria

o L. Labeo. §. contractum. ff. de verb. sig. p §. j. de donatio. q L. cum donationis. C. de trãsac. l. si quis emptionis. C. de praescrip. xxx. r L. eandẽ. in princ. ff. de duo. re. s L. situs. §. vẽditionis. ff. quib. mo. pig. sol. t L. quis sanum. cum simil. hoc tit. l. Seia. ff. de dot. praeleg. u L. iurisgentium. §. j. ff. de pact. x L. si quis argentum. §. fin. C. de dona. y L. cum enim. ff. de noua. z D. l. si quis argentum. §. fin. a L. cùm donationis. C. de transact. l. si quis emptionis. C de praescrip. xxx. b L. iurisgentiũ. §. j. ff. de pac.

uncta d. l. si quis argentũ. §. final. c L. interdictũ. ff. de precar. d L. eius ff. si cert. pet. l. Seia. ff. de tutor. & cura. e §. disponat. de nup. coll. iiij. f L. senatus. §. j. ff. de donat. cau. mor. g L. nunquam nuda. ff. de acq. re. dom. h §. per traditionem. de rer. diuis. i L. si quis argentũ. §. fi. C. de donatio. k L. Legitima. ff. de pac. l §. j. de donatio. Instit. m L. traditio. ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus. ff. de reg. iur. n L. in aedibus. §. final. hoc tit. o L. contra. ff. de pact. p L. pupillus. ff. de acq. rer. dom. q L. Medestinus. §. final. hoc tit. r L. Iulianus. ff. de cur. fur. l. is cui. ff. de verbor. oblig. s c. Abbati. xiiij. distinc. t L. Manichaeos. C. de haeret. l. pen. & l. fin. C. ad l. Iul. maiest. c. pen. deburet. in vj. u L. ex iudiciorum. ff. de accusa. x L. quaesitum. ff. Qui & a quib. d. c. pen. Bar. l. Imperator. ff. de iur. fis. y L. donationes. §. fin. hoc tit. z L. reo. l. quamuis. in fin. ff. de solutio. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fis. a L. si libertus minorẽ. ff. de iur. patro. l. hac edictali. C. de sec. nup. b L. Imperatores. ff. de iur. fis. Bar. l. ex hoc iure. col. vlt. ff. de iust. & iur. c L. iniuriarum. §. j. ff. de iniur. 4 d L. Gracchus. C. de adult. e L. in fraudem. ff. de iur. fis. f D. l. si libertus. g L. j. ff. si quid in fra. §. item si quis in fraudem. de actio.

theca in bonis delinquentis, sicut in bonis contrahentis.[h] cùm hoc taciti pignoris priuilegium, aliúdue ius non habeat fiscus in patrimonio rei, prius quàm cõdemnatio sequuta sit,[i] vt & hinc singulariter probatur. Vnde quod Hermogenianus ait fiscum ius pignoris semper habere:[k] quatenus ad delinquentium bona referimus, post sententiam accipi debet, atque ita se habet communis opinio, quam alibi scriptores diffusissimè tractant.[l]

6 *Post contractum.*[a] Cùm lex factas post admissum crimen, & ante sentẽtiam donationes defendat, & tueatur:[m] multò magis dicendum, gestas ante patratum delictum valere:[n] modò inquiunt cogitatione facinoris committendi, & ita in fisci fraudem factæ non probentur.[o] Quinimò sunt, qui non insubtiliter defendant, factam ante delictum donationem nullo casu reuocari:[p] cùm leges simpliciter dicãt donationes eiusmodi valere.[q] Et quoniam licet cogitatio futuri delicti arguatur, cogitationis tamen pœnam nemo pati debet.[r] Deinde quia fiscus ante commissum crimen, nec re, nec spe creditor est.[s] In cuius ideo fraudem nihil gestum dici potest.[t] Quamuis enim vniuersalis successor censeatur,[u] non tamen solent in fraudem successorum alienata, etiam titulo lucratiuo reuocari.[x] præterquam in liberis hodie, vsque ad legitimam.[y] Denique quoniam alioqui contrahens circonueniretur auctoritate legis,[z] quæ dominium & liberam bonorum administrationem, vnicuique licèt reo criminis permittit.[a] Et hanc ego sententiam adolescens aliquando sum amplexus, nõ tam superioribus adductus rationibus, quibus posteriores vtcunque satisfaciunt,[b] quàm quia nusquam fando auditum dicebam, factas ante contractum crimen donationes improbari:[c] imò passim iuris auctores dicunt, eas valere.[d] idque firmiter, id est, constanter, & (vt loquimur) irreuocabiliter.[e] nec propositum delinquendi, cogitationémue criminis, lex perpendere solet, nisi respectu iam cõtracti delicti,[f] etiam in grauissimis criminibus.[g] Vnde nec fraudem præsumit, nisi in eo, qui in desperatione rerum, & per conscientiam imminentis accusationis negotium agit.[h] Addebam, fiscum maiore prærogatiua vti in bonis contrahentis, quæ sunt ei tacitè oppignerata:[i] quàm in bonis delinquentis, in quibus ante sententiam nullum ius habet.[k] atqui donationem ante contractum factam (quia nihil in fraudem fisci gestum intelligitur) fiscus non reuocat.[l] quippe oportet rem in bonis esse debitoris contractæ obligationis tempore, vt donationis rescissio sequi possit.[m] Denique cùm donatione translatum fuerit in accipientem dominium,[n] valde iniquum contendebam, illud sine eius facto, ab eo auferri,[o] per fiscum præsertim, qui de lucro certat:[p] cùm tamen ille ob iam quæsitum, & radicatum, in bonis eius donationis lucrum de damno vitando tractare dicatur.[q] neque verò par est lucri, & damni ratio.[r] Nec in dubiis quæstionibus magis fisco, quàm priuatis fauendum:[s] quin potiùs contra fiscum pronuntiandum.[t] Vnde nec ad rem pertinere dicebam, quòd donationes in fraudem fisci factas lex rescindat.[u] Nam hoc verum, vbi iam erat donator obnoxius fisco, vel ex contractu, vel ex delicto:[x] alioqui enim in eius fraudem nihil gestum dici potest,[y] nisi quatenus Reipublicæ commodum oppugnaretur.[z] vt per renuntiationem tenuis sacerdotii callidè factam quo mandatarius, opulento propè diem vocaturo frustretur.[a] Christianæ quippe Reipublicæ interest ad spiritualia non patere vitiosum ingressum.[b]

h L.ij.C.in quib. caus. pig. tacit. cont. l.quæ nis.C.de pri uil.fis.
i L. ciui, qui. ff. de iur.fis. l.ex iudiciorũ. ff. de accus.
k L. aufer. tur. §. fis. cus. ff. de iur.fisc.
l Doct.in l. rescriptum. in princ. ff. de pact.
m Vt hac l.
n L. res v. xoris. C. de donat. int. vir. l.pen. C. de bono. præscrip.
o L. si aliquis. ff. de dona. caus. mort.
p Salic. d. l.pe.col.iij.
q D. l. res vxoris. d.l. penul.
r L. cogita tionis.ff. de pœn.
s L.j.C.de iur.fis.lib.x
t L.aut Prætor. §.j. ff. Quæ in fra. cred.
u L. ij. C. ad l. Iul. de vi pub.
x L. non vsque. ff. si quis à par.
y L.j.C.de inoff.dona. z L.j.C.de iis, qui ven.ætat. a L.aufertur.§.in reatu. ff.de iur.fis. b Ludo.Roman.& Recentiores hic. c L.illam.C.de colla.§.consideremus.de trient.& semiss.coll.iij. d L.cùm hic status. §.si maritus.ij. ff.de donat.int.vir.d.l.res vxoris.d.l.pen.§.j. e D.l.pen.ad fin.prin. f L.quæsitum.ff.qui,& à quib. g L.fi. C.ad l.Iul.maiest.d.l.quæsitũ. h L.fin.§.fraudis.ff.de bon.dãnato. i L.ij.C.de priuil.fis.l.ij.C.in quib.cau.pig. tacite. k L.eius, qui.ff.de iur.fis.& hic. l L.j.C.de iur.fisc.lib.x. m L.fi.ver.& quia.C.de debit.ciuit.lib.xj. n L.j.hoc tit. o L.id, quod nostrum.ff.de reg.iur. p L.vn.C.pœn.fisc.lib.x. q L.liberto octoginta.ff.de bo.libert. r L.fi.C.de codicill. s L.itẽ veniunt.§.aut senatus.ff.de pet.hered.l.j.C.illo tit. t L.non puto.ff.de iur.fis. u L.in fraudẽ.in prin.ff.de iur.fis. x L.pe.§.fi.C.de bo.prosc.d.l.fi.C.de debit.ciuit.lib.xj. y L.j.C.de iur.fis.lib.x. z L.fi.§.itẽ rescripserũt.ij ff.ad municip. a c.si.de renũtia.in vj. b c.vn.de eo qui mitt.in poss.lib.vj.

Quod autem Vlpianus ait cæteras donationes præter eam, quæ mortis caussa
fit, sine suspicione gestas valere:[c] sic tollebam, vt dicerem non inferri à contrario,
donationes ante contractum crimen, metu pœnæ factas non consistere: sed suspi-
cionis pœnæ Iurisconsultum necessariò meminisse, propter generalem sermo-
nem, quo donationes quoque comprehendebat, post contractum crimen factas,
in quibus hæc adhibetur distinctio, An suspicione pœnæ gestæ fuerint, nécne.[d]
Et hæc non modo mihi pro lubrico ætatis, argutè magis, quàm verè differenti,
tum placebant: sed etiam grauioris iudicii viris arridere visa sunt. Sed (vt verita-
tem, quæ tandiu latuit in obscuro, cum ipso tempore prodam, & aperiam) non
potest hæc sententia callidis hominum voluntatibus, nimiùm indulgens, tutò de-
fendi.[e] Neque enim negari potest, quin donationem, aliámue quamcunque alie-
nationem, cum proposito delinquendi factam, lex auersetur:[f] & diligētissimè per-
pendat, an donatum sit suspicione pœnæ ab eo, qui iam delinquendi consilium
cœpit.[g] quamuis nec ideo censeam, communi sententiæ subscribendum, quæ ta-
lem donationem vult per fiscum rescindi, tanquam in fraudem eius factam:[h] cùm
fraudari non possit, qui nullum ius habet, nec speratur habere: tametsi posteà cre-
ditor fiat,[i] & de fisci fauore tractetur.[k] Putauerim igitur (quod certè amplius est)
confectam ab eo donationem, qui proposuerat delinquere, ipso iure nullius esse
momenti:[l] tanquam in fraudem legis factam, ad hoc scilicet, vt pœnam publica-
tionis bonorum eludat.[m] & ita reuocatoria actione opus nō esse:[n] dummodò per-
spicuis coniecturis, & dilucidis (vt Vlpianus ait) probationibus fraus demonstre- 7
tur.[o] Sufficiens autem coniectura hoc casu mihi videbitur, si sub ipso committēdi
tempore, facta fuit donatio,[p] quia, scilicet, delictum ilico sequutum est[q] (dum sub-
sit tamen caussa) tempore donationis, inimicitiarum, aut alia, propter quam veri-
similiter commissum est crimen.[r] Tunc enim manifesta fraus arguitur, vt de iis
responsum extat, qui post admissum facinus, ne seculare iudicium subeant, statim
sacris initiantur.[s] Et vetere Senatusconsulto, quandoque Romani, simulatam ad-
optionem iudicarunt: cum beneficia sortiti, statim emittebant manu quos ado-
ptauerant.[t] Nec hanc coniecturam frangit quorundam ratio. si (inquiunt) dona-
tiones post contractum crimen, lex sustinet, multò magis confectas antè, licèt in-
continēti facinus sequatur.[u] Nam id non rectè consequitur: siquidem multò de-
terior eius animus arguatur, qui delictum industriosè cogitat, quàm qui repenti-
no fortè furore, & animi impetu potiùs, quàm consultò crimen commisit.[x] Sa-
nè certior erit coniectura, si donatio facta proponatur sub conditione, *si donantis
bona publicari contingat.*[y] Cùm enim tunc nominatim appareat de delicto cogita-
tum,[z] nullas vires habebit donatio,[a] tanquam in fraudem legis facta.[b] Vnde nec
reuocatoria actione opus erit:[c] tametsi alii contrà sentiāt. Quod in proposita spe-
cie, extra omnem dubitationis aleam esse videtur: cùm in id tempus, quo futurus
non est donator rerum dominus, conditio conferatur,[d] ante cuius existentiam,
(cùm in esse nihil ponat conditio)[e] nec effectum, nec substantiam donatio potuit
habere.[f] Quod autem quidam dicebant existentem posteà conditionem ad tem-
pus contractus reduci, seu (vt loquimur) retrotrahi,[g] verum interpretor, nisi per-
sona contrahentis pendente conditione inhabilis effecta fuerit.[h] Ergo venustior
redderetur coniectura, si alio quouismodo proponamus, factam in donatione futu-
ri criminis, aut publicationis bonorum commemorationem:[i] cùm & eo casu ve-
rum

c L. si aliquis. ff. de donat. cau. mort.
d L. qui pœna. ff. de manumissio. d. l. pen. §. fina. C. de bono. proscrip.
e L. vt fundo. ff. de re. vend. c. fedes. c. ex tenore de scrip.
f L. sed si maritus. ad fi. ff. qui & a quo. c. fin. de renūtia. in vj.
g D. l. si aliquis.
h L. in fraudē. ff. de iur. fisc. Docto. hîc.
i L. ait prætor. §. j. ff. quæ in frau. cred.
k L. j. C. de iur. fisc. lib. x.
l D. l. sed si maritus. ad fin.
m L. si libertus minorem. ver. diuersitatis. ff. de iur. patro.
n L. nam & si. ff. de inoff. testa.
o D. l. sed si maritus.
p L. quæ tamen. ff. de donat. int. vir. l. filiæ. ff. sol. mat.
q L. si ventri. §. fina. ff. de priuil. cred. c. officij. de electio.
r L. pen. §. fin. ibi ex quo origo fraudis. C. de bo. proscrip. c. fin. de renunsia. in vj.
s Bal. l. officiales. C. de episc. & cler.
t Cornel. Tacit. lib. xv. Alciat. l. municipes. in fi. ff. de verb. sig.
u Arg. huius l.
x L. respiciendum. §. pen. ff. de pœn.
y L. fin. ff. de stip. seruo.
z L. si quis locuples. in fi. ff. de manumiss. test.
a L. sed si maritus. ad fin. ff. qui, & à quib.
b L. si libertus minorem. ff. de iur. patro.
c L. nam & si. ff. de inoff. testament.
d L. Stichus. in fin. ff. de manu. testa.
e L. si quis sub conditione. ff. si quis omiss.
f L. cedere diem. ff. de verb. sign.
g L. si filiusfa. ff. de verb. oblig. l. potior. ff. qui potior. in pig.
h L. quoties. in fi. ff. de nouatio.
i L. fi. ff. de stip. seruo. d. l. si quis locuples.

rum sit de delicto cogitatum.[k] & ita in fraudem legis factam donationem,[l] dummodò tamen caussa contractus tempore subsit, propter quam verisimiliter crimen posteà sequutum est.[m] Nam generalis cogitatio futuri delicti nõ sufficeret:[n] veluti si quis ad rixas se procliuem agnoscens, & minimè potentem, furentes suos impetus, & ardores restinguere donet, veritus ne facinus aliquod, quãdoque committat.[o] Tunc enim nec in legis, nec in fraudem fisci, quicquam dici potest fecisse: cui non fuit consilium delinquendi:[p] sed potiùs facilitati suæ naturæ consultum voluisse.[q]

Collegerunt hîc interpretes alias fraudis coniectoras, veluti si donatio de vniuersis bonis facta sit,[r] vel personæ coniunctæ,[s] vel cùm nihilominus perseuerat donator in rei datæ possessione.[t] Aut etiam si clàm facta probetur.[u] quas singulas ad concedendã fisco reuocatoriam sufficere censent, modò tempore donationis subessent inimicitiæ, aut alia caussa adesset, propter quàm verisimiliter deuẽtum est ad delictum.[x] Cæterùm, hæc non ego simpliciter recipienda censuerim.

8 Nam (quod attinet imprimis ad donationem vniuersorum bonorum) minimè putauerim idoneam inde colligi fraudis præsumptionem, si non aliunde adiuuetur.[y] Nec Vlpianus contra dicit speciem proponens in eo, qui cùm sciret se creditores habere, sic effusè donauit: idque naturalibus filiis.[z] cuiusmodi qualitates nimirùm scientia æris alieni:[a] & tam arcta personarum nempe filiorum cõiunctio,[b] facilè suspectam arguunt immensam donationem.[c]

Hinc consequens est, quod Doctores adiiciunt, venditionem omnium bonorum,[d] vel maioris partis,[e] ante crimen factam, velut fraudulentam, per fiscum retractari,[f] minùs defendi posse: cùm difficiliùs reuocentur, alienata titulo oneroso, quàm lucratiuo.[g] Et quoniam in simili filius, cuius caussa præsertim in legitima, quàm fisci multò fauorabilior est:[h] non tamen res à patre diuẽditas, etiam in fraudem legitimæ retractat,[i] nisi emptor approberur fraudis particeps.[k] Adde, quòd Vlpianus, cùm dicat filios, quibus res traditæ fuerunt, licet fraudẽ ignorantes, reuocatoria conueniri,[l] de alienatione onerosa, intelligi non potest: quæ prætextu fraudis non rescinditur, si non appareat emptorem doli conscium fuisse.[m] Sola ergo donatio, vel venditio totius substantiæ, non satis arguit fraudem alienantis, ante commissum crimen. Post crimen tamen contractum probabilis videtur hæc coniectura. cùm tunc velut de pœna sua certus, & in rerum desperatione constitutus, tam immensè censeatur alienare:[n] dum illud meminerimus, si facta proponatur alienatio titulo oneroso, nec emptor fraudem participasse probatus sit.[o] pretium, quod re vera numeratum apparebit, reddendum emptori,[p] quem bona fide & permissu legis contrahentem,[q] auctoritate legis decipi,[r] eiúsque caussam onerosam caussæ fisci lucratiuæ postponi,[s] nimis iniquum esset. Et quoniam vbi princeps rem alicui, sine eius culpa aufert, tenetur ad pretium.[t] Quod præsertim admittendum est, si pretium illud in bonis delinquentium reperiatur.[u]

9 Quod autem spectat ad fraudis præsumptionem, ex cõiunctione personarum: nec illam quidem ante contractum crimen, sufficere crediderim,[y] nisi aliunde fraus verisimiliter demonstretur.[z] Nam cùm propensiores simus ad donandum,

k L.si concubina.§.j.ff. Rer. amota.
l D.l.sed si maritus.
m L.pe.§.final. C. de bo.pros.c.si. de renũtia. in vj.
n L. ait Pretor.§. quod ait.ff. qua in fra.l.cogitationis.ff. de pæn.
o Accur.l. si mulier in prin.ff.rer. amot.
p L.fraudis.ff.de regul.iur.d.l. ait Prætor.§.si quis particeps.
q L.penul. vers. si tamen. ff. de bo.libertor.
r L.omnes.§.j.ff.Quæ in fra.cred.
s L. data. C. de dona. l.penult. in princ.ff. de bo.liberto.
t L. sicut.§.superuacuũ.ff. qui.mo.pig.sol.
u L.si.ff.de ritu nup. l. non existimo. C. de adm.tuto.

x D.l.pen.§.fin.d.c.fin. y L.j.C.de iur.fis.lib.x. z D.l.omnes.§.j. a L.ait Prætor.ff.Quæ in fraud.cred. b L.pen.vers.facilior.ff.de bo.liberto.l.data.C.de dona. c D.l.omnes.§.j. d Accur.& Bar.l.qui testamẽtum.ff.de proba.Doct.hîc. e Accur.l.nomen.§.j.ff.de leg.iij. f L.in fraudẽ.ff.de iur.fis. g L.quia autem.§.simili modo.l.ait Prætor.§.si quis particeps.ff.quæ in fraud. h L.si.ff.de bo.damnato. i L.ij.vbi Bar.ff.si quis a par. Bar.l.hereditariũ.ff.de bo.auctor.iud.poss. k L.vlt.in fi.ff.si quis in fraud.c.Raynutius.de testam. l D.l.omnes.§.j. m L.pe.C.de reuoc.iis.d.§.si quis particeps. n L.quæsitum.ff.qui,& à quib.l.fi.§.fraudis.ff.de bo.dãnato. o D.l.qui autem.§.simili modo.§.si quis particeps. p L.j.§.si quis in fraudem.& §.si mutuam.ff.si quid in fra.pat.l.senatusconsultum.ff.ad Sillan. q L.aufertur.§.si quis in reatu.ff.de iur.fisc. r L.j.C.de iis qui ven.ætat. s L.vn.C.pœn.fiscal.lib.x.l.fi.C.de codicill. t L.mulier.ff.de capt.l.ij. C.Qui.ex cau.ser.pro pre.lib. u L.si debitor.cum l.seq.ff.quæ in fraud.cred. x L.pen.§.j.ff.de bo.libert.l.data.C.de donatio. y L.pen.§.j.& final.C.de bon.proscrip. z D.l.pen.§.j.ff.de bo.liberto.

a c. decrẽter. lxxxix. distinct. Glo. c. vn. vt eccles. benef.
b L. Procula. ff. de proba. ff. pro soc. l. merito.
c L. tutor. §. qua tutoribus. ff. de excus. tuto. c. requisisti. de testa.
d Dixi lib. ij. Miscellã. c. iiij.
e L. data C. de dona'tio.
f D. l. datã. Io. Imol. hic
g L. fin. C. de fideicõ.
h L. hac cõsultissima. C. de testa. d. l. fin.
i L. octaui. ff. vnd. cog. l. de tutela. C. de in integ. rest.
k L. si filiũ. C. de lib. ca. d. l. octaui. d. l. de tutela.
l L. eius, qui. versic. quod si stipulatus. ff. si cer. pet. l. quoniã. C. de inof. test.
m L. tres fratres. ff. de pact.

coniunctis personis, quàm extraneis.[a] potiùs illa præsumptio capienda est, quòd proximitatis contemplatione, quàm fraudis caussa donarum sit.[b] Nam & passim receptum est donationem coniuncto factam, in dubio factã censeri, sanguinis, & proximitatis prætextu:[c] quod alibi disputaui.[d] Nec Constantini lex eò pertinet, vt donationem inter coniunctos suspectam habere velit:[e] nisi quatenus in iis insinuationis solemnia negligerẽtur: túmque etiam, si inter extraneos fieret: quãuis maximè, si inter coniunctos, ob commodiorem fraudis oportunitatem.[f] Sic enim Imperator septem testes in testamentis desiderans, nequid falsitatis incurrat,[g] non ideo testamenta simpliciter suspecta habet, sed fraudibus in re tanti momenti prudenter obuiam ire vult.[h]

Quod verò dicitur coniunctum præsumi scire res, & negotia coniuncti:[i] in iis obtinet, quorum notitiam cognati verisimiliter habere solent, vt ætatis, valetudinis, & conditionis personarum.[k] non item in iis, de quibus coniunctos etiam celare solemus, vt sunt testamenta,[l] cõtractus clàm facti,[m] delicta, quæ clàm, vt plurimùm perpetrantur,[n] sed præsertim nondum commissa, & in sola cogitatione, (cuius solus cognitor est Deus)[o] adhuc residentia,[p] qui casus noster est. Sanè cer- 10
tior fraudis coniectura erit, si post donationem, aut venditionem, perseueret donator, aut venditor, in possessione rei,[q] vel in totum, vel in parte.[r] Neque enim verus est hic contractus, sed imaginarius, & (vt vocant simulatus) hoc est, solam expressæ conuentionis speciem, & imaginem præferens: cùm re vera aliud agatur.[t] ac proinde nullus est, velut carens consensu,[u] vt in proposito verum sit, opus non esse fisco reuocatoriam intendere,[x] dum caussam illam semper præcessisse ponamus: ob quam verisimiliter reus ad crimen processit.[y] Sed nec ad colorãdam donationem, venditionémue, satis erit, donantem, aut vendentem, se constituisse emptoris, donatariíue nomine possidere.[z] Cùm enim cõtractus in magnam fraudis suspicionem venerit, corporalis traditio requiritur:[a] licèt alioqui, cõstitutum possessionem transferat.[b] Et hæc vera, nisi ex aliquibus circunstantiis, fraudis cessaret suspicio:[c] veluti, si modico tempore retenta fuisset possessio,[d] aut decessisset donatarius, emptórue, relicto hærede, iustam ignorantiam prætendente,[e] vel minore, aut aliquo minùs industrio viro, qui possessionem apprehendere neglexisset.[f] Idémque, si possessor fructus emptori, donatarióue præstet:[g] cùm non tam in possessione videatur, qui rei corporaliter insistit, quàm qui fructus percipit.[h] Nec diuersum, si donator, aut venditor vsumfructum sibi retinuisset.[i] quando rũc non videtur fraudis caussa, sed vsusfructus conseruandi gratia in possessione remanere.[k]

Ad hæc non prætereundum licere quidem fisco, & tertio, cuius interest, hanc fraudem, & simulationem allegare: non item ipsi donatori, aut venditori,[l] vel eorum hæredibus.[m] Neque enim auditur, qui proprium dedecus, & contractam à se turpitudinem deducit.[n] nec potest hæres defuncti factum impugnare.[o] Quod tamen aliquando temperabam, nisi excipiendo, aut replicando proponeretur hæc allegatio contra donatarium, fraudis participem.[p] Vt enim conuenit parem dolum, in pari caussa inuicem compẽsari:[q] sic iniquum esset communem maliciam donata-

n c. consuluit. de offic. deleg. o c. in ciuitate. de vsur. c. erubescant. xxxij. dist. p Bal. l. j. C. de collus. deteg. q L. ficus. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. sol. r L. iij. §. & quod de subeunda. C. de nat. lib. s L. emptor. ff. de aq. pluu. l. nuda. ff. de cont. emp. t L. & qui sub imagine. C. de distrac. pig. l. imaginaria. ff. de reg. iur. u L. iij. l. fin. C. plus valer. l. si cùm pater. C. ad Velleia. x L. nam & si. ff. de inust. test. Bar. hic. y L. pe. §. fi. C. de bo. proscr. z L. j. vbi Bal. C. de dona. ant. nup. a L. vn. C. de suffrag. b L. quod meo. ff. de acq. poss. c L. pen. vers. fuctibor. ff. de bo. liberto. d D. l. & qui sub imagine. in fi. ibi Semper poss. tenuisse. e. L. qui in alterius. ff. de reg. iur. f L. qui cum vno. §. fi. ff. de re milit. g L. litibus. C. de agricol. lib. xj. h L. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. emp. i L. quisquis. C. de dona. k L. meritò. ff. pro soc. l L. cùm profitearis. C. de reuoc. donatio. m L. si creditoribus. C. de ser pig. dat. l. filios. C. de reuoc. iis, qua in frau. n L. transactione finita. C. de transac. c. inter dilectos. de donat. o L. iij. C. de reb. alien. non alie. p L. de tutela. vbi Bar. C. de in integ. rest. q L. viro. ff. solut. matr.

11 donatario, de lucro certanti prodesse: donatori verò pœnæ esse, & damno.[r] Posterior fraudis præsumptio adferri solet, vbi donatio clanculum facta probatur:[s] dum præcedat illa fraudandi caussa, propter quam sequutum est delictum.[t] quãuis in venditione, in qua participem fraudis emptorem esse oportet:[u] hoc nõ sufficere receptum sit.[x] Ad quæ cùm primis sciendum actus prorsus illicitos, & vetitos, si palàm agantur, grauiores fieri:[y] quod agens, bonis sit scandalo, malos suo exemplo concitet, & legem contemnere videatur.[z] Actus verò permissi per contrarium, palàm gesti, suspicione carent.[a] Vnde & si ea in re fortè peccetur, error potius præsumitur, quàm dolus.[b] Sin autem clanculum, & occultè gerantur, meto quidem iure regulariter valent.[c] Nam contractus, & testamenta noctu, clámq; fieri possunt.[d] nuptiæ contrahi,[e] appellationes interponi,[f] & cõferri sacerdotia.[g] Cæterùm non carent suspicione, concurrentibus aliis adminiculis, quæ sic latenter geruntur.[h] solet quippe dici, qui malè agit, odit lucem.[i] Quinimò sunt & nonnulli actus legitimi, qui clàm, inutiliter omnino fiant. Neque enim lata, noctu, & occultè sententia valet[k] & clãcularias electiones, põntificia lex improbat,[l] vt minimè mirum debeat videri, si cæteri actus non prohibiti, clàm gesti, aliis adminiculis accedentibus, facilè suspecti reddũtur.[m] Quamuis hoc solum, quod actus latenter agatur, ad inducendam fraudis præsumptionem (sicuti dixi) non sufficiat.

Quapropter (vt eò reuertar vnde abii) cùm donatio omni tempore, omníque loco fieri rectè possit,[n] non satis idoneam hanc coniecturam per se putauerim, nisi aliæ concurrant: vt quia mox perfecta donatione crimen patratum sit,[o] aut vniuersa bona sint donata,[p] & sic de similibus, quas prudens iudex arbitrabitur.[q] Etenim, quod maximè notatum velim, circa has coniecturas circunspecto iudicis arbitrio, plurimùm tribuendum venit, qui considerata personarum, rerum, gestique negotii, qualitate, æstimabit, num fraudis caussa, vel bona fide, alienatum sit.[r] Et vtra ex parte, fortiores vrgeant præsumptiones. Nam minores validioribus cedere conuenit.[s]

12 Quando verò actus clàm gestus intelligatur, pro subiecta materia, definiẽdum est. in iis enim, quæ iudicis auctoritatem desiderant, clam dicitur agi, quod fit sine iudice:[t] in iis autem, quæ coram populo moris est fieri, clàm intelligitur geri, quod etiam coram pluribus testibus fit.[u] Et in actibus prohibitis, quod fit per interpositam personam, latenter agi dicitur:[x] vt emptio, similísue contractus, magistratus interdictus.[y] Alienatio rerum minoris, vel curialis.[z] & spurio, aut alteri incapaci relictum.[a] At in proposito Vlpiani definitio sequenda est, qui clàm eum videri fecisse ait, qui de industria actum occultat: ne ei, cuius interest innotescere possit.[b] dum interesse accipiamus, non respectu duntaxat, cuius nũc interest, sed cuius in futurum quoque interesse potest.[c] Et hæc, quod attinet ad coniecturas, quæ tempus contractum crimen præcedens respiciunt. Nunc de iis, quæ post delictum emergunt, videamus.

TEMPVS POST CONTRACTVM CRIMEN.

Post contractum ergo capitale crimen, quia non ideo solet auferri reo libera bonorum suorum administratio:[d] factæ donationes consistunt:[e] dum non suspicione pœnæ, & ita in fraudem confectæ probentur:[f] quod iis, quas suprâ probaui-

r L. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de dol. excep. Bal. d. l. cùm profitearis.
s L. fin. ff. de ritu nup. l. non existimo. ff. de adm. tuto.
t L. pen. §. fi. C. de bon. proscrip.
u L. aut Prætor. § si quis particeps. ff. quæ in fraud.
x Bart. & Docto. hic
y L. si quis in seruitute. ff. de fur.
z L. iij. C. de summa Trinit.
a L. nõ intelligitur. § si quis palàm. ff. de iur. fisc.
b D. l. fi. de ritu nupt.
c L. nõ minorẽ. C. de transact.
d L. ad testium. § pe. ff. de testa. d. l. non minorem.
e c. j. de cland. desponf.
f L. j. verf. quid ergo. ff. quando app. sit.
g c. vn. vt eccles. benef. d. l. fi.

h D. c. vn. Accurs. l. j. C. de interd. mat. i c. consuluit. de offic. deleg. c. perniciosam. x. q. ij. k L. cùm sententiam. C. de sentent. glos. d. c. consuluit. l c. quia propter. § fin. de elec. m L. non existimo. ff. de adm. tuto. d. l. final. d. c. vnico. n D l. non minorem. o L. si ventri. § final. ff. de priuil. cred. c. officij. de electio. p L. omnes. § j. ff. quæ in fraud. cred. q L. dolum C. de dol. r D. l. dolum. s L. diuus. ff. de in integ. rest. t L. ij. vbi Bar. C. de iis qui ex pub. ratioci. lib. x. l. j. C. de præd. curial. eod. lib. u L. fi. ff. de ritu nup. c. cùm inhibitio. de clãd. despons. x L. pupillus. § pe. ff. de aucto. tuto. y L. pe. C. quod me. ca. l. non licet. ff. de cont. emp. z L. j. in fi. C. de præd. curial. lib. x. a L. si is qui. ff. de vulg. l. neq;. C. de her. inst. b L. clàm. ff. de acq. poss. l. iij. § fi. cũ l. seq. ff. quod vi, aut clàm. c L. sed si maritus. ff. qui & à quib. d L. aufertur. § in reatu. ff. de iur. fisc. e Vbi hac l. f L. si aliquis. ff. de donat. cau. mor. l. in fraudem. ff. de iur. fisc.

mus, coniecturis apparere potest, & aliis quibusdam, quæ certiores sanè videntur, veluti si reus, in ipso scelere deprehensus fuerit,[g] aut manifestariò deliquisset.[h] censetur enim tunc in desperatione constitutus, & tanquam de pœna sua certus donare,[i] futurum prospiciens, vt propediem postulatus damnetur.[k] Idémque arbitror, si iam reus postulatus sit, id est accusatus. Nam hæc duo lex æquiparat, reum postulatum esse, & in crimine deprehēsum.[l] Et si fraudem fecisse videtur, qui per conscientiam criminis, & metu imminentis accusationis contrahit:[m] multò magis, qui delatus est apud iudicem.[n] Neque ad rem pertinet quod Paulus ait, pecuniam à debitoribus, reo etiam accusato, rectè solui.[o] Nam reus, cui debitum soluitur, neque donare, neque alienare dicitur, sed suum recipere, & prudenter administrare.[p] Vnde non potest videri dolo malo facere, sicuti qui res suas deminuit.[q] Interim fateor reum alienantem, à fisco, qui nullum in eius bonis ius habet ante sententiam,[r] impediri non posse.[s] Verùm condemnatione sequuta declarabitur alienatio in fraudem facta.

Estque indubitata hæc sententia duobus casibus. Primus, si iam alienationis tempore reus postulatus latitabat, aut instruebat fugam.[t] Alter, si lis erat in iudicio contestata.[u] licèt enim in negotiis criminum non contestetur lis super bonis, sed super delicto.[x] ac proinde res accusati, ad quas non agitur, sed ad vindictam: propriè nō efficiuntur litigiosæ.[y] Alienatio tamen in fraudem facta præsumitur.[z] Nam si metus imminentis accusationis fraudis præsumptionem inducit,[a] multò magis præsens accusatio post acceptum iudicium:[b] cùm & ab eo tempore hæres incipiat in solidum teneri ex delicto defuncti.[c] quo autem casu pœnæ aduersus hæredes transeunt, reis bonorum alienatio fit interdicta.[d] Et hæc vera, nisi alienaret reus accusatus ex caussa necessaria,[e] veluti dotis, aut donationis propter nuptias, nomine,[f] aut ex caussa donationis rerum hæreditariarum, aliáue vetustiorem caussam habente.[g] Istiusmodi quippe necessitas, omnem amouet fraudis suspicionem.[h] Idémque si iusta aliqua caussa, licèt non præcisè necessaria præcederet, putà, remunerandi eum, qui nos ab hostibus eripuisset:[i] aut aliter sanguinem nostrum redemisset.[k] Nam & hoc fraudis præsumptionem excludit.[l] Nec diuersum eadem ratione, si reus postulatus alienasset pro necessariis sibi, familiæque suæ sumptibus.[m] Nam ad ea fiscus quoque teneretur.[n] Et quoniam alioqui perire possent innocentes, vitæ subsidiis defraudati.[o] Obtinent autem prædicta, vbi donatio, aliáue alienatio sententiam præcessit. Nam si iam condemnatio sequuta esset (quia reus dominium amisit)[p] illud in alium transferre nō potest.[q] Vnde nec ab eo factæ donationes, aut aliæ quæuis alienationes consistunt.[r] Parique ratione idem dicendum condemnatione necdum sequuta, si de iis tractaretur criminibus, quæ dominium bonorum delinquentis, ipso iure in fiscum transferunt:[s] quæ omnia non multò pòst fusiùs attingemus. Sed legis nostræ verba persequamur.

Capitale crimen.[t] Capitale, & per Apocopen, seu detractionem, capital facinus 13
est (vt Festus scribit) quod capitis pœna mulctatur: hoc est (quemadmodum nostrates Iurisconsulti interpretantur) morte, exilio, aut seruitute.[u] Nam istiusmodi pœnarum generibus, caput eximi de ciuitate contingit.[x] Cætera verò crimina, quæ infamiam irrogant, licèt cum damno pecuniario, publica quidem sunt: non autem capitalia,[x] cùm ad capitis periculum non pertineant.[y] Reliqui tamen La-
tini

g L. fin. in princ. ff. de bo. eo.
h L. empto rem. in pri. ff. de actio. emp.
i L. quæsitum. ff. Qui & a quib. l. fi. §. fraudis ff. de bo. dā.
k L. q pœna. ff. de manumiss.
l D. l. fin. ff. de bo. eo.
m D. §. fraudis.
n L. eum qui. ff. de iis quib. vt indig.
o L. reo. l. quāuis. §. fi. ff. de solutio.
p L. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fisc.
q L. dolo. ff. ad l. Fal.
r L. cius, qui. ff. de iur. fisc. & hac lege.
s L. defensionis. C. de iur. fis. lib. x
t L. fi. §. fi. ff. de requir. re.
u L. quamquam. §. Iulianus. ff. de aqua pl. in.
x L. ij, qui reus. vbi Bart. ff. de pub. iud.
y L. Iulianus. ff. de rest. in integ.
z L. vltima. §. fraudis. ff. de bo. damnato.
a D. § fraudis.
b L. alienationis. ff. fam. ercisc.
c L. vn. C. ex delic. defuncto.
d L. donationis. §. fi. hoc tit. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio.
e L. peto. §. prædium. ff. de leg. ij. d. l. alienationes.
f L. fi. C. de litigios. l. fi. C. de dot. promiss.
g D. l. alienationes. d. l. fina. C. de litigios.
h L. rem legatam. ff. de adim. leg.
i L. si pater. §. fin. hoc tit.
k L. j. ff. de bon. eor. qui ante sent.
l L. nam & Seruius. ff. de neg. gest. l. transigere. C. de transac.
m L. diuus. §. pe. ff. de petitio. here.
n c. ex parte. de accusatio.
o L. reo. ff. de solutio.
p L. ex iudiciorum. ff. de accusa. & hic.
q L. in adibus. §. fi. hoc tit.
r L. donationis. §. fi. hoc tit. d. l. ex iudiciorū. & hic.
s L. ex iudiciorū. ff. de accusa. c. pe. de heret. in vj.
t L. sed & si quis. §. j. ff. si quis cautio. l. edicto. §. rei. ff. de bon. poss.
u L. ij. ff. de pœn.
x §. j. in fi. de pub. iud.
y L. capitaliū. in prin. ff. de pœn.

tini auctores, capitalis caussæ verbo, quamlibet intelligunt, quæ ad existimatio-
nem refertur, contráque vulgus, eam tantùm pœnam capitalem putat, quæ ca-
put à cæteris membris gladio dissecat, aut aliter vitam adimit. Itaque cùm irroga-
tam mortis, exilii, aut seruitutis pœnam comitetur hoc iure bonorum publica-
tio,[z] Marcianus hoc loco capitalis criminis nomine id exprimit, ex quo bona rei
confiscanda, seu publicanda veniunt.

Donationes. Inter viuos, quæ veræ sint, & absolutæ donationes, [a] & verba legis
propriè accipi debeāt,[b] non dubium, quin donationis simplici verbo veniant: [c] si
tales sunt, quæ vel ab ipso negotii gesti tempore sumunt effectum. [d] Neque enim
ignoro donationes quasdam inter viuos fieri principio inutiles, quæ tamen silen-
tio, & morte donatoris confirmantur: vt coniugales, & patriæ: [e] de quibus an no-
strum Marciani responsum accipi possit, dubitari solet. Quod nonnulli putaue-
runt, cum indistinctè Marcianus loquatur,[f] idque præsertim in donatione, quam
in vxorem maritus contulit, recipiendum censent.[g] tanquam in pudicitiæ præ-
mium intelligatur donatum: [h] nisi tamen vel maritum posteà damnari contingat,
de crimine, quod memoriam nominis abolet.[i] tanquam tunc sententia retrò fin-
gat aduersus donationis confirmationem, [k] vel eundem conscientiâ sceleris mor-
tem sibi consciuisse.[l] quod tunc fraudandi fisci, non remunerandæ vxoris gratia
14 donare videatur.[m] Receptior tamen, & verior est illorum distinctio, qui factas qui-
dem ante contractum crimen coniugales donationes defendunt: [n] post facinus
verò patratum confectas, tradunt non confirmari. [o] Nam hæc lex simpliciter tra-
dens, donationes post cōtractum crimen valere, de cōiugalibus rectè accipi non
potest. tum quod propriè donationes non sint, cùm statim effectū non habeant.[p]
tum etiam quod in hac ipsa specie Iurisconsulti eas ab aliis disertè separent: [q] & il-
lud leges diligenter perpendant, an maritus ante tempus criminis, ac reatus do-
nauerit vxori.[r] Verbum autem *Reatus*, pro crimine in Codice Iustiniani, sed præ-
sertim in Constantini legibus accipi constat. [s] Quamuis Iurisconsulti Latinæ, &
antiquæ proprietatis cultores, non crimen, sed statum illum sordidum, & calami-
I tosum reorum eo nomine designent: [t] quod alibi declaraui. [u] Et hic est vnus ca-
sus, quo facta post contractum capitale crimen donatio, statim viribus caret.
II Alter, in donatione caussa mortis: [x] quæ cùm per omnia propemodum nouissimis
voluntatibus sit exæquata,[y] testamenti, & cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis
exemplo,[z] sequuta cōdemnatione ex capitali delicto retractatur, [a] præterquam
si per maritum vxori facta proponatur: [b] quo casu, quia pudicitiæ præmio cessit,[c]
subsequens capitalis sententia, sicuti mors naturalis, eam confirmat: salua tamen
III marito facultate, reuocandi vsque ad mortem.[d] Tertius casus est in delictis,
15 quæ propter atrocitatem, statim à die cōmissi criminis, vel dominium bonorum
reis auferunt, vt in crimine hæresis: [e] vel administrationem, vt in crimine læsæ ma-
iestatis,[f] Repetundarum[g] apostatatus, [h] & similibus, ab aliis accuratè congestis.[i]
Tunc enim non poterit reus post contractum capitale crimen donare tanquam
non dominus rerum, [k] aut earundem administratione priuatus. [l] Neque verò illis
consentio, qui simpliciter tradunt in crimine læsæ maiestatis, dominium rerum,
statim contracto crimine, perdi: [m] cùm Paulus nominatim dicat reum eius crimi-
nis ante damnationem dominum manere, [n] nisi fortè quis ex primo capite, reus
esset: quia in personam principis, aut aduersus rem publicam, proditoriè, & hosti-
liter conspirasset. [o] Quibus porrò casibus, ipso iure bona fisco deferuntur, si per

z L. j. in princ. ff. de bo. dānato.
a L. j. hoc titulo.
b L. iij. §. hac verba. ff. de nego. gest.
c L. perfi-ctio. C. de dona. quæ sub mod.
d D. l. j.
e L. donationes. j. C. de donatio. int. vir.
f in hac l.
g L. res vxoris. C. de donat. int. vir.
h D. l. res vxoris.
i L. cū hic status. §. si maritus. ij. ff. de donat. int. vir.
k L. donationes. §. fi. hoc tit.
l D. §. si maritus.
m L. si quis filio. §. eius, qui. ff. de in-iust. testa.
n D. l. res vxoris.
o D. §. si maritus.
p L. j. hoc titul.
q D. §. si maritus.
r L. pen. §. j. C. de bon. proscr. d. l. res vxoris.
s L. j. C. vbi senator.

t L. si diutino. ff. de pœn. l. fin. §. fraudis. ff. de bon. damnator. l. fi. ff. ad l. Iul. maiesta. u Dixi lib. y. Miscell. c. xx. x L. si aliquis. ff. de dona. cau. mor. y L. fin. C. de dona. cau. mor. z L. eius, qui. §. j. ff. de testa. l. si quis filio. §. irritum ff. de iniust. testa. a D. l. si aliquis. b L. sed si mors. ff. de dona. int. vir. c L. res vxoris. C. illo titul. d D. l. sed si mors. e c. penult. de hæret. in vj. f L. penult. & l. fin. C. ad l. Iul. maiesta. g L. ex iudiciorum. ff. de accusa. h L. y. & iiij. C. de aposta. i Accurs. d. l. ex iudiciorum. k L. in adibus. §. fin. hoc tit. l L. quæsitum. ff. qui, & à quib. m Din. & Bar. l. Imperator. ff. de iur. fis. n D. l. quæsitum. o L. fina. ff. ad l. Iul. maiesta. §. publica. de pub. iud. Inst.

teum alienentur: fiscus velut dominus, ea à quocunque possessore vendicabit,[p] nullo etiam restituto precio.[q] Nam qui rem suam vendicat, pretium reddere non obstringitur.[r] Vbi verò prohibetur duntaxat administratio, nec emptor fraudem participasse probatur: quia proponitur ab eo emisse, qui clàm deliquerat, minimè putauerim, fiscum audiendum, qui pretium non offert.[s] Etenim lucrum eum facere in damnum eius, qui iustam ignorantiam prætendit, nimis foret iniquum.[t] Quod præsertim recipiendum est, vbi conuersum esset pretium in vtilitatem fisci:[u] putà in aliměta, aut necessariam rei defensioně, ad quę fiscus ipse teneretur.[x]

Quartus casus in manumissione, quam rei capitalium criminum, exercere IIII
prohibentur.[y] Cùm enim semel præstita libertas licèt indebitè reuocari ne- 16
queat,[z] singulari etiam ætatis beneficio,[a] eius quoque dationem difficilius lex permisit.[b] Neque est nouum ea ratione deteriorem esse libertatis caussam, quàm cæterarum rerum.[c] Nam & hæres licèt, pendente conditione, serui legati, vt aliarum rerum, pleno iure dominus sit,[d] & quascunque res sub conditione relictas, interim possit alienare:[e] non tamen seruum manumittere poterit, ne legatarium afficiat iactura:[f] cui aduersus datam semel libertatem, nullo pacto subueniri posset.[g] nec est absimile, quod libertas in fraudem creditorum præstita seruis, nullius sit momenti,[h] lege Ælia Sentia, libertatem impediente:[i] cùm tamen cæterarum rerum alienationes, mero iure consistant, ac proinde reuocatoria actione creditoribus consulatur:[k] vt interim sileant aduersarij, quibus tantopere durum videtur, caussam libertatis (cuius fauore, pleraque singulariter constituta in iure legũtur)[l] deteriorem esse, quàm aliarum rerum.[m] Quorum prætereà distinctio, an fraudulenter, vel bona fide facta sit manumissio, probabilis non est. cùm Senatus simpliciter vetuerit, ne rei capitalium criminum, seruos suos manumittant.[n]

Quintus casus est, si donatio, suspicione pœnæ, vel aliter, in fraudem facta pro- V
baretur.[o] Quod quibus coniecturis constare possit, superius expositum est: at cùm apparebit de fraude, reuocatoria agendum erit.[p] Nam mero iure tenet donatio, aut alia quæuis alienatio, licèt in fraudem fisci facta:[q] cùm reus per delictum non amiserit rerum suarum administrationem.[r] Et quoniam idem iuris est in alienatione facta in fraudem creditorum,[s] quibus tamen de damno certantibus magis, quàm fisco lucratiuam caussam prætendenti faueri magna ratione solet:[t] atque ita se habet communis sententia: quam & ego veram puto, præterquàm duobus casibus. Primus, si ante delictum cogitatum criminis committendi proponeretur facta donatio.[u] Tunc enim velut in fraudem legis facta,[x] ipso iure nullius est momenti:[y] quod suprà docui. Alter, si post cõtractum crimen de vniuersis bonis confecta callidè donatio probaretur.[z] quod tunc non tam fisci, quàm legis fraudandæ gratia, vt pœna, scilicet, publicationis, prorsus ludificetur, alienationě factam appareat.[a]

Postremus casus est, cùm donatio, aut alia quæuis alienatio post cõdemnatio- VI
nem, à reo facta est:[b] quod mox tractabimus.

Condemnatio sequuta sit.[d] Amisit quippe reus per sententiam bonorum suorum 17
dominium.[c] quod ideo, neque donando, neque vendendo, alitérue alienando in alium transferre potest.[d] Verùm hoc ita accipiendum, si condemnatio non fuerit

p L. commissa. ff. de publican.
q L. y. C. de fur.
r L. si mancipium. C. de rei vẽd.
s L. mulier. ff. de capt. l. j. §. si quis in fraudem. §. si mutuam. ff. si quid in frau. patro.
t l. Senatusconsulto. ff. ad Silla. l. y. C. qui ex caus. ser. pro prem.
u L. si debitor. cum l. seq. ff. quæ in fra. cred.
x L. si pretium. C. de procur. c. ex parte. de accusatio.
y L. qui pœna. ff. de manumissio.
z §. semel. qui. ex cau. ma. non lic. Instit.
a L. si ex causa. §. fi. ff. de minor. l. j. & ij. C. si adver. libert.
b L. fi. C. de petitio. hared.
c Accur. l. ea lege. C. de cond. ob ca. dat.

d L. non ideò. ff. de re. vend. e L. fi. §. fi. C. cõ. de leg. f L. generaliter. §. fi. ff. qui & à quib. g L. si ex caussa. §. fi. d. l. j. & ij. h L. si mortis. ff. qui & a quib. i §. j. Quib. ex ca. ma. non lic. k §. item si quis in fraudem. de actio. Instit. l L. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fide. libertat. §. final. de donatio. m §. fi. quib. ex caus. ma. non lic. Instit n L. qui pœna. ff. de manumissio. o L. si aliquis. ff. de dona. cau. mor. l. in fraudem. ff. de iur. fisc. p D. §. item si quis in fraudem. q D. l. in fraudem. r L. auferitur. §. in reatu. ff. de iur. fisc. s L. j. l. ait Prætor. ff. quæ in fraud. cred. t L. j. C. Pœn. fiscalib. credit. præferri. lib. x. u L. sed si maritus. ad fin. ff. qui, & a quib. x L. si libertus. ff. de iur. patro. y D. l. sed si maritus. z D. l. si libertus. a D. l. si libertus. versic. diuersitatis. l. non dubium. C. de legib. b Vt hac l. in fine. c L. quæsitum. ff. qui, & a quib. d L. in adibus. §. fin. hoc tit.

rit appellatione suspensa.[e] alioqui, cùm prouocatio damnationis vim interim extinguat,[f] valeret, mero iure facta post sententiam, & appellatione pendente donatio:[g] quamuis sequuta postmodum sententia confirmatoria, & appellatione in-
18 iusta pronũtiata, retractetur.[h] Sed qua via reuocationem prosequatur fiscus, quæstionis est controuersæ. Receptius tamen, vt officio iudicis, per viam (vt dicunt) attentati.[i] Quod plerisque, nec iniuria displicet.[k] siquidem attentatum dici non possit, quod pendente iudicio principali fieri poterat.[l] nec appellationis pendentia, quem impediat vti rerum suarum possessione, & administratione.[m] Melius est igitur, vt dicamus ordinaria actionis reuocatoriæ via alienationem, tanquam in fraudem factam, à fisco rescindi.[n] quo modo, semper etiam intellexi in Scæuolæ responso, venditionem fundi à deportato, pendente appellatione, distracti, retractatam: non etiam officio iudicis, vti vulgò putatum est.[o] Verùm & quibus casibus, bona rei, ipso iure in fiscum transire, aut alienationem, ab initio nullam docuimus, rescissione opus nõ est.[p] ideóque rei vendicatio fisco dabitur,[q] sine onere etiam reddendi pretii, quod ab eo probè peti non posse, qui rem suam vendicat, paulò antè probaui.[r]

19 Postremò non prætereundum, quod Doctores hîc docent crebro, ascendẽtes, descendentes, & transuersales, vsque ad tertium gradum, quibus hodie bona dãnatorũ, excluso fisco, deferuntur:[s] non posse donata in fraudem reuocare.[t] Quod nõnullis ex eo durum videtur, quòd parentibus, & liberis maiore vinculo, quàm fisco bona debeantur.[u] Et quoniam liberi reuocant vsque ad legitimam, alienata per patrem in fraudem, non solùm titulo donationis:[x] sed etiam venditionis, si emptor fraudis fuerit particeps:[y] quamuis hoc ipsum de alienatis titulo oneroso, patri non concedatur aduersus venditionem filii.[z] Verùm hæc ratio facilè posset retundi. Mihi tamen placet aduersùs cæteros sententia: cùm coniunctissimæ hæ personæ ascendentium, descendentium, & transuersalium, vsque ad tertium gradum bona damnatorum nõ tam proprio iure, quàm nouellæ legis beneficio, quæ à fisco abstulit, vt ipsis deferret habere dicantur.[a] vnde cùm à lege in locum fisci subrogantur, censentur substitutæ, cum omnibus fisci qualitatibus, & priuilegiis.[b]

Sanè verò nobis in Gallia huiusce rei tractatio superuacanea est: cum antiquo iure vtamur, quod rei condemnati bona statim fisco defert:[c] nec Iustiniani noua cõstitutio proximis ea reseruans,[d] à Gallis sit recepta.[e] Sed iam nobis receptui canendum, qui in portum integra naue peruenisse confidimus. IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, XIIII. KALENDAS IANVARIAS, M. D. LI.

L. VBI ITA DONATVR FF. DE DONATIONIB. CAVSSA MORTIS.

MARCIANVS LI. V. REGVLARVM.

Vbi ita [a] donatur mortis caussa, vt nullo casu [b] reuocetur: caussa donandi [c] magis est, quàm mortis caussa donatio. Et ideo, perinde [d] haberi debet, atque alia [e] quæuis inter viuos donatio:[f] idcircóque inter viros, & vxores [g] non valet.[h] Et in ea,[i] nec Falcidia [k] locum habet, quasi [l] in mortis caussa donatione.[m]

e L. furti. §.j. ff. de his qui not. infam.
f L.j.§.fi. ff. ad Turpilia.
g L. si quis filio. §. irritum. & §. eius, qui. ff. de iniust. testa.
h D.l. furti. vers.j.
i L. chirographis. §. final. ff. de adm. tuto. Bart. hic.
k Io. Imol. & Ludouic. Roma. hic.
l L. postquam. §. j. ff. vt leg. no. ca.
m c.j. & ij. vt lit. pend. c. non solũ. cũ ibi not. de app. in vj.
n L. in fraudem. ff. de iur. fisc. §. item si quis in fraudem. de actio.
o D. l. chirographis. §. fin.
p L. nam & fi. ff. de iniust. testa.
q L. cõmissa ff. de publica. l. defensionis. C. de iur. fisc. lib. x.
r L. ij. C. de fur. l. si mancipium. C. de re. vend.
s authen. bona damnatorum. C. de bon. proscrip.
t L. non vsque. ff. si quis à par. Doctor. hic in fi.
u L. scripto. ff. vnd. libe. l. fi. ff. de bo. damnato.
x L. j. C. de inoff. donatio.
y L. fin. ff. si quid in fraud. patro. c. Raynutius. de testam.
z D. l. non vsque. vbi Bar.
a §. fi. vt nulli iud. coll. ix. d. auth. bona damnatorũ.
b L. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. l. j. cum ibi not. ff. de leg. j.
c L. j. ff. de bo. dãnato. l. deportatorũ. C. de pœn.
d D. auth. bona damnatorum.
e Masuer. tit. de pœn. Benedic. d. c. Raynutius. in verbo Et vxorem. num. 937.

SVMMÆ RERVM.

1 *Donatio inter viuos quando reuocetur.*
2 *Ingratitudinis iudicium.*
3 *Pactio contra substantiam actus.*
4 *Donatio caussa mortis quibus casibus reuocetur.*
5 *Donatio facta ab infirmo, an caussa mortis.*
6 *Perinde, dictio.*
7 *Alius, dictio similis repetens.*
8 *Testamentum an possit irreuocabile confici.*
9 *Contractus an in testamento fiant.*
10 *Donatio cur inter coniuges prohibita.*
11 *Falcidia quando locus sit.*
12 *Quasi, dictio.*
13 *Falcidia an in donatione caussa mortis.*

VBi ita.[a] Distinguitur inter viuos donatio ab ea, quæ mortis caussa cõcipitur, eo nomine potissimum, quia donatum inter viuos, nec reuocatur,[a] nec pactionem vllã inuito donatario recipit:[b] prætextu etiam imperialis rescripti, aut absentiæ coniunctorum.[c] cùm ita proficiscatur à donante, ne vllo vnquam facto mutetur, aut retractetur,[d] prӕterquam duobus casibus. Primus, si liberos (quibus liberalitatis tempore carebat) donator, præter spem posteà susceperit,[e] quoniam verisimile non sit, eum donasse, si de liberis cogitasset,[f] suámque posteritatem alienæ voluisse postponere.[g] Quod & in donatione ecclesiæ facta, ab Aurelio Cartaginiense episcopo, obseruatũ Augustinus refert.[h] Nec illud donatori poterit hoc casu obiici: propositum in mente retentum nihil operari.[i] Id enim verum vbi scienter: secus, si per imprudentiam, & aliud cogitantes, animi conceptum non expresserimus.[k] 1

Alter casus, si donationis acceptor ingratus existat.[l] Indignum quippe esset res nostras ab iis occupari, qui pro accepto à nobis beneficio iniurias, & malefacta rependunt, fragilitatémque (vt Iustinianus ait) irrident donatoris.[m] Ex qua caussa pariter constitutum, filium exhæredari posse,[n] eidémque alimenta denegari.[o] & si emancipatus fuerit in antiquum potestatis iugum (exemplo ingrati liberti)[p] retrudi.[q] Clientem prætereà, seu vassallum, feudi beneficium amittere,[r] & militem, doctorem, militia, & docturæ insignibus, ac priuilegiis indignum meritò iudicari.[s] Nec est ignotum apud veteres olim, non Romanos modò, sed Athenienses, & Persas grauia fuisse ingratitudinis iudicia.[t] Sed tamen hic non negligenter obseruandum, ex quacunque ingratitudinis caussa donatori minimè concessum, donationem rescindere: sed ex quinque, à lege definitis.[u] Quinimò si mater fuerit, quæ donauit, ac demum secundas contraxit nuptias, datum filio, ingratitudinis etiam prætextu, non reuocat, nisi tribus casibus, Nouella Iustiniani expresis.[x] 2

Sunt porrò qui tertium casum adiiciant, si donatarius, videlicet, legi, aut modo inter donandum recepto, non satisfecerit.[y] Sed mihi hic casus sub præcedẽti satis cõtineri videtur: tum quod id disertè Iustinianus exprimat:[z] tum etiam, quia non possit ingratitudinis iustior esse caussa, quàm pactorum fidem, aut conditionem ei non seruare, à quo bene factum acceperis.[a] vbi præsertim alimenta inter donandum promissa subtrahuntur:[b] cùm ita donatarius, vitæ donatoris, graues insidias struere videatur.[c]

Donatio verò, quæ mortis caussa concipitur, non tantum pœnitentiâ reuocatur donatoris:[d] sed etiam conualescentiâ, aut si cui donatum est, prior decesserit.[e]

vt infrà

a §. alia. de donat. Inst. b L. pe. C. de donatio. quæ sub mod. c L. si donationẽ. cum l. sequ. C. de reuoc. don. d L. j. ff. de donatio. l. Senatus. §. j. hoc tit. e L. si vnquam. C. de reuo. dona. f L. tale. §. fi. ff. de pac. g L. cum acutiss. ff. de cond. & demonst. l. cũ acutissimi. C. de fideicommis. h c. fi. xvij. q. iiij. i L. si repetendi. C. de cond. ob causs. k L. fin. §. idem quæsitum. ff. de cond. indeb. l L. pen. & fin. C. de reuoc. donat. & fi. de don. m D. l. fi. §. sciẽdum. de donat. n §. aliud. vt cum de appel. cog. coll. viij. o L. si quis. §. idem iudex. ff. de liber. agnoscend.

p L. ij. C. de libert. c. octaua. xij. q. ij. q L. vn. C. de ingra. liber. r c. j. §. porrò. quæ fuit prima causa in Feud. c. de forma. xxij. q. v. s L. j. §. fin. ff. de obseq. t Lucianus in Abdicato. Quintilia. lib. vij. c. v. Seneca lib. iij. de benefi. u D. l. fina. & c. final. x L. his solis. cum authen. sequen. C. de reuoc. donatio. §. mater. de nup. coll. iiij. y L. j. C. de donatio. quæ sub mod. Panor. d. c. final. z D. l. final. versic. vel quasdam. a c. j. §. sed non est alia. quæ fuit prima causa in Feud. d. l. fin. b d. l. j. de donatio. quæ sub mod. c L. necare. ff. de liber. agnosc. c. pasce fame. lxxxvj. distinct. d L. qui mortis. hoc titul. §. j. de donatio. e L. non omnis. ff. si certum petat. l. senatus. §. j. hoc titul.

vt infrà ſuo loco diligentiùs exequemur. Vnde contigit olim dubitari,an ita mortis cauſſa donari poſsit,ne vllo caſu ſit dati repetitio.& reſponſum eſt, poſſe.[f] Neque enim legibus,aut bonis moribus repugnat hæc pactio.[g] Et contractus ex partium conuentione formam ſuſcipiunt:[h] dum illud quoque ſciamus donationem iſtiuſmodi,magis naturam donationis inter viuos redolere, quàm cauſſa mortis.[i] Et ideo, nec inter coniuges (qui tamen inuicem ſibi mortis cauſſa donare nõ prohibentur)[k] ſic poſſe contrahi:[l] nec Falcidiam(quæ tamen donationes cauſſa mortis minuere ſolet)[m] in hoc genere conuentionis locum habere.[n] & hæc eſt noſtræ legis ſpécies, ac integra Marciani ſententia. Maximam ingeſsit interpretibus du-

3 bitationem,quòd cùm donator nominatim egiſſet,ſe mortis cauſſa donare:vis ſequentis conuentionis (ne videlicet vllo caſu datum repeteretur) tanquam ſubſtantiæ contracti negotii repugnans, videtur eſſe nulla.[o] Licèt enim pactionibus conuelli poſsit natura contractus:[p] & ſuper accidentibus paciſci liberum ſit:[q] ipſa tamen actus ſubſtantia violari non poteſt.[r] quod Doctores fatentur, manente eo actu,cuius corrumpitur ſubſtantia: cùm enim ſubſtãtia ſit,quæ rei eſſentiam præbet,[s] pugnant hæc inuicem actum valere, & in ſubſtantia deficere.[t] Per pactum verò poteſt ſic mutari,vel tolli ſubſtantia,vt negotium in aliud genus contractus, tranſeat:[u] ſi commodè, ſcilicet, illud euenire poteſt, ſalua nimirùm ratione recti ſermonis,[x] velut (inquiunt) in noſtræ conſtitutionis ſpecie. Cùm enim donatio cauſſa mortis, & inter viuos in generali donationis nomine conueniat, verba hæc, *Dono cauſſa mortis*,ad donationem ſimplicem aptè referri poſſunt. etenim adiectio illa, *Cauſſa mortis*, cauſſam conuentionis magis exprimit, quàm nomen contractus: vt ſit ſenſus ob mortis cauſſam,& cogitationem ad donãdum inter viuos moueor:[y] ad quam interpretationẽ nos vrget ſubiecta pactio, videlicet ne liceat vllo caſu reuocare:[z] & vt negotium,quod agitur,nõ pereat.[a] Vbi verò verborum ſignificatio non pateretur actum alterius formam aſſumere, pactum contra ſubſtantiam reiiceretur,& maneret actus,qui principaliter agitur:[b] veluti ſi in precario conuenit,vt in certum tempus accipiens rem precariò poſsideret. quippe poterit,nonobſtante cõuentione, ante diem precarium reuocari:[c] nec in aliam ſpeciem contractus migrabit conuentio : cùm precarii nomen nullum habeat cum donatione,aliiſue conuentionum generibus affinitatem.

Mihi verò hæc mera verborum aucupia videntur:à veróque plurimùm abeſſe, cùm precarii generale verbum locationi , emphyteuſi, commodato , depoſito,& aliis id genus precibus impetratis conuentionibus accõmodetur, & quàm cõmodiſsime ad donationẽ precariã,hoc eſt,precibus obtẽtam referatur.[e] (nã & quæſtũ precarium,[f] ſalutẽ precariam,[g] imperiũ precariũ,[h] & precariam opem,[i] hiſque ſimilia dicimus) Qua ratione in Doctores retorta recipiendum, valere conuentionem,ne res precario,& ad tempus cõceſſa,ante diem præſcriptam repetatur.[k] atque adeò ampliùs conceſſa re precario adiecta lege, ne vnquam reuocetur, negotium id trãſire in donationem.[l] Quod ipſe(tametſi cæteri negant) veriſsimum puto:[m] vt ſenſum,& voluntatem contrahentium magis, quàm verborum ſuperficiem ſpectemus.[n] Et ne poſterior conuentio inutiliter cenſeatur adiecta.[o] Denique quoniam precàrium ſpecies quædam donationis intelligitur.[p] Nec id negat Celſus, cùm ait,Si conuenit, vt in Kalẽdas Iulias fundum precario poſsideas, nullam eſſe vim huius conuentionis , vt rem alienam inuito domino tibi poſsidere

f L.ſi aliena.§.fin.& d.l.ſenatus.§.mortis.hoc tit.
g L. iuriſgentium.§.Prætor ait.ff.de pac.
h L.j.§.ſi conueniat.ff.depoſ. l. in conuentionalibus.ff.de verbo.oblig.
i Vt hac l.
k L.ſed interim.§.j.ff.de donation. inter vir.
l Vt hîc.
m L. in donationibus.& l.pen.C.ad l.Fal.
n Vt hac l.
o L. cum precario.ff.de precar.
p L. paciſci. ff. de pact.
q L. pactis conuēta.ff.de cõt.emp.
r L.ij.ff.de vſufruc. ea. rer.
s Bald. l. etiam. C.de exec. rei iud.
t L.ij.l.nec emptio.l.in venditionibus. ff. de contr. emp.
u L.ij.ff.ſi cert.peti. l. cum manu.§.fina.ff.de contr.emp.l.Titius.ff.de præſc.verb.
x L.librorum.§.quod tamen Caſſius.cum glo.ff.de leg.iij.
y L.Seia.§.fina.in fine.hoc titul.
z L.inſulam.ff.de præſcrip.verb.
a L.ſi quando.ff.de lega.j.l.quoties.ff.de reb.dub.
b L.j.§.penult.ff.depoſ.
c c.fin.de precariis.d.l.cùm precario.
d L.ij.§.fin.ff.de precar.l.ij.C.de præſcrip.xxx.c.precaria cum ſeqq.xij.q.ij.
e L.j.l.ij.§.fin.l.interdictũ.ff.de precar.
f Cicero ad Auguſtum.
g Cicero ad Brutum.
h Quintus Curt.lib.ij.
i Liuius lib.iij.
k L.cui ius.ff.de reg.iur.
l L.ij.ff.ſi cert.peti.l.cùm manu.§.fi.ff.de contr.emp.
m L.ſi vno.ff.Locat.l.inſulam.ff.de præſcrip.verb.
n L.iij.§.conditio.ff.de adim.leg.l.iij.C.de lib.præter.
o L.ſi quando.ff.de lega.j.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.
p D.l.interdictum.

liceat.[q] Nam eorum verborum legitimus hic est sensus, vt cùm illa conuentio in gratiam magis concedentis, quàm accipientis interposita sit: ne, scilicet, ius habeas, concedente etiam expresśim non reuocante, tem vltra Kalendas tenendi. (nam hæc verba *In Kalendas*, idem quod *Vsque ad Kalendas*, significant)[r] vt alioqui, finito tempore, posset tanquam precario, voluntate domini tacentis, & patientis redintegrato,[s] hoc, inquam, casu nequeas, conuentionis exceptione iuuari: quominus concedens, ius habeat ante tempus reuocandi.[t] Vis quippe (inquit Celsus) huius cōuentionis nulla est, vt rem alienam inuito domino, possidere tibi liceat.[u] à contrario significans (vt interpretor ego) domino volente, & nominatim agente, ne ante tempus reuocaret, vtilem esse conuentionem, & pactioni standum.[x]

Quod item spectat ad legem nostram, putauerim ego, cùm reuocandi facultas ad donationis caussa mortis substantiam, minimè pertineat: sed potiùs ad propriam, & innatam vim contractus,[y] quam vulgò *Naturam* dicunt, pactionem adiectam donationi caussa mortis, *ne vnquam reuocetur*, non censeri, contra substantiam actus interpositam.[z] Est enim substantia, quæ talem rei essentiam, seu (vt Græci loquuntur, *οὐσίαν*)[a] præstat: vt sine ea non possit actus consistere.[b] Græci *ὑπόστασιν*, vocant. atqui mortis caussa sic donari posse, ne vllo casu sit repetitio, Iurisconsulti responderunt,[c] iis verbis significantes, si ita conuenerit, negotium nihilominùs donationis caussa mortis nomen obseruare. Cui sententiæ non aduersatur Marcianus noster, qui duntaxat docet talem conuentionem, per quam donationis caussa mortis natura affecta, vel sublata est, efficere, vt actus simplicis donationis naturam magis sapiat, quod & dictio *Perinde*, similitudinis nota,[d] demonstrat. Neque enim quæ similia iudicantur, eadem dici possunt.[e]

Nullo casu.[b] Nec pœnitentia, nec conualescentia, nec per donatarii mortem, 4
qui tres casus sunt reuocatorii donationis caussa mortis:[f] quos sigillatim, & nos perstringamus. Et imprimis constat eum, qui sic donauit, liberè pœnitere posse:[g] tametsi iurauerit, cùm iusiurandum ex natura actus, cui adiicitur interpretationem recipiat.[h] nec vlterius protendatur, quàm vis ipsa promisśionis.[i] Ampliùs traditum, etiam si dixerit donator (vt fieri assolet) se omnia approbare, firmáque habere: promiseritque se nullo tempore contrà iturum: mutare nihilominus sententiam posse, & donationem reuocare:[k] quod & ego sequor.[l] Neque enim per hæc verba debet intelligi donans plus promisisse, quàm veniret ex natura conuentionis.[m] nec prætereà contrauenire dicitur, qui naturam contractu negotii seruat.[n] Et quoniam clausulæ istiusmodi, de non contraueniendo, accessoriæ sunt: & ad executionem, ac plerumque magis ex tabellionum consuetudine, quàm contrahentium voluntate instrumentis adiiciuntur. ac proinde, nec principalis dispositionis immutant naturam.[o] nec iudicantem valde mouere debent.[p] Ergo secùs, si non clausulatim, & accessoriè, sed principaliter actum esset, ne reuocaretur donatio.[q] Obtinet prætereà quod diximus, videlicet pœnitudine retractari mortis caussa donationem, etiam si non appareat expresśim mutata donatoris voluntas: dum pœnitentiæ probabiles coniecturæ probentur: quia, videlicet rem donatam, nulla vrgente necesśitate, donator alienarit:[r] aut graues inter donantem, & eum, cui donatum est inimicitiæ superuenerint.[s] Nam & ex istiusmodi causis intelliguntur legata tacitè reuocata.[t] ad quorum exemplum donationes caussa mortis redactæ sunt.[u] Alter casus, vbi ab infirmo donatio caussa mortis facta esset, quæ sola

q L. cū precario. ff. de precar.
r L. meminisse. ff. de offi. Procōs. l. venditor. §. fin. ff. de iudi. l. notionem. §. fi. ff. de verb. sig. l. si pater. C. de vsufr.
s L. in rebus. §. fi. cū l. seq. ff. de precar. l. qui ad certū. ff. locat.
t D. l. cùm precario.
u D. l. cùm precario.
x L. si creditor. §. fi. ff de distrac. pig. §. per traditionē. de rer. diui. Instit.
y L. j. ff. de donatio. l. j. ff. de preca.
z L. si alienam. §. fin. l. senatus. §. mortis. in fi. hoc tit. d. l. cum precario, ibi inuito domino.
a L. in vēditionibus. §. fin. ff. de cont. emp.
b L. ij. ff. de vsufruc. ea. rer.
c D. l. si alienam. §. fi. d. §. mortis. in fine.

d D. l. si deferente. ff. quib. mod. pig. sol. l. iij. ff. de confir. tuto. l. j. ff. de recept. arb. e L. quod Nerua. ff. depos. c. capitulum. de rescrip. f L. non omnis. ff. si cert. pet. §. j. de donatio. Instit. g L. qui mortis. hoc tit. h L. vlt. C. de non nu. pec. i L. fi. ff. qui satisd. cog. Ang. cons. cccxv. k Accurs. l. si alienam. §. fina. hoc tit. l L. fi. §. item quæsitum. ff. de cond. indeb. m L. si vno. ff. locat. l. si stipulatus. ff. de vsur. n L. quæro. §. inter. ff. locat. o Clem. in fi. de prabend. p Barto. l. j. q. vj. ff. de iur. codicillo. q Vt hac l. Dec. & Alciat. d. l. non omnis. r L. cùm hic status. §. si maritus ea. ff. de dona. int. vir. s L. iij. §. final. ff. de adim. leg. t L. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. iij. l. rem legatam. & l. iij. §. fin. ff. de adim. leg. u L. Marcellus. §. fin. hoc tit.

ſola conualeſcentiâ reuocatur,[x] tanquam re non ſequuta. & ceſſante cauſſa, propter quam donatum eſt,[y] impendentis nimirùm mortis periculo, cuius metu donauit.[z] Et quoniam, qui ſic donat,ſe potiùs habere vult,quàm eum, cui donat. Illum deinde potiùs,quàm hæredem ſuum.[a] neque tamen interim,cùm pendet,an donator conualeſcere poſsit,impeditur pœnitentiâ donatio reuocari.[b] Sed cùm donationes cauſſa mortis legatis comparentur,exemplóque legatorum reuocentur:[c] & per omnia ſint vltimis voluntatibus exæquatæ:[d] cur aliud in teſtamentariis diſpoſitionibus obſeruamus,vt,ſcilicet,non ideo retractentur,quod qui eas fecerunt,conualuerint?[e] reſpondeo, quia donatio ſtatim effectum habet, ſiue propriè fiat,hoc eſt,per rei traditionem,[f] ſiue per promiſsionem,ex quo actionem habens,rem ipſam habere videtur.[g] Veriſimile autem non eſt donatorem velle apud donatarium rem potiùs, quàm penes ſe manere.[h] Legata verò, cæteræque poſtremæ voluntates non,niſi à morte teſtantis ſumunt effectum.[i] ac proinde videtur, quòd ſi poſt mortem ſit collata mortis cauſſa donatio, ſola conualeſcentiâ non reuocetur:[k] cùm magis legatum ſit,quàm donatio.[l] neque prætereà legatorum & donationis cauſſa mortis, comparatio perpetua cenſeri debet: cùm inter hæc plures commemorentur differentiæ, ac permulti caſus, quibus magis dona-
5 tionibus inter viuos, quàm legatis accedũt.[m] Neque verò audiendos cenſeo, qui factam ab ægrotante ſimpliciter mortis cauſſa donationem, exemplo legatorum,[n] reuocari ſola conualeſcentiâ negant.[o] cùm id ex profeſſo legum contextibus refragetur,[p] & paſſim dicant Iuriſconſulti ægrum qui mortis cauſſa donat, tacitè id agere,vt cùm conualuerit reddatur ſibi.[q] Quod autem illi dicebãt factam ab infirmo donationem, inter viuos cenſeri,[r] fatemur, vbi abſolutè, & ſine vlla mentione mortis donatum eſt. Vbi enim mentio mortis fit, donatio cauſſa mortis intelligitur,[s] niſi expreſſè dictum eſſet,vt ſit inter viuos:[t] aut id tacitè actum foret:quia,putà,fuiſſet conuentum,ne reuocari poſſet.[u] Rurſus, quod addunt non expedire conualeſcentiâ fieri reuocationem, ex quo ſimplici pœnitudine poteſt ſemper retractari,[x] non admittimus. Siquidem vtilius multò ſit, aliquid ipſo iure, quàm hominis facto mediante,tolli,[y] & maximè interſit donatoris,rem donatam ad ſe reuerti,ſine vllo facto,vlliſque ſolemnibus, quæ alioqui tot neceſſaria forẽt, quæ in confirmanda donatione interuenerunt.[z]

Tertius caſus,ſi prior is,cui donatum eſt,vita deceſſerit.[a] quo etiam modo facta inter coniuges donatio reſoluitur.[b] vtraque tamen donationis ſpecies defenditur,ſi donator & donatarius,vnà fortè perierint, incendio, putà, naufragio,[c] vel ruinâ.nec appareat vtri mors priùs contigerit,[c] tanquam non videatur ſuperuixiſſe donator,aut donatarius prior deceſsiſſe.[d] Hinc porrò conſtat donationem cauſſa mortis,ſui naturâ non eſſe ad hæredes tranſitoriam.[e] vnde creberrimè receptum,ſi donetur Titio cauſſa mortis, & eius hæredibus non eſſe mortis cauſſa donationem,ſed inter viuos.[f] Quæ ſententia, vt eo caſu probabilis foret, quo res eſſet in obſcuro: quia non planè conſtaret, vtra donatio celebrata fuiſſet.[g] ita vbi clara ſunt verba contrahentium:quia donator,ſicut in propoſita ſpecie, ſe mortis cauſſa donare dixit, non poteſt ſine calumnia defendi, velut manifeſtè partium voluntati repugnans.[h] Nam hæredum mentio,in quos velut incertas,& incognitas perſonas,non potuit donator veriſimiliter affectus eſſe:[i] facta ſolius donatarii

x L.apud Celſum.§.j.ff.de dol.excep.l.videamus.§.j.ff.de vſur.
y L.aliña.§.fin.ff.de adim.leg.l.Senatus.§.j.hoc tit.
z L.ſi is ſeruus.ff.de dona.inter vir.
a L.j.§.j.ff.de dona.§.j.illo tit.l.j.& l.ſenatus.§.j.hoc tit.
b L.mortis.iiij.hoc tit.
c L.Marcellus.§.fi.l.& ſi debitor.l.illud.hoc tit.
d L.fi.C.de dona.cauſ.mort.
e L.fi.vbi Bald.& omnes.C.de poſth.l.ſancimus.C.de teſtam.
f L.ſenatus.§.j.hoc titul.
g L.qui actionem.ff.de reg.iur.
h L.j.§.j.ff.de dona.§.j.illo tit.Inſtit.
i L.j.ff.de teſta.c.cùm Marthe.de celeb.miſſ.

k Cuman.d.l.Marcellus.§.fi. l §.j.de legat.Inſt. m L.poſt legatum.§.qui mortis.ff.de iis.qui.vt indig.l.iij.ff.de dot.praleg.d.l.ſenatus.§.fi. n D.l.fi.C.de poſth. o Dec.d.l.non omnis. p L.videamus.§.j.ff.de vſur.l.apud Celſum.§.j.ff.de dol.excep. q L.non omnis.ff.ſi cert.pet.L.j.§.j.ff.de dona.d.l.ſenatus.§.j. r L.Seia.§.fi.hoc tit. s L.Seia.ff.de dot.praleg.d.l.Seia.in prin.Accur.d.l.apud Celſum.§.j. t L.cùm maritus.§.fi.ff.de pac.dotal. u Vt hic. x L.qui mortis.hoc tit. y L.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.§.prætereà.de excep.Inſtit. z L.hæredes palam.§ j.ff.de teſtam. a L.ſi vir vxori.§.fin.ff.de dona.int.vir.d.l.non omnis.d.§.j.de donatio. b L.ſi inter virum.ff.de reb.dub.l.a marito.C.de dona.int.vir. c L.cùm hic ſtatus.§.ſi ambo.ff.illo tit. d D.l.ſi inter virũ.d.§.ſi ambo. e D.l.non omnis.d.§.j. f Bal.& Salic.l.ij.C.de iur.det.Alex.conſ.xiiij.lib.j.Iaſ.& Dec.d.l.nõ oĩs. g Frãciſ.Aret.cõſ.lxxiiij. h L.ille.§.fi.l.nõ aliter.ff.de leg.iij. i L.nec adiectis.ff.pro ſoc.

contemplatione intelligitur, vt & ante nos à doctis viris est obseruatum.[l]

Caussa donãdi.[e] Id est ratio, modus & forma donãdi simpliciter, purè & absolutè, vt statim, scilicet, velit donator, rem accipiẽtis fieri, nec vllo casu ad se reuerti.[m]

Perinde.[d] Dictio est, similitudinem notans: [n] cùm autem quæ similia iudican- 6
tur, non sint eadem substantia. [o] confirmat validè hic locus, quod aduersus alios suprà docui, donationem caussa mortis factam, ita ne vllo quidem casu reuocatur: vt in nostra specie, non transire in donationẽ inter viuos, sed manere caussa mortis, licèt simplicis naturam assumat.

Alia.[e] Dictio, Alius, alia, aliud, solet similia repetere, [p] quandoque tamen dis- 7
similia implicat, [q] vt cùm Vlpianus dixit, hoc in caussæ cognitione versari, an alia actio, quàm officium iudicis detur: [r] quippe constat iudicis officium nõ esse actionem.[s] Et cùm Iustinianus refert à quodam milites congregatos, & alios seruos plurimos, [t] non includit milites seruilis esse conditionis: cùm serui militare prohibeantur.[u] Solet & illud Euangelii citari, Ducebantur & alii duo nequam cum eo: (hoc est CHRISTO) vt interficerentur.[x] Hoc quoque loco non videtur similia repetere: cùm donatio, de qua hîc disputatur, inter viuos non fit, vti probatum est: licèt eius assumat naturam. Sic de dictione *Caten*, dicendum: vt tametsi similium sit, vt plurimùm repetititia, [y] nonnunquam tamen pro subiecta materia, naturam suam non seruet, dissimilia atque adeò contraria includens.[z]

Inter viuos donatio.[f] Quæ sui natura perpetua est, & irreuocabilis. [a] Nam quod alibi scriptum extat, neminem posse sibi legem immutabilem imponere, [b] accipiẽdum est, per viam testamenti, codicillorum, aut alterius supremi iudicii, [c] quod vsque ad extremum vitæ momentum, magna ratione, leges voluerunt liberum esse, & (vt aiunt) deambulatorium: [d] quia nihil magis hominibus debeatur, postquam iam aliud velle non possunt: [e] contrahendo autem potest quis, dubio procul, irreuocabilem legem sibi dicere.[f] Vnde cùm donationem, venditionem, cæteròsque contractus in testamento fieri posse, receptum sit, [g] illud quoque traditum à plerisque, posse testamentum irreuocabile confici, si testator, Titio hærede 8
instituto, hæc verba, aut similia adiiciat, *Si contingat, me præsens mutare testamentum, ex nunc omnia bona mea dono Titio.* [h] assumet quippe dispositio, conditione existente: hoc est, testatore aliud testamentum condente donationis simplicis, & ita conuentionis irreuocabilis naturam.[i]

Aliter tamen se habet communis opinio, tum quod pactis dari non possit hæreditas: [k] tum etiam quod adiecta conditio, *Si me reuocare testamentum contingat*, velut auferens liberam testandi facultatem, bonis moribus repugnet. [l] ac proinde iu dicetur impossibilis. [m] Contractus autem sub impossibili, aut turpi conditione concepti, nullius sint momenti.[n] Quæ tamen rationes non valde me mouerint, siquidem non sit proposita donatio de hæreditate, sed de bonis concepta, quæ præterea licet vniuersaliter de bonis omnibus loquatur: quia tamen non comprehendit futura, [o] dici non potest per eam disponendi facultatem ereptam donatori.[p] Sicuti nec cùm donasset omnia bona mobilia & immobilia, præsentia & futura vbicunque essent: quia nomina debitorum, quæ loco non circunscribuntur, [q] iis non continerentur verbis.[r]

Cæterùm aliis argumẽtis probabilior mihi videtur communis sententia: quia, scilicet,

k L. fi. vbi Bal. C. qui ad libertа. procla.
l Alciat. d. l. nõ omnis.
m L. j. l. ij. §. fi. & l. iij. ff. de donat.
n L. si deferente. ff. quib. mod. pig. sol. l. ij. ff. de confir. tuto. l. j. ff. de recepta. to.
o L. quod Nerua. ff. depos. c. capitulum. de rescrip.
p L. fin. C. de iis, qui à non dom. Accurs. l. quidam. ff. de reb. dub. & in l. iij. C. de ser. fug.
q L. intores. §. j. ff. de adm. tut.
r L. in caussa. ij. in prĩ. ff. de mino.
s L. quod si minor. §. fi. illo tit.
t §. j. vt de fune. seu funer. coll. v.
u L. super seruis. C. qui mil. nõ po. lib. xij.
x Luca xxiij.
y §. fin. de pat. potest. Instit.
z L. non solùm. §. quæritur. ff. de procur. c. Cœnomanẽsem. lvj. dist.

a L. j. ff. de dona. l. pen. C. de dona. quæ sub mod. b L. si quis. in princ. ff. de leg. iij. c L. Diuus. §. licet. ff. de iur. codicillo. d L. cùm hic status. §. ait oratio. ff. de dona. int. vir. l. iiij. ff. de adim. leg. e L. j. C. de sacr. san. eccles. f L. sicut. C. de actio. & oblig. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. g L. assignare. ff. de assig. liber. Accurs. l. hæredes. §. fina. ff. de testa. h Din. c. quod semel. de reg. iur. Oldrad. cons. cxxiij. Barba. c. relatum. in fi. de testa. i Vt hac l. k L. hæreditas. C. de pac. conuent. l L. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. l. ex eo. C. de inutil. stip. m L. filius. ff. de cond. instit. n L. non solùm. ff. de actio. & oblig. l. generaliter. ff. de verb. oblig. o L. si ita. ff. de auro & arg. leg. p Accur. & Doct. l. fi. C. de pact. q L. Gaius. in prin. ff. de leg. ij. r L. quam Tuberonis. §. fi. ff. de pecul. l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iud.

ſcilicet, hæc conditio, *Si mutem teſtamentum*, re vera turpitudinem continet: veluti in pœnam, vltimæ voluntatis futuræ adiecta.[s] Et quoniam ſub conditione fieri nequit, quod purè agi prohibetur,[t] pura autem diſpoſitione nemo poteſt teſtando legem irreuocabilem dicere.[u] Denique quoniam ſicut nec facere directò quis poteſt, quominùs leges teſtamentariæ locum habeant:[x] ita nec per obliquum.[y]

9 Neque verò probauerim illud, quod tamen paſſim receptũ video, in teſtamentis contrahi poſſe:[z] cùm contractus ad teſtamenta non pertineant.[a] imò diuerſam, adeóque contrariam habeant naturam. In contractibus enim anguſtius,[b] in teſtamentis pleniùs[c] agentium voluntates interpretamur. hæc item libere reuocantur:[d] illi immutabiles ſunt.[e] atqui extranei cuiuſuis actus permixtio totum teſtamentum ſubuertit,[f] quod ad alia negotia diuertendo, teſtandi conſilium teſtator deſeruiſſe videatur.[g] Ergo defendetur eo caſu contractus, quo pertineret ad teſtamenrum, aut executionem voluntatis defuncti:[h] veluti, ſi ab hærede promiſſionem & iuſiurandum legati præſtandi,[i] aut à tutore à ſe dato, tutelæ ſuſcipiendæ fidem,[k] exigeret.

Quod verò dicitur libertorum aſſignationem teſtamẽto fieri poſſe,[l] nihil nos morari debet: ſiquidem aſſignatio liberti, cùm ſit ſententia, de eo, quod quis poſt mortem fieri vult, potiùs vltima volũtas, quàm contractus dici debet.[m] Nam nec teſtator cum alio quicquam agit: ſed ſuam tantùm voluntatem explicat, cuius ex liberis velit libertum eſſe,[n] vt cùm pignus teſtamento conſtituit,[o] tutorem, curatorémue declarat,[p] iuriſiurandi religione nonnihil confirmat,[q] aut hæredem per Deum, & enixè obteſtatur, vt aliquid faciat.[r]

10 *Inter viros & vxores.*[s] Priſci Romanorum, ſolis animis honeſtum amorem æſtimantes,[t] inter virum & vxorem noluerunt donationes conſiſtere, ne concordia coniugalis pretio conciliari videretur, anſáque præberetur diuortiis & diſſidiis, ſi non inuicem coniuges, præſertim ditiores, liberalitatibus vterentur:[u] vel ideo, quòd cùm ſacroſanctum matrimonii vinculum, à Deo inſtitutum,[x] tam arctam maris & fœminæ coniunctionem faciat, vt non ſolum indiuiduum totius vitæ conſortium,[y] ſed etiam iuris omnis diuini & humani communicatio inter eos inducatur:[z] atque adeò ex duobus vnum efficiantur.[a] indecens & abſurdum, veteres meritò iudicarunt, aliquid inter coniuges videri, quod non eſſet commune:[a] quaſi inter eos vtriuſque fortunæ (vt Theogenes Agathoclis regis vxor, dicere ſolebat) proſperæ ſcilicet, & aduerſæ coita ſit ſocietas:[b] quæ alterum rerum alterius, quodammodo dominum faciat,[c] vt & Romulum lege lata iuſſiſſe, memoriæ proditum eſt,[d] nóſque alibi recenſuimus.[e]

Non valet.[b] Quia (vt dictum eſt) naturam aſſumpſit donationis inter viuos: donationes quippe cauſſa mortis inter virum & vxorem conſiſtunt.[f] quod ipſum, Vlpianus perbelle pluribus diſſerit, & tractat.[g]

In ea.[i] Donatione cauſſa mortis, de qua diſputamus, ſic nimirùm cõcepta, ne vllo caſu reuocetur.

11 *Falcidia.*[k] Cui tum locus eſt, cùm teſtator, vltra dodrantem bonorum legat.[h] Cùm enim vetus lex xij. Tabularum, cuique faceret poteſtatem, ſuo arbitrio legandi,[i] & de rebus ſuis liberè diſponendi:[k] nimiáque profuſione relictorum, teſtantes plerumque contingeret vniuerſum patrimonium exhaurire: ac ſeſe ita

s L. Titia in princ. ff. de verbor. oblig.
t L. si ita stipulatio. ff. de oper. liberto.
u L. si quis. in princ. ff. de leg. iij.
x L. nemo poteſt. ff. de leg. j. l. cùm quid. de regul. iur. in vj.
y L. ſcire oportet. §. ſi mater. ff. de tuto. dat. c. vn. de cler. coniug. in vj. d. c. cùm quid.
z Accurſ. & Docto. l. hæredes. §. fi. ff. de teſt.
a L. verba. ff. de verbor. ſign.
b L. cùm in lege. ff. de contr. emp. l. quicquid. ff. de verb. oblig.
c L. in teſtamẽtis. ff. de reg. iur. c. cum dilecta. de don.
d L. iij. ff. de adim. leg.
e L. ſicut. C. de actionibus.
f L. cùm antiquitas. C. de teſta. *g L. ſi ex duobus. in prin. ff. de duo. re.* *h D. l. hæredes. §. fi.* *i L. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij.* *k L. ex ſententia. ff. de teſt. tutel.* *l L. aſſignare. ff. de aſſig. liber.* *m L. j. ff. de teſta.* *n L. aſſignare. ff. de verb. ſign.* *o L. non eſt mirũ. ff. de pig. act.* *p D. l. ex ſententia.* *q L. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij.* *r D. §. filius matrem.* *s L. iij. ff. de dona. int. vir.* *t L. j. l. ij. l. iij. illo tit.* *u c. ſicut. xxxij. q. ij.* *x §. j. de pat. poteſt. c. j. xxvij. q. ij.* *y L. j. ff. de ritu nup. l. aduerſus. C. de cri. exp. hær.* *z c. j. de coniug. lepro. c. Lex diuinæ. xxvij. q. ij.* *a Plutar. in Problemat.* *b L. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. hoc tit.* *c L. j. ff. rer. amota.* *d Plutar. in Romulo.* *e Dixi l. ij. §. j. ff. de orig. iur.* *f L. ſi eum. §. fi. cum l. ſeq. & ſeq. ff. de dona. int. vir.* *g L. ſed interim. cum ſuis §§. ff. illo tutel.* *h L. j. ff. ad l. Falcid.* *i L. verbis legis. ff. de verbor. ſignific.* *k §. diſponat. de nup. coll. iiij.*

magno hæredis fcripti commodo priuare,[l] qui nullum, vel modicum fperans lucrum, hæreditatem facilè recufabat. [m] C.Falcidius Tribunus plebis,[n] huic licentiæ tanquam frænum iniiciens,lege lata conftituit, ita ius effe cuique legandi, vt pars faltem quarta hæredi fcripto feruaretur.[o] & ideo fi legata dodrantem tranfcendãt,liceat hæredi de relictis detrahere quartam partem,[p] quæ per legem ipfo iure,pro rata portione refecata: [q]apud hæredem quoque ipfo iure remanet.[r] Sed de iis nos alibi commodiùs difputauimus.[s]

Quafi.[t] Dictio *Quafi*,hoc loco non eft improprietatis nota,fed pro *Tanquam* po 12
nitur:vt & in complufculis aliis iuris noftri locis.[t]& apudCiceronem ipfum,cùm ait,literas Græcas fic auidè arripui,quafi diuturnam fitim explere cupiens.[u]

In mortis cauffa donatione.[m] Per quam licèt traditione fequuta, dominium regu- 13
lariter transferatur:[x] foláque morte confirmetur:[y] non expectata, vt in legatis fideicommiffis,cæterifque teftamento relictis aditione:[z] in ea tamen locum effe legi Falcidiæ legatorum exemplo,iampridem receptum eft.[a] Quinimò & in donationibus coniugalibus idem quoque iuris traditum.[b] Nam licèt inter viuos celebratæ fint,quia tamen morte,filentióque donatoris confirmantur,[c] legatorum, & fideicommifforum vices tenent.[d]& perinde habentur (inquit Vlpianus) quafi teftamento fit confirmatum,quod donatum eft.[e]

In mortis cauffa capione verò (quo generali nomine fignificatur, quicquid propter alterius mortem obuenit)[f] ita demum videtur Falcidiam legẽ habere locum,fi defuncti voluntate, & ab hærede præftanda fit.[g]alioqui fecùs: fi, videlicet, præter,aut contra teftantis voluntatem,foret foluenda:[h] vel etiam ab alio, putà, legatario, ipfi hæredi præftanda.[i] Neque enim legatarius in relictis à fe, Falcidia vtitur.[k] Sed nec *in* eo cafu hæredem ipfum Falcidia vti poffe, vulgò traditum: quo rei præftandæ moram feciffet,[l] tanquam eo nomine fe reddiderit indignũ.[m] aliis tamen aliter exiftimantibus:quia cùm Falcidia minuat ipfo iure legata,[n]non poteft hæres,dici moram contraxiffe.[o]Vbi enim nulla eft petitio, aut ea per exceptionem tolli poteft, mora fieri non intelligitur.[p] Quæ ratio non magni videtur momenti: quia licèt refpectu quadrantis,qui hæredi debebatur, non dicatur mora contrahi:[q]refpectu tamen refidui, quod hæredem, vel inuitum præftare oportet:mora dubio procul fieri poteft.[r] Fortiùs itaq; premit illa ratio, quia nufquam legimus,propter hæredis moram,Falcidiæ beneficium amitti.[s] Neque Iulius Paulus de capione cauffa mortis agit.[t] fed de eo, quod per hæredis moram legatum effe defiit,velut totum in pœnam adiectam transfufum: quia præftitũ non effet.[u] Vnde cùm de legatis tantùm,[x]& iis, quæ legatorum partibus funguntur,[y] Falcidiam retineri conftitutum fit:à Paulo rectiffimè refponfum eft,Si penus ita legata fit, *Seio penũ hæres meus dato,fi non dederit decem dato*,& hæres iam facta mora, penum foluerit(vt potuit,quia erat adhuc in præftatione penus)[z] quia tamen non amplius erat in obligatione,& legato, quafi eo toto in decem adiecta pœnæ nomine tranflato,[a] ceffare Falcidiam, quæ fanè eft propria Pauli ratio,& fententia.[b] ab aliis ante nos non indiligenter animaduerfa.[c]Sed iam fatis huic legi datum.

IOANNES CORASIVS TOLOSAS FERRARIAE, QVINTODECIMO KALEND. FEBRVARII, M. D. LII.

l L.et quia. ff. de interrog.actio. m §. j. de leg.Falcid. Inftit. n c. quadã y.diftinct. o D.l.j.d. §.j. p D.l.j.d. §.j. q L.in quãtitate. §. fi. ff.ad l.Fal. r L. j. §.fi quis ex mortis. ff. quo. legato. s Dixi in l.filium. C. fam. ercifc. t L. adoptiones. ff. de adop. l. item eorũ. in princ. ff. quod cuiufque vniuer. l.nec vllam. §. fin. ff.de petit. here. l. ij. in prĩ. ff. de cond. ca.dat. u Cicero de fenectute. x L.fi mortis.hoc tit. y Accurf.l. poft legatũ. §.qui mortis.ff.de iis, qui.vt indi. z L. fi nemo. ff. de teft.tutel. l. eam, quã. C.de fideic. a L. cùm pater. §. j.

ff.de leg.ij.l.fi mortis.C.ad l.Fal.l.ij.C.de doñ.ca.mor. b L.in donationibus.C.ad l.Fal. c L.ex verbis.in fi.C. de dona.int.vir. d D.l.in donationibus. e L.cùm hic ftatus.verf.j.ff.de dona.int.vir. f L.qui pretio.l.mortis v.& vj.hoc tit. g L.pen.C.ad l.Fal. h D.l.qui pretio. i L.acceptis.ff ad l.Fal. k L.lex.§.fin.illo tit. l L.j.§.item fi ita.ij refponf.vbi Accurf.& Doct.ff.ad l.Falcid.Bald.& Salic.d.l.fi mortis. m L.Paulus.ff.ad Trebell.l.beneficio.ff.ad l.Fal. n L.in quantitate.§.fi.illo tit. o L.fi pupillus.ff.de verb.oblig. p L.lecta.verf. pen.ff.fi cer.pet.l.nulla.ff.de reg.iur. q D.l.fi pupillus.d.l.lecta. r L.mora.ff.de vfur.d.§.item fi ita. s c.Raynaldus.in fi. de tefta.l.cùm pater.§.j.ff.de leg.ij. t D.§.item fi ita.ij.refponf. u L.j.ff.de pen.leg. x L.j.ff.ad l. Falcid. y L.cùm pater.§.j.ff.de leg.ij.l.in donationibus.C. ad l.Falcid. z D.l.j.ff. de pen.leg. a D.l.j. b D.§.item fi ita. c Io.Imol.& Ludouic.Roma.l.qui pretio.hoc tit.

IOAN-

Ioannes Corasius in Rub.ff.de acqui-RENDA POSSESSIONE.

SVMMÆ RERVM.

1 *Obligatio & dominiũ quomodo quærantur.*
2 *Possessio quid.*
3 *Possessio an iuris, vel facti.*
4 *Possessio an vna, vel duplex.*
5 *Naturalis, & ciuilis possessio.*
6 *Nulla, dictio vniuersalis negatiua.*

1 OMne ius nostrum, vel in acquirendo, vel in conseruando, vel in amittendo cõsistit:[a] siue ad obligationem, siue dominium (quæ præcipuæ sunt legis ciuilis partes)[b] siue etiam ad possessionem id ipsum referamus.[c] Quæritur autem obligatio, non ex contractu tantùm, aut ex maleficio, sed generaliter ex variis caussarum figuris:[d] hoc est, quasi ex contractibus, aut quasi ex maleficiis.[e] quæ sanè varia sunt & plura, quàm vt certis nominibus demonstrari possint.[f] conseruatur sola voluntate, declarata tamen: cùm res ipsa postulat, per aliquem actum extrinsecum:[g] veluti in ius aduersarium vocando, aut cum eo contestando litem, qui nobis ius obligationis, & actionis eripere tentat:[h] perimitur verò solutione vera, vel imaginaria: contrarióque consensu,[i] ac præscriptione longissimi temporis.[k] Dominium autem non quemadmodum obligatio sola conuentione quæritur.[l] siquidem nuda voluntate nemo dominus esse desinat,[m] sed ita demum, si contractum sequatur traditio.[n] aliísque modis multis à iuris auctoribus diligenter congestis.[o] Per vsum verò rei, & insistẽtiam, quam possessionem Iurisconsulti vocant:[p] retinentur dominia: atque etiam amittuntur, si penes aduersarium sit detentio.[q] quemadmodum expressa domini voluntate possessionem abiicientis & deserentis.[r]

Acquiritur quoque possessio, retinetur & amittitur, de qua (vt ad rem nostram veniamus) post tractatum dominii, meritò dicendum fuit, tum quia cœpit à possessione dominium:[s] tum etiam quia de vsucapione mox dicturus erat legislator, quam sine possessione non contingere, certum est.[t] Neque verò Possessionis hoc loco verbum accipimus pro rei corpore, aut proprietate, vt alibi sæpè:[u] sed pro fa-
2 cultate tenendi res illas corporeas, aut earundem vsu.[x] In qua significatione vulgò solet ita definiri *Possessio*, vt sit ius insistendi, seu detinẽdæ rei,[y] addunt nõnulli non prohibitæ posideri.[z] Cæterùm, nulla necessitate, cum verba semper ad idoneitatem referantur:[a] & satis sit in definitione, rei substantiam demonstrari.[b] Quod ex definitionibus Testamenti,[c] Legati,[d] & Stipulationis,[e] cernere in promptu est. quæ res sacras, religiosas, & similes, nominatim non excludunt, cuiusmodi res tamen, néque testamento relinqui, neque in stipulationem deduci posse constat.[f] Amplius, plerisque visum definitionem ipsam non consistere: cùm nudæ quoque detentioni conueniat, quæ ius est pariter insistendi rei,[g] nec tamen est possessio:[h] vt ecce Commodatarius non possidet.[i] non item conductor, seu colonus,[k] qui tamen ius habent insistendi rei, hic, durante locatione:[l] ille ad vsum vsque destinatum.[m] Rursus in possessionem rei seruandæ caussa missus, seu ex primo (vt aiunt) decreto custodiam rerum duntaxat, & obseruationem habet:[n] iure tamen incumbendi rei subnixus est.[o]

a L.fi.ff.de legib. b Dixi l.j. ff.de sta.ho. c D.l.vltima. d L.j.ff.de actio.& obligat. e L.iiij.§.j.cum seqq. ff.illo tit. f L.natura. ff. de præs.verb. g L.potuit. C.de usr.de liber.§.fin. de hered. qual.Inst. h L.j.§.j. l.y. l.fin. C. de annal. excep. i L.quaniu. y. resp. hoc tit.§.j.qui. mo.toll.obl. Inst. k L.sicut l. omnes.C.de præscript. xxx.anno. l L.si ager. ff.de re.vẽd. m L.si quis vi.hoc tit. n L.traditionibus.C. de pact. §. per traditionem.de rer. diuis. o In titu.ff. de acqu. re. dom. & in Instit.de re. diuisio. p L.quæstio. ff. de verbor.sig. q L.nec vtilem. ff.ex qui.ca.ma. r L.j.ff.pro derelic. §.fin.de.rer.diuis. Instit. s L.j.hoc tit. t L.sine possessione. ff.de vsucap. u L.interdum. ff. de verb.sign.l.Impp. ff. de seruit.rust.prædio. x D.l.quæstio. d.l.nec vtilem. y Accurs.& Doct.d.l.j. z Bartol d.l.j. a L.vt gradatim.ff.de muner.& honor. b L.j.§.j.ff.de dolo. c L.j.ff.de testa. d L.legatum ff.de leg.y. e L.v.§.stipulatio.ff.de verb.oblig. f L.apud Iulianũ.§.fi.ff.de leg.j.l.inter stipul. §.sacram.ff. de verb.oblig. g L.si finita. §.si quis metu. ff. de dam.infec. h L.stipulatio.§.hac quoque. ff. de verb.oblig. i L.officium.ff.de re.vend. k L.j.§.deijcitur.ff.de vi arm. l L.adem.C.de Locato. m L.j.l.in commodato.§.sicut.ff.cõmoda. n L.iij.§.fi.hoc tit. o L.y.ff.pro herede.d.§.si quis metu.

Ex eo quoque definitionem impugnant, quòd vsufructui competat, qui cùm
ius sit vtendi, fruendi,[p] ius pariter insistendi censendum est.[q] Neque enim alioqui
commodè quis vtifrui posset.[r] Præterea *Rei* verbum, plerosque malè habet, quod
latissimè patet, incorporalia quoque comprehendens:[s] quorum tamen nulla est
possessio.[t] Sed ab iis obiectiunculis finitionem modico negotio vindicant recen-
tiores.[u] Fortiùs premit, quòd non iuris (quemadmodum finitionis verba signifi- 3
cant) sed facti videatur possessio.[x] ideóque dicunt Iurisconsulti non eam postlimi-
nio contineri,[y] nec haberi in hæreditate:[z] eádemque ex inutili contractu, cui ius
obsistit transferri: quoniam res facti (inquit Paulus) iure ciuili infirmari nequeat.[a]
Nec iuuerit definitionem, quòd dici solet, possessionem ipsam, dum quæritur, &
ad essentiam suam perducitur, facti quidem esse (cùm apprehēsionem & animum
interuenire oporteat,[b] quorum vtrumque facti est)[c] at quæsitam esse iuris.[d] Hæc
enim distinctio manifestam plerisque videtur continere calumniam. siquidem ci-
uiles ferè omnes constitutiones, quæ possessionem facti esse aiunt: ad iam enatam
& quæsitam quoque possessionem sese referant.[e] & planè absurdum videatur, in-
natam rei substantiam, vel etiam inditam actui, vel ab ipso creationis principio,
qualitatem actus, perfectione confundi, & in diuersam migrare, perinde atque si
diceremus eum, qui quum in puerperio, ex ventre matris egereretur, homo fuit
in lucem editum, posteà lupum, canem, aut asinum apparuisse. atque ita Azo, Ro-
manus, Besutius, Cumanus,[f] & Alciatus nouissimè, cum aliis plerisque docue-
runt.[g] Ioanne tamen, Iacobo Arenario, cæterisque communiter repugnantibus,
qui constanter possessionem iuris esse defendunt: legum verbis primum addu-
cti.[h] Deinde tracto de contractibus ad possessionis apprehēsionem argumento.[i]
Vt enim contractus, dum ineuntur facti sunt:[k] absoluti verò iuris,[l] obligationem
quoque producentes, quæ & ipsa iuris est.[m] Ita rei apprehēsio, in mero facto con-
sistens, possessionē formet, quæ iuris cēseatur.[n] Atq; hinc inferunt delegatum in
hoc à Pontifice, vt de iure sacerdotii, aut ecclesiæ cognoscat, de possessione quo-
que cognoscere.[o] Rursus in vim concessionis, qua clerico gratiosè Pontifex indul-
sit, vt de quæsitis ex iuribus sacerdotiorum testari valeat, clericum in acquisitis ex
possessione, seu prædiorum ecclesiasticorum pensionibus, testandi ius habere.[p]
Denique subrogatum simpliciter in litem, & ius defuncti, censeri quoque in pos-
sessione, quæ iuris est, substitutum.[q] Ego verò non ausim hanc sententiam simpli-
citer recipere: quum Paulus dicat possessionem ex iure plurimum mutuari.[r] &
mox apertiùs non modò corporis, sed etiam iuris esse.[s] Rursus quia de iure pos-
sessionis verba facit vbique legislator:[t] quinimò possessionem per ius fundi, non
vno in loco significat.[u] Deinde quoniam seruum, eorū quæ facti sunt capacem,[x]
ideo non possidere responsum est: quia iuris sit possessio.[y]

Verùm nec è diuerso contendere pertinaciter velim, possessionem ita iuris es-
se, vt nullatenus in facto consistat. siquidem apertiora sint in contrarium legis, v-
bique verba, quàm vt aliquo cauillo contundi possint.[z] Et quoniam si meri iuris
esset possessio, confestim, adita hæreditate, ante rerum etiam apprehensionem,
in hæredem transiret: quod Iauolenus negat.[a] Reuersóque ab hostibus, vi postli-
minii, restitueretur, & per legem Corneliam, mortuo apud hostes captiuo, hære-
dibus

p L.j.ff.de vsufruc.
q L. naturaliter. hoc tit. in prin.
r L. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de vsufruc.
s L.j.ff.de rer. diuis. l. j. ff. si cert. peta.
t L. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. l. ij. in prin. hoc titul.
u Alex. & aly. l. j. hoc titul.
x L.j.§.j. §. si vir. l. possessionē. hoc tit. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. esse iuss.
y L. denique. ff. quib. ex ca. ma.
z L. cùm heredes. hoc tit. d. §. Scæuola.
a D. §. si vir.
b L.j. l. iij. §. in amittēda. l. quēadmodum. hoc tit.
c L. bona fidei. ff. de acq. re. do.
d L. peregrè. hoc tit.
e D. l. possessionem. d. §. si vir. d. §. Scæuola.

f In l. j. in princip. hoc tit. g Alciat. l. quinque pedum. C. fin. regundo. d. l. quæstio. h L. non ideo. C. de lib. ca. l. nemo. C. de acquir. possess. d. l. peregrè. i L. quamuis saltus. hoc titul. k L. consilio. §. final. ff. de cur. furios. l Accurs. l. j. in princ. ff. de verb. oblig. m L. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. §. j. de obligatio. n D. l. peregrè. o L. iubemus. §. sanè. ij. in fin. vbi Bal. C. de sac. sanc. eccles. Inno. c. episcopi. de reb. eccles. p Alexand. cons. xv. vol. ij. q Rota decis. lxiij. in no. r L. possessio quoque. in prin. hoc titul. s D. l. possessio §. j. t L. si quis. ad fin. C. ad l. Iul. de vi pub. l. nemo. C. de acq. possess. l. non ideo. C. de lib. caus. l. peregre. hoc tit. u L. si ea res. §. fin. ff. de actio. emp. l. ab executione. C. quo. app. non recip. x §. sed cùm factum. de stip. seruor. y D. l. possessio. §. j. z L. j. §. si vir. l. possessionem. hoc titul. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. a L. cùm heredes. hoc tit.

dibus proficeret,[b] aduersus Papiniani responsum.[c]

Itaque in hac vetere interpretum controuersia variis vtrinque rationibus, argumentis & opinionibus, intricata cum Papiniano & Paulo,[a] dicendum putauerim possessionem facti quidem plurimum habere:[d] cæterùm ex iure quoque plurimum mutuari,[e] & mixtã obtinere naturam, quæ veterum quoque fuisse videtur sententia:[f] aliter tamen quam hactenus factum sit explicanda. Etenim, si possessionem in sua naturali qualitate consideremus, nimirùm pro rerum vsu, & corporali earundem insistentia, facti dubio procul est.[g] quum hic vsus à iuris ciuilis ministerio & proprietate rei sit omnino seiunctus: solique naturæ innitatur.[h] Vnde & naturalis possessionis nomen accepit,[i] secundum quam possidere dicitur, qui rem vel suo, vel etiam alieno nomine tenet, aut eidem quoquomodo incumbit:[k] quæ autem à mero iure naturæ procedunt in facto consistunt.[l] Siuerò possessionem referimus ad merum ius ciuile: hoc est, ad virtutem, à lege ciuili rerum apprehẽsioni, & vsui tributam: vi cuius, is rem quoque tenere intelligitur, qui rei corporaliter non insistit, dum animum habeat possidendi.[m] Facti sanè dici non potest, quum nullũ naturæ, corporisue factum, in ea versetur: sed iuris potestas, & ministerium:[n] ac proinde ciuilis dicitur:[o] Iurisque cẽseri debet.[p] Nam quæ res tangi, viderique non possunt, factúmque extrinsecum non desiderant, sed in intellectu, soláque animi censura consistunt, non facti, sed iuris intelliguntur.[q] Cæterùm, quoniam in tractatu possessionum solemus *possessionis* verbo, qualitatem ciuilis cum naturali coniunctam demonstrare,[r] mixtæ eam esse naturæ dixi.[s] quod & Paulus non ad Papinianum modò relatus,[t] sed per se ipse satis ostendit, dum ait, non tantùm corporis, hoc est facti: *sed iuris*, possessionem esse.[u] Et ita hic articulus planè salebrosus, & à nullo cæterorum adhuc commodè explicitus: mihi definiendus videtur. Ex quo & illud intelligimus, leges quæ factum, iuri, passim opponunt facti verbo, naturalem actus gesti, vel gerendi contingentiam ab omni iuris scripti ratione separatam, significare.[x] Vnde & illud ex facto, hoc est gesto negotio, circunstantiisque eius diligenter obseruatis, ius oriri.[y]

NOVA POSSESSIONIS FINITIO.

Demonstrant porrò superiora communem possessionis definitionem, non vsquequaque tutam. Sed nec ab aliis traditæ, periculo carent: quas scriptores intentis inter se telis inuicem ita lacerant, & contundunt, vt earum nulla tranquillè consistat. quocirca minore fortè periculo, sic dici potest. Possessio est apprehẽsæ *rei corporalis vsus verus, vel imaginarius cum affectione tenendi.* Dico *apprehẽsæ*, quoniam non acquiritur sine apprehẽsione possessio.[a] Rei *corporalis*, adiicio, quòd eius generis res duntaxat, non etiam incorporales possideantur.[b] *Vsus* verbum posui loco generis: quod latissimè pateris, omnem in vniuersum tenendi, possidendique rationem complectitur:[c] quum citra possessionis caussam rebus vti possimus: iure nempe familiaritatis, aut amicitiæ,[d] vel etiam publicæ facultatis.[e] Nam vti foro, fide, officio, opera, beneficio alterius, iisque similia multa dicimus. Vnde quum vsum à possessione, leges quandoque separant:[f] ea non vt omnino diuersa, sed vt genus à sua specie distingunt, vt & alibi sæpe.[g] Addo *Verus*, vt naturalem possessionis qualitatem exprimam, quæ in vera, hoc est, corporali rei insistentia consi-

b L.postlim. l. in omnibus. l. postliminiũ. l. bona. ff. de cap. §. si ab hostibus. quib. mo. ius pat. pot. Inst.
c L. deniq. ff. Ex qui. ca. ma.
d D. l. denique.
e D. l. possessio.
f Andreas Pisanus & Bart. l. si is qui. nu. xj. ff. de vsuca. Pet. Ancharã. c. sine possessione. de reg. iur. Franc. Aret. l. j. hoc tit.
g D. §. si vir. d. l. possessionem. d. §. Scæuola. d. l. deniq.
h L. quæstio. ff. de verb. sig.
i L. j. §. deiicitur. ff. de vi. & vi arm.
k L. communi. §. neq. ff. com. diuid. l. videamus. ij. §. si possessionẽ. ff. de vsur. l. naturaliter. in prin. l. si id quod.

§. final. hoc tit. l L. si vnus. §. pactus. ff. de pact. l. nec seruus. ff. de pecul. d. §. si vir. m L. j. §. siue autem. ff. de vi arm. l. ij. §. saltus. l. clam. §. fin. hoc tit. n L. nemo. C. de acqu. poss. o L. ij. §. j. ff. pro herede. p L. peregrè. hoc titul. d. l. nemo. q L. j. §. fina. ff. de rer. diuis. r D. l. ij. §. j. s L. denique. ff. ex quib. cau. ma. d. l. possessio. hoc tit. t D. l. denique. u D. l. possessio. §. j. x L. stipulatio ista. §. hi, qui. ff. de verbor. oblig. l. ij. ff. de iur. & fact. ignoran. l. pen. ff. de cap. dim. l. idem erit. ff. de sta. hom. l. j. §. j. ff. quæ res pignor. y L. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. z L. nec vtilem. ff. Ex qui. ca. ma. l. quæstio. ff. de verb. sig. a L. iij. §. Neratius. hoc titul. b L. sequitur. §. si. viam. ff. de vsucap. l. iij. in prin. hoc tit. l. seruus. §. incorporales. ff. de acq. re. do. c L. j. ij. & tot. tit. ff. de vsu, & habit. d. l. nec vtilẽ. d. l. quæstio. d L. qui iumẽta. ff. de fur. l. qui iure. hoc tit. e L. ij. ff. de via pub. f L. j. ff. de fur. §. furtum. de oblig. quæ ex delic. g C. de ser. & aq. in rub.

deratur.[h] Mox adiicio, *Vel imaginarius*, quo rationem quoque ciuilem possidendi comprehendam, quam exercens, non rei corporaliter incumbit, nec illa re vera vtitur: sed imaginariè duntaxat, adiuuante legis auctoritate.[i] Denique subiunxi, *Cum affectione tenendi*, quod exploratum habeam eos, qui animum non habent possidendi, licèt rem ipsam maximè corpore contingant, minimè possidere.[k] Vnde nec oberit, quod commodatarius non possideat:[l] qui tamen habet vsum destinatũ rei apprehensæ.[m] quandoquidem non eo affectu, & animo sit ingressus, vt rem diu teneat.[n] Et hæc quod ad definitionem attinet.

AN VNA, VEL DVPLEX POSSESSIO.

Nunc tractemus an vna sit, vel duplex possessio. Quæstio sanè anceps, & valde 4
perplexa: in qua Ioannis quoque obtinuit sententia duas possessionis species con
stituentis.[o] Naturalem, scilicet, quæ corpore simul, & animo quæritur, ac retine- 5
tur: & ciuilem, quæ animo consistit.[p] Nam & absentem dominum retinere possessionem, & clàm eius ædes ingressum, possidere quoque lex ait.[q] quod de eadem possessione dici non potuit: quum vnam rem duo nequeant pro solido possidere.[r] Rursus quia Paulus scribit nullam possessionem quæri, amittiue posse, nisi animo & corpore.[s] Dictio autem *Nulla*, quum negatiua sit vniuersalis, ad duo saltem refertur.[t] Et alibi, Possessio (inquit) non solùm ciuilis, sed etiam naturalis.[u] Itidémque Marcellus, ne possessionem quidem, quæ est naturalis.[x] quæ verba, duas esse possessionis species innuere manifestè videntur. hoc præsertim addito, quod si vna tantùm esset possessio, non inde diuersi consequerentur effectus:[y] quum tamen constet ciuilem ad vsucapionem proficere, naturalem non item.[z]

Placentinus verò, Azo, & sequaces, rectiùs (vt mea fert opinio) tradiderunt duplicem quidem esse possessionis rationem,[a] varióśque possidẽdi modos.[b] At qualitates istiusmodi non constituere diuersas species:[c] ideóque vnam tantùm esse possessionem.[d] Naturalem scilicet, quæ si à lege robur accipiat, ciuilis quoque dicitur,[e] & quãdoque iusta,[f] vt etiam legitima dici potest, quòd ei legis accedat auctoritas:[g] à qua si plus virium capiat, quàm ab insistentia, & actu nostro naturali, plurimum dicitur ex iure mutuari,[h] veluti quæ per seruos, aut procuratores nobis quæritur.[i] Rectè itaque Paulus ait vnum esse genus possidendi.[k] generis verbo Iurisconsultorum more speciem significans:[l] vt & eodem loco speciem pro indiuiduo. Idémque alibi Pomponius accipit.[m] Eandémque esse possessionem, quæ animo: cum ea, quæ corpore retinetur, Vlpiani verba demonstrant, *Ademisti possessionem* (inquit) *quam animo retinebat, & si non corpore.*[n] Rursus, quod alibi traditur, sola mente naturalem quoque possessionem ab eo perdi, qui rei corporaliter incumbit.[o] Quod si Ciuilis, quæ animo ab ea, quæ corpore retinetur, specie differret, ciuilem vtique possessor amitteret.[p] Adde, quod cum Ciuilis creari nequeat, nisi præcedente naturali,[q] absurdum esset putare postquam inesse deducta est, specie ab ea differre, ex qua suam cœpit essentiam. nec in ea qualitate ipsam persistere, quam prima origine assumpsit: vt nullatenus sit dubitandum, quin & illa quæ conseruatur animo, Naturalis dicatur: licèt propter iuris fomentum, Ciuilis quoque nomen accipiat.[r] & vt à nuda rei detentione, in mero facto consistente,

(quam.

h L. iij. §. fi. ff. ad exhib. l. j. in princ. hoc titul.
i L. iij. §. saluus. l. cla. §. fi. l. peregrè. hoc tit. l. licet. C. eod.
k L. j. §. adipiscimur. ij. resp. hoc tit.
l L. rei. ff. commoda. l. offi. xij. ff. de re. vend.
m L. j. l. in cõmodato. §. sicut. ff. commod.
n L. qui in re. hoc tit.
o L. ij. §. j. ff. pro here. L. j. §. deijcitur. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. fi. ff. ad exhib.
p L. iij. in pri. hoc tit. l. nemo. C. eod.
q L. j. §. fi. cum l. seq. ff. vti possid. d. l. cla. §. fi. hoc tit.
r L. duo. ff. de precar. l. iij. §. ex contrario. hoc titul.
s L. quẽadmodũ. ff. de acq. poss.
t L. si pupill. §. si quis simplici-ter. ff. de neg. gest. u L. ij. §. j. ff. pro herede. x L. pupillus. ff. de acqur. rer. dom. y L. si idem. C. de codicill. z L. acquiritur. §. final. ff. de acqur. rer. dom. a L. nemo. C. de acqu. possess. b L. iij. §. final. hoc titul. c L. final. ff. de fund. instruct. Accurs. l. quotiens. §. final. ff. de publica. d Accurs. l. si vt certo. §. si duobus. ff. Commod. l. licet. C. de acqu. possess. e L. ij. §. j ff. pro herede. f L. ij. & iij. ff. vti possid. l. quod feruus hoc tit. g L. legitima. ff. de pact. h L. possessio. in princip. hoc titul. i L. j. l. per procuratorem. C. de acqu. possess. d. l. possessio. k L. iij. §. final. hoc tit. l L. legato generaliter. ff. de leg. j. l. Mantius. §. duorum. ff. de leg. ij. m L. si peculium. ff. de pecul. leg. n L. j. §. fine autem. ff. de vi arm. o L. iij. §. in amittenda. l. si quis vi. §. j. hoc tit. p L. si domus. ff. de seruit. vrbano. q L. licet. C. hoc tit. d. l. iij. §. Neratius. r L. ij. §. j. ff. pro herede.

(quam Naturalem possessionē lex quandoq; nuncupar)[s]Naturalis à lege vires ca-
piens, commodiùs distinguatur.[t] Nam & fructuarium naturaliter possidere vo-
lunt:[u]quem tamen possessionem animo retinere, vel ex eo constar, quod non ad-
missus, vnde vi interdicto vtatur,[x] ei soli prodito, qui quum deiiceretur posside-
6 bat.[y] Neque verò communem sententiam iuuerit, quòd duo reperiantur ean-
dem rem pro solido possidere.[z]Nam hoc respectu diuersarum qualitatum absur-
dum videri non debet.[a]Minúsque oberit, quòd possessionem cum adiectione v-
niuersali *Nullam*, Paulus dixerit.[b]siquidem fateor dictionem *Nulla*, præsupponere
plura, sed quæ esse numero diuersa sufficiat. Namque rectè dixerim nullus audi-
tor in scholis strepit, nullus submurmurat, nullus homo currit, vt & Marcus Cice-
ro, *Nullam vitam sine amicitia esse*, dixit:[c]& neminē hominem, aut neminem homi-
num probati passim auctores exprimunt:[d]quum tamen manifestum sit homines
inter se non differre specie. Denique non sequitur (vt postremum tollamus) ex
duobus negotiis, diuersi sequuntur effectus. ergo ea inter se specie differūt: quum
& homines, alii aliis præstantiores sint, & nobiliores, qui tamen inter se specie
non distinguuntur.

Ad hæc nolim ignorari possessionis generale verbum nunc ad nudam deten-
tionem,[e]nunc ad naturalem tantùm possessionem, siue iustam, siue iniustam,[f]
nunc ad ciuilem solam, pro subiecta materia referri. Cæterùm in dubio, quum lex
de possessione simpliciter verba facit, aut quem possidere dicit de iusto, veróque
possessore, qui, scilicet, naturaliter simul, & ciuiliter possideat, accipi debet?[g] vt
verba potius in genere, quàm in specie:[h]in significatúque nobiliori, ac in eum ca-
sum, qui præstantiorem habet iuris effectum, intelligantur.[k] Eadémque ratione
de naturali possessione dicendum: cuius appellatio adeò generalis est, vt quando-
que pro detentione nuda, & insistentia rei, in mero facto consistente, nullóque iu
ris adminiculo roborata ponatur:[l] quomodo seruum meri duntaxat facti capa-
cem,[m] & quod ad ea, quæ iuris sunt pro mortuo habitum,[n] naturaliter possidere
lex ait.[o]Item colonum, commodatarium, depositarium, & eum, qui præcario ro-
gauit.[p] Vnde quod alibi de istiusmodi personis scriptum legimus, eas nullam pos-
sessionem habere,[q] ad possessionem, in qua ius versatur, sanè referendnm venit.[r]
Licèt enim corporaliter incumbant: quia tamen non suo, sed alieno nomine rem
tenent, ius interpretatur, non ipsos, sed dominos possidere.[s]

Cæterùm in dubio per possessionem Naturalem, intelligimus eam, quæ Ciuili
coniungitur,[t]nisi ab ea commodioris doctrinæ caussa, Ciuilis separetur.[u]

L. PRIMA.

PAVLVS LIB. LIIII. AD EDICTVM.

Possessio[a] appellata est, vt & Labeo ait, à pedibus:[b] & pedum quasi po-
sitio:[c] quia naturaliter[d] tenetur ab eo, qui insistit, quā Græci κατοχὴν dicunt:
dominiumque[e] rerum, ex naturali possessione[f] cœpisse,[g] Nerua filius ait:
eiusque rei vestigium remanere in iis, quæ terra, mari, cælóque capiūtur[h]
Nam hæc protinus eorum fiunt, qui primi[i] possessionem eorum appre-
henderunt. Item bello capta,[k] & insula[l] in mari nata, & gemmæ, lapilli,
& margaritæ in litoribus[m] inuentæ, eius fiunt, qui primus eorum posses-
sionem nactus est.[n]

s L. stipulatio. §. hæc quoq. ff. de verb. oblig. t D. l. ij. §. j. u L. naturaliter. in prin. hoc ti. x L. iij. §. vnde. & §. seq. ff. de vi arm. y L. j. §. interdictum autem. illo titul. z L. clàm. §. fi. hoc tit. a L. si duo. l. fi. vbi Accur. & Bar. ff. vti poss. sid. b L. quemadmodum. hoc tit. c Cicero in Lælio. d Plautus in Milite, & in Truculēto Terentius in Eunucho. Cicero de nat. deo. e L. videamus. ij. §. si possessionē. ff. de vsur. f L. j. §. si vir. hoc tit. g L. j. §. per eū. vbi Albert. hoc titul. h L. hoc legatum. ff. de leg. ij. i L. j. §. j. ff. si ager vectig. k L. si is, cui. §. j. ff. de solutio. l L. ij. §. j. ff. pro herede. m §. sed cùm factum. de stip. ser. Inst. n L. quod attinet. ff. de reg. iur. o L. stipulatio ista. §. hi, qui. §. hæc quoq. ff. de verb. oblig. p L. cōmuni. §. neq. ff. com. diuid. l. ij. §. fi. cum l. seq. ff. ad exhib. l. & habet. §. pe. ff. de precar. q L. non solùm. §. j. ff. de vsuc. l. certè. §. j. ff. de precar. r D. §. hæc quoq. s L. si id quod. §. j. hoc tit. §. possidere. de interdic. t L. j. §. deijcitur. ff. de vi & vi ar. Bal. l. j. C. com. de vsuc. u L. ij. §. j. ff. pro herede.

SVMMÆ RERVM.

1 *Possessio an à pedibus, vel à sedibus.*
2 *Pedem ponere.*
3 *Etymologia & allusio vocabuli.*
4 *Dominium directum & vtile.*
5 *Traditio quando transferat dominium.*
6 *Ius gentium duplex an sit.*
7 *Feræ in nullius bonis.*
8 *Bello capta cuius sint.*
9 *Insula in mari nata.*
10 *Occupantis quæ fiant.*
11 *Menythrum.*
12 *Possessio quomodo quæratur.*
13 *Apud, dictio.*

Ossessio.[a] Quoniam vera rei cuiusuis tractandæ ratio est, à definitione
proficisci: [a] & prægnoscere, vnde res ipsa, de qua agitur, descendat:[b]
expositurus possessionis tractatum Iurisconsultus, notationem verbi,
quæ finitionis species quædā est: [c] aut (quod verius videtur) etymolo-
giæ loco nominis allusionem iusto ordine præmittit. Nam & ipsa ne-
cessarium habet vsum, inquit Fabius: quoties id, de quo quæritur, eget interpre-
tatione.[d] Itaque possessio, vt Paulus ait, dicta est à pedibus: aut (vt alii legunt) à se- 1
dibus, quasi pedum, vel sedum positio: quia, scilicet, ab eo qui ei incumbit, natura-
liter teneatur: vnde & olim fluxerunt rerum dominia. vt quisque enim rem cum
effectu tenendi, apprehendebat, eius dominus efficiebatur: cuiusce iuris manent
adhuc quædam veluti reliquiæ, in iis, quæ terra, mari, cæloque, aut bello iusto ca-
piuntur: aliisque id genus, quæ simul ac sunt apprehensæ, fiunt occupantis.

A pedibus.[e] Veteres, quorum Accursius meminit, *à sedibus*, legebant: eámque
lectionem vti veriorem sequuntur nouissimi, tum antiqui codicis auctoritate ful-
ti, tum quod cum pedibus nihil habeat cōmune possessio: sed à verbo sedeo, pos-
sidere verbum, vt residere, considere, assidere, & similia, formetur: [e] quos non pa-
rum iuuerint Isidori verba, dum sedium occupationem, Iuris gentium esse ait,[f]
ad id tempus se referens, quo rerum dominia cœperunt distingui.[g] Verùm rece-
ptam literam valde confirmat, quod Paulus infert à possessione quondam cœpis-
se dominium: quia, scilicet, distinctis principio dominiis, quicquid pedibus ani-
mo detinendi calcarent homines, suum facerent.[h] Et quoniam ex pedum posi-
tione, Celsus possessionem euincit: [i] deinde quia *pedem ponere*, boni quique aucto 2
res dixerunt, pro eo quod est in prædiorum possessionibus consistere.[k] Et quo-
niam si à sedibus appellata esset possessio, perperam idem Paulus vnam rem in so-
lidum, à pluribus non posse possideri confirmans, de sedibus exemplum, & simi-
litudinem peteret:[l] quum nullum simile sit idem.[m] Denique quum sedes ibidem
propriè sint, vbi quis rerum suarum summam animo domicilii, & perpetuæ habi-
tationis constituit.[n] Rustica verò prædia, habitationi non destinata, non minus
propriè, quàm ædificia habitandi caussa parata, possideri dicantur; non videtur à
sedibus dicta possessio, sed à pedibus, vt vulgaris habet lectio. Inde tamen perpe-
ram Accursius putauit, rerum mobilium, quòd in iis nullam pedum cerneret po-
sitionem (neque enim crepidæ, soleæ, & alia id genus calceamēta, eius oculis ob-
uersabantur) propriè possessionem non esse. Quæ sententia iamdiu nec immeri-
tò explosa est, quum res quoque mobiles verè possideri dicantur:[o] & perspicuum
facit hoc loco Paulus. & illa ratione res mobiles vsucapionē admittunt:[p] quę nun-
quam sine possessione procedit.[q] Deinde quia ad tuendam earum possessionem,
interdictum vtrobi paratum est. [r] Neque verò pes solum est corporis instrumen-
tum ad quærendam possessionem: sed oculus nonnunquam, [s] & plerumque ma-
nus.[t] Vnde mancipare quasi manu capere, & alterum per manus iniectionem fa-
cere dominum, & possessorem.[u] Manumittere, hoc est, de dominio, possessioné
qu-

a Cicero j. Officior. & de Orator.
b L. j. in princ. ff. de iust. & iur.
c Quintilian. lib. j. Institutio.
d Quintilianus vbi suprà.
e And. Alciatus lib. j. Dispunctio. cap. j.
f c. ius gentium. j. dist.
g L. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.
h Deutero. c. xj.
i L. quod meo. §. pe. hoc tit.
k Cicero pro Cecinna, pro Q. Ligario. ij. Philippica & xiij. ad Atticum.
l L. iij. §. ex cōtrario. ff. de acqu. poss.
m L. quod Nerua. ff. depos. c. capitulum. de rescrip.
n L. in lege. ff. de ver bor. sig. l. ij. C. de incol. lib. x.
o L. iij. §. Nerua. l. rē quæ. l. si quis rem. l. qui vniuersas. §. itē quod mobile. l. peregrè. l. si rem mobilē & l. quorūdā. hoc tit.

p L. vn. C. de vsucap. transfer. §. j. de vsucapio. Inst. q L. sine possessione. ff. de vsucap. r L. vn. ff. vtrobi. §. reti-nēda. cum §. seq. de interd. Inst. s L. quod meo. §. pe. hoc tit. & §. pe. huius l. t §. sequēti. u Cic. lib. ij. de finib.

que nostra dimittere.[x] Mancipia, quòd manu caperentur dicta.[y] & res mancipi, quæ, videlicet, manu capi, & abalienari possunt.[z] Ad pedes autem duntaxat Paulus allusionem retulit primæ nominis origini seruiens: quoniam primùm homines sequuta dominorum distinctione immobilia possidere cœperunt.[a] Quemadmodum & nuptias ab obnubendo constat appellatas. quòd, scilicet, pudoris, & verecundiæ caussa nouæ nuptæ quondam obnuberentur, hoc est, superinducto velo tegerentur & operirentur.[b] qui tamen ritus licet hodie antiquatus sit: non ideo minus propriè, nuptiæ dicũtur. Cur autem non potiùs ab animo (qui & ipse ad quærendam possessionem desideratur,[c] multóque præstantior est corpore)[d] quàm ab aliqua corporis parte denominetur possessio? quum vulgò dicamus, rem à nobiliori caussa nomen accipere?[e] Illud caussæ esse videtur, quòd actus corporis certior sit,[f] animúmque in nostram cognitionem deducat.[g] Neque enim mentes hominum, & cogitationes sine facto extrinseco apparere possunt.[h] Potest & illa addi ratio, quòd animus in acquisitione dominii hæreditatis, cæterarúmq; rerum generaliter exigitur:[i] corporis autem factum specialiter acquisitio possessionis desideret.[k] Ab eo autem denominationem fieri conuenit, quod magis rei proprium est.[l] Sic enim stipulatio non à consensu in omnibus hominum conuentionibus necessariò,[m] sed à verbis, quæ lex peculiariter, & ordine in ea requirit,[n] nomen verborum obligationis habet.[o]

3 *Positio.*[p] Hinc vulgò colligi solet locus ab etymologia, seu interpretatione vocabuli: & ita (vt paucis concludam) tractari, vt argumentum inde rectè ducatur: nisi communis vsus loquendi contradicat[q] (qui quum in omnibus rebus, tum in verbis plurimùm valet)[r] vel etiam definitio.[r] Aut de ratione propriorum nominum tractetur,[s] quæ plerumque temerè recognoscendarum tantùm rerum gratia imponuntur:[t] quamuis rationem in eis aliquam Plato perpendat.[u] & multa in Verris & Chrysogoni nomen M. Cicero facetè sit cauillatus.[x] Denique quum etymologia, seu oratio, vnde fit deductio, generalior sit, & latior, quàm vox ipsa, quæ deducitur, efficax erit argumentũ, si negatiuè petatur, non etiam affirmatiuè.[y] Nam remoto genere remoueri quamlibet eius speciem consequens est.[z] illo verò posito, aut aliqua eius parte non necessariò sequitur speciem, de qua tractatur, poni.[a] Plurimùm quippe (sicuti Quintilianus ait) ad refellendam speciem genus valet, ad probandam minimùm.[b] Rectè igitur dicam, non fit de meo tuum: ergo non est mutuum.[c] non etiam contrà, de meo tuum fit: igitur mutuũ est. quum donatione, venditione, aut simili alienationis genere, quod meum est, tuum fieri possit.[d] Et hæc vbi interpretatione vocabuli ad vocem ipsam ratiocinamur. Nam si è diuerso ab interpretato nomine ad etymologiam, inuertenda quoque erit differendi ratio: vt, scilicet, rectè ducatur argumentum affirmando, non etiam negando. Veluti probè inferam, Mutuum est: igitur de meo tuum.[e] quandoquidem posita specie, genus positum intelligatur.[f] Contrà verò non rectè negando consequitur, Mutuum non est: ergo de meo tuum non fit. quum donatione (quemadmodum dixi) aut simili alienationis titulo, possit fieri de meo tuum.[g] Rursus obtinent prædicta in etymologia, quam M. Cicero ex verbo Græco verbum Latinè reddens, veriloquium interpretatur,[h] diuersum in allusione, quæ quum nec ad rei substantiam, nec ad veritatem respiciat: sed ad solam vocis conso

x L.manumissiones.ff. de inst. & iur.
y L.libertas.§.serui.ff. de stat. hom.
z L.vn.C. de vsucap. transfr.
a Vt hic.
b Genesis xxiiij.c.nec illud.xxx. q.v.c.hæc imago.xxxiij.q.v.
c L.iij. in prin.l.quẽadmodum. hoc tit.
d L.iustissimè.ff. de adil.edic.
e L.queritur.ff.de sta. hom.l.cùm in diuersis.ff. de religios.
f L.si irruptione.§.fi.ff. finiũ regundor.
g L.Labeo.§.idem Tubero.ff. de sup.leg.
h L.de quibus.in fi.ff. de legib.l.si repetendi. C. de cond. ob ca.dat.
i L.hoc iure.§.non potest.ff.de donatio.§.fi.de hered. qual.l.potuit.C.de iur.delib.

k L.iij.§.Nerua.hoc tit. l L.y.ff.de actio.& oblig. m L.j.§.pen.ff.de pact. n L.j.§.verbis.ff. de actio.& oblig. o §.j.de verb.oblig.Inst. p L.liberorum.l.anniculus.ff.de verbo.sign. q L.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de leg.iij.l.Labeo.ff.de sup.leg.c.ex literis.de sponsal. r Bar.l.y.§.appellata.ff.si cert.pet.& hîc. s L.fi.§.non solum.ff.ad municip. t L.si quis in fund.ff.de leg.j.l.ad recognoscendas.C.de inge.§.si quis in nomine.de leg. u Plato in Cratylo. x Cicero in Verrem,& pro Roscio. y Fulg.d.§.appellata & Curtian.hîc. z L.si quid.§.j.ff. de leg.iij. a L.penult.ff. vnd.legit. d.§.j. b Fab.Quintilia.lib.v.cap.x. c D.§. appellata. d L.alienationis.ff.de verbor.sign.l.fina.C.de fund.dotal. e D.§.appellata. f D.l.si quid.§.j. g D.l.alienationis.d.l.finali. h Cicero in Top.

nantiam, & similitudinem referatur.[i] nec vna plerumque sit, sed multiplex.[k] nul-
lum inde (nisi quatenus nominis affinitati, rationis similitudo respondet) necessa-
riò collegeris argumentum. Veluti, quum bona à beando:[l] furtum, à furuo, quod
est nigrum:[m] magistrum à monstrando:[n] conuicium à conuocio, hoc est vocum
collatione:[o] pignus, à pugno:[p] possessionem à positione:[q] territorium, à terren-
do:[r] iisque similia, Iurisconsulti deducta scribunt.

Naturaliter.[d] Id est corporaliter incumbat possessioni.[s]

Dominium.[e] Et illud quidem plenum, verum & absolutum: hoc est, ius liberè 4
de re aliqua, & omni eius vtilitate disponendi.[t] quod commodioris doctrinæ gra-
tia, quum Emphyteusis superficies, ac beneficiorum (quæ feuda vocarunt) vsus in-
ualuisset in Directum, & Vtile, interpretes diduxerunt:[u] Directi nomine proprie-
tatem significantes.[x] quod sic appellarunt ab actione directa, quæ pro eo datur.[y]
Vtilis verò ius percipiendæ cuiusuis, ex re vtilitatis.[z] ob idque, aut propter vtilem
actionem, eius nomine proditam, sic nuncupati: qua de re extensius alibi.[a]

Naturali possessione.[f] Hoc est, corporali rerum apprehensione:[b] quæ ideo cor-
poralis possessio nonnunquam appellata est:[c] ex qua rerum dominia primùm in-
stituta fuisse, vetus illa vox naturæ ostendit. quæ quicquid calcasset planta pedis 5
nostri, cum effectu tenendi, nostrum esse voluit.[d] Hodie tamen titulum præcede-
re oporret, hoc est, caussam idoneam, ad translationem dominii.[e] & vi tituli subse-
qui traditionem à domino,[f] alienare non prohibito.[g] aut eo, qui hac in parte do-
mini vices iure sustinet.[h] alterutrum autem non sufficeret: quemadmodum enim
sola conuentio, aut explicata quoquomodo voluntas dominium non transfert:[i]
sed naturali facto corporis, hoc est, traditione & apprehensione, opus est.[k] ne prin-
cipium illud naturæ, à quo cœpit dominium: alioqui sublatum prorsus videatur.[l]
ita nec nuda traditio, nisi venditio, aut alia legitima caussa præcedat propter quam
ipsa sequatur.[m]

Cepisse.[g] Ergo dominium à iure gentium originem habet.[n] idémque in pos-
sessione dicendum:[o] quamuis eius distinctio in ciuilem & naturalem qualitatem
iuris ciuilis sit inuentum.[p] quemadmodum & liberorum hominum diuisa condi-
tio in ingenuos, & libertinos, naturales, & legitimos.[q] quum autem possessionem
iuris gentium esse dicimus, ad posterius, & secundarium ius (vt vocant) interpre-
tes referri volunt. Nam primarii & antiqui iuris, seruus capax est.[r] quem tamen 6
non possidere constat,[s] & dominium eodem iure introductum, quo possessio:[t]
illius quoque iuris gentium posterioris est inuentum.[u] Primarium autem ius gen
tium appellant, quod ab humani generis initio nulla hominum constitutione,
sed vltroneo vigentis in homine rationis iudicio, cum gentibus simul esse cœpit.[x]
veluti deorum cultus,[y] in parentes pietas & obsequium.[z] in verbis, conuentisque
fides, constantia & veritas,[a] gratiæ relatio,[b] & alia id genus. Ob id naturale quan-
doque dictum:[c] quòd nullis hominum præceptis, sed sola naturæ lege, & æquita-
te constatet.[d] Secundarium verò dicunt, quod non ab initio ita fuit: sed pro emer
gentium rerum vsu, & humani conuictus necessitate ab hominibus societate con
iunctis, posteà constitutum est, aduersus naturalem, etiam quandoque rationem.[e]
veluti

i L. bonorum. l. ager. l. dimissoriæ. l. ingenuy. l. plebs. §. pignus. ff. de verbo. signif.
k L. j. ff. de fur. l. item apud. §. cōuiciū. ff. de iniur. l. cui præcipua. ff. de verbo. signif.
l D. l. bonorum.
m D. l. j. ff. de furt.
n D. l. cui præcipua.
o D. §. cōuicium.
p D. §. pignus.
q Vt hac lege.
r L. pupillus. §. territoriū. ff. de verb. signif.
s L. iij. §. fi. ff. ad exhib. l. communi. §. neque. ff. com. diuid. l. quod seruus. hoc tit.
t L. ex hoc. ff. de iust. & iur.
u Bar. l. si quis vj. §. j. hoc tit.
x L. si procurator. l. cùm in corpus. ff. de acq. re. do.

y L. actrem. ff. de re. vend. z L. j. §. fi. ff. si ag. vectig. l. j. §. quod autē. ff. de superficieb. l. possessores. C. de fund. patr. lib. x. a Dixi lib. vj. Miscell. c. xx. b L. ij. §. quod vulgo. ff. pro hærede. c L. si id quod. §. fi. hoc tit. d c. ius gentium. j. dist. Deutero. xj. Iosue j. & xiiij. e L. nullo. C. de rei vend. f L. traditio. ff. de acq. re. do. g L. j. ff. de cur. furios. h §. vendita. de rer. diuis. i L. si ager. ff. de re. vend. k §. per traditionem. de rer. diuis. Inst. l L. ea, quæ. ff. de acq. re. dom. m L. nunquam nuda. ff. de acq. rer. dom. n L. ex hoc. ff. de iust. & iur. o c. ius naturale. j. dist. p Bar. & alij hîc. q §. fi. de iur. perso. §. liceat igitur. Qui. mo. nat. effi. leg. coll. v. r L. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. s L. quod seruus. hoc tit. t D. c. ius naturale. & hîc. u D. l. ex hoc iure. x L. j. §. j. ff. de acq. re. do. §. singulorum. de rer. diuis. y Cice. j. de legib. & j. de nat. deo. z L. ij. de iust. & iur. a L. j. ff. de pact. l. j. ff. de const. pec. b L. sed & si. §. consuluit. ff. de pet. hæred. c D. §. singulorum. d c. ius naturale. d L. omnes. in fi. ff. de iust. & iur. e §. ius autem. ij. de iur. natur.

veluti quo captiuitates, seruitutes & manumissiones prodierũt:[f] quum anteà omnes homines liberi nascerentur. párque esset, & eadem omnium conditio.[g]

Nos verò acutiores sequuti possessionem iuris quidem gẽtium esse fatemur:[h] at vnum cum illis ius gentium facimus,[i] ne alioqui ineptiæ conuincatur Iurisconsultus, qui de vno simplici iure gentium disserens, nusquam illud in duo, pluráue membra dissecuit.[k] Nec ad rem pertinet, quod Vlpianus antiquum ius gentium dixit:[l] aliquod ita posterius esse præsupponẽs.[m] Nam id respectu iuris ciuilis, non alterius gentium ab Vlpiano scriptum, præcedentia verba demonstrant.[n] Nec sanè gentium ius, quod primarium vocant, propter adiectionem illam, *Antiquum*, intelligi potest: quum de introductis ex posteriore tractet, exempláque subiiciat Iurisconsultus.[o] Adde, quod ex emendatis codicibus liquidò constat, vocem *Antiquum*, eo loco subdititiam esse: quod alibi quoque probaui.[p]

Ad hæc, quum leges vbique nostræ gentium ius illud definiant, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit,[q] planè ridiculum puto, quod Doctores aiunt, aliquod esse ius gentium contra naturæ rationem inductum. Nec me mouerit, quod seruitus constitutio iuris gentium sit, & contra naturam.[r] aliud quippe est natura, & aliud naturæ ratio, vt aliud ius ipsum à ratione iuris.[s] Et graues auctores seruitutem rectè rationi naturæ, maximè consentaneam, pluribus ostendunt.[t] Contra naturam ergo dicitur: quia repugnat natiuo illi statui nostro, quo nos omnes liberos, & æquales natura produxit.[u]

Quod autem dicitur seruum non possidere, ad subtile ciuilis legis constitutum referendum est.[x] quo seruorum status, ad nihilum propè fuit redactus.[y] Ideòque nec suum habere potest,[z] nec ciuiliter possidere.[a] Nam mero iure gẽtium spectato, cum à liberis serui non distinguantur: sed omnes homines æquales sint,[b] seruus vtique possidere naturaliter dicitur.[c] quinimò sese aliis, & alios sibi obligare naturaliter potest.[d]

7 *Capiuntur.*[b] Vt feræ bestiæ, volucres, pisces, cæteráque id genus animalia, quæ quum in nullius bonis sint, naturali ratione fiunt occupantis,[e] vt in eius, scilicet, dominio tandiu maneant, quandiu in eius fuerint potestate.[f] Nam si naturalem receperint libertatem (quia occupatoris oculos iam effugerint, aut eorum difficilis sit persecutio)[g] nullius rursum fiunt. ideóque alteri cuiuis occupanti conceduntur.[h] Vnde & illa solet inter immobilium & mobilium rerum possessionem differentia tradi: quòd harum vilis & abiecta possessio,[i] simul cum amissa custodia perdatur:[k] illarum non item: vtpote quarum ciuilem absens retineat.[l] Sed tamen re subtiliùs appensa nihil videtur constituendum discriminis: quandoquidem mobilium rerum nõ protinus amittatur possessio, quum earum perditur custodia. Sed quum amittitur custodia, simul & facultas apprehendendi:[m] quo casu, etiam possessio rerum soli dubio procul perditur.[n] mecúmque Raphael Cumanus sentit.[o]

Primi.[i] Secùs ergo, si ab alio res istiusmodi occupatæ essent: quia viuariis feræ, auiariis volucres, aut in piscina pisces repositi essent.[p]

8 *Bello capta.*[k] Capta ex hostibus spolia, iure gentium capientis fiunt:[q] quod ad mobilia ciuilis lex, primum restrinxit agros, vrbes, cæteráque immobilia, victricis Reipublicæ, aut principis, cuius nomine bellum geritur, faciens:[r] tãquam ea non milites ipsi particulariter, sed exercitus vniuersus, nomine Reipublicæ, aut prin-

f D. l. ex hoc. d. l. manumissiones. g L. quod attinet. ff. de reg. iur. h d. cap. ius naturale. & hic. i Archid. c. omnes. j. dist. Fran. Aret. hic Alciatus. l. paterfa. ff. de verb. sig. k L. j. §. fi. cum 4. §. sqq. ff. de iust. & iur. l L. j. §. j. ff. de acqu. rer. dom. m L. ideo quia. ff. de legib. n D. l. j. in princ. o D. l. j. § fi. p Dixi in l. frater. col. xij. ff. de cõd. ind. & vj. Miscell. c. vlt. q L. omnes. in fin. ff. de iust. & iur. l. j. ff. de acqu. re. do. §. quod verò. de iur. nat. Instit. r L. libertas. ff. de sta. hom. §. seruitus. de iur. persõ. Inst. s L. quod verò cõtra. cum l. seq.

& l. nulla. ff. de legib. l. quod contra. ff. de reg. iur. t Aristotel. lib. j. Politico. c. iij. & iiij. Augustin. lib. xix. cap. xv. u L. manumissiones. ff. de iust. & iur. L. quod attinet. ff. de reg. iur. x L. stipulatio. §. hac quoque. ff. de verb. oblig. y D. l. quod attinet. z L. acquiritur. §. j. ff. de acq. re. dom. a D. §. hac quoque. b D. l. quod attinet. c L. nec seruus. ff. de pecul. d L. naturaliter. l. si id, quod. ff. de cond. ind. l. seruus. ff. de actio. & oblig. e L. j. §. fi. l. ij. l. iij. ff. de acq. re. dom. f §. feræ. de rer. diuis. g L. naturalem. in prin. ff. de acq. rer. dom. h L. Pomponius. illo tit. d. §. feræ. i L. si rem mobilẽ. hoc tit. k D. l. naturalem. d. l. Pomponius. d. l. feræ. l L. clam. §. fi. hoc tit. m D. l. Pomponius. d. l. naturalem. d. §. feræ. n L. iij. §. Labeo. l. quod meo. §. fin. l. si id quod. §. fi. hoc tit. o D. l. iij. §. Nerua. vbi Ias. p D. l. iij. §. item feras. q L. naturalẽ. §. fi. l. transfugã. ff. de acq. re. do. §. itẽ ea. de re. diuis. Inst. r L. diuus. ff. de iure fis. l. si captiuus. ff. de capt.

cipis, sub quo stipendia meret, cœpisse videatur.[r] Quæ solebant olim victores, deuictis hostibus, militibus, vel limitaneis,[t] vel veteranis,[u] in præmium assignare: nonnunquam gratuitò, hoc est, sine vlla mercedis annuæ præstatione: sed sola fidei militaris obsequii accepta.[x] Vnde beneficia, quæ feuda vocamus: à fide, vel fidelitate sic dicta,[y] originem habuisse, alibi ostendimus.[z] Aliquando sub pensione annui cuiusdam reditus, qui ad futuras Reipublicæ necessitates in ærarium condebatur.[a] Vnde agri vectigales appellati, quorum in iure frequens mentio.[b]

Sed nec omnino res mobiles ius ciuile capientis esse voluit: quippe consignari eas, exercitus duci, aut principi legionis iussit:[c] vt prædam inter milites pro cuiusque meritis, & virtute, distribueret.[d] ne alioqui plus ferrent ignaui, & prædæ magis quàm armis intēti milites, iis qui fortiter & strenuè, pro Republica depugnassent:[e] eiúsque prædæ dux sibi legitimam portionem seruabat,[f] quam hodie militaris (vt accepimus) disciplina, decimam exuuiarum partem facit.

Quod ipsum nos ita semper accipiendum censuimus, vbi spolia à toto simul exercitu, aut ab vna legione, cohortéue militum capta essent.[g] Hæc enim propriè *Præda* dicitur: vt Asconius ostendit.[h] Quæ omnis ad Quæstorem deferri solebat, vt eam publica auctione venderet, & in ærarium pecuniam referret.[i] Quod enim miles vnus, aut plures, quum irruptionem facerent, particulatim hosti, virtute sua detraxerunt: statim (vt mea fert opinio) suum ita faciunt, vt nec princeps, cuius nomine bellum geritur, quicquam in eo iuris habeat:[k] nec vllum expectari ducis arbitrium debeat.[l] Et quidem planè iniustum esset, eis, vel in totum, vel in partem auferre, & eorum à duce rationē haberi, qui in castris sese continuissent.[m]

Sanè verò, quæ priùs hostes ciuibus nostris eripuerunt, si bellica virtute recipimus, capta non videntur.[n] Vnde eis restitui debent, quorum priùs fuêre:[o] quod vt in prædiis, cæterísque rebus soli indubitatum videtur: ita in mobilibus iuris quodam in vrbe Mantua, fuit maximè controuersi.[p] obtentúmq; tandē, & Italiæ moribus, & iudicum sententiis, ne res à Veronēsibus virtute bellica receptas, tenerētur milites veteribus dominis restituere.[q] quum tamen aliud de iure respondendum esset.[r] vbi præsertim res incontinenti ex hostili manu liberatæ fuissent:[s] hoc est, vt militaris disciplina nunc interpretatur antè, quàm apud hostes pernoctassent:[t] aut de iure prius quàm ad locum destinatum, seu in hostium præsidia essent deductæ:[u] alioqui, quum prioris domini esse desierint, summo iure fiunt occupantis.[x] nec potest ea probè petere antiquus dominus sibi reddi, qui acceptum à militibus detrimentum, sarcire non teneretur.[y]

Et hæc vera, præterquam in rebus ad vsum belli necessariis,[z] quæ quum postliminium habeant (nisi tales sint, quæ turpiter amittantur, vt arma)[a] recuperatæ, priorem statim dominum recipiunt, & antiquo statui, restituuntur.[b] Qua ratione Diocletianus (vt mihi quidem videtur) respondit, captos ab hostibus, siue liberos, siue seruos, militum virtute deinde liberatos, statum, quem amiserant per captiuitatem, confestim recipere & ita reddendos veteribus dominis seruos:[c] quia, scilicet, in personis ius sit postliminii.[d]

Quod præterea dicitur res ab hostibus captas, fieri capientium,[e] obtinet, si in bello iusto. Nam quæ in illicito bello capiuntur, aut verius rapiuntur, restitui debent.[f] Bellum autem iustum definiri solet, quod auctoritate principis indictum est

s D. l. si captiuum. §. j. Acc. in l. ij. ff. de capt. t L. in agris. in fi. ff. de acq. rer. dom. Spartia. in Alexandro. u L. item si verberatū. §. j. ff. de re. vēd. l. Lucius. ff. de euictio. x c. j. in qui. ca. feud. amitt. c. j. de capitul. Corrad. y c. j. §. fin. Per quos fiat inuestitur. z Dixi in rub. C. de iur. emphy. a Cic. contra Rullū. & v. Phili. b L. j. §. j. ff. si ag. vectig. l. ei, qui. vbi dixi. ff. de seruitutib. c L. pe. §. j. C. de don. d c. in militare. j. dist. e L. Seruius. ff. quod vi. f D. c. in militare. in fine. g c. dicat aliquis. xxiij. q. v. h Ascon. Padia. in Verrem. l. si captiuum. §. j. ff. de capt. i Plaut. in Captiuo. & in Bacchide. k L. transfugam. ff. de acq. re. dom. l L. naturalem. §. fi. ff. de acq. re. dom. §. item ea. de rer. diuis. m L. pupillus. in fi. ff. Quæ in fraud. cred. n L. ab hostibus. ij. C. de capt. o L. si captiuus. §. j. ff. de capt. p Alex. & Ias. hîc. q Io. And. in addi. Specul. tit. de raptor. in Rub. r D. l. ab hostibus. s L. iij. §. cum igitur. l. qui possessionem. ff. de vi arm. t Angel. d. l. ab hostibus. u L. postliminij. ad fi. prin. l. postliminium. in prin. ff. de capt. l. xij. & v. ff. de furt. x L. Pomponius. ff. de acq. re. do. y L. pe. C. de solutio. z L. ij. ff. de capt. a L. iij. §. miles. ff. de re mil. b D. l. ij. & iij. ff. de capt. c D. l. ab hostibus. d L. hostes. in fi. ff. de capt. §. si ab hostibus. qui. mo. ius pat. pot. sol. e L. naturalem. §. fi. l. transfugam. ff. de acq. rer. dom. §. item ea. de rer. diuis. & hîc. f c. sicut. ij. de iureiur.

est.[g] tametsi ex iniusta caussa.[h] Neque enim leges iustitiam caussæ perpendunt: sed merum factum, an, scilicet, ab habente potestatem, indictum fuerit.[i] Vnde satis est quoquomodo id contingere,[k] vt res captæ capientium fiant:[l] & liberi homines hostium serui efficiantur.[m] Sunt tamen qui vtrumque requirãt: indictum, scilicet, bellum, & ex iusta caussa.[n] propulsandæ nimirùm iniuriæ, aut repetendarum rerum gratia.[o] Quod olim per Legatos, Fœcialésque fieri solebat: quum clarigatum mitterentur, vt alibi ostendi.[p] Quum enim nequeat princeps sine caussa, quem rei suæ dominio rectà priuare:[q] nec per indirectum quidẽ posse debet.[r]

Ego verò caussam quidem desidero, non tamen iustam,[s] nisi credulitate, & opinione militantium.[t] Quod enim nobis nephas, & iniquum fortè videtur, hostes pium, & æquissimum plerumque putant. Quum itaque subditorum partes sint, dicto sui principis audientes esse pro eóque, bene præsumere.[u] non etiam de eius factis scrupulosè disputare.[x] & ipse princeps iusta semper caussa moueri credatur:[y] eo ipso, quòd constat, bellum edicto solemni principis indictum, debet subditis iustum videri,[z] qui proinde non modò res ab hostibus captas, optimo iure suas efficient:[a] sed etiam apud se cogent, captiuos, episcopali, aut alia summa licèt dignitate præcellentes, miseram seruire seruitutem:[b] eorúmque pariter, vt cæterarum rerum, nanciscentur dominium.[c] Nec ideo putandum principem per indirectum rebus suis, quem sine caussa spoliare. siquidem militum credulitas, bona fides, & opinio (quæ talis in dubio præsumitur,[d] caussam ad acquisitionẽ, & translationem dominii iustam, efficiat: vt & alibi sæpè.[e] Nec ignotum principẽ ex caussa posse domininm alterius auferre.[f] Fateor tamen, si euidens sit, & manifestum, iniustè principem arma mouisse, res capientium non fieri,[g] cum bona fide verisimiliter careant:[h] & ex dolo suo, aut resupina etiam existimatione nemo debeat lucrum facere.[i] neque debuerint illi Regem suum in aperta tyrãnide, & violenta iuuare:[k] aut si coactè fortè militauerint, oppressos alterius principis subditos, bonis & fortunis spoliare.[l] Qua ratione crediderim, quum omne bellum inter Christianos euidenter sit iniustum, veluti rectà charitatis præceptum oppugnans,[m] captas in eo res, capientium non fieri:[n] nisi fortè ab his occupentur, qui defensionis, & iniuriæ repellendæ caussà, bellum suscipiunt.[o] Omne enim bellum necessarium (dicebat C. Pontius Samnitum dux) iustum est, & pia arma, quibus nulla, nisi in armis relinquitur spes.[p]

Multò minùs igitur fient inter fideles, qui vtrinque capientur serui:[q] quum omnes lege Dei fratres existãt,[r] & eorum dissensiones plusquam ciuiles sint: quæ neminem libertate priuant.[s] Vnde moribus receptum, vt præstita capienti certa pecunia, captiuo mox potestas fiat, domum repetendi.

Insula in mari nata.[s] Mare natura cunctis patet, omniúmque commune est.[t]

9 Quod ideo, & quæ circa illud sunt, vt litora occupare vnicuique licet:[u] citra tamen vsus publici detrimentum,[x] parique ratione, & ducto de toto ad partem argumento,[y] quæ in mari apparent, & enascuntur insulæ (quum nullius esse credãtur) naturali ratione cedunt occupanti.[z] Emergentes verò in flumine publico, aut eius alueo cohærentes (nam quæ mouentur, nec solum tangunt, à virgultis, putà sustentatæ, publicæ sunt)[a] occupantis quidem efficiuntur, si agri propiùs ripam contingentes, limitati fuerint:[b] hoc est, ex hostium præda militibus in præ-

g L. hostes. ff. de verbo. sig. l. hostes. ff. de capt. vbi Bart. h c. si episcopus. de sup. negl. prælat. in vj. i D. l. hostes. k L. cum seruus. ff. de verb. oblig. l L. postliminium. in prin. ibi per iniuriã. ff. de capt. m L. cùm loca. ff. de religios. d. c. si episcopus. n D. c. sicut. vbi Panor. & Aretin. o c. iustum. c. dominus. xxiij. q. ij. p Dixi. l. sanctum. ff. de re. diuis. q L. vẽditor. §. fin. ff. com præd. l. ij. c. Qui ex ca. serui. r L. scire. §. j. ff. de tutor. & cura. s D. c. si episcopus. cum d. c. iustum. t L. ij. §. circa. ff. de dol. excep. Acc. l. nunquam. ff. de acq re. do. u c. in memoriã. cum sqq. xix. dist. x L. ij. c. de crim. sacril. y L. fi. c. si cõtra ius. Accur. l. relegati. in fi. ff. de pœn. z c. quid culpatur. in fine. xxiij. q. j. a L. naturalē. §. fi. ff. de acq. re. do. b D. l. cùm loca. d. c. si episcopus. c L. libertas. ff. de sta. ho. d L. pe. C. de custho. e D. l. ij. § circa. Acc. d. l. nunquam. f L. item si. §. j. ff. de re. vend. l. Lucius. ff. de custho. Doct. c. quæ in ecclesiarũ. de cõstit. g c. sicut. iij. de iureiur. h L. si fundum. C. de re. vend. l. bona fides. ff. d verb. sig. i L. Seruius. ff. Quod vi. c. sedes. de rescr. k c. Iulian⁹. xj. q. iij. l c. quid culpatur. in fi. xxiij. q. j. m Mat. xxij. n D. c. sicut. o L. vt vim. ff. de iust. & iur. l. scientiã. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. p Liuius lib. ix. q Bart. l. hostes. ff. de capt. r Math. xxiij. c. ad mensam. xj q. iij. s L. si quis. § fi. ff. de capt. t L. vẽditor. ff. com. præd. l. iniuriarũ. §. fi. ff. de iniur. u L. ij. iij. & iiij. ff. de re. diuis. x L. littora. & l. seq. ff. ne quid in loc. pub. y L. quæ de toto. ff. de re. vend. z L. adeò § insula. ff. de acq. re. do. § insula. de rer. diuis. a L. pe. ff. de acq. re. do. b L. j. § si insula. ff. de flumi.

mium,per limites assignati:[c] alioqui eorum fiunt, qui prope ripam, & è regione
fundos habent.[d] Facta pro modo cuiusque prædii diuisione,[e] vt qui fluminis in-
commoda sentiunt,allatam quoque à natura vtilitatem referant:[f] & vbi inunda-
tionis,aut alterius infœlicitatis periculum est,ibi lucrum pariter collocetur.[g]

In litoribus.[m] Alibi ergo quàm in litoribus inuentæ, in priuato putà loco, aut 10
publico etiam itinere non fiunt occupantis: quinimò eas non animo reddendi
tollens,furtum committit.[h] existimare quippe debuit alienas esse, quas suas non
esse cognouit.[i] Vt igitur probi viri fungatur officio,debet publico libello,aut præ-
conio commonefacere populum se inuenisse:& ei,qui suas esse probauerit,conti-
nuò redditurum.[k] neque cum sese dominus offeret, menytrum, hoc est indicii 11
præmium,ab eo honestè petere poterit:[l] quamuis oblatum vltrò, & re iam reddi-
ta,non turpiter accipiat.[m] nemine verò apparente, qui rem suam esse dicat, de-
bet inuentor eam, aut eius æstimationem, Christi pauperibus elargiri, & distri-
buere:[n] nisi ipse quoque prematur inopia. quo casu potest, quod inuenit, velut
Dei munus,& fortunæ beneficium tutò retinere.[o]

Nactus est.[n] Non satis est igitur ad acquisitionem dominii,quem in litore gem 12
mas conspexisse, nisi earum quoque possessionem corporalem apprehendat:[p]
quum & accidere possit,ne capiat.[q] & non ante iure nostro dicantur propriè res
inuentæ,quàm fuerint aliquatenus occupatæ.[r] Vnde lex municipii inuentū cum
armis,aut talis,seu(vt vocant)taxillis,puniens,non eum afficit,qui cum armis,aut
taxillis,visus est, sed non apprehensus.[s] Idémque generaliter statuendum in re-
bus vacantibus,& iis omnibus, quæ in nullius bonis sunt.[t] Tametsi in iis, quæ ab
alio possidentur,volente possessore, naturalis rei apprehensio, necessaria non exi-
stat.Sed satis sit, inductis à lege modis tradendi voluntatem ab eo significari, vt
quæratur,& dominium,& possessio:veluti per exhibitionem,&conspectum rei,[u]
traditionem clauium,[x] aut instrumentorum acquisitionis.[y] Constitutum,[z] signa-
tionem rei venditæ,[a] appositionem custodis,[b] & reseruationem vsusfructus.[c] mo-
dò iis omnibus casibus præcessisse caussam intelligamus ad translationem domi-
nii,vel possessionis idoneam.[d] rursus, à vero possessore, aut illius nomine factam,
illam proficisci traditionem:[e] quum nemo, quod iuris non habet, in alium trans-
ferat.[f] Et (quod ad traditionem clauium attinet) præterea receptum est, non ali-
ter eo modo possessionem quæri, quàm si claues in conspectu rei datæ fuerint.[g]
Nam & Paulus ait res haberi pro traditis, si in re præsenti consenserint contrahen
tes.[h] Nonnullis tamen visum sufficere rem in proximo esse:licèt nō sit oculis sub-
iecta:[i] quum lex traditionem clauium apud horrea fieri,tantùm desideret.[k] *Apud* 13
autem dictio, non tam ad conspectum referatur, quàm ad facultatem habendi
rem.[l] quippe rectè dixerim apud me codicem esse, quem nunc domi habeo.[m]
Rursus quia satis in præsentia rei, imò verò in re ipsa esse intelligitur, qui propè
est.[n] Et quoniam si conspectus rei necessarius foret, frustra traditio clauium exi-
geretur: quum de possessoris voluntate solus rei visus possessionem transferat.[o]
Ampliùs contenderim ego,tametsi res proxima non sit:eius tamen possessionem
datione clauium transferri:[p] quum instrumentorum traditio idipsum efficiat.[q]

Mercium

c L. in agris. ff. de acq. rer. do. Alciat. lib. j. pretermisso.
d Dd. §§. insula.
e L. ergo. § tribus. ff. de acq. rer. do.
f L. j. in princip. ff. de institor. l. secūdum. ff. de reg. iur.
g L. fin. §. penul. C. de fur.
h L. falsus. § qui alienum. ff. de fur.
i L. fin. C. vnde vi.
k D. § qui alienum, in fine.
l L. idem. § fina. ff. de condic. ob turp. caus.
m D. § qui alienum.
n auth. omnes peregrini. ver. j. C. com. de success.
o L. si is, qui. §. j. ff. de acq. rer. dom.
p L. iij. §. Neratius. hoc titul. Accurs. §. item lapilli. de re. diuis. Instit.

q L. naturalem. § illud. ff. de acq. rer. dom. r L. si Barsatoram. C. de fideiusso. s L. quod ait lex. vbi Alber. ff. de adult. d. l. si Barsatoram. vbi Bart. & Doct. t L. j. ff. pro derelict. d. § Neratius. d. § illud. & hic. u L. quod meo. § pen. hac l. § si iussersm. hoc tit. x L. clauibus. ff. de contr. emp. y L. j. C. de donatio. z D. l. quod meo. in prin. a L. quod si neque. ff. de pericul. rei vend. b L. quarundā. hoc tit. c L. quisquis. C. de donatio. d L. nunquam nuda. ff. de acq. rer. dom. e L. quamuis. § j. hoc tit. Oldrad. cons. ccix. f L. traditio. ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus. ff. de reg. iur. g D. l. clauibus. ibi apud horrea. Bart. hic iiij. quæst. princip. h D. § si iusserim. i Alexand. Imol. hic. k D. l. clauibus. l L. qui negotia. ff. mand. l. penes. l. ad apud. ff. de verbo. sign. m L. fina. ff. de offi. præf. vig. n Accurs. l. parui. ff. de cond. furt. o D. l. quod meo. § final. d. § si iusserim. p D. l. clauibus. q L. j. C. de donatio.

Mercium verò, aliarúmque rerum sub horreis, quorum claues traditæ sunt, occlusarum, non aliter transit possessio, quàm si claues apud horrea ipsa datæ fuerint:[r] hoc est in horreis, aut saltem iuxta, seu prope horrea,[s] vt obseruata significanti dictionis *Apud*, ad locum relatæ, natura Papinianus citra cauillum intelligatur.[t]

r D. l. clauibus. *s L. cum pro quo. ff. de in diem vocan. l. de iure. ad princip. ff. ad municipal.* *t D. l. qui negotia. dicta l. penu. dicta l. id apud.*

Integerrimo & amplissimo viro, Ioanni MANSENCALLO, PRIMO TOLOSÆ Præsidi meritissimo, Ioannes Corasius Iurisconsultus S. P. D.

CVM nemo ferè tam sit auersus à Iuris ciuilis studio, illustrissime præses, qui non hanc iuris disciplinam, tam longè ab illa vetere legum Romanarũ effigie discessisse, dolenter admodum, & grauiter ingemiscat: mirum est tam paucos hactenus extitisse, in tanta doctissimorum, & prudentissimorum hominum vbertate, qui & cõmunem hunc omnium dolorem promptum habuerint, & perniciosissimam hanc Republicæ flammam aliqua ex parte restinguere laborarint. Queruntur enim omnes (indignum facinus!) actum esse de Iure ciuili, nisi maturè occurratur. Sed cùm malunt hoc vicinum incendiũ deplorare, quàm sedare, fit, vt quotidie, & latius inualescat, & vsque eò serpat, vt opprimendæ flammæ facultatem expectare dementis sit. Atq; hoc, mehercule, incõmodum non paulo mitius esset, si boni & sapientes quiescerent, & cunctarentur tantum, & non ineptissimi, atque indoctissimi homines, publicam vtilitatem longè maioribus præsidiis, & copiis oppugnarẽt, quàm defenderent eruditi. Nam quis non videt, nouos quotidie inuenustissimos, & fœdissimos commentarios, in lucem edi? Quid frequentius in librariis istis officinis, quàm recẽtis voluminum sylua, diis & musis iratis, natæ? quæ proculdubio simul studiosorum ardorem restinguunt, frangunt animos, virtutemq; debilitant, simul spem melioris conuersionis atque inclinationis penitus adimunt. Nam nescio quomodo indocti, & ignari homines, nutu ad scribendum impelluntur, & ipsi etiam sua sponte incitantur. At qui solidam Iuris ciuilis atq; expressam scientiam sibi pepererunt, sunt quodammodo tardiores, & scribendi euentus ancipites reformidant, neque tantopere ingenio doctrinæq; confidunt, quàm temporibus virtuti inimicis, diffidunt. Paucos admodum video Iuri ciuili vehementer laboranti adiumenti plurimùm, atque ornamenti attulisse: paucioribus factum, consiliumq; suum bene processisse. Certe vt nonminus inuidiæ, quàm gloriæ, ex eo conatu fluxit, ita maiorem vim habet apud eos inuidiæ metus, quam spes laudis atq; gloriæ: cùm fortasse contrà bonorum & prudentum sperata laus allicere, atque inuitare nostra studia potius, quàm barbarorum, & insipientum inuidia consilia retardare, vel inflectere debuisset. Nam cùm certum sit hanc initio susceptam inuidiam, tum magnos Reipublicæ fructus allaturã, tum etiam iis, qui eam libenter subierint, laudi aliquando cessuram: quid peruersius, quam rumusculorum popularium leuitate perterritos, immortalitatem non potius intueri? Quare tametsi scirem, quanti sint illi hodie iuris ciuilis Coriphæi, qui vix aliquando assiduis amicorum precibus flexi, munire viam ad instaurandam iurisprudentiam, multis sibi periculis propositis, studuerint, non solùm eorum eximia ingenij præstantia, non me ab instituto meo deterruit: sed ad maturandũ id, quod alioqui frigidius eram persecuturus, inflammauit. Sic enim cogitabam G. Budæum, A. Alciatum, V. Zasium, scripsisse: non vt eorundem studiorum, earundemq; partium homines, à scribendo abducerent, atque auocarent: sed, vt ineptis mentem, consiliúmque decipiendi extorquerent, sanis autem limatioréque iudicio præditis, animos adderent. Nos itaq; tum eorum exemplo, qui de Iure ciuili bene mereri conati sunt, prouocati, tum studiosorum iuris periniqua conditione commoti, aliquid quoque ex riuulis nostri beneficij, tanquam nostræ in Remp. beneuolentiæ pignus, in eorum vsum emanare voluimus. Quòd si non assequemur, certè laudabunt nostrum in re tam præclara studium, præstánsque in Remp. voluntas. Nos enim longè aliam docendi rationem iis cõmentariis, longè fructuosiorem atq; expeditiorem iuuenibus secuti sumus. Nam quod perturbatum, concisum, diffusum, confragosum, apud iuris interpretes reperi, id in ordinem redegi, perpoliui, vinxi, colligaui: vt (nisi me animus fallit) qui nostra legerint, planissimè hanc iuris ciuilis partem obscurissimam, sint intellecturi, neque ea, quæ à cæteris inornatè, & horridè traduntur, magnopere requisituri. Has autem lucubratiũculas tibi, Præses clarissime, nuncupamus, & dicamus: vt cuius studio, & opera, in Gallia suus iam virtuti splendor, suus Iuri ciuili nitor, redire cœperit: sub eiusdem nomine, hoc opusculum ad communem omnium fructum, atq; vtilitatem conscriptum, in lucem exire, atque in manibus versari incipiat. Quòd si excipies ea fronte, qua munera ex ingenio non ex arcis deprompta soles, perficies: vt qua alacritate ad omnium iuuanda studia sum ingressus, ea non dubitem, alia quæ paro, & molior, perpolire. Tu interim bene vale, & me (vt soles) semper ama. Tolosæ, Kalend. August. M. D. XLII.

IOANNIS CORASII
TOLOSATIS IVRISCONSVLti in §. Nihil commune. L. Naturaliter. ff. De acquirenda possessione, Paraphrasis.

SVMMÆ RERVM.

1 *Possessionis verbum dupliciter accipitur.*
2 *Possess. definitio.*
3 *An sit iuris, vel facti.*
4 *Alciati consideratio subuersa.*
5 *Possessio vnde dicta.*
6 *Possessionis an sint duæ species.*
7 *Commoda possessionis.*
8 *A possessorio an appelletur.*
9 *Dominium quid sit.*
10 *Quid proprietas.*
11 *Actor asserens se dominum, probans vile, an vincat.*
12 *Petitorium & Possessorium, quid sit.*
13 *Possessorium iudicium triplex.*
14 *Possessorium an in præstationibus personalibus reperiatur.*

ANTELVDIA.

Possessionis verbum dupliciter accipitur.

Ene est prius, quàm ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de significatione tituli referre. Quoniam igitur de possessione, & illius acquisitione, & titulus inscribitur, & §. noster loquitur, † sciendum est possessionem (cuius 1 caussa auctore Vlpiano frequentissima est, l. Fulcinius. §. cùm hoc. ff. quib. ex cau. in pos. ea.) dupliciter accipi, & vtrumque Latinè. Interdum enim rem ipsam, seu corpus, vt agrum, fundum, prædium, & sic rei proprietatem significat, l. Imperatores. ff. de serui. rusti. præd. l. medicus. ff. de var. & extraord. cogni. l. viæ sternendæ. ff. de priuileg. vetera. l. filiũ. §. fi. ff. ad municipa. l. interdum. ff. de verbo. sig. l. ij. C. de prob. l. possessiones. C. si quis ignorans rem minor. sine decr. comp. l. cùm res. C. de contrah. emp. c. ex literis. de consue. c. cùm venissent. de eo qui mitt. in possess. c. cùm ad sedem. de resti. spolia. c. quoniam frequenter. §. fi. vt lit. non conte. c. consultationibus. de offi. de leg. c. officii. de pœni. & remis. c. possessiones. xvj. q. j. Et possessiones (inquit Festus, lib. xiiij.) agri sunt latè patẽtes, publici, priuatique: quia non mancipatione, sed vsu tenebantur, & vti quisque occupauerat, colebat. Ideo Matthæi xix. cùm à CHRISTO IESV adolescens admoneretur, vt si vellet perfectus esse, quæcunque habebat venderet, darétque pauperibus. Audiens verbum hoc adolescens, tristis abiit. Erat enim (inquit eo loco Apostolus) multas habens possessiones. Ex Cicerone hoc etiam coniicere licet, is cuius in Paradoxis, Callidi, inquit, æstimatores prata, & areas magni æstimant, quòd ei generi possessionum à nemine noceri potest. Et in Oratione pro Cecinna, Etenim cui perspicuum non sit ad incertum reuocari bona, fortunas, possessiones omnium? Quamobrem non semel decisa est frequens illa quæstio de eo, qui testamento possessiones suas legasset, vt non tãtùm possidendi commodum, sed etiam rei proprietatem legasse intelligatur, d. l. interdum. ff. de verb. signi. facit, l. locorum. de omni agro deser. lib. xj. C. Accipitur secundò possessio, pro iure retinendi, seu conseruãdi illud corpus, Bal. in l. iij. col. ij. C. si à non cõpe. iudi. Et hanc etiam peritissimi ausi non fuerunt definire, vt Accur. testatur in l. stipulatio ista habere licere. §. hæc quoque. ff. de verb. obl. qui timor vsque ad tempora Ioann. & Accurs. perdurauit. Ex lectione nem-

ne nempe eorum,aliorúmque, qui poſt eos ſcripſerunt, datas eſſe ſupra quinde-
2 cim definitiones comperies, quarum nullam, præter communem referam. † Ea *Poſſeſſionis*
eſt definitio Ioan.Poſſeſſio eſt ius inſiſtendi, aut retinendi rei. Quod autem addi *definitio.*
ſolet, *Non prohibitæ poßideri*, additio eſt Barto. quam etſi poſteriores ſequuti ſunt,
ipſe ſemper non neceſſariam exiſtimaui. Circa autem alias definitiones non vos
diutiùs remorabor Neque enim(vt Cicero pro Cecinna ait) quicquam opus eſt
verbis,quum ea res, cuius cauſſa verba quæſita ſunt, intelligitur. Idem in Topic.
3 Cùm intelligitur,ait,quid ſignificetur, minus laborandum eſt de nomine. † Pla- *Poſſeſſio an*
nè cum hæc definitio ſupponere videatur poſſeſsionem iuris eſſe, tractemus an *ſit iuris vel*
verum ſit.Et crebriùs receptum eſt poſſeſsionem iuris eſſe, l.peregrè. ff. de acqu. *facti.*
poſſeſ.l.ſi ea res.§.fin.ff.de act.emp.l.homo liber.§.fi.ff.acquiren.rer.do.l.non ideo
minùs.C.de libe.cau.l.nemo.C.de acquiren.poſſeſ.l. ſi quis ad ſe fundum. C.ad l.
Iul.de vi pub.idque præter tex.rationibus viuaciſſimis confirmatur. Prima, Quo-
niam ſicut ſe habet contractus ad obligationem, ita ingreſſus fundi ad poſſeſſio-
nem.l.quamuis ſaltus.ff.de acquir. poſ. Contractus autem licèt facti ſint, l. conſi-
lio.§.fina.ff.de.curato.furio.producunt tamen obligationem,quæ iuris eſt, l.licèt.
§.ea obligatio.ff.de procu.§.j.de obliga.Inſti.ita actus ille ingrediendi, & poſſeſsio-
nem apprehendendi,licèt facti ſit, vti ad ſenſum patet: poſſeſſio tamen ex illo in-
greſſu producta,eſt iuris.Secunda ratio, Quæ iuris ſunt in ſeruum non cadunt, l.
quòd attinet.ff.de regul.iur.ſed ea,quæ facti ſit,§. ſed cùm factum.de ſtipul. ſeruo.
in Inſti. Poſſeſſio autem non cadit in ſeruo,l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de
verb.oblig.Seruúmque Iuriſcõſ. nominatim dicit non poſſidere, quia iuris ſit poſ-
ſeſſio,l.poſſeſſio.§.j.hoc tit j. Quod intelligo,vt ſibi poſſideat. Nam domino pro-
priè poſſidet,l.j.§.item acquirimus.vbi Barto.in tertia oppoſi. ff. de acquiren. poſ-
ſeſ.Tertia ratio,Per liberam perſonam poſſeſſio ignoranti quæritur, l.j. C. de ac-
quir.poſſeſ.Igitur iuris eſt.quoniam quæ facti ſunt,ignorãtibus nequaquam quæ-
runtur.His optimè confirmatam vides communem opinationem,quæ poſſeſsio-
nem iuris eſſe cenſet.Proinde etiam traditum eſt,vt ſi ſupremus Põtifex cauſſam *Quatuor*
alicui delegauerit, vt de proprietate, & iure ſacerdotii cognoſcat, de poſſeſſione, *perpulchra*
cùm iuris ſit, cognoſcere dubio procul poterit,Innoc. in c.epiſcopi. de reb. eccle. *illationes.*
alie.vel non.Spec.in titu.de reſcript.præſentatione.§. ratione formæ. col.iij.Bald.
in l.iubemus. ij.§.ſanè in fin. per illum text. C. de ſacr. ſan.eccl. & in l.ſi de pro-
prietate.col.vlti. C.ſi à non compe. iudi. & in l. ſi mulier.§. qui poſſeſſionem. ff.
quod met.cauſ.& in l.j.ff.de conſti.princip.Fel.in Rubri.de reſcript. col.iij. A-
liud etiam ex prædictis tradi ſolet: quòd ſi à ſummo Pontifice clerico conceſſum *Altera il-*
ſit,vt de quæſitis ex iuribus ſacerdotiorum (quæ nos parum Latinè beneficia ec- *latio.*
cleſiaſtica dicimus)teſtari poſsit,non modò de fructibus,ſed & de pẽſionibus quę-
ſitis ex poſſeſsione, ſeu prædiis beneficiorum teſtabitur:cùm poſſeſſio iuris ſit,A-
lex.conſi.xv.vol.ij. Infertur tertio, quòd ſi actor in libello rem ad ſe pertinere *Tertia illa-*
dicat, ratione iuris, quod in illa habet, ſi poſſeſſionem poſteà tantummodò pro- *tio.*
bet,nihilominùs debet obtinere: cùm poſſeſſio iuris ſit.Claud.Seyſellius in l.j. co-
lum.ij.ff.de acquiren.poſſeſ. Infertur quartò, quòd ſubrogatus in litem, & ius,
quod competebat defuncto, cenſetur, & ad poſſeſsionem (cùm iuris ſit) ſubroga-
tus,etiam ſi in gratia nihil exprimatur, Rot.deciſ.lxiij.in nouis. Cæterùm,quòd
non iuris,ſed facti ſit poſſeſsio,permulti textus,cùm primis vrgent,l.j.§. ſi vir. & l.
poſſeſſionem pupillum,ff.de acquiren.poſſeſ.l. denique.ff.ex qui.cau .maior.l.j.§.
Scæuola.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fuer.& l.bonæ fidei.ff.de acquir. rerum do. Præ-
tereà hoc iuuatur ratione nequaquam contemnenda. Nam cum tria poſſeſſionis
eſſentialia facti ſint,corpus,animus,& res ipſa, quo pacto fieri poteſt, vt poſſeſsio,
quæ ex illis creatur iuris ſit? Nam quòd corpus facti ſit,ad ſenſum patet, & nemo
negauerit.De animo,eſt tex.in l.bonæ fidei.§. penul.ff. de acqui.re.do. quem in e-
am ſententiam adnotauit Bar.in l.ſi is,qui.pro emptore. col.v. ff. de vſuc. etſi non

desint, qui eum tex. non intelligentes, id ex eo nequaquam probari suadeant. De
re ipsa hoc plusquam manifestum est. Denique hanc sententiam Iauoleni consti-
tutio expressim probare videtur. Cùm hæredes, inquit, instituti sumus, adita hæ-
reditate, omnia quidem iura ad nos transeunt: possessio autem, nisi naturaliter
comprehensa sit, ad nos non pertinet, l. cùm hæredes. ff. de acquir. pos. Non est er-
go iuris, sed facti possessio: cùm non, quemadmodum iura, transeat. Et huic opi-

Defenditur communis opinio.

nioni ego aliquando sum adstipulatus. Nunc tamen verissima mihi videtur com-
munis, quòd possessio iuris sit. Neque enim consideramus possessionem, vt in es-
se producitur, sed vt est in esse producta, Bart. in l. j. col. ij. ff. de acquir. pos. Et non
quærimus de actu illo corporali insistendi, quærendi, seu apprehendendi posses-
sionem, vel de vsu rei à iure separato, qui facti est, l. quæstio. ff. de verb. sig. l. nec v-
tilem, ff. ex quib. caus. maio. Et ita interpretandæ sunt leges, quas paulò antè cita-
uimus, aliæque, si quæ sint, dicentes possessionem facti esse. Sed quæramus v-
trùm postquam possessio creata est, cùm pro illa corporali apprehensione conset-
uanda, retinenda, & defendenda ius causatum sit, quod possessio appellatur, an,
in quã, tunc iuris sit possessio? ex Barto. in l. j. §. si vir. ff. de acquir. pos. Et tunc nemo
eam iuris esse negauerit: cùm hoc expressè tex. quem nemo interpretum citat, vo-
luerit in l. ab executione, ibi, iure fundi. C. quo. app. non recip. Neque est absur-
dum, vt omnia, quæ possessionem creant, facti sint, possessio autem iuris. Quem-
admodum neque inconueniens est, vt obligatio iuris sit, §. j. de oblig. cùm tamen
verba, tractatus, consensus & contractus, ex quibus enascitur, sint facti, l. consilio.

Explicata l. cum hæredes.

ff. de cura. furio. Nam & asina mulum parit. Confirmat autem communem opi-
nionem, d. l. cùm hæredes. tantùm abest, vt illi aduersetur. Nam vult omnia iura,
possessione excepta, ad hæredes. sola aditione transire. Ergo possessio iuris est.

Considerationes Alciat. explosæ.

Nam exceptio de regula esse debet, l. nã quòd liquidæ, §. fi. ff. de penu. lega. † Ad 4
hæc non me mouent quæ Alcia. vir memoria nostra, in ciuili philosophia cele-
bratus scripsit in l. quæstio. ff. de verb. sig. & in l. quinque pedum. col. xiiij. C. fini.
reg. ridens eos, & summè ridiculos appellans, qui acquisitionem, retentionem, &
amissionem possessionis distinguunt: cùm hi actus manifestè ab ipsa possessione
differant, quemadmodum natiuitas, vita, & mors hominis ab homine differunt.
nec qui nascendo homo fuit, moriendo est asinus, ne dicamus quæsitam à princi-
pio substantiam amitti, nec in ea qualitate rem persistere, quam prima origine as-
sumpsit. Nam non tam inepti fuerunt Doctores, vt nihil constituerenr discrimi-
nis inrer acquisitionem, retentionémque rei, & rem ipsam. Sed quia â plerisque
confundebantur hæc omnia possessionem pro actu quærendi, & retinendi acci-
pientes, deindustria distinxerunt, & aptissimè separauerunt. At cùm absurdum
putat Alcia. tem, cùm producitur, & retinetur, diuersam esse ab eadem cùm pro-
ducta est, verum est substantia: at natura, & qualitate, nemo est, qui non videat in-
gens esse discrimen. Alia est quippe fœtus in vtero natura, alia infantis in cunabu
lis, & alia hominis perfecti. Sic videri non debet Alciato alienum, si quo tempore
possessio quæritur (cùm maximè actum illum quærendi, & retinendi considere-
mus) facti sit, in esse verò perducta iuris. Nam & stipulatio cùm producitur, facti
est, l. v. §. stipulatio. ff. de ver. obl. In esse verò producta, iuris, l. si vnus. §. pactus ne pe
terer. ff. de pactis.

Possessio vnde dicta. Ratio Bal.

Porrò † possessio à pedibus appellata est, quasi pedum positio, l. j. ff. de acq. pos. 5
Cur autem à pedibus potiùs, quàm ab alia corporis parte, tres à docentibus ratio-
nes afferuntur. Prima Bal. fuit, quia pedes sunt totius corporis firmum sustentacu-
lum ad reliquum corpus, tanquam bases ad columnas (quæ in aere stare non pos-
sunt) se habentes. Quæ ratio, & si ab aliquibus mordeatur, propterea quòd etiam
manu, oculis, aspectu, quæramus possessionem, l. j. §. j. & §. si iusserim. ff. de acq. pos.
defendi tamen potest, ideo potiùs à pedibus nomen desumpsisse, quòd magis, imò
semper sint necessarii ad apprehensionem possessionis, quòd non est in oculis, aut
mani-

manibus.Altera est ratio Pau. Cast.quoniam quæ pedibus quæritur possessio, dignior est.quandoquidem pedibus immobilium rerum possessio quæratur, manibus autem mobilium duntaxat,quarum possessio vilis est, & abiecta, l. si rem mobilem.ff.de acquirẽ.pos. Tertia fuit ratio Azo. vt dicatur possessio à pedibus,quia ab illis processit origo possessionis. Quod enim calcabat pes tuus, tuum erat iure primæuo.Quam rationem recentiores subuertere conantur: quoniam non conueniat possessioni mobilium.Ideo rationem Bald. sequuntur. Ego tamen si aliud non obstaret, Azo.rationem meliorem crederem cæteris. Neque obstat,quod de rerum mobilium possessione obiicitur. Quoniam æquius fuit, vt à rerum immobilium caussa tanquam digniori,quàm à vili rerum mobilium possessio nomen caperet.Cæterùm Alcia.lib.dispunc.j.cap.j.vulgarem lectionem,d.l.j.ff. de acquirẽ. pos.deprauatam esse affirmat, atque sic esse legendum vetustissimi codicis fretus auctoritate censet, Possessio appellata est à sedibus, & (vt Labeo ait) quasi positio: Quia naturaliter tenetur ab eo, qui insistit, neque hoc verbũ possessio quicquam commune habet cum pedibus,sed potius cum hoc verbo sedeo: à quo verbũ possidere,& cætera similia,vt assidere,considere,residere, dissidere formantur. Quapropter vana,& inanis redditur scribentium disputatio præcedens, cùm futiliter certant,cur potius à pedibus,quàm ab alia corporis parte nomen desumpserit.

Ratio Pau. Castren.

Ratio Azo.

Opin. Alc.

6 †Quotuplex autem sit possessio apud Doctores adeò ambiguum, & inextricabile fuit,vt vix certa doctrina ex eorum dictis colligi possit. Nam alii,vt Ioann.Accurs.& Dinus duplicem esse possessionis speciem dixerunt.Naturalis,quæ animo & corpore acquiritur,& retinetur:Ciuilis,quæ animo conseruatur,per l.qui legatorum.§.quod vulgò.ff.pro hæred.l.j.§.deiicitur.ff.de vi,& vi arma.l.iij.§.fin.ff. ad exhiben.& l.pupillus.ff.de acquir.re.do.Et hæc est communis sententia,cui assentitur Bal.in c.cæterùm.col.vj.de iudic. cùm docet duplicem esse possessionem: alteram,per quam homo est in possessione,& ista dicitur naturalis:alteram, quæ est in ipso homine,& hæc ciuilis est.Eam etiam non parum iuuat l. clàm possidere.§. qui ad nundinas,iuncta l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.pos.vbi qui, absente domino,possessionem ingreditur, posses. nanciscitur, absens quoque dominus possessionem retinet.Igitur duæ sunt possessiones. quandoquidem eadem possessione simul,eodémque tempore possidere nequeant, d.l.iij.§. ex contrario.l. si vt certo. §.si duobus vehiculum.ff.commo.Alii verò triplicem esse possessionis speciem docuerunt, ciuilem,que retinetur animo, naturalem,quæ corpore,quam etiam habent vsufructuarius,& similes personæ,l.naturaliter.in princ.ff.de acquirẽ.pos.& corporalem,quam quærit ingressus possessionem,domino absente,l. si id,quod.§. fi.ff.de acquir.pos.Bart.in l.vnic.§.fin.C.vti.pos.Bar.& Rom.in d.l.j.ff.de acquirẽ. pos.Petr.Ancha.in c.pastoralis.de cau.pos.& proprie. Alii verò addunt quartam, scilicet ciuilissimam,quæ legis municipalis,aut consuetudinis ministerio sine vlla apprehensione quæritur,Bald.in l.fi.colum.iij.versic.vnum tamẽ.C.de sacrosanc. eccle.dicens de hac specie possessionis esse vnicum text. in c.ex literis, de consuetu.quam etiam alibi idem Bald.artificialem dicit in Rubri. de cau.pos.& proprie. Azo verò vnam tantùm esse possessionem, scilicet naturalem, quæ interdum per legis approbationem ciuilis appellatur, existimauit,vt refert Accurs.in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum,ff.commod.& in l.licèt.ff.de acquirẽ. pos. Nam & Iurisconsultus in summa,inquit,magis vnum genus est possidendi,l.iij.§. genera. ff.de acquir.pos. Quod autem Legistæ dicunt genus, Dialectici speciem appellant, & quod nos speciem,ipsi indiuiduum,Barto.in l.legato generaliter.ff.de lega.j. & in l.ij.§.mutui datio.ff.de rebus credi.& in l.Mæuius,§.duobus,ff.de legat. ij. Adde, quòd alibi Iurisconsultus eandem esse possessionem, quæ animo retinetur cum ea,quæ corpore tradere videtur,cùm inquit,Ademisti enim ei possessionẽ, quam animo retinebat,etsi non corpore,l.j.§.siue autem,ff.de vi,& vi arma. Denique, si duæ essent possesiones specie differentes,vnus vnam, & alter alterã habere pos-

An plures sint species possessionis.

Opin. Bar.

Naturalis.

Corporalis.

Ciuilissima possessio.

Opin. Azo.

seu tieque eadem res à diuersis possideretur contra l.iij.§. ex contrario.ff.de acquiren.poss.Contra naturam quippe est,vt,cùm aliquid ego teneam,tu quoque id tenere videaris. Non enim (inquit illic Iul. Paulus Iurisconsultus) eadem possessio magis apud duos esse potest, quàm vt tu stare videaris in eodem loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.Et hanc Azon. opinationem ego amplector; firmitérque teneo vnam tantùm esse possessionem, scilicet naturalem: quæ per approbationem legis, interdum ciuilis dicitur, non quòd specie differat: quanquam illi à lege ciuili noua forma,& qualitas detur. Qualitates nempe accidentales rem specie non faciunt differre, Accur.in l.fin.§.quoties.ff.de.publican. & in §.fin.de iure perso.Instit.quemadmodum in homine videre licet,qui quamuis infantiæ tempore hebes, & obtusus fit, ingruente tamen ætate fit doctus, & prudens:sicque ei noua qualitas adiicitur, quæ tamen non facit, vt specie diuersus sit ab eo, qui erat infantiæ tempore. His consentit Alciat. in d.l.quinque pedum:dum scribit possessionem naturalem facti esse, ciuilem verò iuris: non quòd diuersæ sint omnino species, sed quòd qualitas ciuilis interpretationis, ipsi naturali accedens facit, vt ciuilis nomen accipiat. Conclude ergo vnam tantùm esse possessionem,diuersos tamen modos possidendi,dicta l.iij.§.genera.ff.de acquirē. possessione. Alter enim quia emit, possidet pro emptore: alter quia ei donatum est,pro donato,alius pro hærede:alius etiam corpore,alius animo:non quòd ii modi constituant inter se substantiales differentias,sicut etiam omnes vna morte perimus,quanquam diuersis modis. Nam alii gladio confodiuntur, & trucidantur, alii naufragio pereunt,alii veneno necantur,alii igne concremantur:vt eleganter & doctè de more suo Horatius in Odis describit,lib.j.

Sed omnes vna manet mors,
Et calcanda semel via leti.
Dant alios Furiæ toruo spectacula Marti,
Exitio est auidis mare nautis.
Mista senum,ac iuuenum densantur funera,nullum
Sæua caput Proserpina fugit.
Me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit vndis.

Probatur Azo. sententia.

Commoda possessionis

Cùm autem longè commodius sit possidere,quàm petere, §.retinendæ, de interdict.Instit.Ideóque Accursius eos,qui tenent,& possident,beatos appellauit in §.si tres,vel plures,de pace tenenda,& eius violat.in Feud. Qui autem sint fructus, quæue commoda possessionis, breuiter attingamus. Et per plura Accursius, & Baldus in c.j. de contentio. inter dominum & fidel.de inuestit.feud. in Feud. cæterique Doctores in locis communibus congesserunt. Horum illud primum est.Quia cùm possessio aduersarium actorem faciat, l.vnic.C. de alienatione iudi. mutandi caussa fact.actore non probante, qui possidet,obtinebit, dicto §.retinendæ,& c.sæpe,de restitutione spoliatorum. Ad quæ videndi sunt scriptores in l.qui accusare.C.de edendo.& in c.vnic.post glos.vt ecclesiastica beneficia. Secundus fructus possessionis est: quia in pari caussa pro possessore iudicari solet, c.si à sede. de præbendis,in sexto,c.in pari.de regulis iuris,eodem libro. Proinde singulariter Bartolus in l.j.§.non autem.ff.de bonorum possessi.secúdum tabulas docet, quòd si producantur duo testamenta eodem die confecta, qui in altero hæres scriptus possidet,anteponendus est.Debet quippe probare actor testamentum suum posterius factum esse,qui non probans succumbit,l.eum actum.vbi Accursius, ff.de negotiis gestis,l.non solùm.§.sed vt probari. ff.de noui ope. nūtiatione, l.matrem. C.de probationibus.Adde quod Baldus in cap.capitulum sanctæ crucis.de rescriptis,docuit.Si duo,inquit,impetrauerunt à Papa, vel Rege idem officium,neuter debet admitti, quòd si alter possideat, pro illo erit iudicandum. Eò nempe quòd possidet,plus iuris habere intelligitur,l.j.in fine iuncta. l.ij.ff. vti possid. Sed neq; illud

Impetrantis officia.

illud omittendum est, quod Glos.sing. in canone nulli.xij. q.v.prodidit, si Rector ecclesiæ decedat, quæraturque an quæsita sint ex clerici patrimonio, vel redditibus ecclesiæ, pro eo præsumi, qui est in possessione. Proinde consanguineus possidens, ecclesiæ est præferendus. Sequitur Barbatius plura de more accruatim cumulans consi.xxiij.colum.penult.volu.j. Adde præclaram Bartol. decisionem in l. si inter.ff.de reb.dub.

III Tertium commodum est, quia grauat onere probandi aduersarium, l.circa.ff.de prob at.l.liberis.§.finali.ff. de liberali caus.l.ob maritorũ. C.ne vxor pro marito. Quid autem sit in quasi possessione, videndus est Bartol. quique post eum scripserunt, in l. si prius.colum.viij.ff.de noui ope.nuntia. Communis conclusio est, vt quasi possessio alicuius iuris releuet quem ab onere probandi. Proinde si quis est in quasi possessione ingenuitatis, & ego eum cõtendam seruum meum, teneor probare, d.l.circa.quod intellige, si ea quasi possessio bona fide habita sit: secùs, si mala, l.igitur.§. potest.ff. de liber. cau.l. eam quæ. vbi Bald.

IIII C.illo titu. Quarta vtilitas est, quia duobus habẽtibus caussam ab vno, qui possidet, aut is, cui prius res tradita est, præfertur, l.si ea res.§. fin. ff. de actio.empt. l.si. ue autem.§.si duobus. ff. de publicia.l. quoties. C.de rei vendi. quod in spiritualibus non obtinet, in matrimoniis putà. Quoniam si quis vxores duas per verba præsentis temporis desponsauerit, prima vera vxor est, quamuis non prima, sed secunda cognita sit, c.si.de spon.duo. Nuptias etenim non concubitus, sed consensus facit, l.nuptias.ff.de regu.iur. Idem in sacerdotiis (quæ nos, quemadmodum non semel admonui, barbarè beneficia appellamus) pluribus quippe impetrantibus in eadem ecclesia regulare est, vt prior impetrans præferatur. cap.capitulum. vbi fusè Felinus de rescriptis.c.tibi, qui. illo tit.in vj.

V Quintus fructus est, quia possidens præsumitur dominus, l.sicuti.§.sed & si quæratur. vbi Accurs.ff.si serui. vendicet, l.j.ff. famil.ercis.& ex possessione sacerdotii præsumitur titulus. Clem.j. vt lit.penden. Hunc autem fructum intelligo, si dominium deducatur in iudicio incidenter: secùs, si principaliter: quia agatur rei vendicatione. Quoniam tũc debet probari directò de iure gentium, vel ciuili.l.in rem.ff. de rei vendica. l. ita vt si fur. vbi Accurs.ff.commod.Accurs.in l.cùm res.C.de probat. Hæc vera esse declarant illic Docto. præsertim Salic. si dominium deducatur in iudicio principaliter agendo. Nam si excipiendo, siquidem ante intentionem actoris fundatam possessor præsumitur dominus, l.ij.C.ne vxor pro marit. Cæterùm, post intentionem actoris fundatam, non sufficit ad probãdum dominium exceptum probare solam possessionem, l.siue possidetis.C.de probat. *Possidens quãdo præsumatur dominus.*

VI Sextum commodum possessionis est, quoniam si res immobiles possideãtur, tollitur suspicio fugæ, & releuatur quis ab onere satisdandi, vt iudicio sistat, l.sciendum.in princip.ff.qui satis.cogan.

VII Septimum, quia possessor pignoris habet ius offerendi, l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quib.mod.pig.vel hyp.solui.

VIII Octauum, quia ex possessione caussatur vsucapiendi conditio, l.qui fundum.in princ.ff. pro empt. quæ absque possessione non procedit, c. sine possessione, de reg.iuris.in vj. ex quo in cõsequentiam pet possessionem quæritur dominium, l.traditionibus.C.de pact. Interpretantur tamen Docto. hoc procedere quando ciuilis possessio, vel vtraque interuenit: nam sola naturalis ad præscriptionem non sufficeret, l.acquiritur.§.fi.ff.de acquir.rer. domi. tu vide fusissimè Barto. Alex.Ias.& reliquos, in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.pos.

IX Nonum commodum est, quia ex diuturna, seu longa possessione, præsumitur requisita solemnitas interuenisse. Accurs.in l.si maior.C.communi diui. quæ vult, quòd si fratres pro diuiso bona per longum tempus possederint, licèt nõ appareat de aliqua diuisione inter eos facta, tamen præsumitur. Prosequuntur scribentes in l. sciendum, ff. de ver.obli. Non dissimile est, quòd Innoc. Panor. & cæteri, in c. illud.de præsumpt. docent ex diuturna possessione sacerdotii præsumi, quem legitimè institutum. Imò hodie factam cõstitutionem videmus, quæ, *de pacificis possessoribus decretum*, vulgò dicitur, quia per triennium quicunque sacerdotium possederit, non *Diuisio inter fratres quandoque præsumitur.*

poteſt neque in petitorio, neque poſſeſſorio moleſtari. Quæ conſtitutio tam in Concordat. quàm in Pragmatica Sanctione inſerta eſt, quàm etiam in regul. cancellariæ xvij. † Ex his nonnulli non omnino malè inferunt aduerſum omnium ſen- 8 tentiam, tam de iure Pontificio, quàm ciuili, à ſententia lata ſuper poſſeſſorio appellari, de iure Pontificio expeditum eſt. Glo, in c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpo. Glo. in c. fi. §. de poſſeſſione. ij. q. vj. & in Cle. vni. de ſequeſ. poſ. & fru. De iure verò ciuili ex communi Doctorum ſententia ſecùs, Barto. & alii, in l. ij. ff. de app. recip. per d. §. de poſſeſſione, & l. vni. C. ſi de moment. poſ. Et quia iudicium poſſeſſorium eſt modici præiudicii, d. l. vni. & l. momentaneæ. C. qui leg. perſo. ſtan. in iudi. habe. Bart. in l. admonendi. col. pe. ff. de iureiuran. Sed hoc ex prædictis tollitur: cùm (vti vidiſtis) maxima ſint commoda poſſeſſionis. Ideo cauſſam poſſeſſionis non parui præiudicii. Bart. varians dixit hoc loco. col. pen. idque ego ſequor per tex. in l. j. C. quorum bonorum. iuncta l. Lucius. ff. de condi. & demonſtr. & ſanè intelligo ſi de perdenda poſſeſſione tractetur. Quoniam ſi de exhibēda, leuis eam eſſe præiudicii non diffiteor. Baldus in l. conſentaneum. colum. ij. C. quomod. & quand. ind. Iis ergo, meo periculo, tenebris (etſi alii repugnent) à ſententia lata ſuper poſſeſſione, etiam iure ciuili prouocari poſſe. Nam (vt Imperator inquit) & in maioribus, & in minoribus negotiis appellandi facultas eſt, l. & in maioribus. C. de appel. & in omni cauſſa eſt permiſſa appellatio, niſi expreſſim prohibita reperiatur. Accurſ. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. Præterea, ſi appellare licèt in poſſeſſorio ratione ordinis omiſſi, l. j. C. de appell. cur non ratione iniquitatis ſententiæ? Neque dixeris (vt plerique dicunt) ſententiam latam ſuper poſſeſſione eſſe interlocutoriam, à qua ciuili iure non prouocatur, l. ante ſentētiæ tēpus. C. quo. appel. non recip. Quoniam falſum eſt eorum ſuppoſitum. quandoquidem non interlocutoria, ſed definitiua ſit ſententia ſuper poſſeſſione lata, c. fin. de iudi. Cle. j. de ſequeſtr. poſ. & fruct. Accurſ. in l. quod iuſſit. ff. de re iudic. Accurſ. in d. l. vnic. C. ſi de momenta. poſ. Barto. in l. ij. ff. de appella. recipi. Accurſ. & Bartol. in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interl. tum quòd non, niſi libello, & lite conteſtata præcedentibus, feratur, l. fi. C. ſi per vim, vel alio mod. tum etiam quòd eius inſtantia duret triennio, l. properandum. C. de iud. quod non eſſet (inquit Bald. in d. l. vni.) ſi interlocutoria foret: modò tamen principaliter cauſſa poſſeſſorii fuerit intentata, non per viā exceptionis incidenter propoſita, c. ij. de ordi. cog. c. cùm veniſſent. de inſtitu. Et quod dicitur in c. ei, qui. §. de poſſeſſione. ij. q. vj. eam eſſe interlocutoriam, additum fuit ex cerebro, & capite Gratiani, qui legis condendæ non habuit poteſtatem. Quinimò eius dicta, ſicut alterius Doctoris, quotidie reprobantur. Archid. & Panor. in c. ij. col. fin. de reſcrip. & alii in locis communibus adnotauerunt. Præterea & conceſſo, quòd interlocutoria eſſet, adhuc contendi poteſt appellari poſſe: cùm propter difficultatem probandi dominium, apta ſit parere præiudicium irreparabile in definitiua, c. ſæpe. de reſt. ſpo. Quo caſu per manus traditum eſt iure ciuili, etiam ab interlocutoria appellari, l. ij. vbi Barto. ff. de appel. recip. Prædictis autem nō obſtat d. l. vni. C. ſi de momen. poſ. quoniam text. ille non dicit à poſſeſſionis ſententia non appellari, ſed appellationem non impedire executionem. Barto. in l. ij. ff. de appel. recip. Bal. in l. ij. C. de epiſco. audien. Archi. in §. de poſſeſſione. alleg. & hic ſenſus ad eum tex. mea ſententia verior eſt: quanquam Bald. ſibiipſi aduerſans in ea. l. vnic. eum falſum adfirmet. Simile eſt in ſupplicatione aduerſus ſententias Præfect. Prætor. quæ executionem non impedit. authen. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imp. offer. Propterea lata ſentētia ſuper poſſeſſorio maxime recuperandæ iudex, ad quem appellatur, non debet impedire executionem talis redintegrationis, nec concedere literas inhibitorias. Guid. Pap. q. xxxvij.

A poſſeſſorio an appelletur.

Opinio contra alios probata.

Intellect. l. vnic. ſi de momenta. poſſeſ. C.

† Tempeſtiuum autem eſt, vt quid ſit dominium, quid item proprietas, videamus. Neque enim quid ſit proprietas, niſi priùs quid ſit dominium, facilè eſt intel- 9

tel-

Dominium quid sit.

telligere. Dominium (vt primum repetamus) nihil aliud est, quàm ius, quo res
mea est, Bal.in l.iij. colum. ij. C.si à non compet.iudic. aut si mâuis definire cum
Barto.est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur, Barto.in l.
si quis vi.§.differentia.ff.de acquiren.posses.Anchar. in c.pastoralis.de cau.pos.&
ptopric.Cui adstipulari videtur Bald.in l.fœminæ.§.illud.C.de secund.nupt.cùm
docet dominium absolutè dictum nihil aliud esse, quàm plenam proprietatem
cum alienandi potentia, per illum text. refértque se de hoc à domino Papa ali-
quando fuisse interrogatum.Id autem duplex est:nam aliud directum, quod ve-

Dominij diuisio.

rum, ptoprium, & principale dominium est, l. si finita.§.si de vectigalibus.ff. de dã.
infect.authen.si verò dominus.de hæret.C.Aliud est vtile.Hoc autem familiariter
docentes subdiuidunt.Quoniam aliud est tecognoscens directum, quale habent
emphyteutæ, vassalli, & superficiarii, l.j.§.fin.ff.si aget vect. vel emphy.l.j. §. quod
autem.ff.de superfi.Quoddam verò est, quod opponitur, aduersatur, & contradi-
cit directo. & hoc est, quod quæritur ex præsctiptione, ex qua secundum cre-
bram Doctorum opinionem, quæritur vtile duntaxat dominium. Bart.in l.ij.ff.de
vsucap. Accurs. Barto.& cæteri, in authen.nisi tricennale.C.de bonis mater.exce-
ptis casibus nouem, quibus directum etiam quæritut, quos Felin.congerit in Ru-
bric.extra de præscrip. Dicitut autem aduersari directo, quoniam si directus do-
minus agat, vsucapionis exceptione repelletut, l.si quis emptionis. C.de præscri-
ptio.xxx.vel xl.annorum.Et hoc est, quod sub obscuris admodum verbis tradit

Declarata obscura Accurs. verba.

Accurs.in l.si ædes.§.fin.ff.de seruitu.vrba.prædio.& in l.iij.§.ex pluribus.ff. de ac-
quiren.pos.dum ait vtile dominium quæsitum ex præsctiptione, occidere dire-
ctum:hoc est, impedire. Nam sic ea dictio, occidit, interpretanda est, id est, impe-
dit, non autem quòd in totum extinguat. Quoniam, si res vsucapta deueniat ad
manus tertii, directus dominus directi dominii ratione adhuc in terum natura
existentis poterit suam rem ab illo tertio vendicare. deinde si res vsucapta ad di-
rectum dominum rediret, qui vsucœpit, non posset ab eo illam vendicare, d.l. si

Proprietas quid sit.

10 quis emptionis.†Sanè cùm quid sit dominium, intelligas, facilè nũc, quid sit pro-
ptietas, cognosces, si eorum maximè opinioni adnitaris, qui dominium, & pro-
prietatem idem esse censent: in quam sententiam decessisse videntur Bartol. &
Ioan.Plat.in l.locorum.de omni agro deserto, lib.xj. C. Bald. in l.proprietatis. C.
de proba.Panor.in c.j.de caus.pos.& proprie.& in ca.cùm ad monasterium. ij.no-
tab.de stat.monachorum. per l.j.§.huius autem.ff. vti possidetis. & l. cùm satis.de
agri.& cens.lib. xj. C. Ad quorum sententiæ confirmationem ego aliàs citabam
tex.in l.incerti. C.de interdict. vbi quod initio Imperator proprietatem dixerat,
posteà dominium appellat, & text. in l.ordinarii. C.de tei vendi.text.in l. si vsum-

Damnata opinio Bar.

fructum. vbi Accurs. ff.de libe. caus. Cæterùm hæc opinio manifestè falsa est, l.si
procuratot.ff.de acquir.rerum dom.vbi inter dominium, & proprietatem inter-
iicitur copula &, cuius natura est, vt inter diuersa ponatur. Accurs.in Rubri.ff. de
iur.& facti igno.Glos.in ca.querelam.de simo.Confutatur deinde hæc opinio per

Aliud dominiũ aliud proprietas.

l.proprietatis dominium. C.de proba. Nam si idem esset dominium, & proprie-
tas, ineptissima esset illic locutio Imperatoris dicentis, proprietatis dominium.
Perinde enim esset, atque si dixisset, dominii dominium, quod ridiculum est.De-
nique ego præter alios solitus sum eam sententiam confutate per textum in l.si i-

Vera inter proprietatẽ & dominiũ differentia.

ta legatus.§.dominus proprietatis.ff.de vsu, & habit. Vera ergo inter proprietatẽ,
& dominium differentia est. Quia dominium terminus magis latus comprehen-
dit directum, & vtile à directo separatum. Proprietatis autem significatio nuda
est, & stricta, vtpote quæ nunquam nisi directum dominium significet, l.si alii. ff.
de vsufruct.leg.Proinde dicta proprietas, quasi propriè tua. Bald. in l.penult.colũ.
ij.C.si à non compe.iudi.& in cap.j.§.rei autem.de inuestit. de re.alie.fact. in feud.
Idem Bald. in l.cùm res.in fine. C.de proba. verbum istud proprietatis adeò dire-
ctum esse dicit, vt nunquam obliquetur. Saluari autem potest ex prædictis illo-

rum ſententia, qui proprietatem, & dominium idem eſſe dicunt, quippe quòd idem ſint, ſi de directo dominio intelligamus: quemadmodum in dubio intelligendum eſt, l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. Idcirco proprietatem pro dominio accipi auctor eſt Ioann. Fab. in §. omnium. colum. vj. de actio. in Inſtit. † Ne 11 autem hæc noſtra diſceptatio infructuoſa omnino tibi videatur, inferas, quòd ſi actor in libello ſe dominum rei controuerſæ, ſeu contentioſæ aſſeueraret, déque vtili tantùm dominio probaret, non per hoc ſuccumberet: cùm dominium reperiatur non modò directum, ſed vtile. Barto. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurando. & in l. j. ad finem. C. de vſufruct. & idem Barto. in l. ſi mater. §. eandem. colum. penult. ff. de except. rei iudi. & in l. j. colum. pen. ff. de actio. & oblig. Cùm enim actor intentione ambigua, vel oratione vſus eſt, id conſtat accipiendum, quod ei eſt vtilius, l. ſi quis intentione. ff. de iud. modò hoc actor viuẽs declaret. neque enim facultas declarandi verbum ambiguum, tranſit ad hæredes, Accurſ. & Bald. in l. idem Pomp. ſcribit ſi frumentum. §. fin. ff. de rei vend. Accurſ. & reliqui, in l. inter ſtipulãtem. §. ſi Stichum. ff. de verb. obli. not. Felin. in cap. qualiter. in j. de accuſat. ſecùs tamen, ſi dixiſſet ſe proprietarium: quandoquidem proprietatis verbo directum tantum dominium ſignificetur, neque proprietas, niſi directa, reperitur, Bald. in l. ij. ff. de condi. inſti. per l. ſi tibi proprietas. ff. de vſufruc. acereſcen. Ab hac autem Bald. ſententia alii crebrò receſſerunt. Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. Iaſ. in l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. Quoniam proprietas largè, & impropriè ad vtile dominium, imò verò ad poſſeſſionem ſolam refertur, l. interdum. ff. de verbo. ſigni. vt autem libellus ſuſtineatur, verba impropriare cõceſſum eſt, Barto. in l. ſi olei. C. loca propterea quòd prolata in libello verba, cenſeantur prolata in materia larga: ideo largè in fauorem libellantis interpretanda, Panor. in c. Cumana. colum. ij. de elect. & ſatis ſit libellum ſecundum latum verborum ſignificatum libellantis intentionem cõtinere, c. cùm veniſſent. de in integ. reſtit. c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſeſ. & proprie. c. olim. in ij. de reſtitu. ſpolia. c. conſtitutus. de religi. domi. Adde quòd licèt non reperiatur niſi directa proprietas, eſt tamen reperire quaſi proprietatem, Accurſ. in l. ij. §. quædam. ff. de interdict. c. fin. de iudi. & proprietatem anomalam. Bald. in c. vnic. de feud. non habent. prop. nat. in feud. Ego aliàs cùm hunc. §. publicè interpretarer, defenſaui ſententiam Bald. noua ratione, quippe quòd nõ debeat ita fieri libelli interpretatio, vt contineat concluſiuè contrarium, aut longè diuerſum eius, quod narratum eſt. Quia tunc non eſſet deſeruire intentioni libellantis, ſed repugnare, Barto. in l. j. ff. de actio. & obliga. cùm tamen verba intentioni deſeruire oporteat, c. ſecundò requiris. de app. Proinde idem Barto. in l. de quibus. ff. de legi. docuit, vt ſi ſuper conſuetudine, quæ non conſuetudo, ſed ſtatutum eſt, libellum formauerim, debeo ſuccumbere tanquam ineptè proponeris, per l. j. §. ſi autem. ff. ſi menſor falſ. mod. dixe. & l. ij. C. de formu. vtile dominium autem contrarium eſt, aut ſaltem longè diuerſum à proprietate. Præthereà qui deductam in libello cauſſam non probat, ſed aliam ſuccumbere debet, l. habebat. ff. de inſtito. Bart. in l. j. ff. de eden. Adde quòd in fortioribus terminis Bald. in l. qui vſumfructum. ff. ſi vſusfruct. peta. prodidit, vt ſi quis in libello dicat ad ſe rem iure dominii pertinere, & probet tantùm de vſufructu, ſuccumbet, & tamen verbum dominii (vt iam declarauimus) latiùs patet, quàm proprietas: imò vſusfructus (vt Iul. Paulus inquit) in multis caſibus pars dominii eſt, l. iiij. ff. de vſufruct. Nec me mouent prædicta, quia cùm verbum proprietas (vt poſt Bald. in d. l. cùm res diximus) nunquam obliquetur, hoc eſt, nunquam vtile dominium ſignificet. Larga etiam interpretatione adaptari non poteſt verbo proprietatis: vnde neque ad ſuſtinẽdum libellum, talis fiet interpretatio. Specu. in titu. de off. omni. iud. §. deſeruit. colum. vij. Licèt prætereà reperiatur quaſi proprietas: in ea tamen libellus de proprietate loquens non verificatur. Nam & reperitur quaſi dominium (pro quo competit publi-

Actor qui ſe dominum rei dicit & probat tantum vtile.

Impropriare licet verba libelli.

Quaſi proprietas.

Noua ratio

publiciana)quod habet bonæfidei poſſeſſor,habens titulum à non domino,c.Abbate.§.cæterùm.de re iud.in vj.in quo tamen libellus de dominio loquens non verificatur,Bart in l.ſi mater.§.eandem.ff. de excep.rei iud. Porrò (vt colophonem addamus) hodie ſecundum communem practicam, opinio contra Bald. recepta eſt, propterea quòd vulgò ſoleat in libellis adijci clauſula, *Et aliàs libellans deducit omne ius ſibi competens, & competiturum vndecunque, quomodocunque, & qualitercunque*, aut alia ſimilis, quæ efficit (mirabile dictu) vt poſſit quis ex cauſſa probata, licèt non deducta,obtinere,Raph.Cuma.in l.ſi ſtipulatus.§.Chryſogonus. ff.de verbo. oblig.Socin.hîc col.ij.

12 Poſtremò,quoniam de petitorio,& poſſeſſorio dicturi ſumus, adnotandum eſt iudicium (quantum ad materiam noſtram pertinet) duplex eſſe, petitorium, & poſſeſſorium,vt familiariter declarat Accur.in l. momentaneæ C. qui perſo.leg. itan.in iudic.hab. Vt itaque poſſeſſorium,cùm de poſſeſſione,vel adipiſcenda,vel retinenda, vel recuperanda controuertitur, ita petitorium dicitur, cùm de proprietate rei,ſeu dominio tantummodò contenditur,l.qui petitorio.ff. de rei vẽdi. vbi idem Accurſ. exponit iudicium petitorium, id eſt, actio in rem, per l.actio in perſonam. ff. de actio. & obliga. Ex quo non improbabiliter infertur, quòd cùm non ſit petitorium aliquod in actionibus perſonalibus, non erit etiam poſſeſſorium,l.fina.ff.quor.bono. Petitorium quippe, & poſſeſſorium ſunt correlatiua. Vnum autem ex correlatiuis ſine altero eſſe nõ poteſt. Et quia (vt Pedius ait) omnis de poſſeſſione controuerſia,aut ad hoc pertinet,vt quòd non poſſidemus, nobis reſtituatur,aut ad hoc,vt retinere nobis liceat quod poſſidemus, l.j.§. & vt Pe- *Poſſeſſoriũ & petitorium iudicium.*

13 dius.ff.vti poſ. † Poſſeſſorium autem iudicium triplex eſt,Adipiſcendæ,Retinendæ,& Recuperandæ,l.ij.§.quædam.ff.de interdi.§.ſequens, de interd. in Inſti. Glo.familiaris in c.paſtoralis,de cau.poſ.& proprie. hoc eſt, interdictum, ſeu poſſeſſorium remedium aliquod datur pro poſſeſſione nunquam habita adipiſcẽda, aliud pro turbata retinenda,aliud verò pro perdita recuperanda.Bald.in l. incerti iuris.col.vj.C.de interd. Poſſeſſorium ergo adipiſcendæ eſt, quod ad adipiſcẽdam poſſeſſionem,quæ nullo antè tempore fuit adepta,competit:verbi cauſa,in Saluiano interdicto, quorum bonorum, & quorum legatorum. Nam ſi ſemel nactus ſit hæres,vel alius rem,licèt cadat poſſeſſione ſemel apprehenſa,non tamen ampliùs poſſeſſorio adipiſcendæ vti poterit.Glo.ſing.in c.j.de confeſ.in vj. Retinendæ verò,quod pro retinenda. & id duplex eſt, vti poſſidetis, quod pro immobilibus, & vtrobi,quod pro mobilibus datur. Recuperandæ eſt, quod perdita poſſeſſione recuperanda competit,& id etiam duplex.Alterum enim ad res immobiles(quibus quis vi deiectus eſt)datur,& vnde vi appellatur,cuius exemplum eſt apud Ciceronem in Oratione pro Cecinna. Erat enim Cecinna fundo vi deiectus, propterea Prætor interdixerat de vi,id eſt,interdicto,vnde vi conceſſo iuſſerat Ebutium,qui vim fecerat,reſtituere Cecinnam in poſſeſſionem. Alterum, vi bonorum raptorum, quod pro mobilibus vi ablatis cõpetit, l.j.§.illud.ff.de vi,& vi arma. Et familiariter hæc omnia explicat Panor.in cap.paſtoralis.iij.& iiij. colum.de cau.poſ.& proprie. Sunt tamen qui & Iuriſconſultum, & Iuſtinianum dicant deminutum, dum hic in d.§.ſequens.triplex duntaxat eſſe poſſeſſorium docet.quandoquidem & quartum reperiatur,quod conſeruandæ,ſeu confirmandæ poſſeſſionis dicitur, l.j.C.de Carb. edicto. l.iij. §. miſſum. ff. illo titulo, vbi ſi filio impuberi moueatur quæſtio ſtatus, & hæreditatis, beneficio Carboniani edicti in tempus pubertatis differtur quæſtio, mittitúrque (ſi tamen non poſſideat) in poſſeſſionem præſtita cautione. Quòd ſi poſſidere reperiatur, in poſſeſſione (eiuſdem edicti beneficio) continuabitur.ita Bald.in ca.j.§.fina. de prohi.feud. alie. per Loth. poſt Odofr. in d.l.j.Cæterùm Roma.& Alexand.in d.l.j. C. de Carbo.edi. defendunt Imperatorem,dicentes poſſeſſorium illud, quod conſeruandæ Bald. appellat, ſub retinendæ includi,quorum opinationẽ non parum iuuat text. in l.j. §. & vt Pedius. ff. vti

Poſſeſſoriũ iudicium triplex.

Adipiſcẽdæ.

Retinẽdæ.

Recuperãdæ.

Carpitur à nonnullis Imperator.

Defenditur parum tutè à Romano Imperator.

pos. Sed hoc responsum non videtur bonum, cum retinendæ tunc locus sit, cum vtraque pars possidere contendit. alle. §. retinendæ. quod non est in iudicio conseruandæ, in quo agens solus dixit se possessorem. Interdictum præterea retinendæ datur pro turbatione extraiudiciali: Possessorium verò conseruandæ pro turbatione facta in iudicio, vt nemo etiam parum doctus negauerit, testis est etiam Alexand. in l. si finita. in princi. colum. fina. ff. de damno infect. & in consil. v. volu. ij. Quo pacto ergo vnum sub altero includi poterit: cùm sit illorum contraria natura? Planiùs ergo responsum videtur quod ponit Ias. in d. l. j. colum. ij. & sibi impudenter adscribunt hoc loco recentiores, vt hoc interdictum conseruandæ, non sit interdictum, seu possessorium remedium ordinarium: cùm triplex tantùm reperiatur, & hoc non detur inter duos contendentes de possessione, sed sit quoddam extraordinarium interdictum, cuius nulla habetur ratio, aut consideratio, argu. l. iiij. §. j. ff. de fideicommis. liberta. † Porrò ad hæc videmus an in præstationibus 14 personalibus sit reperire possessoriū: verbi causa, præstitisti mihi aliquid annuum pluribus annis, modò præstare recusas, an possim agere possessorio iudicio, vt restituar in possessione percipiendi illud annuum, quo me spolias nunc recusando præstare? Canonistæ omnes tenēt, quòd sic per tex. in ca. querelam. de elect. quem text. ibi ad hoc expresse notant Petr. Ancha. & Panor. Nora, inquiunt, quòd pro annua pensione solita annuatim præstari, si nouiter subtrahatur, potest agi ad ipsius restitutionem, & probata solita præstatione, debet actor reduci in eum statum, in quo primo erat: licèt nihil doceat de proprietate iuris pensionem illam percipiendi. Nam non soluendo solitam pensionem, videtur quis spoliari facultate, seu possessione percipiendi: quemadmodum in simili dicit Inno. in ca. suborta. per illum tex. de re iudi. subditos videri spoliare dominum quasi possessione iurisdictionis eo ipso, quòd domino obedire recusant. Quæ opinio parum tuta videtur, vt non immeritò dixerit Iacob. Rauen. quem citat Cin. in l. si certis annis. in fi. C. de pact. aduersus querelam opus esse querela, sic tacitè innuens perperam fuisse locutum summum Pontificem in d. c. querelam. Nam quod in personalibus actionibus locum habeat possessorium nusquam auditum, nusquam relatum præter quàm à Saturnino, alludit ad verba Vlpiani in l. j. ff. de senat. cùm hæ præstationes personales iura sint personalia, quæ impropriissimè dicuntur possideri, Accur. in l. regulariter. ff. de petit. hæred. Ideóque in eorum iurium personalium præscriptione non est possessio necessaria, vt declarat Barto. in l. sequitur. §. qui viam. ff. de vsuca. Rursus cùm petitorium, & possessorium sint correlatiua, remoto petitorio, remouetur possessorium. Atqui in personalibus præstationibus non est reperire petitorium, §. sic itaque. de acti. in Instit. ergo nec possessorium, vt nihil ex correlatiuorum natura immutetur. Respōdebat Pet. ad d. c. querelam. eum text. non loqui in præstatione personali, sed reali: nempe in præstatione census, hàncque esse veritatem, dicit Cin. in d. l. si certis annis, in fi. Licèt, inquit, & in foro ciuili seruetur erroneus Canonistarum intellectus, etiam per illos Legistas, qui manus habentes extra chartophylacium Iustiniani thesauri, apud mendicantes vadunt meritò mendicatum. Videtur præterea contra hanc opinionem text. expressus in l. fin. ff. quor. bono. vbi interdictum quorum bonorū (quod remedium possessorum est, l. j. ff. quor. bon.) non datur contra debitores personaliter obligatos. & hæc opinio apud me verior est. Contraria tamen in omnibus curiis tam spiritualibus, quàm temporalibus communi vsu seruatur auctore Ioanne Fabro viro, & Legum ciuilium, & Gallicanarum consuetudinum peritissimo, in §. j. in fin. de interdict. in Institu. vbi cum communem vsum Ang. pluribus verbis defendit, & ante eum Ang. Perus. in d. l. si certis. colum. penult. ad quem lectorem remittimus. Verùm iam satis anteludiis datum est. Superest vt ad verborum Vlpiani enarrationem veniamus.

Probat responsum Iason.

Præstationes personales an habeant possessorium.

Canonistarum opinio non vsquequaque tuta.

Canonistarum opinio vsu seruatur.

VLPIA-

VLPIANVS LIB. LXX. AD EDICT.

Nihil commune habet proprietas cum possessione. Et ideo non denegatur ei interdictum vti possidetis, qui cœpit rem vẽdicare. Non enim videtur possessioni renuntiasse, qui rem vendicauit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Casus fictio.*
2 *Ratio dubitandi.*
3 *Communis intellectus confutatio.*
4 *Dissolutus obex fortissimus.*
5 *No.ad §.nihil commune, intellectus.*
6 *Ad no.sensum dubitandi rationes.*
7 *Agere quando propriè actor dicatur.*
8 *Nihil commune habet cum possessione proprietas.*
9 *Quando ad probationem dominii satis sit possessionem probare.*
10 *Explosa omnium sententia.*
11 *Testes nõnunquam publicatis attestationibus producuntur.*
12 *Possessorium in spiritualibus coram iudice seculari agitatur.*
13 *Habent aliquid commune possessio, & proprietas.*
14 *Dominiũ an in incorporalibus cadat: declaratáque l.qui vsumfructum.*
15 *Defenditur ab impugnatione Iaso. Bartolus.*
16 *Improbata dominii finitio à Bar.tradita.*
17 *Ex separatis quando inferatur.*
18 *Interdicere aqua & igni.*
19 *Edictum & interdictum quomodo differant.*
20 *And.Alciat.egregia declaratio.*
21 *Praiudicium quid sit.*
22 *Vendicare quid sit.*
23 *Quæ sint in rei vendicatione necessaria.*
24 *Mulier an sit domina rei dotalis.*
25 *Explicata l.in rebus.C.de iur.dot.*
26 *Quidque in ea re sit regni moribus inductum.*
27 *Rei vendicatio an detur contra ciuiliter possidentem.*
28 *An lata sententia contra ciuiliter possidentem obstet naturaliter possidenti.*
29 *Duæ Doctorum limitationes explosæ.*
30 *Rei vendicatio an detur contra detentatorem.*
31 *Iurisdictio quomodo petatur.*
32 *Episcopus ecclesiam, & laicus ius patronatus vendicant.*
33 *Renuntiari potest possessorio dupliciter.*
34 *No.opinio.*
35 *Verbum pecuniæ, latè patet, sed verbum rei latius.*
36 *No.sensus ad l.rei.ff.de verb.sig.*
37 *Rerum appellatione qui homines veniãt.*
38 *Donans res suas, an nomina debitorum donet.*
39 *Declarata l.si in rem.ff.de rei vendi.*

1 FVndum † meum cùm tu naturaliter possideres, aut detineres, egi cõtra te rei vendicatione, atque ita petitorium iudicium proposui, quo petebam, & me dominum declarari, & possessionem mihi restitui. Mox interdicto retinendæ, vti possidetis, experiri volui, non actualis possessionis ratione (cùm apud me non esset) sed ratione ciuilis: quippe quòd dicerem me ciuiliter possidere, turbarique per tuam naturalem in mea ciuili. Quæsitum est apud Vlpianum an possim. Et ab eo responsum est, quòd cùm nihil habeat commune cum possessione proprietas, non prohibeor ipse, qui petitorium proposui: deinde possessorio retinendæ vti, cui non videor propterea renuntiasse, q; rem vendicauerim. *Specia. §. nihil commune.*
2 †Faciebat autem dubitationem regula cõtrarietatis, nimirum remediorum contrariorum non admittitur cõcursus, l.j.C.de fur.l. contra maiores.C.de inoffi.testa. Atqui petitoriũ iudiciũ, & possessorium retinendæ, ex diametro pugnantia sunt, & cõtraria. Nam qui rei vendicatione vtitur, aduersariũ possidere dicit, qui verò possessorium retinẽdæ proponit, se possessorem affirmat: non igitur eorum iudiciorũ cõcursus admitti, sed vnum post alterum, & ꝓponi, & terminari debet, vel ex cõsilio Iurisconsul. in l.is qui destinauit. ff.de rei *Ratio dubitandi.*

vendic.& in l.ſi de vi,ff.de iudi.& Imperator in l.ordinarii.C.de rei vendic. & in l.
incerti iuris.C.de interdict. Quòd ſi vnum priore loco proponat actor, tanquam
vnum ex contrariis eligens, cenſendus eſt alteri renuntiaſſe.l.poſt diem.ff.de lege
commiſſor.l.commiſſoriæ.C.de pactis inter emptorem,& venditorem. Cæterùm
ſuperat dubitationis cauſam decidēdi ratio, quam hoc loco tradit Vlpianus, nihil
commune habere proprietatem cum poſſeſſione: atque ideo eum poſſeſſionis
cauſam tractare non prohiberi,qui petitorio vſus eſt: cuius propoſitione poſſeſſo-
rio renuntiatum non intelligitur, quòd ſeparata ſit à proprietate poſſeſſio.l.j.§.

Diluit ra. dubitandi.

huius autem.ff.vti poſsidetis. Nec te moueat quod paulò antè dicebamus,petito-
rium, & poſſeſſorium retinendæ eſſe contraria, proindéque cumulari non poſſe,
obſtante regula contrarietatis, quoniam verum eſt, ſi & petitorio & poſſeſſorio a-
gatur, reſpectu vnius & eiuſdem poſſeſſionis, verbi cauſa,ſi agam cõtra te rei ven-
dicatione, quia naturaliter te poſſidere contendam, & deinde agam retinendæ,
quia naturaliter me poſſidere adfirmem: tunc enim veluti contrarius repellor.
Quandoquidem fieri non poſſit, vt plures eadem poſſeſſione, eandem rem inſoli-
dum poſſideant. Contra naturam quippe eſt,vt quum aliquid ego teneo,tu quo-
que id tenere videaris, neque magis eadem poſſeſſio apud duos eſſe poteſt, quàm
vt tu ſtare videaris in eodem loco, in quo ego ſto, vel in quo ego ſedeo, tu ſedere
videaris,dicit iuriſconſultus in l.iij.§.ex contrario.ſuprà hoc titu. At quum ago pe-
titorio ratione poſſeſſionis naturalis, quæ apud te eſt, & deinde retinendæ, ratio-
ne ciuilis, quam apud me eſſe contendo, hic nulla eſt contrarietas. Quamobrem
nec actor ita propoſito petitorio, vti poſſeſſorio prohibetur,& hoc eſt thema.§.no
ſtri ſecundum quintum Accurſ.intellectum,cui omnes indifferēter,(vt Iaſon col.

Contendit cõmunem ſenſum verũ non eſſe.

xviij.tradit,)adſtipulantur. † Verùm ſi nobis aduerſus ſcriptorum omnium tradi- 3
tiones tollere criſtas liceat, & (quod Theocritus in Thaliſia dicebat) iugum ſupe-
rare Oromedontis,contendere auſim hunc ſenſum, neque verbis Vlpiani conue-
nire, neque ex officina & mente Iuriſconſulti vnquam prodiiſſe. Nam quid(quæ-
ſo) diuinatius vel dici, vel excogitari poteſt, quàm quod doctores docent in hoc
text.actorem primùm petitorio egiſſe ratione naturalis poſſeſſionis, aut nudæ de-
tẽtationis, quæ apud reum erat, & deinde poſſeſſorio ratione ciuilis, quam habe-
bat, quum de poſſeſſione vel ciuili, vel naturali, vel etiã nuda detẽtatione, ne ver-
bum quidem vnum in textu legatur? Præterea ſi ex vulgari illa doctorum regula
argumentari liceat, (à nobis tamen refutata in l.ſi teſtamento.C.de impuberum.)
qua traditum eſt legem de dubitabili eſſe debere.l.quod Labeo.ff.de carboniano
edicto.l.j.ff.ad municipal.defendi non poteſt hic omnium intellectus. Nemo ete-
nim niſi omninò inſcius & ignarus eſt, qui neſciat,non videri actorem poſſeſſioni
ciuili,quæ apud ſe eſt,renuntiaſſe, propoſito petitorio ratione naturalis,aut nudæ
detẽtationis: quum hæc prorſus diſſimilia ſint,& ſeparata. Ideóque ad vnius poſi-
tionem,vel remotionem, alterius poſitio, vel remotio ſequi non debet. l. Papinia-
nus exulis.ff.de minorib.l.fin.ff.de calumniato.l.inter ſtipulantem. §.ſacram.ff.de
verb.obligat.l.ſi maritus.j. C.de donatio.inter virum & vxorem. Rurſus,(vt Iaſon
aduertit,) parum congrua eſſet Vlpian. ratio, ſi hic ſenſus verus eſſet, neque ex ea
rectè pronuntiatum illud inferretur,ideo ſcilicet, qui egit petitorio ratione natu-
ralis, non prohibetur agere poſſeſſorio ratione ciuilis: quia nihil commune habet
proprietas cum poſſeſſione. Hæc enim ratio non concludit, ſed illa eſt, quia peti-
torium ex vna cauſa, ſcilicet, naturalis, penes reum conuentum exiſtentis,poſſeſ-
ſorium verò ex alia cauſa, ſcilicet ciuilis, quæ apud agentem erat, propoſitum eſt.
Poſtremò text.hîc de poſſeſſione ſimpliciter verba facit.Poſſeſſionis autem appel-
latione, & ciuilem, & naturalem venire iuris eſt certiſsimi.l.j.§.deiicitur.ff.de vi,

Tractata Bartol. & aliorum difficultas.

& vi arma.Bald.in l.j. C.commun.de vſucapio. His vides communem ſenſum ex-
ploſum,qui(quanquam in ſe verus ſit,nec dubitationẽ habeat) huic tamen textui
non conuenit. † Planè non ſinam arduam illam difficultatem præterfluere, quæ 4

maximè

maximè Bart,& reliquos contorquet. Qui enim fieri potest (inquiunt illi) vt possessorium retinendæ ratione ciuilis possessionis, quæ apud actorem est, cumulari possit: cùm rei vendicatione proposita ab eodẽ, ratione naturalis, quæ apud reum conuentum erat: quum idem actor per possessorium, quod per petitorium consequatur? Nam per rei vendicationem consequitur actor naturalem possessionem, quæ est apud aduersarium. l. qui restituere.& l.officium.ff.de rei vend.& per interdictum, vti possidetis, intẽtatum pro turbatione ciuilis, quæ fit per occupationem naturalis, naturalem quoque adsequitur. Accurs.hic, & in l.clam possidere.§.qui ad nundinas. hoc titu. expeditum autem sit non esse permissam cumulationem actionum, vbi ex diuersis actionibus actor idem consequitur, sed quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantùm quem experiri debere. l. quod in hærede.§.eligere. ff.de tribu. actio.l.quum filius. §. variis. ff. de leg.ij.l.nemo ex his. §.quoties. ff. de regu.iur. Quod dixerunt antiqui verum esse, quando illæ plures actiones ad idem competunt ex eadem causa: secus, si ex diuersis: quoniam tunc cumulantur. Accurs.in l.edita. C. de eden. vt in casu nostro. Nam rei vendicatio proficiscitur ex dominio agentis. l. in rem. ff. de rei vendic. interdum verò, vti possidetis, ex turbatione aduersarij.l.j.§.est igitur.ff.vti possi. Quæ solutio parum tuta est, tum quòd plerique teneant actiones etiam ex diuersis causis, ad idem competentes non cumulari, vt Pet. Cy.& sequaces in d.l.edita. tum etiam quia stante vera contraria opinione, ea non obtinet: cùm illæ plures actiones ex diuersa causa ad idem competentes sic se habent, vt facta executione in vna, impediatur executio in altera, vt Bart. & cæteri notant in d.l.edita. per l.j.§.fin. ff.si fa. fur.fecis.di. Facta autem restitutione naturalis virtute petitorij, impeditur propositio possessorij, & in consequens illius executio. Melius est igitur, vt cum Bart.& posterioribus negemus, petitorium, & possessorium retinendæ hoc casu ad idem competere. Nam qui rei vendicatione agit, petit se dominum declarari, nedum rei restitutionem. Quamobrem & actori probanti res restituitur, & ille dominus declaratur, l.Pomponius.§.sed & si. ff.de procur.l.& ex diuerso.§.j.& vbique.Barto.ff. de rei vendica. Per interdictum verò vti possidetis nudam tantùm possessionis restitutionem consequitur: quanquam & iudex declaret desistendum esse à turba, & molestia facta per occupationẽ naturalis. Præterea tametsi in vtroq; iudicio, & petitorio, & possessorio, possessionis restitutio veniat, diuersimodè tamẽ. Nã in rei vendicatione fit officio iudicis, l.officiũ.ff. de rei vendi. In interdicto autem retinendæ, iure actionis.§.fina.Insti.de interdict. Hæc autem inter se longè, latéq; differre nemo est qui modò scripta Barto. & aliorum legerit in l.j. ff. de iurisditio. omni.iudicum, nesciat. *Vera solutio.*

5 † Reliquum nunc est, vt postquam ostendimus, communem interpretationem huic §.minimè conuenire, quæ sit hoc loco vera mens Vlpiani doceamus.& missis aliis quatuor lecturis, quas Bartolus,& posteriores familiariter prosequuntur,& vt maximè diuinatiuas reiiciunt, declaraui ego quandoque de superiore loco aliter hunc §. atque hactenus à scriptoribus sit explicatus, taléque adhibui iudicium, vt postpositis Bart.Bald. & cæteris interpretibus (quorum tamen & ingenium, & eruditionem semper sum admiratus) sola rationis momenta quæsierim, minimè ratum habens, quod ab iis, quos alioqui probabam iudicatum offendi. Itaque omnes vitaturus procellas, sic Vlpiani verba aliquando sum interpretatus, vt actor, qui rei vendicatione primùm egit, initio possederit, in qua possessione per aduersarium (qui etiam se possidere contendebat) cùm turbaretur, petitorium proposuit: quo non aliò spectabat, quàm vt dominus declararetur, vt declaratus à iudice dominus, mox à turba reus desisteret. Verùm proposito petitorio viam illam difficilem agnoscens, quòd se dominum esse docere oporteret (cuius rei probatio valde difficilis est, vt ait Accursius in l.cùm res. C.de probationibus) expeditiorẽ possessorii viam elegit, scilicet vti possidetis, quæstionis apud Vlpianum fuit, vtrùm hoc fieri posset? & responsum est actorem, qui *Not. ad §. nihil commune, intellectus.*

rei vendicatione experiri cœpit, vti possidetis interdicto vti non prohiberi, vt in
textu. Dices, quo modo datur rei vendicatio posſidenti, cùm hoc ſit contra actio-
nis naturam, quæ ſupponit dominium ex parte agentis, & poſſeſsionem ex parte
rei conuenti, l. vnica. C. de alienatione iudicii mutandi cauſ. fact. cap. examinata.
de iudiciis. Et Vlpianus ait ſemper aduerſus eum, qui poſsidet rem, dari in rem a-
ctionem, l. actionum. ff. de actio. & oblig. Reſponde, poſsidebat etiam reus, quod
vel ex eo patet, quia competit actori vti poſsidetis, interdictum, quod inter duos
ſe poſsidere contendentes datur, l. prima. §. eſt igitur. ff. vti poſsidetis. §. retinēdæ.
de interdictis in Inſtitutionibus. Ratione ergo illius poſſeſsionis, quæ apud aduer-
ſarium erat, duo habuit actor remedia, rei vendicationem, quâ dominus rei con-
trouerſæ declaretur, & vti poſsidetis, interdictum, quo cogeret reum, ſe etiam poſ-
ſidere contendentem, à turba deſiſtere. Actor imprudenter petitorium eligēs (di-

Rationes dubitandi in no. ſenſum.

cit Vlpia.) poſſeſſoriò non præiudicat. † Quanquam pluribus non ſpernendis ra- 6
tionibus contrarium dicendum videretur. Prima, quoniam poſsidebat actor: poſ-
ſidenti autem non datur actio in rem, l. j. §. interdictum autem. ff. vti poſsid. §. om-
nium. de action. ſed huic iam ſatisfactum eſt. Altera, quoniam quando duplici via
alicui ſuccurritur, eligendo vnam, in altera ſibi præiudicium facit, vt quam viam
(inquit Iuriſconſultus) elegero, hæc, non alia, mihi pateat, l. ſi mulier. §. fin. ff. quod
met. cauſ. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tribu. actio. l. cùm filius. §. variis. ff. de le-
gat. ij. His adde, quòd cùm actor viam elegerit petitorii, ius (lite maximè conteſta-
ta) reo quæſitum fuit: idcircóque videbatur ab eo facto actoris extorqueri non
poſſe, l. ſi. ff. de pact. l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verb. ob. Cæterùm (vt hæc om
nia planè, & dilucidè tollantur) conſidera ſuper petitorio, quod priore loco actor
propoſuit, litem non fuiſſe conteſtatam: idque text. in verbo *Cœpit vendicare*, oſten

Agere quādo propriè actor dicatur.

dit. † Nam ante litem conteſtatam actor non dicitur propriè agere, ſed agere vel- 7
le, aut incipere agere, Accurſ. ſing. in l. ſi poſteà. ff. de pecul. Agere enim eſt litem
conteſtari, l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. Bart. in l. nam poſteà. ff. de iureiur.
Proinde cùm nondum lis fuiſſet conteſtata, licuit actori variare, & pœnitere. A-
lioquin traditionem huius text. nequaquam procedere opinarer (etſi Paul. Caſt.
contrà ſentiat) cùm hæc ſit propria actionis mutatio, non etiam cumulatio, li-
cèt interpretes noſtri contrà putauerint. Mutationem autem vſque ad litis con-
teſtationem duntaxat fieri in confeſſo eſt Accurſ. in l. fin. C. de codicil. Bart. & re-
liqui in l. edita. C. de eden. Hinc vides otioſè ſcriptores noſtros hoc loco de petito-
rii & poſſeſſorii cumulatione diſceptaſſe, cùm non de horum iudiciorum concur
ſu, ſed de propoſiti iudicii mutatione verba faciat Iuriſconſultus.

Nihil commune. † Tradit hoc loco Vlpia. illud vulgare, proprietatem, ſeu domi- 8
nij cauſam nihil commune habere cum poſſeſsione. Ideóque alibi idem Vlpiano
ſeparata, inquit, debet eſſe poſſeſsio à proprietate, l. j. §. huius autem. ff. vti poſside.
Hinc permultæ effluunt deciſiones, quarum bonam partem hîc recentiores con-
gerunt. Primùm infertur eum, qui interdicto de poſſeſsione egit, ſi poſteà in rem
agat, non repelli per exceptionem, quoniam in interdicto poſſeſsio, in hac actio-
ne proprietas vertitur, l. & an eadem. §. fina. ff. de except. rei iudica. qua de re ego
fuſè dicam in ſecunda regula. Infertur deinde ex ſola poſſeſsione dominium non

Probata poſſeſſione, an probatū dominium ſit.

probari. Accurſi. & cæteri, in l. cùm res. C. de probatio. † Quoniam verò huius tra- 9
ditionis vſus frequens, & neceſſarius eſt, vt planè intelligas, quando probata poſ-
ſeſsione, præſumatur, vel intelligatur probatum dominium, facito ſequentes re-
gulas ex Bart. ſententia, in l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſtitu. Prima erit hæc,
Si dominium deducitur in iudicium principaliter, & per modum actionis, ad il-
lius probationem non ſatis eſt poſſeſſionem probare, ſed directò probandum eſt,
l. in rem. ff. de rei vendi. aliàs reus abſoluetur. l. ſi. C. de rei vendica. Plus dicit Inno-
cen. in c. illud. in fin. de præſump. quòd poſſeſsio continuata aliquo tempore, tan-
quam à domino, & cum fama viciniæ de dominio, non probat dominium. Vnde
ſi quis

ſiquis ptobauerit ſe poſſediſſe domum, prædium, aut aliam rem certo tempore
pro ſua,& ſuper hòc famam viciniæ habeat,non tamen debet obtinere,niſi legiti-
mum ptobet titulum.Sequitur Panor.in c.cùm ad ſedem.col. vj.de reſtitu. ſpolia.
Limitanr hanc tegulam Bartol. & omnes non procedere, ſi agatur contra violen-
tum inuaſorem, contra quem non eſt neceſſum probare dominium: ſed ſufficit
probare violentiam, l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C.de præſcriptioni.
10 xxx.vel xl.annorum. Accurſius in l.ira vt ſi fur. ff.commoda. † Quæ limitatio & ſi
ab omnibus tecepta ſit, mihi tamen nequaquam placet:cùm eo caſu dominium
non deducatur ptincipaliter, & declaratoriè in iudicio tanquam contra quemli-
bet poſſeſſorem, ſed conſecutiuè: quia non agit actor principaliter, vt declaretur
dominus, ſed vt res ſibi reſtituatur tanquam poſſeſſori, cui vi res erepta eſt: vt fa-
miliariter declarat Salicet.in l.vis eius. C.de proba. Non ergo pertinet hæc docto-
rum limitario ad regulam noſtram. Altera regula, Si dominiũ deducatur inciden-
ter in iudicium,probare poſſeſſionem ſufficit. Probata quippe poſſeſſione, domi-
nus præſumitur,l.prima.ff.famil.erciſcũd. Accurſi.in l.ſicuti.§. ſed ſi quæratur. ff.
ſi ſerui. vendic. & in d. l.quidam in ſuo.vbi Accurſi. Nota, inquit, quòd qui rem
poſſidet,& ea vtitur vt dominus,præſumitur dominus, licèt verè nõ ſit:verbi cau-
ſa,in actione legis Aquiliæ,quæ principaliter hero,hoc eſt, domino competit, l. i-
tem Mela.§.legis.ff.ad l. Aquil.in ea quippe ſi negetur agens dominus,ſatis erit il-
li,ſi ſe poſſidere probet:cùm runc dominium incidenter in iudicium deducatur,
& principaliter ad damni emendationem agatur, ſic & in cõdictione furtiua,quâ
dominus(cui ſoli datur,l.j. ff. de cond. furt.) non petit ſe declarari dominum, ſed
rem reſtitui,vel eius æſtimationem,l.in re furtiua.ff.de cond. furt Nam ſi agenti
opponatur defectus dominii, ſufficit illud præſumptiuè ex præſenti poſſeſſione
probare.Sic etiam in creditore,qui probare debet rem in bonis fuiſſe debitoris, l.
& quæ nondum.§. quod dicitur.ff. de pignori. ſatis namque erit probare debito-
rem poſſidere,quo probato,præſumptiuè dominium probatum erit.Hanc autem
regulam volo,declates dupliciter. Primò, vt vera ſit, niſi conſtet poſſeſſorem do-
minum non eſſe,d.l.item Mela.§.pen. ídque vt cedat præſumptio veritati, l. ſi pa-
ter.§.quoties.ff.de manu.vindi.l.regula.§.qui ignorauit.ff.de iur. & fact. ignoran.
§.ſi quis rem ſuam.de leg.Inſtitut.& quia nullus eſt coniecturæ locus, cùm veritas
eſt in aperto,l continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig. Declaro ſecundò hanc regu-
lam, vt procedat ín poſſeſſione de præſenti, qua probata, præſumptiuè probatur
dominium:ſecùs in poſſeſſione de præterito, quæ non facit poſſeſſorem præſumi
dominum, l.& quæ nondum.§.quod dicitur.ff.de pigno.Barto. in d.l. quidam in
ſuo. Tertia regula,quãdo dominium deducitur in iudicio per modum exceptio-
nis,poſſeſſor præſumitur dominus,l.ij. C.ne vxor.pro mari.l.j. C. de priuileg. fiſc.
quod obtinet, niſi dominium deducatur in iudicium excipiendo, poſt actoris in-
11 tentionem fundatam,l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. † Sed iam ſatis huic rei da-
tum eſt. Itaque tertio ex regula text. noſtri inſertur, quòd etſi poſt publicatas at-
teſtationes, ſeu didiſcita teſtificata, teſtes produci nõ poſſint,§.quia verò,de teſti.
collat.vij.authen.at qui ſemel. C.de proba. Si tamen publicatæ ſint atteſtationes
in poſſeſſorio,produci nihilominus poterunt teſtes in petitorio, etiam ſuper arti-
culis directè cõtrariis,vt in pulchro caſu reſponderũt domini de Rota deciſ. cccc-
12 xxxvij.in nouis.& Felin.in c.veniens.ij.col.vj.de reſti. † Hinc denique videmus,
in ſpiritualibus cauſis, poſſeſſorium coram iudice ſeculari tractari. Neque enim
cùm agitur poſſeſſorio de re ſpirituali,ſpiritualiter agitur,ſed tunc duntaxat,cùm
de illius iuris proprietate tractatur, Gloſ.in ca.cùm dilectus.de elect.& in c.literas.
de iura. calum. Quamobrem eius poſſeſſorii (quod non ſpirituale, ſed temporale
eſt)iudex laicus competens erit,Ioan.Andr.in ca.fin.de iudi. Panor.in d.c.literas.
Quæ opinio vſu ſeruatur:de qua familiariter Guid.Pap. quæſt.j. quibus ſatis con-
firmata eſt text.noſtri regula,quæ vult nihil commune habere proprietatem cum

Omnium traditio ſubuerſa.

Declaratio duplex.

Publicatis atteſtationibus, interdum teſtes producuntur.

Poſſeſſoriũ in ſpiritualibus coram iudice ſeculari tractatur.

Possessio, & proprietas aliquid habent commune.

possessione.† Cæterùm cùm proprietas, & possessio quadruplicẽ habeant cõmu-
nionem. Naturæ, quia vtrunque incorporale, l. qui vsumfructum. ff. si vsusfructus
pet. l. peregrè. ff. de acquiren. pos. Consequentiæ, quia vnum antecedens, scilicet,
possessio, dominium verò consequens: cœpit nempe dominium à possessione, l.
j. ff. de acquiren. pos. Ad positionem autem consequentis necessariò sequitur po-
sitio antecedentis, l. ad rem, & l. ad legatum. ff. de procur. l. illud. ff. de acquirẽ. hæ-
redi. Connexitatis, quoniam non separatur à possessione dominium: vnde si ali-
quis possessor & dominus transfert posses. ex aliqua causa habili ad translationem
dominii, transfert etiam dominium, quod à pos. separari nõ potest, l. per procura-
torem. C. de acquiren. possessione. & Nominis: verbum namque possessionis (vt
Iul. Paulus inquit) interdum proprietatem significat, l. interdum. ff. de verbo. signi
fica. Hæc regula vera non videtur eò maximè, quia quoties oratio ex vniuerso su-
mitur, in eáque nonnihil non verum reperitur, tota redditur falsa, l. si is, qui du-
centa. §. vtrùm. ff. de reb. dub. Missis his, quæ ad horum resolutionem Bart. & cæ-
teri profusiùs, quàm par esset, scripserunt, sic dicendum est: vt respectu identitatis
substantiæ, possessio, & proprietas nihil commune habeant, respectu tamen gene-
ris aliqua est communio. Nulla quippe res est in orbe, quæ cum altera genere non
sit communis: ideo rectè dixerim hominem, & asinum nihil commune habere,

Declarata l. qui vsumfructum.

tametsi vtrumque animal sit. † Postremò ad vnum lectorem aduertere volo, 14
quod Bart. hoc loco, in prima oppo. vt dominium in corporalibus cadere probet,
citat d. l. qui vsumfructum. ff. si vsusfruct. peta. quæ ex sententia Iaso. contrarium
docet, tantum abest, vt probet id, ad quod à Bart. allegatur. Nam cùm eo text. pa-
rificetur in vsufructu possessio, & dominium, certo aurẽ certius sit vsumfructum,
aut rem aliam, quamuis incorporalem possideri non posse, l. quoties. ff. de serui. l.
seruus. § incorporales. ff. de acquiren. rer. domi. l. si ædes. §. fi. ff. de serui. vrb. præd.
Ita neque in eis cadere dominiũ propriè dici poterit, vt vnum determinabile, &c.
idque probatur & Bart. auctoritate, in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. pos.
qui dominium definiendo, est, inquit, ius de re corporali perfectè disponendi, nisi
lege prohibeatur. Dixi (inquit Bart.) de re corporali, ad differentiam incorporali-
um, in quibus propriè non cadit dominium: & quæ sequuntur verba in definitio-
ne, perfectè disponendi, planè indicant vsufructuarium dominium non habere:
quando certum sit eum vsumfructum, præterquam proprietario nemini cedere
posse, §. finitur de vsufructu. & postremò dominium vsusfructus, si quod est, im-
propriè dicitur, cùm aliud dominium supra se recognoscat. Bart. in l. j. ff. de acqui.

Defenditur Bart. ab impug. Ias.

pos. † Sed defendi potest à Iaso. morsu Bart. defenderéque possumus, in incorpo- 15
ralibus propriè cadere dominium, quod d. l. qui vsumfructum probare videtur.
Nec me mouet argumentum Iaso. & recentiorum, quando neque nouum sit, vbi
subest differentiæ ratio, vnum verbum propriè, aliud verò impropriè stare, l. ij. ff.
de offic. Proconsul. Ratio autem quare in incorporalibus propriè cadere debet
dominium, est: quia in rebus corporalibus, vt nemini non patet, cadit: multò ma-
gis ergo in incorporalibus: cùm dominium sit quid incorporale, vt in habentibus
symbolum facilior fiat transitus, l. in rem. §. item quæcumque. ff. de rei vendicati.

Definitio dominii à Bart. tradita carpitur.

† Non etiam te moueat definitio Bart. in d. §. differentia. quam non bonam esse 16
ex prædictis fateri cogimur, quod & alia ratione suadetur. Nam & si quis de re
perfectè, & liberè disponere non possit: non dominus dici prohibetur, vt patet in
prodigo, pupillo, furioso, & similibus personis, quæ tametsi de rebus suis dispone-
re nequeant, l. obligari. ff. de aucto. tut. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. rerum tamen
suarum domini sunt, l. j. §. fi. ff. de reb. eor. & hæres, cui prohibita est alienatio, iuxta
l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. nihilominùs dominus est, l. his verbis. ff. de hæred.
Instit. Prætereà licèt vsusfructuarius ius illud vtendi alteri præterquam domino
cedere non possit, l. si vsusfructus. ff. de iure dot. illius tamen commoditas, seu fru-
ctuum perceptio, alteri liberè cedi potest, l. necessariò. §. fi. ff. de peric. & commod.
rei

rei vend.§.j.de vsu, & habit. & sic in effectu ius disponendi. Denique (vt & aliud diluamus) licèt respectu dominii superioris, quod vsufructuarius recognoscit, non dicatur propriè dominus, respectu tamen eius iuris vtêdi, de cuius dominio quæritur, vsufructuarius cùm in eo iure neminem recognoscat, propriè habere dicitur dominium. Tolle simile de eo, qui duntaxat possidet. is enim possessionis suæ dominus dicitur, licèt alius verus rei dominus sit. Panor. in c.j. de confir. vtil. Vnde secundum eum, cùm mota quæstione super dominio lis pêdeat, mota quæstione super possessione lis pendere dicetur, cùm super possessionis dominio mota sit. Præterea non sequitur, alium dominum recognosco: ergo dominus propriè dici non possum. Nã nullus est rei dominus, qui Imperatoris, aut Principis dominium non recognoscat, l.deprecatio.ff.ad l.Rho.de iac.

17 *Cum possessione.* †Inter proprietatem, & possessionem latum, ingénsque esse discrimen in anteludiis ostendimus. Quare hoc loco non prosequemur, sed illud tantùm tractabimus, quod vulgò efferri solet, ex separatis non rectè infertur.l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.fi. ff.de calum. Nam illud hinc probari doctores scribunt, & verum est, tametsi nonnulli friuolis quibusdam, & inanibus rationibus contrà dicant: quippe quòd proponit imprimis Vlpianus proprietatem cum possessione commune habere nihil: hincque tradit actorem, qui de proprietate egit, vtpote qui rem vendicauit, non prohiberi de possessione experiri, cui iudicium proprietatis, veluti eandem causam tractantis obesse non poterit: quandoquidem illud nihil cum possessorio cõmune habeat, vt idem sit tantùm abest. Planè quod dicimus ex separatis non inferri, verum esse existimabis, nisi esset in vtroque casu eadem ratio. l.illud. ff. ad l.Aquil.l.à Titio. ff. de verb.oblig. Neque enim videntur discrepantia, quæ in ratione conueniunt: quia ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendêtium, dicit Bald. in l.omnes populi.col.xij. ff.de iust. & iur. proindéq; quod lex vel scripta, vel municipalis, in certo casu, certáue ratione constituit: in alio quoque casu, in quo tamen eadem versatur ratio, tacitè idem constitutum intelligi deber.l.his solis.ad fi.C.de reuoc.donat.

Quãdo ex separatis rectè infertur.

18 *Interdictum.* † Interdicere apud Latinos prohibere significat, hinc Donatus in Hecyr. Edicimus (inquit) quæ iubemus fieri. Interdicimus, quæ vetamus fieri. Itáque prætorum edicta, & interdicta dicuntur, vt paulò pòst declarabimus. Dixerunt præterea veteres, interdicere aqua, & igni. quid verò fuerit hæc interdictio, Festus Pompeius per similitudinem vetusti moris nuptiarum ostêdit. Nouæ enim nuptæ, cum primum mariti domum ingrediebantur, aqua & ignis à sponso per manus tradebatur, significante omnem vitam decætero vtrique futuram communem: quòd duobus illis elementis maximè humana indigeat vita. Pariter ei, quem Romana ciuitate pellebant, aqua & igni interdicebant, cum communione omni ciuitatis priuatum significantes. Vnde Bud.in l.pen.ff.de donat.inter vir.& vxor.exulibus, inquit, ignis & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos homines capitis supplicio afficere. Interdicto igitur vsu earum rerum, quibus vita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat morte mulctatus. Adeò ista duo elementa prima sunt habita,

Interdicere.

Interdicere aqua & igni.

19 vt nec ortum hominis, nec sine iis vitam crediderint posse cõstare. Hæc ille. †Nos videamus quid sit edictum, quidve interdictum, quæ in re variatum est. Nam sunt, qui inter hæc duo nihil esse discriminis existiment, vt Iason in l.j.col.iiij. ff.de no. oper.nunt. per l.j.ff.ne vis fiat ei, qui in pos.mis.est. vbi quod Vlpianus initio interdictum dixit, paulò pòst edictum vocat. Alij hæc inter se longè, latéque differre docent. At quomodo vnum ab altero discernatur, non sibi planè constant, crebriùs tamen receptum est, vt quum interdictum dicatur, quasi inter duos dictum, interdicta formæ sint, atque conceptiones verborum, quibus inter duos prætor aliquid statuebat, siue iubendo siue vetando, quòd tunc maximè fiebat, quum de possessione, aut quasi inter àliquos contendebatur. §.j.& vers. sed tamen. in Instit.

Edictũ & Interdictũ.

Itaque si verbis præceptiuis prætor vtebatur, quia tum apparebat inter duos redditum, interdictum dicebatur. Quòd si inter duos non reddebatur, sed proprio officio nonnihil prætor faciebat, edictum appellabatur, vt sic non temere subiiciat Bart. in l. j. ff. de no. oper. nunt. Edictum generis, Interdictum verò speciei nomen

Opin. Alc. esse. Quam differentiam ridet And. Alciat. lib. Parerg. iij. cap. xv. Nam (inquit) 20
quicquid Prætor edicit, ad duos pertinet, actorem, & reum. Quare secũdum eum, illic, & in l. pecuniæ verbum. §. fi. ff. de verb. sig. sciendum est, Interdictum propriè dici, quo Prætor aliquid iubet, vel vetat, non perpetuò, sed ad tempus, donec pleniore iudicio, de iure petitorij quæratur, quasi interim dictum. quod & ipsum subodorari videtur Raphael Cuma. in l. Prætor ait, in princ. ff. de noui oper. nunt. Interdicere enim est, interim dicere. Cicero lib. Rhetoricorum secundo ad Herennium, Verùm horum pueriles opiniones, rectissimis rationibus (cùm voles) refellemus: in præsentia hæc interdicere non alienum fuit, vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. Quo tamen loco (vt obiter admoneam) non interdicere, (quemadmodum Alciatus docet) sed interim dicere legitur. quamobrem quòd interdicere apud veteres idem quòd interim dicere, fuerit, argumento est

Interibi. dictio, Interibi, quã idem quod interea significari Gellius lib. noct. Attic. iij. cap. vij. ostendit. Consul (inquit) interibi, dum ea pugna fit, se in locos tutos, atque editos

Interloqui. subducit. Sic & interloqui iudicem. l. post sententiam. C. de sent. & interlo. quoniam interlocutoria sui natura finem controuersiæ non imponit, sed aliam expectat sententiam. Sic & dum Regia potestas vacans erat, Interregem eum dixerunt

Interregnũ antiqui, qui interea regis locum tenebat: & Interregnum propriè appellatur id tempus, quo regnum vacat rege, hoc est, antè, quàm in demortui locum nouus rex præficiatur. Mansit autem hic mos etiam post exactos reges, vt si qua fortuna, aut casu consules creari nequirent, vel vitio creati forent, aut si qua turbulenta confusio, & necessitas premeret, donec de consulatu decerneretur, aut Dictator reipublicæ daretur, Interreges præessent, qui populo vice Consulum iura darent.

Interdictũ cur sic dictum. Igitur verosimilius est dicta esse interdicta, quasi interim dicta, seu (vt familiarius dicam,) quod à iudice non in perpetuũ, sed ad tempus dicitur, saluo iure partium. Quod & Paul. Iurisconsl. lib. sen. v. tradidisse refert Ripar. in l. j. col. v. ff. de interdi. subiiciens, eius Iurisconsulti opera nostra ætate primùm in lucem prodiisse, cùm anteà inscitia temporum, incomperta forent, & incognita. Nam quum possessionem respiciant, totam litem non perimunt, quum posteà de dominio quæri pos-

Præiudicia sit. † Quamobrem & nonnunquam præiudicia appellata sunt, hoc est, res quæ 21
quum statutæ fuerint, adferunt iudicaturis exemplum, quod sequantur. Iudicium autem, res quæ causam, litémque terminat. Cicero in diuinat. Primùm causam amici tui subleuabis, de quo non præiudiciũ, sed planè iudicium iam factum putatur. Et pro Cluent. Quid est, quòd iam de Oppianici causa plura dicamus? apud eosdem iudices reus est factus: quum is duobus præiudiciis iam damnatus esset, Et paulò post. Itaque cùm Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudiciis videret, &c. de quibus etiã Quintilianus lib. v. cap. ij. Nunc non te moueat quod Iustinianus dicit in §. sed tamen. de interdict. interdicta dici, quasi inter duos dicta: quia, si Alciato est credendum, non inter duos, sed interim legendum est, vt in castigatioribus codicibus rectè impressum dicit, quàm literam me non legisse ingenuè fateor: mihi tamen verosimile fit ita, vt Alciatus putat, legendum esse. Nam, si vulgarem literam perspexisset Laurent. Valla emũctæ naris, acrisque iudicij grammaticus, qui nec à Iurisconsultis quidem temperauit, credendum est virum illum tam absurdam interdicti etymologiam, nequaquam prætermisisse, qui vsque adeò miserè & acriter Iurisconsultos est consectatus, vt illis diem dixerit, & de verborũ plurium significatione tanquàm Latinæ maiestatis læsæ reos fecerit, quos tamen multò veriora docuisse in alienis professionibus, quàm ipsemet Valla in propria arte commentari potuerit, eleganter defendit Andr. Alciat. Iurisconsultus

Edictum.

ſultus, vir ætatis noſtræ doctiſsimus lib.de verb.ſig.iiij. Edictum verò, (vt illuc redeam vnde abii)illud erat, quod à Prætotibus,iuris ſtatuendi cauſa in albo proponebarur, vt cùm prætor doli mali, metúſue cauſa geſtum, aut vi quod factum ſit, vel clàm ſe tatum non habiturum promitrir, quæ quidem edicta, quæ vel ciuilis iuris declarandi, vel interpretandi, adiuuandi, ſupplendíve cauſa à Prætore proponebantur, vicem legis habuère, quod ius honorarium dictum eſt.§. Prætorum edicta.Inſtit. de iut.nar. Tantùm enim (vt Feneſtella lib.ij.cap.xix.air) aucta eſt Prætoris auctoritas, vt quod prætor ipſe dixiſſet, ob ipſius honorem ius honorarium vocaretur. Hinc veram inter edictum,& interdictum cognoſce differētiam.

Vendicare quid ſit.

22 *Rem vendicare.* Vendicare rem is dicitut,qui eam in iudicio vt ſuam † repetit.
Nam vendico idem eſt,quod meum dico,atque(vt ita dicam)mihi approprio. Cicero in Catilinam, Sed tamen meorum peticulorum tationes vtilitas teipub.vendicat, hoc eſt, ſuas eſſe dicit. Cùm enim Cicero populi Romani ſuffragiis Conſul factus eſſet, Ciceroni Reſpublica ea lege ſe commiſiſſe videbatur, vt nullum periculum defugeret Cicero cauſa vtilitatis eius. & Quintilia. Ruſticus petit partem bonorum, Orator totum ſibi vendicat. Igitut ſi quis poſsideat rem, cuius dominium ad te pertineat, eam vendicabis, hoc eſt, veluti tuam in iudicio repetes per

Requiſita in rei vendicatione.

23 rei vendicationem.l.j.& l.in rem. ff. de rei vendic. † Quæ actio vt locum habeat,
plura deſiderantur, & in primis dominium ex parte agentis. nam (vt Pau.Iuriſconſultus inquit)in rem actio ei competit,qui aut iute gentium,aut iure ciuili dominium acquiſiuit.d.l.in tem.Cæterùm obſtat,quia mulier domina eſt terum dotalium,quæ ab initio illius fuerunt,& naturaliret in eius permanſerunt dominio. l.in rebus. C.de iure dot. Et tamen conſtat rei vendicationem vxori nequaquam

Mulier an ſit domina rei dotalis.

24 competere.l.doce ancillam.C.de rei † vendi.Marti.dicebat mulierem iure ſaltem
naturali dominam eſſe rei dotalis,quum in d.l.in rebus,hæc verba ſcripta ſint: Siue ex naturali iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur, ſiue ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe.Et quia Papinianus tradidit,inuento à mariro in fundo dotali theſauro, partem eius dimidiam vxori reſtituendam, quaſi in fuudo alieno inuento,l.diuortio.§. ſi fundum.ff. ſoluto matri. Quæ diſſolutio mihi perplacet, vt quæ apertè probetur,d.l. in rebus, & nouum non ſit eiuſdem rei duos eſſe dominos:alrerum ratione naturali,communique iure, alterum legis auctorirate,& iute ſingulari,l.in bello.§. ſi quis ſeruum.ff.de capt. Cæterùm reliquis non placuit, qui tandem putauerunt, mulierem neque ciuili, neque naturali iure rei dotalis dominam eſſe. neque enim id meum eſt, quod vendicare non poſſum,l.Quintus.§.argento.ff.de auro & argen. lega.l.iij.§. fi.ff. ad exhiben. At mulieri non datur rei vendicatio,ſed marito,d.l.doce ancillam. Igitut maritus dominus rei dotalis eſt, non etiam vxor, cùm duo domini eiuſdem tei in ſolidum eſſe non poſſint,l.ſi vr certo.§. ſi duobus vehiculum.ff. commod. quod & expreſ-

Declaratur l. in rebus. C. de iur. dot.

25 ſum videtur in l.ſi prædium.C.de iute dot.†Nec eos mouet d.l. in rebus, ad cuius
diſſolutionem conſiderant duplex dominium, verum,& effectuale,& hoc in perſona vxoris non conſiſtit,circa rem dotalem, cùm illius (vr ſæpius dictum eſt) maritus ſit dominus,d.l.doce ancillam.dominium autem verum apud duos pro ſolido eſſe non poſſit,d.§.ſi duobus vehiculum,& l.hæreditate.§. pater. ff.de caſtrenſ. pecul. Conſiderant prætereà dominium fictum interpretatum, ſiue intellectuale, & hoc in perſona vxoris conſiſtit. Cùm enim vxor ex continuo vſu cum marito vtatur,fruatur rebus omnibus mariti,nedum re dotali,atque ideo viri & vxoris vna ſit domus & familia,l.j.§.ſi vir.ff.ad Senatuſcon.Sillani. ſociiq́ue diuinæ & humanæ domus dicantur,l.j.ff.de rit.nupt.l.aduerſus.C.de crimi.expil. hæred.& duo ſint in carne vna,c.debitum.de biga.c.gaudemus.de diuor.canone, fraternitatis.xxxv. q.x. lex imaginariè interpretatur vxorem bonorum mariti dominam eſſe, quemadmodum etiam lex filium dicit quodammodo dominũ paternæ ſubſtantiæ,l.in ſuis. ff. de liber.& poſthum. non quòd verè dominus ſit, ſed quadam

pia legis consideratione, quæ filium eandem esse cum patre personam interpretatur,& effingit,l.fin.vbi fusè scripsi.C.de impub.& al.subst.† Quamobrem quan- 26
quam iuris subtilitate constitutum sit maritum posse rem dotalem vêdicare, non

Quid regni moribus sit inductum.

etiam vxorem, d.l.doce ancillam, hoc tamen in regno moribus inductum est, vt non possit vir sine vxore, neque econtrà, sed vtraque persona necessaria sit: propterea quòd vir habeat ius vsusfructus, vxor verò proprietatis. Iudicium tamen possessorium solus vir deducere potest: cùm naturaliter possideat, & sententia lata contra ipsum nocebit vxori,l.sæpe.ff.de re iudic. Hæc Masuer.in titu. de dot.& matr.† Desideratur secundo in hac actione possessio ex parte rei conuenti, l.offi- 27
cium.l.fin autem.ff.de rei vendi.l.j.C.vbi in rem acti.exercer.deb.l.vnic. C.de ali.

Rei indicatio an detur contra ciuiliter possidentem.

iud.mu.caus.fac. Qua in re quæritur,nunquid detur contra ciuiliter tantùm possidentem rei vendicatio, putà, contra eum, qui rem, quam possidebat in feudum concessit. Accursi.vbique tenuit.quòd sic, in Rub.ff.de rei vend.in l. Pomponius. §.si is,qui precario.ff.de preca.& in l.ij.C.vbi in rem act.sequuntur reliqui per tex. in l.cuiuscunque.§.j. ff.de vsufruct. vbi naturali possessione apud vsufructuarium existẽte inter alios agitabatur quæstio proprietatis. Probatur præterea, quia actio ad exhibendum est præparatoria rei vendicationis,l.j.ff.ad exhib. Et tamen Vlpia. dicit actione ad exhibendum agi aduersus possessorem, non solum, qui ciuiliter, sed & eum, qui naturaliter incumbit possessioni, l.iij.§.fin. ff.ad exhibend. Cæterùm non videtur vera hæc communis traditio: cùm is tantùm rei vendicatione conueniatur,qui facultatem habet rei restituendæ.l.officium,in fin. & l.si à bonæ fidei.§.fin.& l.seq.ff.de rei vendi.& quoniam dominus seruum, qui in fuga est, ciuiliter possidet,l.j.§ per seruum. j. ff.de acquiren.pos. & tamen, cùm illius restituendi facultatem non habeat,licèt possideat,ad exhibendum non tenebitur,l.Celsus.§.fin.ff.ad exhibendum.igitur nec dabitur rei vendicatio,cùm illius (vt iam diximus)præparatoria sit ad exhibendum.His facilè sibi persuasit Guliel. Cug. in d.

Defendit cōmunem sententiam.

l.ij.C.vbi in rem acti.à communi sententia excipere casum, quo ciuiliter possidẽs rei restituendæ facultatem non haberet, adstipulante Ang.Perus.in l. si quis vj.§. differentia.col.xiij.ff.de acquiren.pos. Reliquis tamen neque iniuriâ reclamantibus,qui sine distinctione putant contra ciuiliter possidentem dari rei vendicationem. Nam etsi rei,hoc est,corporis,facultatem restituendi non habeat,ciuilem tamen possessionem restituere potest: quia condemnatus se tenere, & possidere ciuilem possessionem victoris nomine constituat. Trãslata quippe erit in victorem possessio,quando certum sit eum possidere,cuius nomine possidetur,l.quòd meo in princip.ff.de acquiren.pos.c.cùm venissent,de restitu.spoli.sicque esse non potest iudicium elusorium contra ciuiliter possidentem intentatum. Nec te moueat d.l.Celsus.§.fin.qui in actione ad exhibendum loquitur, quæ etsi aliquando præparatoria sit rei vendicationis:longè tamẽ habet ab hac diuersam naturam. Nam petit,qui rei vendicatione experitur,vt dominus declaretur,l.& ex diuerso.§.j. ff. de rei vendic.túmque reus possidens ad rei restitutionem condemnabitur. Quòd si fortè fortunâ possessor reus non reperiatur: non tamen erit propositum iudicium actori inutile. Quoniam si probauerit se dominum actor, declarabitur iudicis sentẽtiâ dominus. Et licèt tũc reus,quia non possidet, absoluatur: effectum tamen mirabilem habebit hæc sententia. Quoniam si posteà idẽ reus possidere incipiat, poterit sine nouo processu in eum mandari executio,l.j.§.j.(qui text. secundum

Sententia contra ciuiliter possidẽtem an obstet naturaliter possidenti.

Bart.literis aureis adnotandus esset.)ff.de excep. rei iudic. † Sed stante communi 28
opinione, videamus,num lata sententia contra ciuiliter possidentem,obstet naturaliter possidenti: & Accurs. vbi suprà, cui cæteri assentiuntur, tenet, quòd non. Solent tamen excipi duo casus. Primus, si naturaliter possidens sciret litem motam contra ciuiliter possidentem, & non contradicat, Accurs. in d.l.ij. C. vbi in rem act.per l.sæpe.ff.de re iud.quod ego non probo:tum quia nemo cogitur ante

Explodi-

iudicium de iure suo aliquid † respondere,l.j.§.fin.ff. de interroga.acti. tum etiam 29
quia

quia omnia iura, quæ dicunt sententiam contra vnum latam alteri scienti & non contradicenti obesse, obtinent, cùm illud idem ius, quod ad tertium pertinebat, fuit deductum in iudicium: secùs, si aliud: quamuis ex eodem fonte ortum deductum esset, l.si cum vno.ff.de except.rei iudi.& probatur in d.l.sæpe. vbi Paul. Castren.& Alexande.colũ.ij. Tradit etenim eo loco Marcellus, vt si contra vnum ex hæredibus agatur ad dimidiam debiti, isque condemnetur, alteri integram esse defensionem: etiam si cùm cohærede suo agi scierit: quoniam non ad eãdem rem agitur. Diuisæ nempe sunt lege xij. Tabularum, inter hæredes actiones hæreditariæ, pro hæreditariis portionibus, l.j.C.si cert.peta.l.pro hæreditariis.C.de hæred. actio. Igitur (vt in viam redeam) cùm contra ciuiliter possidentem, ad ciuilis possessionis restitutionem actum sit, lata sententia naturaliter possidenti non oberit, quando contra eum ad aliam rem agatur, nempe ad naturalis restitutionem, facit

tur prima doctorum limitatio.

11 text.in l.ij. C.de fid.instru. Alter casus est, cùm naturaliter possidens in ius vocatus est cùm clausula, si sua putauerit interesse. nam tunc lata sententia ei nocebit, vt Ange.& plerique tenent in d.§.si is, qui precario. Sed neque vera est apud me hæc limitatio. quoniam ex sola in ius vocatione non comparens, duntaxat efficitur contumax, sola autem cõtumacia ad priuandum, quem iure suo non sufficit, sed in eum parat ius alia remedia, c.tuæ, & c.quoniam frequenter. §. in aliis, vt lit. non contest. Panot.in propriis terminis, in c.cùm super.col.vj. de re iudi. Quod ita interpretandum est, si, qui in ius vocatus est, non comparuit: alioquin ei comparenti, & assistenti liti præiudicaret sententia, non propter citationem, sed quoniam adstitit causæ, causámque instruxit: iuxta not.in l.si suspecta.ff.de in off. test. & in l.si prolusorio.§. quoties.ff. de appel. Quò fit, vt rectè inferamus, ei, qui tantùm sententiæ tempore præsens fuit, sententiam non obesse. Namque scientia, de qua lex sæpe loquitur, & nos verba facimus, deber esse tempore processus, neque satis est eam superuenire post sententiam, Bald.in l.ij. C. de fide instru. per l. si dictum.§.simili modo.ff. de euict. tradit familiariter Francis. Aretin.in d.l.Pompo-

Carpitur quoq; secunda scriptarum limitatio.

30 nius.§.si is qui precario.ff.de acquiren.pos.†Porrò ad hæc tractari potest, nunquid rei vendicatio contra simplicem detentatorem proponi possit, quod Barto.putat in d.§.si is, qui.& Bald.in l.ij.q.C.vbi in rem actio.iubiiciens tria esse, quæ in rem actionem pariunt aduersario, possessio ciuilis, naturalis, & detentatio, & videtur text.expressus in l.officium, in fine.ff.de rei vendicati. qui dicit ab eo, apud quem res deposita est, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum seruandorum causa, vel dotis, vel ventris nomine, vel cui damni infecti nomine non cauebatur, ab his omnibus, tametsi non possideant, cùm tamen teneant, & rei restituendæ habeant facultatem vendicari posse. Adde tu text. in l. si ventri. §. in bonis. ff.de priuileg.credit. Si tamen (inquit illic Vlpian.) nummi extent, vendicari eos posse puto à depositariis. Alii, vt Innocen.in ca.quoniam frequenter.§. quòd si super. vt lite non contest. & Angel.in d.§.si is, qui.negant contra detinentem dari, si constat eum non possidere, sed detinere: propterea quòd tunc deficiat principium formulæ ex parte conuenti, scilicet possessio, l.vnic. C.de alie.iudic.mut.caus. fact.c.examinata.de iudic. Quòd si incertum sit, possideat, an detineat reus, eo tantùm casu superiorem opinionem veram admittunt. Quoniam tunc ex detentatione præsumitur possessio, Accur.in l.stipulatio ista, habere licere.§.hæc quoque. ff.de verbo.oblig. Ego primam opinionem, quæ communis est, veriorem puto, vt detur contra detinentem rei vendicatio.in cuius tamen potestate est vitare iudicium: si dominum in iudicio nominare malit.l.ij. C. vbi in rem acti. Nec me mouet quòd diximus ex parte rei conuenti possessionem desiderari. Nam hoc in negotio satis possidere dicitur qui detinet, d. l.officium. in fine. Neque est nouum verbo possessionis (cùm id subiecta materia suadet) nudam detentationem significari, l.communi diuidundo.§.neque.ff.communi diui.l.ij.§.quod vulgò.ff.pro hæred. cùm & aliquando Vlpianus responderit, interdicto, de tabulis exhibendis,

Rei vendicatio an cõtra detẽtatorẽ detur.

Sustinetur communis opinio.

eum,qui detinet,eúmue, apud quem tabulæ depositæ sunt, rectè conueniti,l. lo-
cum.§.j.ff.de tabu.exhib.Quanquam dixisset Prætor,*Quas tabulas quisque ad causam
testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur,si hæ penes te sunt,&c. illas exhibeas*, l.j. ff. de ta-
bu.exhiben.& penes te esse illud dicatur, quod quodammodo à te posideretur, at-
que ideo depositarius,commodatarius,&colonus apud se,non etiam penes se ha-
bere dicantur,l.penes te.ff.de verbo.signi. Rursus desideratur in hac actione, vt
res,quæ vendicatur,corporalis sit,§.omnium.de actio. Institu. idque suadet ratio.
Nam(vt diximus)possessio est,quæ aduersatio in rem actionem parit. constat au-
tem res incorporales non posideri, l.seruus. §.incorporales. ff. de acquirend. rer.
domi. Quamobrem nec vendicari poterunt. Idcircóque qui peculium vendica-
turus est,non peculium(cùm illud nomen iuris sit,atque ideo incorporale,l.quod
dicitur.ff.de impen.in reb.dot.fact.) sed res singulas vendicabit,l.vendicatio.ff.de

Quo pacto ad occupatam iurisdictionem agatur.

rei vendic.†Hinc iurisdictionem vendicari non posse,quis est qui nõ videat, cùm 31
incorporalis sit?Etenim neque videri, neque palpari potest, l.j. ff.de rer. diui. Sed
dices, Ergo qui iurisdictionẽ meam iniuriâ occupat, cùm alterius iactura lucrum
facit: cùm actionem ad eam vendicandam nullam habeam. Minimè sanè. Nam
vel de iurisdictione constituenda, vel de iam constituta tractatur. Si de constitu-
enda,vt quia patri meo venditam, sed nondum traditam iurisdictionem conten-
do,actione ex contractu aperta ex empto agam.arg.l.corruptionem.C.de vsufru.
Si verò de iam constituta, vt quia vendita fuit patri meo, quem vti ea venditores
passi sunt, locum habebit vtilis confessoria: nam quemadmodum pro vera ser.
uitute directa datur,l.quoties.ff.de serui.vrba.prædio. sic & pro iurisdictione,quæ
species seruitutis est,dabitur vtilis.argu.l.pictoris.ff.de fund.instru.Specu.familia-
riter in titu.de caus.pos.& proprie.§. sequitur videre.ix.col. Hodie autem soler in
hoc regno pro iurisdictione iudicium possessorium intentari. Postremò deside ra-
mus in hac actione rei vendicationis,rem,quæ vendicatur,esse in commercio ho-
minum,vt sic res sacræ,aur religiosæ,quæue illis adhærent, vendicari non possint,
l.in rem.§.j.& l.quæ religiosis.ff.de rei vendica.intellige quasi nostra: cùm in nul-

Episcopus vendicat ecclesiam & laicus ius patronatus.

lius bonis sint.§.nullius.de re.diui.Ius † etenim,quod habemus in eis vtique ven- 32
dicare possumus. Quuamobrem episcopus, qui nullũ habet ecclesiæ dominium,
tamen ecclesiam sibi subiectam vendicat,ratione iuris episcopalis, quod in ea ha-
bet,c.cùm venerabilis.in fin.de except. & posser laicus vendicare ius patronatus,
quod in ecclesia habet,Bart.in l.in rem.§.loca.ff.de rei vendic. Panor. in c. exami-
nata.col.v.de iudic.

Possessorio iudicio dupliciter renuntiatur.

Possessioni renũtiasse. † Dupliciter potest quis iudicio possessorio renũtiare, vel ex- 33
pressè,cùm nominatim agens se nolle eo experiri dicit, l.postquàm liti.C.de pact.
vel tacitè, quod contingit per propositionẽ petitorii: quippe ei, qui possidet non
datur rei vendicatio.§.omnium.de act.c.examinata.de iudi.Qui ergo petitorio iu-
dicio vtitur, aduersariũ posidete dicit & in consequens se posidere negat,quam-
obrem possessioni renunriare intelligitur. Accurs.in l.si duo. ff. vti posid.quem-
admodum & qui post diem cõmissoriæ legi constitutam pretium petit, legi com-
missoriæ tenuntiare videtur. l. post diem. ff. de leg.commis. l. commissotiæ.C. de
pact, inter empt.& vendit. Quod ita obtiner, si qui peritorium proponit se posi-
dere sciebat: alioquin non videretur possessioni renunriasse, qui rem vendicauit,
vt hoc textu, quem ita Accurs. Bart.& cæteri interpretantur, vt qui rei vendica-
tione egit,se posidere nesciret, vt putà,quia per filium, aut seruũ possidebat, quo
casu constat non aliter amitti possessionem, quàm si eam alius ingressus fuisset.l.
peregrè.§.fin.hoc tit. Neque enim iuri, quod quis ignorat sibi compeiere, renun-
tiare aliquem credendum est.l.mater.ff.de inof.testa.l.tres fratres.ff.de pact. † Ve- 34
rùm hæc interpretatio tex. nostro minimè conuenit: quia manifestè diuinat, &
nimium tex.restringit.Quamobrem ego aliter dicerem,hoc loco pro regula tradi,
eum qui agit petitorio, possessioni nequaquam renũtiare,prompta ratione.Quo-
niam

niam ab eo, qui possidet, iudicium rei vendicationis inutiliter proponitur. l. j. §. interdictum. ff. vti possid. §. æquè. de actio. in Institut. c. examinata. de iudiciis. sicque fit satis ei, quod vulgò dici solet, eligens vnum ex cõtrariis duobus, censetur alteri renuntiare. l. post diem. ff. de leg. commiss. Nam hoc ita obtinet, nisi actus contrarius secundum intentionem agentis, effectum non habeat. l. si iure. ff. de lega. iij. quemadmodum cùm qui possidet, rei vendicatione experitur. Is enim & se dominum declarari, & possessionem sibi restitui petit. l. officium. & l. qui restituere. ff. de rei vendicatione. Fieri autem non potest, vt possessionem ab alio actor consequatur, quam solus ipse habet, quam etiam si perdat, non mox aduersario quæritur: cùm corpus, & animus in quærenda possessione necessaria sint. l. iij. in princ. & l. quemadmodum, hoc tit. His parum obest, quod Alexan. hoc loco. col. xvj. scribit, in possessoriis regulam. d. l. si iure, veram non esse, quòd in his constet amitti possessionem, & si non sortiatur effectum actus, secundum agentis intẽtionem: ideóque si maritus donationis causa vxori possessionem cedat, etsi donationis actus non subsistit, cùm tamen maritus noluit possidere, protinus amisit possessionem. Et qui furioso, quem sanæ mentis existimat, rem tradit, licèt ille non erit adeptus possessionem: tradens tamen possidere desinit. l. j. §. si vir. l. quod meo. §. si furioso. hoc tit. Nam (vt Ias. & recentiores rectissimè adnotauerunt) hoc in dictis iuribus ideo constitutum est, quoniam ea erat agentis intentio, vt perderet possessionem. Atqui in terminis nostris agens eò tendebat, vt possessionem nancisceretur, non etiam vt perderet. *Diluit argumentum Alexand.*

35 *Qui rem.* Rei † verbum generale est. l. j. ff. de reb. cred. quin & illud latius patet, quàm pecuniæ verbum. Nanque rei appellatio, etiam quæ extra patrimonium nostrum sunt, continet. At pecuniæ appellatio ad ea duntaxat refertur, quæ in patrimonio sunt. l. rei appellatio. ff. de verb. sign. quo loco exemplum adfert Accurs. rei sacræ, & liberi hominis. Hæc enim in patrimonio nostro non sunt. §. nullius. de rer. diuis. in Instit. Ideóque neque vendi, neque distrahi, aut quoquomodo in pecuniam cõuerti possunt. l. idem Iulianus. §. fin. ff. de lega. j. quamobrem verbo rei, non etiam pecuniæ, veniunt. Quod Alciat. non probat, qui aliter Paul. Iurisconsulti verba explicat, vt ea res mea dicatur, & quæ in patrimonio non sit, veluti si de filio, vel amico sentiens commendem tibi res meas, vel de capite periclitans, dicam rem meam agi, quod significationi, quam habet pecunia, minimè conuenit. *Verbum rei & pecuniæ.* *Declaratio Alciati.*

36 † At mihi aliter visum est quandoque verba Pauli interpretari, qui idcirco rei verbum latius esse, quàm pecuniæ docet, quòd verbo rei omne, quod ab homine corporaliter, vel incorporaliter, ocularitet, aut intellectualiter considerari potest, veniat: proindéque apud logicos appelletur terminus transcendens, id est, superans omnia significata, qui & ad omnia accommodatur. cæterùm pecuniæ appellatione non nisi ea, quæ in hominum sunt potestate, comprehenduntur, siue iura, siue corpora sint, l. pecuniæ nomine. ff. de verb. signifi. Et hunc verum esse sensum Pauli Iurisconsulti semper existimaui, quem iuuat illud Ausonii poetæ, *No. declarat. ad l. rei. ff. de verbo. sign.*

Imperium, litem, Venerem cur vna notat res?

37 † Hinc patet, rerum appellatione homines contineri, quod in seruis Paul. Castr. in l. omnia. §. fin. per illum text. ff. de lega. j. intelligit: cùm de illis idem sit, quod de asinis, equis & mulis iudicium. At liberas personas verbo rei non venire autumat, quod & l. j. ff. de statu hominum, probare videtur. Omne ius (inquit illic Iurisconsultus) quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Nam si rerum appellatione personæ liberæ venirent, frustra illas à rebus separasset. similis text. in §. fin. de iure nat. in Institut. & huic dicto Castr. nemo refragatur. At ego illud verum non puto per l. j. §. quædam prætereà. ff. de re. diui. Quædam (inquit text.) res corporales sunt, quædam incorporales. corporales sunt, quæ sui naturâ tangi possunt, veluti homo, fundus, vestis. Huic conuenit. §. j. de reb. corpora. in Institu. Mouet me deinde, l. j. §. per hanc. ff. de rei vendi. quæ liberas personas, veluti *Rerum appellatione an homines veniant.* *Improbatur Paul. Cast. declaratio.*

filios adiecta causa de iure ciuili Romanorum vendicari posse tradit: cùm tamen titulus rem in genere vendicari dixisset. Nec te terreat l. j. ff. de stat. ho. Illic enim fit personarum, & rerum distinctio facilioris traditionis gratia, non vt personas negare velit rerum appellatione contineri: alioquin nec actiones (quæ etiam eo loco à rebus distinctæ sunt) rerum verbo venirent: cùm tamen indubitatum sit rei verbo iura, & actiones contineri, l. rei appellatione. ff. de verb. signifi. Hinc † fru- 38 ctuosè subinfertur eum, qui donat, omnes res suas, nomina etiam debitorum donare videri, l. nam quod. §. fin. ff. ad Treb. per quem text. ita aduersus Din. & Guliel. respondit Bart. in l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. Nomine quippe rerum vniuersa hominis substantia continetur. Bald. in l. licèt inter priuatos. in vlti. no. C. de pact. Porrò quod verbum rei non sit generale, aduersus prædicta probare videtur text. in l. si in rem. † ff. de rei vendi. qui expressè dicit agentem actio- 39 ne in rem designare rem debere, & vtrùm totam, an partem, an quotam. Appellatio enim rei (inquit text.) non genus, sed speciem significat. Antiqui, quos Accur. in l. j. ff. de rebus creditis refert, in personalibus actionibus verbum rei generale esse crediderunt, non in realibus. Quæ solutio meritò explosa est. Nam quod Iurisconsultus in d. l. si in rem. in realibus docuit, alibi in personalibus obseruandum esse tradidit, l. in furti actione. ff. de furt. Rectiùs igitur est, vt dicamus verbum rei sine dubio generale esse, & omnia complecti, præterquam in petitionibus, & libellis, in quibus (quoniam certa & limitata lex exprimi debet, vt inde iudex certam sententiam ferre possit) verbum rei non genus (ne incertum petere videatur) sed speciem, id est, rem certam significat, d. l. si in rem, & ita Accur. Bart. & cæterorum in d. l. j. ff. de reb. cre. dissolutio explananda est.

Donans res suas an nomina donare intelligatur.

Excussa l. si in rem.

Vera dissolutio.

SVMMARIVM EORVM, QVÆ A DOCTORIBVS, NOBISQVE EXCVSSA SVNT.

1 *Absolutoria in petitorio an obstet agenti possessorio.*
2 *Possessorium dicitur habere admixtam causam proprietatis.*
3 *Ripar. no. quædam declaratio explosa.*
4 *Sententia inter easdem personas facit notorium.*
5 *Defenditur ab omnium impugnatione Barto.*
6 *Communis Doctorum interpretatio reiicitur.*
7 *No. & vera dissolutio.*
8 *Notorius tituli defectus an agentem recuperandæ repellat.*
9 *Explicata l. bona fides. ff. deposit.*
10 *No. interpretatio c. significasti. & c. porrò de diuort.*
11 *Cumulatio quid sit.*
12 *Cumulatio quando sit permissa.*
13 *Excussus §. sed neque. de fideiuss.*
14 *Vera l. fundi, & l. fundum, declaratio.*
15 *Maiori rei quando præiudicium fiat.*
16 *Declarata præter alios l. si antè.*
17 *Legatarius, vt legatum consequatur, qua actione vti possit.*
18 *Actiones contrariæ an cumulari possint.*
19 *Petitorium & possessorium adipiscendæ an cumulentur.*
20 *Quid in possessorio recuperandæ.*
21 *Petitorium an per interdictum, Vnde vi, suspendatur.*
22 *Defensa communis sententia.*
23 *Alex. ratio aduersus Ias. probata.*
24 *Explanatum c. j. de resti. spol.*
25 *Possessorium retinendæ an cum petitorio cumuletur.*
26 *Plures casus excepti à regula.*
27 *Agens in rem, duo potissimùm petit.*
28 *Possessorium causam proprietatis admixtam habens cum petitorio non cumulatur.*
29 *Probationes factæ in summario iudicio an faciant fidem in plenario.*
30 *No. & vera antiquæ antinomiæ dissolutio.*
31 *Adscribitur falsò à nostratibus Pe. Bellaperti opinio.*
32 *Explanatur præter alios anceps quæstio.*
33 *Improbata communis declaratio.*
34 *Appellans aduersarium spolians, appellationis*

lationis beneficium perdit.

35 *Exceptiones dilatoriæ interdum post litem contestatam proponuntur.*

36 *Litis contestatio an in iudicijs possessorijs necessaria sit.*

37 *Sententia lata in possessorio est definitiua.*

38 *No.opinio.*

39 *Periculum si sit in mora, legum solemnitates remittuntur.*

40 *Octo remedia ad recuperandam possessionem prodita.*

41 *Interdictum Vnde vi, an detur contra singularem successorem.*

42 *Enucleatum c.sæpe, de resti.spol.*

43 *No.circa illud c.sæpe, opinio.*

44 *Explicata l.vitia.ff.de acquir.pos.*

45 No.declaratio.

46 *No.sensus ad §. aliquando. l. si cum exceptione.*

47 *Interdictum Vnde vi, an detur contra successorem vniuersalem.*

48 *Vtrùm etiam pro rebus soli, solum competat.*

49 *Officium iudicis an detur contra scientem succedentem in vitium.*

50 *Interpretatio vera c.quia V.de iud. & c. bonæ.de app.*

51 *Attentata ante litem contestatam quãdo sint reparanda*

52 *Vtilius est officium iudicis interdicto Vnde vi.*

53 *Officium iudicis an detur contra possessorem bonæ fidei.*

54 *Et quid in eo, qui sua culpâ possessione cecidit.*

55 *Officium iudicis pro recuperanda tenuta datur.*

56 *Agenti c.sæpe, an obest exceptio proprietatis.*

57 *No.opinio.*

58 *Scientia, si puniatur, quando exigatur.*

59 *Enucleata singularis traditio.*

60 *Successor singularis præsumitur ignorare violentiam.*

61 *Verisimile est nos scire, quæ palàm fiunt.*

62 *Coniunctus quando scire facta cõiunctorum credatur.*

63 *Panor.sentẽtia sine distinctione probata.*

64 *Vicinus quãdo præsumatur scire facta vicini.*

65 *Remedium c.sæpe, datur contra quemcũque successorem.*

66 *Remedium c.redintegranda, an detur contra successo.bonæ fidei.*

67 *Probata contra communem opinio.*

68 *Auxilium c.redintegranda, an detur pro rebus laicorum.*

69 *Exorbitans dispositio fauore animæ extenditur.*

70 *Occupans vi rem propriam eam perdit: quòd si alienam, tantundem restituit.*

71 *Collatio tantum in collatum, quantum in electum electio, operatur.*

Xplicitis iis, quæ ad literæ nostræ declarationẽ pertinent, paucis quæ de possessorio, & petitorio Doctores passim scribunt, tractemus, quod in omnium gratiam familiariter vt doceamus, de more regulas constituo.

Prima. Nihil cõmune habet proprietas cum possessione: quæ cùm satis, abundéque in textu à nobis discussa fuerit, de ea nunc silebimus.

Prima regula.

1 Secunda regula. † Absolutoria lata in petitorio obstat agenti possessorio admi-
2 xtam proprietatis causam habente, l.ij.§. quædam.ff. de interdictis. † Dicitur
autem possessorium habere causam proprietatis mixtam (vti illic declarat Accursi.) cùm vt ex eo obtineatur, dominium, aut quasi probare necessum est, verbi causa, in interdicto de itinere, actúque priuato, si agatur, vt iter reficere liceat, l. iij.§. hoc autem. ff.de iti.actúque pri. Hincque huius regulæ facilis fit tibi ratio. Quoniam de titulo, seu proprietate in possessionis causa doceri debet: hæc autem in petitorio finita est, & terminata, Panor.in c.pastoralis, col.vij.de cau.pos.& proprie. Ex hac etiam regula perpulchrè inferas, quòd cùm sacerdotia sine titulo, & canonica institutione posideri neque posint, neque debeant, c.ex frequentibus. de Institut.c.j.de reg.iur. in vj. agens super his possessorio, quod aliquam tituli probationem requirit (ne ad sacerdotia vitiosus pateat ingressus, c.vni. de eo qui mit. in pos.in vj.) exceptione rei iudicatæ super titulo beneficii, neque iniuriâ depelle-

Secunda regula.

Absolutoria lata in petitorio an obstet agẽti possessorio.

Possessoriũ habens causam admixtã proprietatis.

tur.Panor.in c. in literis. de resti. spoliat.Inferre deinde potes, quòd cùm liberæ
personæ possessio sine titulo haberi non posit,l.j.§.per hanc.ff.de rei vendi.l.cùm
hæredes.§.fin.ff.de acquiren.pos. possessorium, quantum ad liberas personas, ad-
mixtam causam proprietatis habet, quàle est possessorium coniugum. Neque e-
nim sine legitimo matrimonii titulo coniugis possessio haberi potest, ca.ex trans-
missa.c.ex parte.de resti.spol.quod & Ripar.hîc col.viij.adnotauit.

Tertia regula. Quid in possessorio adipiscendæ.

Tertia regula.Lata pro reo in petitorio sententia agenti possessorio adipiscen-
dæ non obstat.Barto.& cæteri hîc declarant hoc procedere, si reus ideo absolutus
sit,quia actor non probasset,vt in dubio præsumitur. Barto.in l. Iulianus.col.ij. ff.
de condict.indebi.Si quidem tunc nihil de iure possessoris sit iudicatum, l. si inter
me & te.ff.de except.rei iud.l.sed & si possessori.ff.de iureiur.secùs,si reus ideo ab-
solutus fuisset, quia se dominum rei probasset,déque sententia paratus esset doce-
re incontinenti.ita interpretantur quod Accur.in l. si de vi.ff.de iudic.adnotauit.
Ad cuius declatationis confirmationem præter alios text.producere solitus sum
in l.iij.§.causæ.ff.de Carbo.edict. vbi si euidenter probetur agẽtem filium non es-
se,negari debet bonorum possessio Carboniana. Adde l.si is à quo.ff. vt in pos. le-
gato. Neque enim sine dolo facere videtur, rem postulans, quam confestim est

Pœna mendacii.

restituturus. Planè hoc non obtiner, cùm in pœnam rei de mendacio conuicti
agenti conceditur possessio.Nam quanquam reus, qui se falsò posidere negauit,
statim dominium probare contendat: ad aduersarium tamen actorem nihilomi-
nùs possessio trãsfertur, Accur.& Bar.in l.fi.ff.de rei vend. Accur.in authen. item
possessor.C.qui potio.in pig.habeantur.

Quarta regula. Quid in possessorio retinendæ.

Quarta regula. Agenti possessorio retinendæ obstat exceptio rei iudicatæ in
petitorio. Din.in cap.qui ad agendum. de reg.iur.in vj. Alexand.& posteriores in
d.l.naturaliter. §.nihil commune. ff. de acquiren. posses. Cùm enim apud eos ex-
ploratum sit agentem recuperandæ possessorio, quod longè fauorabilius est, re-
pelli,multò magis agens retinendæ repelletur: & ita crebrò docto.tenent, confu-
tatã aduersantis Bartol.opinatione, quam tamen nonnulli colorata ratione con-
firmant. Nam petitorium,& possessorium retinendæ cumulantur.d.§.nihil com-
mune. Absolutoria igitur lata in petitorio agenti possessorio obstare non debet
propter concursum. l. fundum.& l.fundi. ff. de excep. Bart.& cæteri in l.edita.C.
de eden.Sed hæc ab intellectu tam §.nostri,nihil commune.quàm l.fundum.pen-
dent, quæ nos in cumulationis tractatu excutiemus, quo loco communis sensus

Declaratio Francisci Ripar.

ad d.l.fundum. explodetur. † Cæterùm regulam nostram nouissimè Francis. Ri- 3
parius hîc, col.xv.veram esse declarat, nisi actor pro turbatione post sententiam
facta ageret: potuit quippe actor post sentẽtiam quæsiisse dominium. Idem etiam
censet,si ageret pro turbatione ante sentẽtiam, & reus absolutus fuisset, non quia
se dominum probasset, sed quia actor non probauerat: quoniam nihil tunc de iu-
re rei iudicatum est.l.si inter me.ff.de except.rei iud.l.sed & si possessori. ff.de iure-

Opinio Ripar. subuersa.

iur. Ad hæc & si aduertat nemo, affirmare tamen ausim vera non esse. Quando-
quidem possessio illi sit adiudicanda, qui prima fronte ius potentius habet. c.licet
causam.de probat.tantum abest,vt ab eo euelli possit. Quis autẽ negauerit reum,
qui possidet,quique pro se sentẽtiam habet,nisi aliud deinde doceatur,firmius &
apparentius ius habere? Proinde & pro turbatione siue ante sentẽtiam, quia non
probasset actor,siue post sententiã,quia se dominũ docuisset reus,rursus agentem
retinendæ absolutoriam depellere,verissimum esse contra Ripar.existimauerim.
nec ob eam rem præiudicium actor sibi fieri putet:cùm,si dominiũ posteà quæsie-
rit,rei vendicatione experiri possit,nec rei iudicatæ exceptione repelletur, quan-
do non sit eadem causa petendi.l. si mater. §.eandẽ. & l.& an eadem.ff.de except.
rei iud. Porrò hæc in exceptione sententiæ vera sunt.Cæterùm exceptio dominij,
quam aliter quàm per sententiã etiam incontinenti reus probare offert,per testes
putà,aut instrumẽta,possessorio retinẽdæ agenti non obstat.Bar.hîc.Bart.& Arer.

in l. si de eo. §. fin. ff. de acquir. posses. quorum opinio (quamuis à nonnullis controuertatur) tandem tamen obtinuit. nam (vt Panorm. in c. in literis. colum. ij. de resti. spolia. inquit) si secùs diceremus, liceret ei, qui dominium habet, possessorem in possessione sua impunè molestare, conta l. si quis in tãtam. C. vnde vi. & c. cum qui beneficium. de præben. in vj. Alia item ratione hoc receptum est, ne homines ad arma, & rixam procedant, atque ad delicta inuitentur l. æquissimũ. ff. de vsufr. l. conuenire. ff. de pact. dot. His nimium generaliter locutum esse Accurs. in l. si de vi. ff. de iudi. quis est, qui non videat? cùm tradidit eum, qui quocunque genere possessorii agit, exceptione dominii repelli, si de illo reus paratus sit docere incontinenti.

Quinta regula. Absolutoria lata in petitorio obstat spoliato agenti possessorio recuperãdæ: communis est docentium sententia aduersus Bart. in d. §. nihil commune. quam duabus potissimum rationibus confirmant. Prima, † quia lata in fauorem rei super petitorio sentẽtia, inter easdem personas facit notorium. l. emptorem. in princ. ff. de actio. empt. c. vestra. de cohabi. cleri. & mulier. Barto. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa. Exceptio autem notoria defectus iuris proprietatis, agenti spoliato recuperãdæ obstat. c. ad decimas. vbi glo. de rest. spoli. in vj. c. significasti. de diuor. Quamobrem Alexand. quem alii sequuntur, in l. si rem aliquam. ff. de acquiren. poss. defendit, notorium dominii defectum, obstare agenti remedio. l. si quis conductionis titulo. C. locat. quod tamen recuperandæ est. sequitur Curt. consil. lxxj. col. vij. Secunda ratio: nam spoliatus, qui interdicto, Vnde vi, ante omnia possessionem nancisci poterat. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam, de vi public. ex quo dominii quæstionem prius tractari passus est, in eadémque succubuit, sibi in possessorio recuperandæ vsque adeò præiudicauit, vt ad illud redire amplius nequeat. c. j. de resti. spolia. Qua ratione adiuuatur Alex. & sequacium declaratio, vt intelligatur regula hæc communis in spoliato ante controuersum petitorium. Nam si spoliatus esset post sententiam, apud omnes in confesso est, exceptionem rei iudicatæ illi neutiquam obstare, sed ante omnia restituendũ esse arg. c. cùm teneamur. de appella. Debuit quippe reus sententiæ executionem petere, non verò temere, proprióque sensu ius sibi dicere, l. extat. ff. quod met. cau. vulg. Potuit præterea reus sibi de nouo rei dominium quæsisse. † His malè ab interpretibus nostris reprehensum Barto. semper existimaui. quandoquidem non adeò indoctus, & iuris nesciens fuerit Bar. vt nesciret eum, qui cùm interdicto Vnde vi, agere posset, dominii quæstionem discuti passus est, sibi præiudicium facere: cùm id & alibi docuerit in l. j. §. sed & si is cui. ff. de no. oper. nuntia. per d. cap. j. de resti. spol. Quare eandem fuisse mentem Barto. vnà cum communi, semper mihi persuasi, quod notatu non omnino indignum est. Declarant prætereà docentes regulam nostram in absolutoria lata in petitorio pro reo, quia se dominum probauit, secùs, si ob inopiam probationum actoris absolutus fuisset, quod per eam sententiam dici non possit, notoriè de dominio rei spoliantis constare, l. si inter me. ff. de except. rei iudi. l. sed & si possessori. ff. de iureiur. in quibus terminis docet Riparius singularem Barto. opinionem defendi posse. † Sed huic declarationi ipse minimè assentiri possum, quamuis alium contradicentem non reperiam. Quanquam enim cesset prima ratio de nototio: durat tamen secunda, & potentior, quòd cùm posset interdicto nancisci possessionem, dominii quæstionem tractari passus est, in possessorio sibi præiudicauit, c. j. de resti. spolia. Quare imputandum est actori, qui màluit rem petere, quam interdicto nancisci possessionem contra consil. Iurisconsul. in l. is, qui destinauit. ff. de rei vendi.

Quinta regula.

4 *Quid in possessorio recuperandæ.*

5 *Defenditur ab omnium reprehensione Bart.*

6 *Refellitur doctorum declaratio.*

Porrò nunc videamus an quædam, quæ in regulam nostram recentiores obiiciunt, refelli possint. Horum illud primum est, possessorium recuperandæ cùm petitorio cumulatur, l. cùm fundum. §. fin. ff. de vi, & vi arma. c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. Non ergo absolutoria lata in vno parere potest rei iudicatæ exceptio-

nem in altero, l. fundum, & l. fundi. ff. de except. Id quamuis hoc loco pertractent Moderni, ego tamen in tractatum cumulationis conseruo. Alterum est ca. porrò. de diuor. vbi vxori petenti restitutionem mariti non obstat defectus tituli notorius ex proxima parentela causatus, cuius obicis dissolutio hactenus penè inextricabilis fuit. Tu † breuiter, omissis iis, quæ hac in re fusiùs, quàm par esset, traduntur, præter omnes considera, verissimum esse absolutoriam latam in petitorio, quæ inter easdem personas facit notorium, obstare deinde agenti possessorio recuperandæ, non propter notorium tituli in spoliato defectum (nam & violenti inuasores, fures, & prædones restituũtur, l. j. §. qui à me. l. colonus. & l. cùm fundum. ff. de vi, & vi arma. l. j. §. si prædo. ff. deposi. ca. in literis. de restit. spolia.) sed quia interdicto Vnde vi, renuntiare videtur, cùm proprietatis negotium tractari, & discuti patitur, vt paulò antè declaraui, per c. j. de restit. spolia. sicque d. ca. porrò. de diuor. non obstabit. Ad cuius, aliorúmque iurium declarationem sequentem regulam constituo. 7

Not. & vera declaratio huius regulæ.

Sexta regula. † Solus defectus tituli notorius, agentem recuperandæ non depellit: quin imò spoliatus ante omnia restituendus est, d. l. j. §. qui à me. & l. colonus. & l. cùm fundum. ff. de vi, & vi armat. c. in literis. de resti. spolia. c. porrò. de diuor. Sed neq; agenti, exceptio, *Dolo facis, petendo quod consessum es restituturus*, obstabit: quandoquidem ea vtcunque in petitoriis locum habeat, in possessoriis, vel maximè recuperandæ non obtinet, l. si quis emptionis. §. sed hæc contra. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. l. si quis conductionis. C. de loc. & conduct. Paul. Castr. & posteriores. in l. ij. C. de edict. diui Adria. tollen. idque omnes verum esse contra Accur. admittunt. † Cæterùm huic regulæ obstat l. bona fides. in fi. ff. deposi. dum dicit defectum tituli notorium in fure repellere furem agentem recuperandæ. Neque enim, inquit, ex bona fide est, rem suam dominum prædoni restituere compelli. Quamobrē inferebant duo ex auditoribus nostris doctissimi, & disertissimi, quòd defectus tituli notorius agẽtem contra dominum repellet, quod est falsum, l. cùm fundum. §. emptorem. ff. de vi, & vi arma. vbi colonus vi ab emptore deiectus habet contra emptorem interdictum Vnde vi, & probatur ratione. Quoniam restitutio, quæ statim debet fieri ex regula, *Spoliatus ante omnia*, &c. non fundatur in titulo, & iure petentis, sed in odio spoliantis, cap. fin. de ordi. cog. Clemen. vnic. de cau. pos. & proprie. & quia, si contrarium diceremus, liceret domino proprietatis impune molestare possessorem contra mentem Imperatoris in l. si quis in tãtam. C. vnde vi. & summi Pontif. in c. eum qui. de præben. in vj. & daretur occasio veniendi ad arma, & scandala contra l. æquissimum. ff. de vsufruct. & l. conuenire. ff. de pact. dot. & quia non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè fieri possit: ne occasio sit maioris tumultus faciendi, l. non est singulis. ff. de reg. iur. l. vnic. C. quando lic. vnicuique se sine iudi. vendic. ca. cùm nostris. de concel. præben. Neque obstat d. l. bona fides. in qua ideo æquum est dominum non compelli restituere, quoniam nulla præcesserat spoliatio, aut vis in apprehẽsione rei, super qua tamen omnis fauor restitutionis fundatur. Ab hac mea regula duos casus excipio. Primus est, cùm manifestũ est spoliatum esse possessionis, quam petit prorsus incapacem, Innocent. in c. constitutus. de fi. presby. verbi causa, si prælatus laicum, qui spiritualia possidere non potest, c. decernimus. de iudi. c. causam, quæ. de præscript. ecclesia spoliasset. Ange. Aret. in §. j. colum. xx. de excep. in Institu. & hic est casus, c. ad decimas. de resti. spolia. in vj. quoniam illic ideo canonici sancti Nicolai spoliati à B. clerico restituti non fuerunt, quia restitui petebant ad possessionem decimarum in parochia aliena, B. scilicet spoliantis: cùm iure communi certo certius sit, neminem nisi intra suam parochiam, decimas exigere posse. † Secundus casus, cùm spoliatio fit legis auctoritate, vt in c. significasti. de diuot. vbi vxor, quæ si adulterium committat, liberè dimitti potest, Matth. xix. & c. quemadmodum. de iureiuran. c. Agathosa. xxvij. q. ij. c. dixit Dominus. xxxij. q. ij. si notorié 8 9 10

Sexta regula. Defectus tituli notorius an agentem repellat.

Intellectus ad l. bona fides.

Intellectus ad l. bona fides. in fin. ff. deposit.

Explicatũ ca. ad decimas.

Explanatur nouiter sensus c. significasti.

riè adulteretur, proindéque vir eam dimittat, restitutionem petens non auditur. Et hæc est verissima illius c.ratio:quamuis ex aliis tangat nemo,cui non exiguam accessionem facit, quod per manus traditum est. quanquam, appellatione pendente nihil sit innouādum: speciale tamen esse, vt legis auctoritate innouari possit,l.per hanc.C.de temp.appel.Et hæc ratio planè indicat, d.ca. significasti. nihil pugnare,cum ca.porrò. vbi spoliatio non fiebat legis auctoritate. Certum quippe est, absque iudicio ecclesiæ maritum coniugem consanguineam dimittere non posse,c.multorum.xxxv.q.vj.nisi fortasse essent cōiuges in gradu lege diuina prohibito,c.literas.de resti.spolia. *Conciliatio noua c. significasti. & c. porrò. de diuer.*

Septima regula. Lata in possessorio in fauorem rei sentētia non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio:quoniam(vt Iulius Paul.inquit) in interdicto possessorio, in petitorio proprietas vertitur.l.& an eādem.§.fi.ff.de exceptio.rei iudica. Ab hac regula interpretes vnicum duntaxat excipiunt casum, cùm scilicet possessorium admixtam causam proprietatis continet. l. ij.§.quædam.ff.de interdict. Iis nempe interdictis totū finitur.l.j.§.fi.ff.de aqua quoti.& æsti. Proinde quanquam de dominio incidenter, quia tamen plenè cognitum est, rursus agenti sententia obstare debet, Accurs.in l.si iudex.ff.de iis, qui sunt sui. Bald.in l.incerti.col.v.C. de interd.His paucis,facilè est refellere,quæ verbosè in hanc exceptionem But.in c.cùm dilectus.de caus.pos.& proprie.Alexand.Iason & posteriores hîc euomunt. Nam quod aiunt latam sententiam in vno iudicio, quo de proprietate incidenter actum sit, non obesse, si in alio iudicio principaliter intentetur. l.sed si antè.ff.de except. Bart.in l.qui Romæ,§.duo fratres.col.ij.& v.oppo.ff.de verb.oblig.obtiner cùm de dominio incidenter summatim, non cùm plenè cognitum est, Accurs.in d.l.si iudex.ff.de iis,qui sunt sui.Sed iam satis huic materiæ datum est. *Septima regula.*

11 Nunc ad petitorii & possessorii cumulationem descendamus. †Planè(ne vocabuli ignoratione decipiamini,)cumulare nihil aliud est,quàm diuersas actiones simul in eodem libello, vel diuersis congerere: & cumulatio est plurium actionum in iudicio cōtra eundem legitimè facta coadunatio, seu coniunctio. Bar.in l.edita. col.iij.C.de eden.Bald.in l.j.col.fi. C.de fideicommis. Ang.Aret.in §.si minus.col. xiij.de actio. per l.si idem cum eodem. ff. de iurisdi.omni.iudi. vbi Gaius Iurisconsultus constituit, vt si contra aliquem Corasius experiatur pluribus actionibus, quarum singularum quantitas, intra iurisdictionem iudicantis sit, omnium autem coaceruatio, modum iurisdictionis excedat, quia, finge, coram ciuitatis defensore (qui ad trecentos vsque aureos duntaxat iudicare potest. §. & iudicare.in auth.de defen.ciuitat.collatio.iij) ex causa mutui centum, ex deposito ducenta, ex emptione centum petat, non fieri cumulationem ad impedimentum iurisdictionis, sed quanque summam manere separatam, quamobrem apud eum iudicem agi posse.Quod scire non infructuosum est,propter mercatores,qui frequentissimè ex pluribus cōtractibus,diuersa in eodem libello debita petunt.Nam hanc cumulationem lex non improbat,præterquàm, si per illam iudicis iurisdictionem impedire desiderer. Quando autem cumulatio permissa, aut vetita intelligatur sequentibus regulis intelliges. *Cumulatio quid sit.*

12 Octaua regula. † Cùm actiones sic se habent, quòd latā in prima absolutoria parere potest rei iudicatæ exceptionem in secunda, non cumulantur. l. fundum. & l.fundi.ff.de excep.l.interdum.ff.de pub.iud.l.duobus.§.exceptio. ff.de iureiur. Cæterùm hæc regula aliquando à me pluribus verbis fuit confutata: at nunc rationes quatuor proposuisse satis erit.Prima,quia actionis furti,& condictionis furtiuæ cumulatio admittitur.l.si pro fure.§.j.ff.de cōdict.furt.l.j.C.de furt. Et tamen fieri potest, vt in vna absolutoria rei iudicatæ exceptionem in altera pariat: verbi causa, si in actione furti absoluatur reus, quia furtum factum non sit. Nam tunc neque condictio deinde intētari poterit.l.duobus.§.si quis iurauerit. ff.de iureiur. Secunda† desumitur ex tex.§.sed neque.de fideius.collat.j.vbi Imperator admittit *viij.regula.* *Declaratus §.sed neq. de fideiuss.*

eundem creditorem poſſe experiri actione perſonali ad debitum, & hypotheca-
ria, & tamen ſi abſoluatur reus tanquam debitum non ſit, obſtabit ſententia cre-
ditori ad pignus agenti, vt nemini non patet. l. ſi deferente. ff. quib. mod. pig. vel
hypo. ſol. Ad quem text. tamen ego quandoque reſpondebam defendendo com-
munem ſententiam, quòd ibi certum erat abſolutoriam ſequi non poſſe, quod ex
intercesſione fideiuſſorum planè liquet. Nam ſupponit fideiuſſoris acceſſio debi-
tum l. j. ff. de fideiuſ. l. j. §. eum, qui. ff. de conſtit. pec. Sed nunc apud me non omni-
no tuta eſt. Fac enim ſolutum eſſe quicquid deberetur, qua ratione conſidera ab-
ſolutoriam ſequi poſſe in perſonali, nónne ea tunc in hypothecaria eſt exceptio-
nem paritura? Tertia ratio: petitoriũ, & poſſeſſorium cumulantur. l. cùm fundum.
§. fin. ff. de vi, & vi armat. c. paſtoralis. de cauſ. poſſeſ. & proprie. cùm tamen abſo-
lutoriam latam in petitorio agenti poſſeſſorio, vt plurimum obſtare ſit in confeſ-
ſo, vt paulò antè declaratum extitit. Poſtrema ex l. ſed ſi ante. ff. de excep. vbi cu-
mulatur confeſſoria ſuper ſeruitute viæ cum rei vendicatione: cùm tamen fieri
poſſit, vt abſoluatur reus in confeſſoria, quia rem probet eſſe ſuam, quæ res iudi-
cata dubio procul actori rurſus agenti ſuper proprietate obſtabit. His rationibus
me hercule non contemnendis, regulam noſtram, quam tamen omnes & tradũt,

Intellectus l. fundum. & l. fundi. ff. de excep.

& approbant, euulſam, ſubuerſámque, nemo eſt, qui non videat. † Sanè quia com- 14
munis hæc regula in l. fundum. ff. de excep. fundatur: pauca de illius intellectu ex-
cutienda ſunt. Et quouiam illic Africanus conſtituit, vt ſi ſemel orta fuerit inter
te, & me de proprietate fundi, quem poſſides, quæſtio, rurſúmque ego actor con-
feſſoria ad ſeruitutem agam, quia dicam viam ad eum fundum per Sempronia-
num, quem tuum eſſe conſtat, deberi, exceptione repellor, tractandum eſt, quæ ſit
illius traditionis ratio. & docent Barto. & crebrò cæteri hoc ideo cõſtitutum, quia
lata abſolutoria ſuper fundo rei iudicatæ exceptionem parit ſuper ſeruitute. Nam
ſi declaretur reus dominus, ipſi ſibi ſeruitus deberi non poteſt, l. vti frui. ff. ſi vſuſ-
fruct. pet. l. quicquid venditor. ff. com. præd. l. in re cõmuni. ff. de ſeruit. vrba. præd.
Quamobrem non obtineret hoc, ſi priore loco viam, deinde fundum peterem.
Quanquam enim reus à ſeruitute abſoluatur, non per hoc abſoluendus erit in do
minio fundi, quando hæc (vt nemo non videt) ſimul ſtare poſſint, quòd ſeruitus
fundo non debeatur, & quòd reus non ſit fundi dominus, ſed actor. hic eſt caſus, l.

Paul. Caſt. ad eos text. declaratio.

ſed ſi antè. ff. de except. Pau. Caſtr. hæc in ſe vera admittit, quantum tamen ad dd.
ll. fundum, &, ſed ſi antè, non conſiderari affirmat. Nam & in caſu d. l. ſed ſi antè.
poſſet in primo iudicio ſeruitutis, talis ſententia abſolutoria ferri, quæ obſtaret a-
genti in ſecundo de proprietate, putà, ſi ſtatim ſibi controuerſa ſeruitute, reus fun
dum ſuum eſſe legitimè probaſſet. & tamen illic traditum eſt, ea duo iudicia cu-
mulari poſſe. Quamobrem putat in eis legibus duntaxat conſiderari, an condem-
natoria in ſecundo, poſſit in primo præiudicium facere, vt ſi præiudicium facere
poſſit, non cumulentur, alioquin ſecùs. Ideo non temere Africa. & Paul. Iuriſcon-
ſulti celeberrimi diſtingunt, vt ſi primò propoſita ſit rei vendicatio, deinde agam
confeſſoria, exceptione repellar. Nam cùm in iudicio ſeruitutis ſecundo de domi-
nio incidenter diſputatum ſit, de quo principaliter in rei vendicatione tractan-
dum erat, neque prius reus ad ſeruitutem condemnari poſſit, quàm declaretur
fundum, cui actor ſeruitutem deberi aſſerit, actoris eſſe, patet condemnatoriam
in ſecundo, præiudicium facere in primo, ideo cumulari non poſſe. Diuerſum au-
tem eſt, ſi prius agam ad viam, deinde ad fundi proprietatem: quanquam enim de
dominio in ſecundo iudicio proprietatis obtinuerim, non tamen obeſt priori iu-
dicio confeſſoriæ. Neque enim neceſſariò ſequitur, ſum dominus huius fundi, er-
go ſibi debetur ſeruitus. Et hæc Paul. Caſtr. ingenioſa declaratio vſque adeò mihi

Vera ad dictas ll. declaratio.

quandoque arriſit, vt illam veram eſſe defenderim, & certè longè probabilior eſt,
quàm communis. Mihi tamen nunc accuratius cogitanti non facit ſatis. Nam &
contra eam, inexpugnabiliter facit, quod diximus de actione furti, quæ cum con-
dictio-

dictione furtiua cumulatur: cùm tamen in secũdo condemnatio sequuta, in pri-
mo præiudicium faciat:à damnato quippe dupli, quia furtum fecit, multò magis
res ipsa furto surrepta,peti poterit. Quapropter,ne te diutiùs remorer, si mentem
Africani,illiúsque rationem scire desideras, prius reminisci oportet, quod à Iuris-
consultis pro regula traditum est,per minorem causam maiori cognitioni præiu-
dicium fieri non oportere.Maior nempe quæstio minorem causam ad se trahit, l.
15 per minorem.ff. de iudic. Rei † autem maiori præiudicium fieri videtur, cùm ea
quæstio in iudicium deducitur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte communis est
quæstioni de re maiori, l.rei maioris.ff.de excep.Et hæc est ratio,quæ mea senten
tia mouit Africanum,vt consultus negauerit eum,qui rei vendicationem propo
suisset,confessoria experiri posse.Sed reum exceptionem habere, ne præiudicium
ei fiat,quasi hoc sentiat,imò verò apertè exprimat, quæstionem proprietatis ma-
iorem,seruitutis verò controuersiam minorem esse: proinde per eam maiori, sic-
que rei vendicationi præiudicium fieri non oportere. Diuersum respondit Iulius
Paulus, in d.l. sed si antè, cùm priùs actor ad viam confessoria egit, deinde ad rei
proprietatem,non quidẽ temere,neque absq; ratione.Tametsi quippe per mino-
rem maiori cognitioni præiudicium fieri non oporteat, per maiorem tamen mi-
nori fieri potest: quandoquidem maior causa minorem quæstionem ad se trahit,
d.l.per minorem.ex cuius medulla, & ratione hæc collegimus.Idque & Bald. in l.
edita.in repetitione Patauina,colum.xiiij.C.de eden.& Rapha.Cuma.posteà præ
sensisse comperimus,in d.l.fundum. quanquam non adeò familiariter declarent.

Quãdo rei maiori præiudiciũ fieri dicatur.

16 † Sed dices, ingeniosa sint, miniméque vulgaria, non tamen nodum, qui cæteris
difficilior est,dissoluunt.Nam quid est,quòd Iul.Paul.in d.l.sed si antè,ait? quia &
diuersa corpora sunt,& causæ restitutionum dispares. Pauci ad hæc aduertũt. Tu
diligenter considera, si, præter alios, dici potest, quòd cùm priùs proponitur rei
vendicatio,deinde confessoria super via, decisio quæstionis seruitutis à judicio do
minii pendeat,quando seruitus non, nisi domino fundi,debeatur,l.j.ff.com.prę̨d.
proinde & eadem ferè sunt corpora propter connexitatem. Est quippe quæstio
viæ ad causam proprietatis veluti appendix:causæ item restitutionum pares sunt.
Nam ideo restituetur res actori in primo iudicio, quia dominus. Item in secundo
seruituris, quia dominus rei,cui debetur seruitus. At cùm prius proponitur con-
fessoria ad viam, deinde rei vendicatio, cùm quæstio viæ per se stare possit, neque
vt in illa obtineatur, de dominio probare necessum sit, sed sufficiat docere de pos
sessione præsenti, Accur.in l.sicuti.§. sed si quæratur.ff.si serui.vend.Bart. in l.qui-
dam in suo.ff.de cond.Inst.diuersa censentur corpora:cùm vtrumque stet princi-
paliter:diuersæ item, & dispares sunt causæ restitutionum. Nam in seruitute sola
possessio causa restitutionis esse potest:in proprietate verò probatio dominũ, ne-
cessaria est omni tempore.Sed iam satis huic regulæ datum est.

Explanata præter alios l. sed si antè.

Nona regula. Quando plures actiones sic se habent, quòd vnius electione alte-
ra tollitur,non cumulantur,l.quod in hærede. §.eligere.ff. de tribu.actio.l.fi.C.de
17 codicil. † Proinde quanquam ad consequendum legatum habeat legatarius tres
actiones,ex testamento personalem,rei vendicationem,& hypothecariam, l.j. C.
com. de leg.electione tamen vnius aliæ tolluntur. Non enim (vt Papinianus ait)
ea mente datum est legatariis, pluribus actionibus vti, vt omnibus experiantur,
sed vt laxior eis agendi facultas sit, ex vna interim, quæ fuerit electa, legatum pe-
tere,l.cùm filius.§.varus.ff.de lega.ij. Quamobrem & Canonistæ nostri dicunt e-
um,qui de se duas electiones in eadem ecclesia celebratas habet, cogendum eli-
gere,quam prosequi velit,c.vt quis duas.de elect.in vj. Quam traditionem ponti-
ficiam roborat Marciani Iurisconsulti constitutio.Si quis(inquit)in duobus colle-
giis fuerit,rescriptum est eligere eum oportere,in quo magis esse velit,l.j. ff.de col
leg.illicit. Planè hæc regula obtinet,cùm certum est, quod actionis genus com-
petat.Cæterùm,si incertum sit, pluribus actionibus, alternatiuè tamen, vti pote-

Nona regula.

rit agens, modò ex altera tantùm se velle consequi, quod cum contigerit, protestetur, l.j.§.quia autem. ff.quor.leg. Accur. in l. plura delicta. ff.de actionib. & obligationibus.

Decima regula.

Decima regula. † Actiones contrariæ non cumulantur, l.j. C.de furt. l. contra 18
maiores. C.de inoffi.testa. allegans quippe contraria non audiendus, sed repellendus est, c.sollicitudinem. de appella. Hinc Doctores (vt ad rem nostram redeamus) tradiderunt, petitorium & possessorium retinendæ cumulari non posse. Quandoquidem qui rei vendicatione agit, aduersarium possessorem fatetur: agens verò retinēdæ se possidere dicat. quod suo loco enucleabimus. Porrò hæc regula perpetua non est: plerosque nempe casus ab illa excipi constat, quos à Iaso. & Curt. in d. l. j. C. de furt. congestos (si te hic labor delectet) videre poteris. Nam hoc loco casus duntaxat vnus mihi dignus visus est, vt referatur, cùm scilicet remedia contraria non purè, sed conditionaliter proponerentur, quemadmodum non improbatur appellatio, quâ quis dicit sententiam nullam, & si qua est, appellat, Accursi. in l.j. C.quando prouoc. non est neces. Bart. in l. si expressim. colū. iij. ff.de appellat. His regulis, quæ non omnino extra rem nostram sunt, facilior ad petitorii & possessorii litus patebit appulsus.

Vndecima regula.

Petitorium & possessorium adipiscēdæ an cumulētur.

Vndecima regula. † Petitorium & possessorium adipiscendæ possunt cumula- 19
ri, l.j.§.quia autem. ff.quor. legat. c. pastoralis. de causa possessio. & proprieta. Accur. hic. & est communis omnium sententia, in quam fortissima illa ratio obiici solet, Iudicia in primo, quorum absolutoria lata exceptionem rei iudicatæ est in secundo paritura, non cumulantur, l.fundum. & l.fundi. ff.de excepe. Absolutoria autem lata in petitorio, quia reus se dominum probauit, obstat agenti adipiscendæ, Din. in c.qui ad agendum, de reg. iur. in vj. quod crebrò receptum est, vt suo loco vidimus. Sed eam regulam non esse veram, minúsque ex d.l. fundum. probari, paulò antè docuimus. Secundo & si vera esset, regulariter traditum est, latam in petitorio absolutoriam agenti adipiscendæ non obstare, vt in tertia regula suprà ostensum est. Nisi cùm reus ideo est absolutus, quia se dominum probauit, quod secundum causarum vulgarem, & communem cursum non contingit, sed secundum extraordinarium & irregularem, vt reus, scilicet, in se probandi onus sumat, l.circa. ff.de probat. proinde id non attendimus, Barto. in l.fundum. & in d.§.nihil commune, in prima combinatione. Eam regulam præterea de absolutoria in primo iudicio, quæ si paritura est rei iudicatæ exceptionem, in secundo cumulationem impediat, non obtinet ex Doctorum sententia: cùm speratur & verosimile est, secundum prius finiri, & terminari quàm primum: quia secundum est summarium, veluti possessorium, l.momentariæ. C.vnde vi. Accursi. in l.j. C. quorum bo. Primum verò plenarium, quia petitorium, quod plena inquisitione discutere oportet, l.iudices. C.de iudi. Accur. in l.iij.§.sciendum. ff. ad exhiben. Planè à regula nostra excipies duos casus.

Primus casus.

Primus, Cum electione vnius alterum tolleretur, vt in casu, l.fin. C.de codic. Testator scripsit hanc clausulam, vt si dispositio sua testamenti iure valere non posset, valeret saltem iure codicillorum, hæres eligere debet, an velit, vel ex testamento venire, vel ex codicillis: adeò, vt vnius electione alterius sibi aditum præcludat. Quamobrem si petitorium ex testamento proposuerit, non potest possessorium adipiscendæ intentare. Ideo non poterit testamentum non cancellatum, non vitiatum, neque abolitum offerre, ex eodémque petere se mitti in possessionem beneficio, l.fin. C.de edict. diu. Adria. tolle. Et hoc loco nos iuuat ea regula, quam paulò antè tradidimus, vt cùm actiones sic se habēt, quòd vnius electione cæteræ tolluntur, illarum impeditur cumulatio, l. quod in hærede. §.eligere. ff. de tribu. acti. l.cùm filius. §.varius. ff.de leg. ij.

Alter casus.

Secūdus casus (& est maxima declaratio) vt hæc regula obtineat ante conclusionem in causa: si verò renuntiatum fuerit, vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis definitiuæ sententiæ calculo terminari, ne litibus lites inculcentur, & via possit fraudibus

ape-

aperiri, cauſa non deciſa, poſſeſſorio non erit vtendum, niſi iudex, qui de cauſa cognoſcit, hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire. Verba ſunt Innocen.III.in cap.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& propriet. Hæc autem Bartol.& cæteri intelligunt de æquitate canonica. Nam ſecundum iuris ciuilis rigorem,etiam poſt concluſionem in cauſa, cumulari poſſe credunt. Solus Iaſon contradicit, exiſtimátque nullam inter ius ciuile, & Pontificium differentiam eſſe conſtituendam. Quandoquidem iura iuribus concilianda ſunt, cap. cùm expediat. de electi. in vj.& quia hoc iure canonico expeditum eſt,quapropter illi etiam in foro ciuili ſtandum.c.j. & ij.de noui oper.nunciatione. *Opinio Iaſ.*

20 Duodecima regula, † Petitorium, & poſſeſſorium recuperandæ cumulantur. l.cùm fundum. §.fin.ff. de vi,& vi arma. cap.paſtoralis. de cauſa poſſeſ.& proprieta. Huic regulæ etiam illud refragatur,quod per manus traditum eſt,latam in petitorio abſolutoriam agenti recuperandæ obſtare,vt ab omnibus aduerſus Bartol. receptum eſt, & in v.regula declaratum fuit: non ergo poſſe debent cumulari.l. in fundum.& l.fundi.ff.de excep.ſed ſi nobiſcum tenueris hanc regulam veram non eſſe,neque ex d.l.fundum,probari, vt in ſuperioribus docuimus, hunc obicem facili negotio refelles. Quòd ſi interpretum ſententiã ſequaris,cogeris dicere,quod in antecedenti regula poſt alios prodidimus, regulam dictæ l.fundum,veram non eſſe: cùm abſolutoria lata in primo iudicio,ſecundum regularem,& communem cauſarum curſum,non eſt paritura rei iudicatæ exceptionem in ſecundo,vt in caſu noſtro. Namque ſi abſoluatur reus,quia ſe dominum actor non probauit, non obſtat ſententia agenti recuperandæ: quanquam ſi ideo abſolutus reus ſit,quia ſe dominum eſſe legitimè probauit,ſecùs,vt doctores crebrò tradiderũt. At hic non eſt regularis curſus cauſæ,vt reus in ſe onus probandi ſuſcipiat, vel ſi hæc reſolutio omnium tibi minimè placeat, quemadmodum neque doctis, preſſiúſque cogitantibus eſt placitura, neceſſum ſic habes diſſoluere, vt etiam in ſuperiori regulã diximus,traditionem d.l.fundum,non procedere, cùm iudicium ſecundò propoſitum prius, quàm primùm terminandum eſt, vt in poſſeſſorio eſt expeditum.l. ordinarij.C.de rei vend.l.incerti. C.de interdict.& quia ſummatim de illo cognoſcitur,proprietas autem plena cognitione eſt excutienda.l.iudices.C.de iudi.Hæc & ſi communia ſint: vera tamen nullo tempore mihi viſa fuerunt. Proinde conſultiùs facies ſi eam regulam adeò generaliter traditã veram eſſe negaueris, quod nos fuſius,planiúſque,in viij.reg,cõmonſtrauimus. Potrò hanc noſtram regulam limitabis,quo caſu renuntiatum fuiſſet,vel concluſum in petitorio, eo nempe caſu,ne lites litibus inculcentur,Innocen.III. conſtituit de ſpoliato tractãdum non eſſe,niſi cauſa priùs proprietatis deciſa.c.paſtoralis,de cauſ.poſſ.& proprie. Quod verum eſſe de iure pontificio, non ciuili, Bartol.Alexand.& omnes(ſolo Iaſo.excepto)tradiderunt. *Duodecima regula. Petitoriũ & poſſeſſorium recuperãda an cumulẽtur. Limitatio xy.regula.*

21 Tertiadecima regula. † Poteſt actor, qui priùs egit petitorio illud ſuſpendere, donec interdictum recuperandæ, quod deinde propoſuit, fuerit terminatum.l.j. C.de Carb.edict.tex.clari.de iure pontificum, in.c.ſignificauerunt, de teſtib.& in Cle.vnic.de cauſ.poſſ.proprie. Hinc mirabilem habere poterit ſecundum aliquos actor vtilitatem, ſi in poſſeſſorio obtinuerit. Onus quippe probandi dominium, quod illi incumbebat,in aduerſarium transfert.l.liberis.§.fi.ff.de liberali cauſ.l.vis eius.C.de probat. Factus quippe reus eſt de poſſeſſore petitor,ad inſtar illius,contra quem eſt facta miſſio ex primo decreto in reali.l.ſi prius.ff.de noui ope.nuntia. l.ſi quis emptionis.§.ſed & ſi quis. C.de præſcrip.xxx.vel xl.annor.Bald.& alij in l. conſentaneum. C.quomodo.& quand.iud. Cæterùm damnatur crebrò hæc opinio:quandoquidem actor, qui omiſſo petitorio, recuperãdæ poſſeſſorium varians propoſuit: quanquam in eo obtineat, nihilominus ſe dominum probare debet: alioquin in petitorio ſuccumbet.c.cùm eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſſio.& propriet. vbi clerici cõuentualium eccleſiarum ſpoliati à canonicis eccleſiæ Sutrinæ, *xiij.regula. Opinio damnata.*

egerunt contra eos petitorio, & possessorio, in quo obtinuerunt: non tamen per
hoc ab onere probandi in petitorio releuantur. quinimò & si non probent, suc-
cumbũnt: ad quem text. sexcentis modis recentiores respondent. † Et quanquam 22

Communis sententia probata.

prior opinio colorem aliquem habeat, propter odium spoliationis: communis ta-
men probabilior est, vt onus probandi actori incumbat. Neque te moueat, quòd
in odium spoliatorum inductum sit, vt quæstionem dominij referre non possint.
l. si quis emptionis. §. sed hæc contra. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. Accurs. in l.
ita vt si fur. ff. commod. Bart. in l. iiij. §. Cato. col. ij. ff. de verbor. obligation. Nam,
missis iis, quæ ad huius obicis dissolutionem doctores inconsideratè effutiunt, fa-
cillimè hanc obiectionem ita dilues. Verum est spoliatorem violentum dominii
quæstionem referre non posse, vt per hoc valeat recuperandæ possessorium im-
pedire. Nam spoliatus ante omnia restituendus est, etiam si de iure illius notoriè
non constet, vt in sexta regula ostensum fuit: quo autem ad alia, quæstio dominii
referri non prohibetur. Prætereà si bona esset hæc ratio, non posset etiam reus in
petitorio obtinere, etiam si se dominum probaret, quãdoquidem generaliter tra-
ditum sit, spoliato dominii quæstionem referri non posse. Quod tam apertè fal-
sum est, vt confutatione longiori non egeat. Porrò in reg. nostram duo obiici pos-

Duæ difficultates.

sent. Primùm, quia qui semel actionem proponit, necesse habet vsque ad finem li-
tem exercere. §. omnium. de litig. collat. viij. auth. qui semel. C. quomodo & quan.
iud. Qui ergo petitorium proposuit. non debet posse variando ad possessorium
redire, sed rei vendicationem persequi cogẽdus est. Secundum, quia qui cùm pos-
set interdicto Vnde vi, experiri, quæstionem dominii tractari passus est, adeò sibi
in recuperandæ possessorio præiudicat, vt sibi petenti restitutionem proprietatis
quæstio obiici possit, c. j. de resti. spolia. † Priorem obicem Alexander cupiens dis- 23
soluere, excipit casum nostrum, odio spoliatoris à regula illius authenticæ, qui se-
mel. quod Ias. non placet. Proinde ex eius sententia dicendum est, cõstitutionem
illius authenticæ tunc obtinere, cùm temere, atque sine causa, actor ab actione de-
sistit. At in casu nostro desistit cum causa, & legis auctoritate, quæ possessorium
antè iudicari constituit. Sed deterior est (aut ego fallor) hæc solutio. Nam nos illud

Defensa Alexand. ratio.

quærimus, cur ita lex constituerit. Quamobrem tenebis meo periculo Alexan. so-
lutionem, quæ communis est, & expressim probatur in Clemen. vnic. de cau. pos.
& proprieta. † Circa autem ca. j. de resti. spol. contorquent se Ias. & recentiores. Tu 24

Declaratur c. j. de resti. spolia.

dic breuiter ingens esse inter casum, & casum discrimen. Nempe in eodem cap. j.
spoliatus proponebat possessorium, non etiam petitorium: quinimò consensit, vt
spoliator se esse dominum probaret, túmque quasi tacitè pactus videtur nolle vti
interdicto Vnde vi, si spoliator legitimis documẽtis se esse proprietatis dominum
ostenderet. Quare neque iniuriâ, si hoc probatum sit, spoliatus non restituitur. At
casus noster est, cùm idem, qui petitorium proposuit, illud suspendere desiderat,
possessorióque experitur, quod lex in odium spoliantis non improbat. Neque e-
nim agendo petitorio expresè, vel tacitè possessorio renuntiauit, sed imprudens
prius rei vendicatione egit: quam imprudentiam, non tam lex horret, quàm spo-
liationem.

xiiij. regul.

Quartadecima regula. † Petitorium & possessotium retinendæ non possunt cu 25
mulari. Accur. & alii hîc, Bart. & omnes ferè hîc, Glo. in c. pastoralis. de cau. pos. &
proprieta. obstante ratione contrarietatis. Nam qui actione in rem agit, aduersa-
rium possidere dicit, l. vnica. C. de alien. iudic. mut. caus. fact. c. examinata. de iudi.
Qui verò retinendæ experitur, se possessorem contendit, sed in possessione turba-
ri conqueritur, l. j. §. est igitur. ff. vti possid. Tanquam ergo contrarius semetipsum
excludit, l. si procuratorio. §. sed si alius. ff. quan. appel. sit. cap. solicitudinem. de ap-

Primus casus à regula exceptus.

pel. † Planè hæc regula perpetua non est. Ab ea namque ex Bart. & aliis plures 26
casus excipiuntur. Primus, quum vtrumque remedium pro iure incorporali, velu
ti seruitute proponeretur. Nam quum in ea petitorium sit confessoria actio, l. ij. ff.
si ser-

si seruit.vendi.§.æquè.de action.in Instit.quæ illi etiam datur, qui est in quasi possessione seruitutis contra turbantem,l.& si fortè.§.j.ff.si serui. vendi. ea actione in rem proposita potest experiri retinendæ interdicto, quod pro iuribus incorporalibus,& quasi possessione competit,l.quoties via.ff.de serui. Eadem ratione non secùs in sacerdotiis, & aliis iuribus spiritualibus, quæ cùm incorporalia sint, non verè possidentur,sed quasi.quare in his petitorii & possessorii retinendæ cumulatio admittitur,c.significauerunt.de testi.Card.in Clem.vnica.de caus.poss.& proprieta. Secundus casus est:si petitorium & possessorium, ratione diuersæ pos- *Alter casus.*
sessionis proponātur,veluti(vt exemplis res clara fiat) quia egerim actione in rem possessionis naturalis ratione, quæ apud te est, deinde verò vti possidetis ratione ciuilis turbatæ,quæ apud me est. Aut per contrarium,quia egerim rei vendicatione nudæ detentationis,quæ apud te est,ratione:posteà verò vti possidetis,quòd ciuiliter & naturaliter possiderem, iuxta l.officium.ff. de rei vendi. & l.rei commodatæ.ff.commodar. Huius quippe possessorii retinendæ cum petitorio cumulatio minimè prohibetur,vt hoc textu secundum quintam lecturam,allegatur. Accur.in l.clàm possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.pos. Tertius casus:si *Tertius casus.*
possessionem post intentatum petitorium actor quæsiisset,vt hîc secundum quartam lecturam.Sed tunc obstat:quoniam si ad agentem rei vendicatione peruenerit res controuersa,expirat petitorium iudicium: idcóque reus absoluendus est, l.sin autem,§.j.ff. de rei vend. Quemadmodum si ante rem iudicatam is, cum quo actum est,actori satisfaciat,iudicis officio eum absolui ab instantia, obseruationéque iudicii conuenit, quanquam in ea causa fuisset iudicii accepti tempore, vt damnari deberet,l.quoties.ff.de solu.§.fin. de perpet.& temp.actio. Si ergo extin-
27 ctum est petitorium,nullus est illius cum possessorio concursus. † Tu considera,
quòd actor,qui in rem agit,duo potissimùm petit, Primùm, vt declaretur domi- *Egregia declaratio.*
nus rei controuersæ,l.Pomponius.§.sed & si is.ff.de procurat.l.& ex diuerso.§.j.ff. de rei vend. Alterum, vt possessio, quæ apud reum est, ad ipsum transferatur: ab hoc vltimo reus statim quum sine dolo malo amisit possessionem, est absoluēdus, d.l.sin autem.§.j.hócque respectu finitum est petitorium. At quo ad primum caput,vt scilicet,actor dominus declaretur,adhuc durat,l.si à te.§.si quis fundum,vbi Accur,Barto.Cuma.& Castr. ff.de excep.rei indic. Durat item quo ad fructus, partus,& stipulationem de euictione, propter quæ etiam postquam reus possidere desiit in actione in rem,necessaria est sententia,l.vtique.ff. de rei vendic.l.si seruus.ff.iud.solu. Quartus casus est, quum actor quo tempore egit petitorio se *Quartus casus.*
possidere ignorabat,quia fortasse per alium possidebat,l.fin.ff.pro suo. Barto.& alii hîc.Nam his duntaxat,qui se possidere scit,agendo in rem commodo possessionis renuntiat,Accur.in l.si duo.ff.vti possid.
28 Quintadecima regula. †Possessorium, quod causam proprietatis cōtinet,nun- *xv.regula.*
quam cum petitorio concurrit,Bart.hîc,Bald.in l.edita.col.xv.C.de eden.sequuntúrque cæteri,cuius ratio,est altera regula. Quum absolutoria lata in vno iudicio paritura est rei iudicatæ exceptionem in altero,iudicia illa non cumulantur,l.fundum.ff.de excep.quemadmodum in istis possessoriis, l.ij.§.quædam.ff.de interdi. possessorio nempe finito,totum finitur,l.j.§.fina.ff.de aqua quot.& æst. Declara *Explanatio regulæ.*
primò hanc regulam procedere,si priùs intentetur petitorium,deinde possessorium,secùs verò,si per cōtrarium, priore loco possessorium, posteà petitorium proponeretur,Ant.But.in ca.quum dilectus de cau.pos.& proprieta. Eo nempe casu cessat ratio.Nam absolutoria lata in possessorio,in quo tractatur de dominio duntaxat incidenter non obstat agenti petitorio, in quo proprietas principaliter discutitur,l.sed si ante.ff.de except.sequitur Alexan.hîc. At ego verum esse id affir- *Singularis interpretatio.*
mare non ausim, propter verba d.§. quædam. Quapropter ipse generaliter hanc regulam intelligo,etiamsi possessorium priùs proponatur, modò tamen simus in possessoriis causam proprietatis continentibus principaliter, vt in interdicto de

itinere reficiendo,& similibus. In aliis autem, vt in interdicto, de liberis exhibendis,quod præparatorium est interdicti, de liberis deducendis, l.deinde.§.j.ff. de liber.exhibend.Butr.sententiam non improbarem.quandoquidem in eo,& similibus,vt obtineatur, satis sit summatim probare,l.iij. §. ibidem. & l.thesaurus. ff. ad exhiben. † Probationes autem factæ in summario iudicio non ostẽt, neque fidem 29
faciant in plenario,l.à diuo Pio.§. si super rebus. ff.de re iudic. c.veniens.de testib. Accur.in l.si iudex.ff.de iis,qui sunt sui.His quædam Ponta.declaratio,quam Alexand.morder, satis defendi potest.

Quæstionis nostra epilogus.

Postremò (vt nihil intactum omittatur, quod ad rem nostram pertineat)sciẽdum est in quæstione illa vulgari, † An petitorium 30
& possessorium possint cumulari, maximam fuisse apud legum ciuilium interpretes controuersiam,nodo(vt dicitur)Gordiano implicatiorem.Nam alii,vt Ioan.& Azo indistinctè tenuerunt nullum possessorium cum petitorio concurrere posse: quum leges vbique dicant,orta proprietatis,& possessionis lite,prius possessorium terminandum,neque ante proprietatis causam excuti posse,l.ordinarii. C.de rei vend.l.incerti.C.de interd.l.is,qui destinauit.ff.de rei vendica.l.exitus.ff.de acquiren.pos. Alii verò omne possessorium cum petitorio intentari posse putauerunt. Neque eos mouet, quod in possessorio retinendæ de contrarietate obiicitur.nam fieri potest, vt qui naturaliter & ciuiliter possidet, nihilominus ratione nudæ detentationis, quæ penes aduersarium est,agat, vt in eo,qui rem commodauit, aut deposuit,l.officium.ff,de rei vendica.l. rei commodatæ. ff.commod. Neque leges paulò antè à Ioan.& Azone allegatæ petitorii & possessorii concursum prohibẽt,

Opinio affirmatiua falsò Petro tribuitur.

sed duntaxat,vt à possessorio incipiatur,consulunt. †Et hanc opinionem Cin.Bar 31
to.& omnes Petro tribuunt: quum tamen nunquam Petri fuerit. Nam & ego Petrum videre volui,qui in d.l.ordinarii.colũ.pen.alleg. aliorum opinionibus improbatis,Azo.sententiæ nominatim subscribit in hæc verba, Quid (inquit) dicemus in lege nostra?Ergo approbo sententiam Ioan. & respõdeo, quòd nullum possessorium possit intentari cum petitorio, & credo, quòd in foro ciuili nunquam fuit dubitatum.Vnde hæc sententia ab omnibus seruaretur in foro nostro: de foro ecclesiastico non curo quid fiat. Tertii dixerunt possessoria adipiscendæ & recuperandæ cum petitorio cumulari,l.quum fundum.§.fin.ff.de vi,& vi arma.l.j.§. quæ autem.ff.quorum lega.c.pastoralis.de cau.pos.& proprieta. Possessorium autem retinendæ,non obstante ratione contrarietatis, vt suo loco extitit declaratum, &

No. & vera ancipitis quæstionis explanatio.

hæc fuit Marcia.opinio,quam crebrò nostri interpretes sequuti sunt. † Tu (vt hu- 32
ius difficillimæ contentionis planum sensum habeas) præter alios, & clariùs considera hanc quæstionem dupliciter intelligi posse. Primò, an omne possessorium cum petitorio possint simul,& in eodem libello proponi,non vt simul tractentur, & super vtroque eodem tempore procedatur, sed vt imprimis super possessione, cuius causa terminata, deinde de proprietate contendatur. & tunc illorum opinionem verissimam esse confirmo, qui tenent possessorium quodcunque etiam retinendæ cum petitorio concurrere posse.Neque hoc verum esse quisquam sani iudicii negauerit. Potest rursus quæstio intelligi, An possessorium & petitorium possit simul proponi,vt etiam super vtroque simul procedatur,& tunc Ioan.& Azo.sententiam defenderem, vt nullum possessorium cum petitorio cumuletur. quandoquidem orta proprietatis & possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quæstionem, vt ex hoc ordine facto de dominii disceptatione probationes ab eo,qui de possessione victus est,exigantur, Diocletian.& Maximia. Imper. ad Pompeianum Præfectum Prætorio rescripserint,l.incerti.C.de interdi.

Limita Bar. & aliorum.

Ab hac autem declaratione(si Barto. & aliis credendum sit) vnicus casus est excipiendus: quum,scilicet, petitorio ab actore proposito, à reo possessorium recuperãdæ propter spoliationem,pendente lite ab eodem actore factam proponitur.Tunc enim super vtroque iudicio proceditur, neque possessorium petitorium suspendit, l. si constiterit.C.fin.reg.Bart.hic in iiij.combinat.& col.vij. sequuntur Aret.Alexan.

Iaso.

Iason,& cæteri submonentes, quod in aduersum obiici posset, spoliatum, scilicet, ante omnia esse restituendum,l.j.C.si per vim.l.si quis ad se fundum. C.ad l.Iulia. de vi publ. Nam exceptio huiusmodi, quæ spoliato competit, dilatoria est, proinde ante litem contestatam,& in initio antè, quàm fiat aliquis actus, per quem in iudicem consentiri videatur, opponenda: alioquin inutilis fit, l.ita demum.C.de pro cu.l.fin.C.de except.ca.inter monasterium.de re iudi.Bar.in l.eleganter.§. si quis
33 post.ff.de condi.indebi. † Cæterùm hæc decisio, quamuis recepta sit, apud me tamen tuta non est: quia spoliatio facta, pendente lite, execrabilior est, & odiosior, quàm quæ ante litem fit: quum per eam ius, iudex, pars,& iustitia contemnantur, & eludantur: in eam ergo seueriùs, si fieri possit, est animaduertendũ, c.j.§.j. de ap. in vj. proinde iniustum quodãmodo esset,& absurdum, vt qui spoliat ante litem, ante omnia restituere cogeretur, non etiam qui, lite pendente, spoliat: qui sine du *Communis declaratio improbata.*
34 bio longè grauius delinquit. † Ideo & appellans, si aduersarium, appellatione pendente, spoliet, appellationis beneficium perdit, Glo.in ca.non solùm. de appellat. in vj. Nihil autem me mouet Aret. Iason.& aliorum consideratio, quòd ideo per spoliationem, pendente lite, factam, petitorium non suspendatur: quia lis legitimè incepta erat: quum nulla præcederet spoliatio: iudiciis autem legitimè inchoatis magis faueri soleat, l.qui quum maior.ff.de bon.liberto. Quandoquidem negotia iam cœpta, nondum tamen perfecta, propter factum maximè contra ius superue-
35 niens effectus suos perdant. Din.in ca.factum.de reg.iur.in vj. † Non etiam te remoretur (quod aiunt) exceptionem spoliato competentem, vt ante omnia restituatur, dilatoriam esse, proinde ante litem contestatam opponendam. Nam (vt Cuma.animaduertit) hæc argumenti dissolutio fallax est. siquidem dilatoriæ exceptiones post contestatam litem superuenientes possint etiam post contestationem proponi,l.ij. C.de consort.eiusd.lit.ca.insinuante.de offi.deleg.Bart.in l.ij. §. munerum.ff.de excu.tut. Neque enim est quòd alicui imputetur, quòd non priùs eam exceptionem, quam nondum cognouerat, proposuerit, cap.pastoralis. de except. Sed & expressim, quòd exceptio spoliationis non sit dilatoria, contra Bart.& cæteros, quinimò post litem contestatam,& vsque ad conclusionem in causa possit proponi, propositúmque petitorium suspendat, est text.in Clement. vnica. de cau.pos.& proprieta.& in ca. ex conquestione.de restitu.spolia. Hoc præterea ratione non-contemnenda confirmatur. Nam si actor, qui priùs petitorium proposuit variando vsque ad conclusionem in causa, ad possessorium recuperandæ redire potest, ca.pastoralis.de cau.pos.& proprieta.cur non & reus, qui fauorabilior est, cui saltem minus, quàm actori licere non debet: quanquam non improbabiliter dici possit (vt omnium dicta saluentur) interdictum Vnde vi, effectum dilatorium habere: quum per modum exceptionis proponitur, non quum per modum actionis, Panor.in c.ex conquestione.col.iiij.de resti.spol. siquidem in potestate actoris sit, quando iure suo vtatur, l.purè.ff.de dol.mal.excep. *Elegans ratio.*
36 Sextadecima regula. † In iudiciis possessoriis quibuscunque necessaria est litis contestatio, l.properandum, in princ.C.de iudic. quæ regula obtinet in omni possessorio, siue illud sit retinendæ.§. hodie, de interdict. siue adipiscendæ, l.fin. §.fin. iuncta Glo.ff.quor. legat. siue recuperandæ, l.fin. cum Glos. C.si per vim, vel alio modo, ca.accedens.j.vt lit.non contesta. Accur. in l.j.§.annum. ff.de itin. actúque priuat.& in l.j.ff.vtrobi.gl.in c.consultationibus, de offic.delega. Bartol. & cæteri communiter hic, Bald. in l.incerti.col.vij. C.de interdict. & recentiores hîc ratio- *xvj.regul.*
37 nem huius rei prodiderunt: † quoniam, inquiunt, lata super possessione sententia definitiua est. Accur.in l.vnica.C.si de momenta.pos.fue.appell.Bar.in l.ij.ff.de appella.recip. quæ consistere non potest, nisi lis contestetur, l.prolatam.vbi Accursi. Bart.Bald.& alii.C.de senten.& interlo.omnium iudic. etiam de partium consensu, Glo.in c.de causis, de offic.delega. Cæterùm non est perpetua hæc regula. Ab
I ea nempe permulti casus excipiuntur. Ego tres tãtum referam. Primus, si agamus *Tres casus excepti.*

possessorio contra incertam personam, l. fin. C. de edict. diui Adria. tol. neque iniuriâ, quandoquidem vbi non est aduersarius, qui resistat, sola actoris propositio litis contestationem inducat, Accur. & Bald. in l. quinquaginta. ff. de excus. tut. Secundus casus in possessorio edicti Carboniani, quòd cùm summatim tractetur l. iij. §. causæ. ff. de Carbon. edict. l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in pos. mit. litis contestationem non requirit. Bar. hic, col. penul. & in l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. quib. ex cau. in possessio. eat. II

No. opi.

38 †Hanc exceptionem etsi omnes sequantur, ipse tamen probare non possum: siquidem possessionis etiam causa summatim cognoscatur, l. momētariæ. C. vnde vi. l. iij. §. sciendum. vbi Accurs. ff. ad exhiben. in qua tamen litis contestationem adeò necessariam dicimus, vt sine ea contra reum ad definitiuam minimè possit perueniri: imò generalius traditū est in omnibus iudiciis summariis, quibus nonnihil vel iure actionis petitur, vel iudicis officio principaliter imploratur, vbi definitiua sententia sequi debet, litem contestari necessarium esse: cùm & aliàs non videatur res in iudicium deducta, nec valeat processus. l. j. & authent. offeratur. C. de lit. contest. Spec. in §. postremo. col. vj. de offic. omni. iudic. Bart. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Bartol. in extrauaganti, ad reprimendum. quomod. in læs. maiest. crimi. procedat, per l. tigni. §. si quis non possideat. ff. ad exhiben. vbi innuitur in actione ad exhibendum litis contestationem necessariam esse, & tamen constat id negocium summatim expediri l. iij. §. j. ibidem. ff. ad exhiben. Ridicula est autem distinctio Ias. cùm distinguit, aut verbum, summatim profertur in materia, in qua sententia non parat plenum præiudicium, vt in Carboniano, vt tunc non sit necessaria litis cōtestatio. Nam intelligit summatim, & quo ad probationem, & quo ad ordinem: aut verò in materia, in qua facit plenum præiudicium, vt tunc intelligat summatim quo ad probationem, non quo ad ordinem: quoniam in possessorio lata sententia non parit plenum præiudicium: cùm in definitiua reparetur. glos. in l. vnic. C. si de moment. pos. Et tamen constat in possessoriis contestationem litis necessariam. † Tertius casus, Quoties dilatio periculum esset adlatura. Bald. in d. l. incerti. col. vij. Et hunc casum (quanquam Alexander controuertat) nos sequimur: siquidem cùm periculum est in mora, legum solennitates, & iudiciorum ordines remittantur, l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. ope. nunciat. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem credit. Proinde tametsi iudex eum, qui verè contumax est, contumacem pronuntiare non possit, nisi prius liqueat illum esse contumacem, glos. in c. sæpè de appel. Bartol. in l. multùm. ff. de cond. & demonst. & in l. hæc autem. §. j. ff. quib. ex caus. in pos. eat. Hoc verum, nisi dilatio periculum esset allatura, quia statutum fortè arctabat iudicem ad pronuntiādum. Bald. in l. falsus. col. vij. C. de furt. Quod autem obiicit Alexander facilè est refellere. Nam causa damni infecti, quamuis celeritatem desideret, & in ea lis contestetur, propter tamen non factam contestationem periculum nullum est allatura: siquidem pro damno, pendente iudicio contingente, remedium damnum passo proditum sit, l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. Reliquos casus Riparius familiariter congerit. ad eum lectorem remittimus. 39 III

Inepta Ias. distinctio.

Si periculū est in mora, legum solēnitates remittuntur.

Dissoluta Alex. ratio.

Hoc loco finem facere statueram tractatus nostri possessorii, & petitorii, quandoquidem prædictis sexdecim regulis explicata sint breuiter quæcunque ad eam materiam pertinent, quæ à Bart. & cæteris hîc confusè, & inordinatè tradita sunt: verùm me rogauerunt ex scholasticis nonnulli, quibus nihil nisi cum nefario scelere negare possum, vt quoniā de interdicto recuperādæ vnde vi, verba non semel feceram, quot remedia ad recuperandam possessionem ab vtroque iure prodita essent, explanarem, qualéque sit inter ea discrimen, docerem, atque (vt mei moris esse dicebant) familiariter declararem. Quibus morem gerere & obsequi cupiens, confestim calamum manui addidi, talémq; operam nauaui, vt ea etiam in re nihil sit à me prætermissum, quod scholasticis nostris vsui, & vtilitati esse possit. † Scire 40 igitur

40 igitur debes octo potiſſimùm auxilia à iure tam ciuili, quàm pontificio,ad recupe- *Remedia*
randam poſſeſſionem prodita fuiſſe, quæ Specul.congerit in tit.de reſtit.ſpol.§.j. *ad recupe-*
i Primum eſt,interdictum vnde vi,quo ſic edixit prætor: *Vnde tu illum vi deiecisti,aut* *randã poſ-*
familia tua deiecit, de eóque, quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, poſt annum *ſeſſionem*
verò de eo,quod ad eum,qui vi deiecerit,peruenerit, iudicium dabo.l.j.in princ. ff. de vi & vi *prodita plu*
armata.Loco cuius interdicti vtilis actio hodie proponitur.§.fi.de interdict.Inſtit. *ra.*
quæ ab Accurſ.cæteriſque interpretibus illic, & in locis communibus actio in fa- *Interdictũ*
vnde vi.
ii ctum appellatur. Secundum remedium,eſt iudicis officium.l.Aquilius Regulus. *Officium*
in fi.ff.de donat. Accurſ.in l.& non tantùm.ff.de petit.hæred. quo expulſus beni- *iudicis.*
gnè à iudice petit,vt ea poſſeſſio,quæ à violento inuaſore,aut eius hærede poſſide-
ri reperitur, ſibi reſtituatur.c.quia V.de iudic. c. bonæ memoriæ. extra de appel.
iii Tertium eſt c.ſæpe.de reſtit.ſpoliat.quo expulſus, aut ſpoliatus non tantùm ab eo *c.Sæpe.de*
rem recuperat, qui vim intulit, ſed etiam ab eo, qui ſcienter à violento inuaſore *reſtit.ſpo-*
liato.
iiii rem recepit. Quartum eſt, quod ex can.redintegranda. iij. q. j.nomen deſumpſit. *Canon.re-*
eo Ioannes pontifex Romanus ad Zachariam archiepiſcopum ſcribens, redinte- *integran-*
grãda eſſe omnia ſpoliatis vel eiectis epiſcopis præſentialiter ordine Pontificũ, & *da.*
in eo loco,vnde abſceſſerant,funditus reuocanda,quacunque conditione tempo-
ris, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcunque iniuſtas
cauſas res eccleſiæ vel proprias,id eſt,ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcuntur,voluit.
Quapropter ſi quis ſacerdotio ſpoliatus reperiatur, condictione ex canone,redin-
tegranda, reſtitutionem petet, poſſeſſione tamen priùs, & deiectione probata.c.
v conſultationibus.de offic.deleg. Quintum eſt, conſtitutionis ſi quis in tantam. *l. Si quis in*
C.vnde vi. Quod locum habet, cùm poſſeſſionem rei mobilis,aut immobilis quis *tantam.*
vi occupat,aut inuadit, dominium nempe rei (ſi tamen dominus erat) amittit,re-
ſtituta poſſeſſione ſpoliato.Quòd ſi res aliena erat,rem reſtituit,& vltra in rei æſti-
vi mationem condemnatur. Sextum remedium, eſt edictum diui Marci, quo cau- *Edictum*
tum eſt, vt creditores, ſi quas putant habere petitiones, actionibus experiantur, *diui Mar-*
alioquin ſi res debitorum temere inuaſerint, rem acceptam reſtituunt, & ius cre- *ci.*
diti amittunt.l.extat. ff. quod met.cauſ.l.creditores.ff.ad legem Iul. de vi priuata.
Sanè dixi,*temere*,quoniam ſecùs, ſi iudicis auctoritate, aut pacti,veluti, quia partes
pepigiſſent,vt,non ſoluto debito creditori,poſſeſsionem debitoris ingredi liceret.
vii l.iij. C. de pignor. Septimum eſt conſtitutio. l.cùm quærebatur. C.vnde vi.quæ *l.Cùm quæ-*
(vt Bald.illic docet) vna eſt ex quinquaginta deciſionibus Iuſtiniani, in eum pro- *rebatur.*
viii ducta, qui rem immobilem vacantem auctoritate propria occupauit. Octauum *l.Si coloni.*
eſt l.ſi coloni, de agrico.& cenſit.lib.xj. C.quod pro rebus animatis, quarum poſ-
ſeſsionem perdidimus, vt nobis reſtituatur, competit, declarat Panot. in c.ſæpe.
col.ij.alleg.Cæterùm in quibus hæc inter ſe differant(cùm ex prædictis non planè
liqueat) ſpecialiùs tractandum veniret: ſed quoniam ſingula repetere oblongum
eſſet,de interdicto vnde vi duntaxat verba faciam. Vt autem planum ſenſum hu-
ius ſubobſcuræ materiæ habere poſsis,annotabis ſequentes regulas.

41 Decimaſeptima. † Interdictum Vnde vi, non competit aduerſus ſingularem *xvij.regul.*
ſucceſſorem, l.cùm à te.ff.de vi, & vi arma.c.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpol.ratione
prompta, quia interdictum Vnde vi, perſonale eſt.l.j.§.pen.ff.de interdi.& idem
in actione in factum,quæ loco interdicti Vnde vi,hodie datur.§.fi.de interd.Inſtit.
actiones autem perſonales non rem, ſed perſonam ſequuntur.l.j.§.ſi hæres præce-
42 pto fundo.ff.ad Treb.l.fi.§.fi.ff.de contrah.emp.l.hæres.C.de reuoc.donat. † Cæ- *Declaratiõ*
terùm obſtat huic regulæ text. in c.ſæpe. de reſtit. ſpol. vbi ſpoliatus poſſeſsione *c.Sæpe.*
non tantùm contra ſpoliantem agit, ſed etiam ab illo, qui ſcienter ab ſpoliatore
rem recepit, reſtitutionem petit:cùm ſuccedat in vitium. Sed breuiter dic condi-
ctione ex illa decretali,ſæpè.contra tertium poſſeſſorem agi poſſe, non autem in-
terdicto Vnde vi,quod perſonale eſt.Bar.in d.l.cùm à te. Declara per interdictum
Vnde vi,à lege ciuili erat tantùm prouiſum contra ſpoliantem,mandantem,& ra-

tum habentem: verùm, quoniam non multum intereſt, vtrum ſcienter detineas, an inuadas alienum, conſtituit Innocen. III. in concilio generali, vt ſi quis rem eiuſmodi emerit, aut alio titulo ſingulari ſcienter receperit, cùm ſuccedat in vitium, reſtitutioni ſit obſtrictus. His habes differentiam inter interdictum Vnde vi, & remedium d. capi. ſæpe. quam omnes quotquot legerim, approbant. † Mihi tamen non placet: quinimò aduerſum omnes exiſtimo d. c. ſæpe. de interdicto Vnde vi, loqui, vt id, quod à lege ciuili ſtrictis regulis concludebatur, per ius pontificium ad ſingularem ſucceſſorem ſcienter in vitium ſuccedentem ſumma ratione fuerit extenſum: quod text. illic tam clarè probat, vt negari non niſi cum maxima calumnia poſsit, ſi iungamus principium text. dum dicit: non ſubueniatur per reſtitutionis beneficium, de interdicto Vnde vi, vt nemo ibit inficias intelligẽs, cùm vltimis verbis, dum ait: per reſtitutionis beneficium ſuccurritur, de eodem interdicto conſtituens. Neque huic noſtro ſenſui obſtat, quod vulgò dici ſolet: quod non mutatur, quare ſtare prohibetur. l. ſancimus. C. de teſta. & quia ita intelligendo neceſſum eſt legis ciuilis correctionem induci, quam tamen vitare debemus. c. cùm expediat. de elect. in vj. Nam hoc obtinet, cùm in dubiis ſumus. At in caſu claro, quid verbis cõtendere opus eſt? nónne text. in d. c. ſæpe. dicit non obſtante iuris ciuilis rigore: quæ verba claram eiuſdem legis correctionem inducunt. Accur. in l. cotem ferro. §. ſi. ff. de publica. & in l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credit. Et poſtquam hunc ſenſum ſcripſiſſem, & publicè docuiſſem, à Bart. Soci. prius traditum fuiſſe comperi in l. rem quæ nobis. col. iij. ff. de acquir. poſ. fructuoſum eſſe dicens: quoniam priuilegia conceſſa interdicto Vnde vi, contra ſpoliantem, competerent etiam contra ſuccedentem ſcienter in vitium, quod eſt notatu dignum. † Obſtat deinde huic regulæ præter alios, quia vitium violentiæ tranſit cum re in quemcunque ſucceſſorem, l. vitia. C. de acquiren. poſ. Sed id quantum ad impediendam longi temporis præſcriptionem obtinet, §. furtiuæ quoque res. de vſuc. authen. malæ fidei, C. de præſcrip. longi temporis, non quantum ad poſſeſſoria iudicia, d. l. cùm à te. ff. de vi, & vi arma. & l. bona fides. ff. de acquirend. rer. domi. Planè non eſt perpetua hæc regula: non enim obtinet, ſi is, qui ſpoliauit, non eſſet ſoluendo. nam in ſubſidium ſingularis ſucceſſor, iure etiam ciuili interdicto Vnde vi, conueniri poteſt. Accur. Bart. Alber. & Ange. in d. l. cùm à te. per l. itaque. ff. de furt. Bald. in l. j. ad fin. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. Sequuntur omnes in locis communibus. † Sed dices, hæc limitatio ſuperuacanea videtur, cùm ſine diſtinctione contra ſingularem ſucceſſorem ſuccurratur, per d. c. ſæpe. Reſponde, remedium illius c. non contra ignorantem vitium ſpolii, ſed contra eum tantùm, qui ſciens rẽm recepit, competere, vt illic Gloſ. Panor. & alii docuerunt. Noſtra autem exceptio in ſingulari etiam poſſeſſore vim illatam ignorãte procedit: quod (etſi nemo tangat) verum eſſe exiſtimo: ne vis, quam paſſus ſum, mihi ſit damnoſa, quemadmodum in actione, quod metus cauſa, dicimus, quæ contra ſingularem ſucceſſorem etiam bonæ fidei datur, l. ſi cum exceptione. §. aliquando. ff. quod met. cau. Cur autem non idem, & adeò generaliter in interdicto Vnde vi, traditum ſit, laborant Angel. & cæteri nouiſſimi, maximè in hoc §. nihil commune. † Ego (quicquid alii ea in re opinati fuerint) ſemper ſum arbitratus nullam, quo ad hoc, differentiam inter interdictum Vnde vi, & actionem quod metus cauſa. Quoniam ſicut interdictum Vnde vi, non datur contra ſingularem ſucceſſorem, niſi expulſore exiſtente non ſoluendo, ita neque actio quod metus cauſa, & ſic intelligo d. §. aliquando, in quo etiam probatur hic meus ſenſus: dum in fine aſſignans rationem dicit, ne metus, quem paſſus ſum, mihi captioſus ſit. Quare patet eum text. loqui, cùm expulſor non eſt ſoluendo: quia ſi ſoluendo eſſet, contra eum agi poſſet: quare metus illi captioſus non eſſet.

Nota & pulchra opinio. 43 · *Explicata l. vitia. C. de acquir. poſſeſ.* 44 · 45 · *No. declaratio.* · *No. ſenſus ad §. aliquando. l. ſi cum exceptione.* 46

47 Duodeuiceſima regula. † Interdictum Vnde vi, contra vniuerſalem ſucceſſorem, putà, hæredem datur, l. ſi plures. ff. de vi, & vi arma. c. ſi epiſcopũ. xvj. q. vj. Glo. in c.

xviij. regula.

in c.ſignificauerunt,de teſti.quod ſanè intellige,inquantū ad eum peruenit: ideo ſi pluribus ſtantibus hæredibus, ad vnum tantùm peruenerit, ſolus ille conuenitur,d.l.ſi plures.Obſtat huic regulæ, quod vulgò efferri ſolet,ex delictis defunctorum hæredes minimè conueniri,l.vnica.C.ex delict.defunct. Sed dic, quòd hæredes vim inferentis non conueniuntur ex delicto defuncti, tanquam obligatio ſit merè hæreditaria, ſed quia res ad eos peruenit. quod ex eo, vel maximè liquet, quoniam(vt dixi)is tantùm hæres, qui poſſidet rem,conuenitur.Cuma.Imo. Are. & poſteriores in l.iiij.§.Caro.in iii.oppo.Bart.ff.de verbor.obliga.

48 Decimanona regula.†Interdictum Vnde vi,pro rebus ſoli duntaxat competit, l.j.§.hoc interdictum,& l.iij.§.vnde vi.ff.de vi,& vi armat. Declara hoc verum in interdicto Vnde vi directo:ſecùs in vtili,quod pro iuribus incorporalibus, à quorum quaſi poſſeſſione quis deiectus eſt,datur,veluti, ſi quis à quaſi poſſeſſione iuriſdictionis expulſus ſit,Inno.in c.querelam,ad prin.de elect.Bart. in d.l.iij.§.vnde vi,refutans contrariam Azo. & Accur. ſententiam. Et hæc declaratio mihi duabus rationibus placet.Prima,quia vſus iuris incorporalis pro poſſeſſione à lege accipitur,l.quoties via.ff.de ſeruit. Et quia licèt verba legis de poſſeſſione loquentis non conueniant,mens tamen adaptatur: ideo vtile ſaltem interdictum locum habebit,Accur.in l.ex legato.C.de lega.Bart.in l.j.ff.de actio.& oblig.Bal.Pau.Alex. in l.curatoris.C.de neg. geſt. Nec exiſtimes minus conſultum expulſo agenti per vtile,quàm per directum, quum non effectu, ſed nomine tantùm differant. Ideo (vt Iul.Paul.ait) non refert,an directa quis, vel vtili actione agat, vel conueniatur. l.actio.ff.de neg.geſt.Non eſt prioribus diſsimile,quod Accur.& cæteri in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ſcribunt,condictionem ex illa lege dari pro iuribus incorporalibus.Et idem in interdicto,vti poſsidetis,prodidit. Bart.in l.j.ff. vti poſside. Sed nunc de officio iudicis dicemus. *xix.regula.* *Duplex ratio.*

49 Viceſima regula. †Officium iudicis contra ſingularem ſucceſſorem malæ fidei non datur,hoc eſt,contra illum, qui ſcienter ſucceſsit in rem vitio violentiæ affectam.Panor.in d.c.ſæpe.per illum text.qui ſupponit, nullum remedium poſſeſſorium ante illud,c.fuiſſe proditum ſpoliato contra ſingularem ſucceſſorem ſcienter ſuccedentem in vitium. Quinimò habebat neceſſe probare expulſus dominium,cuius quum difficilis ſit probatio, ſæpe contingebat expulſos non modò poſſeſsione,ſed & dominio propter illius difficilem probationem priuari. Obſtat ca. quia V.de iud. vbi quum V. violenter eccleſiam P. clerici occupaſſet, impetrauerat idem P.literas ſuper reſtitutione contra V.violentum occupatorem,quo mortuo,R.ſciens vitium defuncti V.eam ingreſſus eſt, conſtituit illic Celeſt. Pontifex ſub forma priorum literarum inter R.& P.& ſub eiſdem iudicibus negotium terminabitur perinde,atque inter V.& P.ſi viueret,terminaretur.Clarè ergo probat ille text.quòd officium iudicis imploratur contra ſingularem ſucceſſorem ſuccedentem in vitium.Obſtat deinde text.in ca.bonæ memoriæ, de appe. vbi Abbas, & monachi ſancti Auguſtini Cantuarien. eccleſiæ, qui à laicis eiuſdem diœceſis, eadémque eccleſia ſpoliati fuerunt,reſtituuntur contra Archidiaconum, qui reperitur eandem eccleſiam poſsidere,quod quum interdicto Vnde vi,fieri nō poſſit,d.l.quum à te,iudicis officio fieri credendum eſt.Tertio obſtat ratio,Officium iudicis,vbicunque ratio ſuadet,competit,quamuis ſtrictum ius repugnet, l.hæreditas,in fin.ff.de petit.hær.l.Quintus Mutius.§.Pomponius.ff.de annu.legat.Proinde Bart.illic,& in l.nec quicquam.§.fin.ff.de offi.Procon.& in l.ſeruos. ff.de ali. & cib.legat.tradit,vt quamuis Franciſcani quod eis relictum eſt iure actionis petere non poſsint,Clemen.exiui de paradiſo, de verb.ſigni. poſſint tamen implorare officium iudicis,vt illos compellat.Quid autem æquius,iuſtiúſue eſſe poteſt, quàm quòd res, à qua vi expulſus ſum,mihi ab eo maximè,qui in vitium ſucceſsit' *xx.regula.* *Franciſcani quo iure petant relictum.*

50 reſtituatur? †Verumenimuerò ſi communem defendere cupias,nihil eſt,quod ex prædictis obſtet.Primò,d.c.quia V.ad quod Panor.in ca.ſæpe.col.ij.alleg. duplici- *Intellectus c.quia V. & c.bonæ.*

rer respondet. Primò, quòd text.ille non probat, officium iudicis dari in singularem successorem, succedentem in vitium: quum nullum de officio iudicis verbum in text.sed quòd tantùm dicat literas contra violentum occupatorem impetratas, ad succedentem in vitium extendi: quandoquidem de modico tractetur præiudicio. Secundò, quòd c.quia V. licet ordine antepositum sit, c. sæpe. post illud tamen emanauerit, deque remedio illius loquatur, ad illud hoc addendo, vt quémadmodum possessorium remedium contra singularem possessorem succedentem in vitium datur, eadem æquitate extendatur rescriptum contra violentum impetratum ad singularem successorem. †Non obstat d.c. bonæ: quoniam ibi speciale 51 est agebatur nempe via attentati: quum spoliatio facta fuisset, lite, & appellatione pendente: attentata autem etiam ante litem contestatam, post tamen citationem officio iudicis reparantur, Glo. in Clemen. fin. vt lit. pen. Neque vllo ordinario remedio opus est, c. pe. & fin. vt lit. penden. Quamobrem Bal. in c. j. §. sancimus, quo temp. mil. in feud. docuit non modò attentata lite, vel appellatione pendente, sed omnia, quæ lite pendente, dolo, vel malitia fiūt, à partibus ad officium iudicis corrigenda, & reformanda pertinent. Ad quem tu adde text. expressum in l. ædiles. §. item sciendū. ff. de ædil. edi. qui vult iudici statim, atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbere quæcunque in iudicio versantur: quamuis quæ ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertineant, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. † His vides longè vtilius esse officio iudicis, quàm interdicto Vnde vi, 52 aut alio possessorio remedio experiri. Vt autem fructus tibi clariùs liqueant, tres singulares referam. Primus, quoniam etsi spoliato agēti recuperandæ, regulariter obstet exceptio alterius spolii, c. fin. de cog. fallit tamen nisi proponatur officium iudicis propter spoliationem lite pendente factam. auctor est Ioan. Imo. quem nemo reprobat in c. j. de ord. cogni. Alter, tametsi agenti recuperādæ obstet excommunicationis exceptio, Glo. in c. ex insinuatione, de procurat. si tamen propositum est ab spoliato, lite pendente, officium iudicis, excommunicationis exceptio non obstat. Felin. in c. dilectus, de rescrip. quum tunc non agat iure actionis, à qua excommunicatus pontificum constitutionibus excluditur c. Intelleximus, de iudi. Tertius, Licet agens possessorio recuperandæ in beneficialibus, & spiritualibus teneatur saltem semiplenè docere de titulo, quare eidem agenti obstet notorius defectus proprietatis, c. ad decimas, de resti. spolia. in vj. hoc tamen non obtinet in eo, qui, pendente lite, spoliatus officium iudicis proponit, qui titulum suæ possessionis iustificare non cogitur, docent in d.c ad decimas. Perus. in alleg. capi. bonæ. Oldr. consil. cxcix. Postremò non obstat ratio, quoniam verum est officium iudicis competere, vbi æquitas suadet, & nulla subest obligatio: alioquin officium iudicis competere non potest, quum nullam supponat obligationem, l. qui per collusionem. §. fin. ff. de act. empt. in casu autem nostro obligatio subest propter scientiam succedentis in vitium, propter quam obligatur.

Intellectus ad c. bonæ.

Attentata reparanda.

Tres vtilitates.

xxj regula.

Vicesimaprima regula. † Officium iudicis non competit contra tertium pos- 53 sessorem bonæ fidei, hoc est, contra illum, ad quem ignoranter peruenit res violenta. omnes in d.c. sæpe. Mouentur, quoniam ei, qui communi auxilio, & mero iure munitus est, non debet tribui extraordinarium auxilium, quale est, officium iudicis, l. in causæ. ij. ff. de minorib. l. in prouinciali. in princ. ff. de noui ope. nunt. l. quum filiusfamilias. ff. si cert. pet. l. j. C. de liber. & cor. lib. c. ij. vbi Glo. de offi. iudi. Aduersus autem tertium possessorem sine vitio, ordinarium remedium, d. canonis redintegranda, competit. Canonistæ omnes in d.c. quum ad sedem, & c. sæpe, de restit. spolia. Panor. in c. si diligenti. de rescript. Bart. & sequacium opinione cōfutata in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. Non ergo datur officium iudicis, quod cum aliis remediis possessoriis non concurrit, Panor. in c. accedens. j. colū. iij. vt lit. non contesta. Quandoque autem animaduerti huic Doctorum rationi respondere posse ex vulgari iuris regula, vbi extraordinarium remedium est introductum

causa adiuuandi ordinarium vtrumque concurrit Bart. in l. de vsu. ff. de var. & extraordi. cog. officium autem iudicis est huiusmodi in materia nostra.

54 Vicesimasecunda regula. †Ei, qui à propria possessione culpâ, negligentia, aut alia simili causa cecidit, officium iudicis non datur l. ab hostibus. ff. ex quib. caus. maior. c. accedens, vbi Imo. not. vt lit. non contesta. Obstat huic regulæ, Quia eo casu nullum ex possessoriis remediis competit, etiam cano. redintegranda. quod tamen cæteris generalius est, vt suo loco docebimus. Quapropter ex æquitate officio iudicis, veluti extraordinario remedio videbatur debere succurri spoliato. Sed responde nulla æquitate illi succurrendum esse, qui sua tam imprudenter negligit, l. pupillus. ff. q in fraud. credi. Planè à regula excipe ecclesiam, minorem, absentem, & personas similes, quibus à iure restitutionis in integrum, beneficium conceditur, cap. accedens: vbi Panor. alleg. Soci. consil. xxxix. vol. iij. subinferens, amisso in integrum restitutionis beneficio, iis personis officium iudicis minimè competere: quandoquidem regula iuris dicat: cessante, aut extincta causa priuilegii, cessare etiam priuilegium, l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de legat. ij. & quod in fauorem, vel odium alicuius inductum est, causa fauoris, vel odii finita, tollitur, l. fin. C. qui ad liber. peruenire non possunt, & in propriis terminis ex facto Socinus respõdit consilio cclxvj. col. vij. vol. ij. xxij. regula. Cessante causa priuilegij.

55 Vicesima tertia regula. † Commodatario, depositario, inquilino, & similibus personis, qui non possident, sed detinent spoliatis, officium iudicis pro recuperanda tenuta datur, Accur. in l. & non tantùm. ff. de petit. hæred. Accur. in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. & in l. manifestissimi. §. sed in secunda. C. de furt. Barto. in l. de vsu. pet illum text. ff. de var. & extraordi. cogni. & Castren. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. pos. Declara, certum est dominum deiicientem, seu spoliantem colonum teneri actione ex locato in id, quod coloni interest: in quo etiam lucrum eius continebitur, l. si fundus. §. penultim. ff. loca. quia autem non possidet, sed detinet, nullo possessorio remedio ei succurritur, neque contra dominum, neque contra tertium, l. j. §. deiicitur. ff. de vi, & vi arma. intelligo ex persona sua: quoniam agere potest contra dominum, vt sibi cedat interdictum, & tunc iure cesso possessorio experietur, alio item casu, si possessionem domino colonus interuertisset, l. quum fundum. versi. emptorem. ff. de vi, & vi armat. Accursi. in l. si de fundo. C. de loca. Proinde quum colonus, & similes personæ, nullo ex possessoriis remediis iure proprio vti possint, & æquitas eis subueniendum esse dicat, eis officio iudicis succurritur. Cui tamen iam satis datum est: ideo nunc de remedio, d. c. sæpe, dicamus. xxiij. regula.

56 Vicesimaquarta regula. † Agenti auxilio, d. cap. sæpe. contra successorem singularem malæ fidei non obstat exceptio proprietatis. Cardi. in eo. c. sæpe. quemadmodum enim spoliator dominii quæstionem referre non potest, l. si quis emptionis. §. sed hæc contra. C. de præscript. xxx. vel xl. annorũ. l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi public. nec singularis successor malæ fidei, qui in hoc violentiæ vitium succedit. Sed & clarior hæc regula redditur ex nostro sensu, quem ad d. cap. sæpe. verissimum esse defendimus, vt de interdicto Vnde vi, loquatur: cõtra quod certissimi iuris est proprietatis exceptionem obiici non posse: cùm spoliatus ante omnia restitui debeat. xxiiij. regula.

Vicesimaquinta regula. Iudicium. d. c. sæpe. datur cõtra bonæ fidei singularem successorem ab initio, qui tamen ex postfacto cœpit habere scientiam violentiæ, Butri. & Panor. in d. c. sæpe. Neque enim (vt in eodem c. scriptum est,) multum interest quo ad periculum animæ scientes detinere, atque inuadere alienum. xxv. regula.

57 † Ego aliàs hanc omnium regulam, quæ maximam præ se fert æquitatem, iure veram non esse defendi, multísque non contemnendis rationibus mouebar. Prima, quoniam possessio, quæ ab initio propter bonam fidem iusta fuit, ob superuenientem scientiam rei alienæ non efficitur iniusta. l. vni. ad fi. C. de vsucapio. transfor. cùm non ratio retinendæ, sed origo nanciscendæ possessionis exquirẽda sit. l. clàm pos.

sidere. ff. de acquir. posses. & vniuscuiusque actus initium spectandum esse dixerit
Vlpianus. l. si procuratorem. ff. mãdat. tanquam sit cuiusque rei potissima pars. l. j.
ff. de orig. iur. vnde vulgò dicimus: à primordio tituli posteriorem formari euen-
Non. opin. Si lege sciens puniatur, scientia actus tempore necessaria est.
tum. l. vnic. C. de impo. luc. descrip. lib. xj. C. Altera ratio, † quando lex imponit 58
pœnam aliquid agenti scienter, vt pœna locum habeat, requiritur scientia tempo-
re actus: nec sufficit ex postfacto scientiam superuenisse, glo. in Cle. vnic. de con-
sang. & affinit. quæ docet eum, qui in gradu prohibito ignoranter matrimonium
contraxit, non incidere in pœnam illius Clement. licèt posteà sciuerit, & cohabi-
tauerit, cùm ad initium nuptiarum hoc sit referendum. l. quid ergo, ff. de iis, qui
Dos vxoris propter facinus mariti non cõfiscatur.
not. infa. proinde & alibi glo. in c. decreuit, de hæret. in vj. tradidit dispositionem
illius c. constituentis dotes vxorum propter hæresim maritorum non debere con-
fiscari; nisi vxores scirent eos hæreticos cùm contraxissent, procedere in suis ter-
minis. Nam si maritum tempore contracti matrimonij vxor hæreticum nesciebat,
licèt posteà sciuerit, non confiscatur dos. Iis non ineptè addi potest, quod voluit
glos. in cap. statutum. de rescript. in vj. dicens traditionem illius c. quæ vult causas
ab apostolica sede debere committi dignitate præditis, aut canonicatum ecclesiæ
cathedralis obtinentibus, debere ampliari in eo, qui datæ literarum tempore erat
canonicus, licet tempore præsentationis non esset, cùm semper initium spectan-
dum sit. l. iij. §. scio. ff. de minor. l. damni infecti. §. Sabinus. ff. de damno infect. l. qui
cùm maior. ff. de bon. libert. Tertia ratio ex d. c. sæpe, colligitur in illis verbis, si
scienter talem rem receperit. Si tamen illud vulgare addideris, qualitas adiecta
verbo debet intelligi secũdum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox.
Dissolutũ Doct. argu.
actio. l. Titius. ff. de test. milit. Rationi autem doctorum sic respondebam, quòd is
non iniustè dicitur detinere, qui iustum habuit possidendi principium. d. l. vnic.
de vsuc. transf. C. Præterea. d. c. sæpe, ex quo regula ista, & ratio à docentibus colli-
gitur, hoc nititur, quia singularis successor successerat in vitium, hoc autem dici
non potest, nisi in eo, qui ab initio habuit scientiam violentiæ. Nam qui ex post-
facto, non possunt dici propriè in vitium successisse, cùm quo successerunt tem-
pore essent in bona fide. Neque enim potest dici is vitij successor, aut particeps,
qui vitium ignorauit. l. sed etsi lege. §. scire autem. ff. de petit. hæred. l. qui autem. §.
Declarata no. opi.
hoc edictum. ff. quæ in fraud. cred. Porrò † hanc nostram aduersum alios senten- 59
tiam interpretarer veram esse, cùm singularis successor rem haberet titulo onero-
so, quoniam si lucratiuo, à communi non docerem recedẽdum esse. Quandoqui-
dem in alienatis titulo oneroso dolum, aut fraudem alienationis interuenisse suf-
ficiat, quanquam in alienatis titulo lucratiuo, & dantis, & recipientis fraus requi-
ratur. l. ignoti iuris. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. Accurs. & cæteri in §. item si
quis in fraudem. de actio. in Instit. non enim par eadémque ratio videtur amitte-
re debita, & lucra non capere. l. fina. §. licentia. C. de iur. delib. l. fin. C. de codicill. l.
Proculus. ff. de damno infect. Rursus declaro meam sentẽtiam obtinere: cum spo-
lians soluendo esset, alioquin contra singularem successorem, qui etiam ab initio
bonam fidem habuit, existimarem competere. d. c. sæpe. remedium, quemadmo-
dum in interdicto Vnde vi, diximus paulò antè. Postremò intelligo opinionem
meam, si is singularis successor, qui rem habet titulo oneroso duobus saltem tem-
poribus in bona fide fuisset, & contractus, & traditionis. Nam (vt Iul. Paul. ait) &
bona fide contraxisse, & bona fide possessionẽ adeptus esse debet. l. ij. ff. pro empt.
Accurs. in l. qui autem. §. hoc edictum. ff. quæ in fraud. credit.

xxvj. regula.
Vicesimasexta regula. † Successor singularis præsumitur ignorare violentiam 60
antecessoris. Ioan. And. But. & Panor. in c. sæpe. alleg. Ignorantia enim præsumi-
tur, vbi scientia non probatur. l. verius. ff. de probat. cap. præsumitur. de reg. iuris. in
Tres casus à reg. excepti.
vj. Stringe pressiùs, quia respectu singularis successoris, violentia est factum alie-
num, cuius ignorantia semper & præsumitur, & toleratur. l. fin. ff. pro suo, glos. &
Canonistæ in c. ab excommunicato. de rescript. Excipe tres casus. Primus, si inua-

61 ſio,aut violentia eſſet publicè facta,quando ea, † quæ palam,& publicè fiunt,non *Quæ palã*
ſit veriſimile nos ignorare, c.j.de poſtul.præla. c.cùm in tua, qui mat.accuſ.poſ.l. *fiunt nos*
ſed & ſi pupillus.§.proſcribere. ff. de inſtitor. actio.inde illud vulgatum: Non eſt *ſcire credẽ-*
adiumento priuata ignorantia, vbi publica ſcientia deprehenditur, Accurſ.in l.ſi *dum eſt.*
62 turor.C.de peric.tut.Floria.& recentiores in l.huiuſmodi.§.ſi ita.ff.de lega.j. † Se-
II cundus caſus, ſi ſucceſſor ſingularis coniunctus eſſet,aut cõſanguineus, Panormi.
in d.c.ſæpe.col.pe.quia coniuncti præſumuntur ſcire facta coniunctorum,l.Octa- *Cõiunctus*
ui.ff.vnde cogn.l.de tutela.C.de in integ.reſtit.l.ſi filium. C.de liberal.cauſ.c.con- *quando fa-*
ſtitutis.j.de teſtib. Sunt tamen qui hanc limitationem colorata ratione improbẽt. *cta coniun-*
Nam quòd coniunctus ſcire facta coniuncti credatur in iuribus ſanguinis, & pro- *ctorum ſci-*
ceſſu naturæ, de quibus textus allegati loquuntur, interpretandum eſt,Bald.in l. *re præſu-*
quoniam.C.de iure delib.aut de factis, quæ tractum habent ſucceſſiuum, non de *matur.*
iis,quæ habent tractum momentaneum,vt homicidium,furtum,ſpolium,& ſimi-
lia, quæ non niſi occultè, & clanculum fieri ſolent, proinde coniunctos veroſimi-
liter latere poſſunt,Bald.in l.j.C.de colluſ.deteg.Quare ſub regula noſtra ſtãdum
eſſe cenſent, etiam ſi ſingularis ſucceſſor coniunctus eſſet, ſi tamen rem haberet
titulo oneroſo,l.penul.C.de euict. Quòd ſi lucratiuo, putà donationis, cùm tunc
fraus inter contrahẽtes præſumatur,l.data. C.de dona.probabilius videtur, quòd
exceptio noſtra procedat,vt ſingularis ſucceſſor violentiam ſcire credatur. Barto,
63 in l.poſt contractum.col.ij.ff.de dona. † Cæterùm ego hanc Panor.exceptionem *Panor. ſen-*
aduerſum alios ſine vlla diſtinctione recipio. Itáque conſidero, vt quamuis fur- *tentia ſine*
tum,homicidium, & ſimilia delicta cùm occultè, & clanculum fiant, coniunctus *diſtinctione*
non præſumatur ſcire: attamen ſpolium, cùm non niſi plurium perſonarum in- *probata.*
teruentu committi poſſit, non modo coniunctos, ſed neque pleroſque alios ve-
roſimiliter latere poteſt, & à communiter accidentibus pateт ſpolia, quanquam
ab auctoribus furtim,& clanculum fieri deſiderentur, ab omnibus tamen ferè ſci-
64 ri.Quo aduerſantium ratio refellitur,& limitatio noſtra confirmatur. † Tertius *Vicinus vt*
III caſus eſt in ſingulari ſucceſſore vicino,qui,quum ſcire facta vicini præſumatur, c. *plurimum*
quoſdam,& c.quanto.de præſump.c.quum dilectus.de purg.canon.l.filium.ff.de *ſcire facta*
iis,qui ſunt ſui.violentiam à vicino illatam non creditur ignorare. Sed qua ratio- *vicini cre-*
ne Riparius ſuperiorem exceptionem carpſit,hanc improbat. Nam quòd vicinus *ditur.*
ſcire facta vicini præſumatur,in factis tractum ſucceſſiuũ habentibus obtinet,non
in momentaneis. Quid enim ſcire poteſt vicinus, ſi ego domi feci cõtractum, qui
momento expeditur? Sali.Fulgo.& poſteriores in l.j.ff.de rebus credit. Bald.in l.
conuenticula.col.v.C.de epiſc.& cler.& in l.j. C.de colluſ.detegen. Felin.profuſè
in ca.literis.de præſumpt. Quamobrem ſecundum eundem hæc quæſtio dupliciter
intelligi poteſt. Aut in vicino ſpoliantis, & tunc limitatio non procedat. Aut
in vicino rei,& tunc vera ſit,quum præſentia rei ſit quoddam obiectum ipſius vi-
cini,proinde quis ſit illius poſſeſſor creditur ſcire,c.j.§.ſi tres.de pac.tenen.& eius
viola.in feud. Tu tamẽ periculo meo hanc exceptionem tenebis. Rationi autem
Riparii ex his,quæ ſuperiore caſu docui,facili negotio reſpondebis.
65 Viceſimaſeptima regula. † Iudicium c.ſæpe. datur contra quemcunque etiam *xxvij.re-*
milleſimum ſucceſſorem,Inno.Panor.& cæteri in eodem cap.ſæpe. Ratio nempe *gula.*
peccati in quocunque ſcienter in vitium ſuccedente militat. Quapropter omnes
ſucceſſores pares fiunt: quum ad ſe rem non pertinere ſciãt,l. ſed & ſi lege. §.ſi an-
te.ff.de per.hæred. Obſtat tamen huic regulæ d.c. ſæpe.dum inquit., per ſpoliato-
rem in alium re tranſlata, Non ergo niſi primum poſſeſſorem comprehendit, qui
cauſam habuit à violento deiectore. Sed reſponde, quòd licèt conſtitutio illa ſpe-
cialiter loqui videatur, quum tamen ratio ſit generalis, generaliter eſt intelligen-
da,l.regula.§.ſed & ſi quis,ff.de iur.& fac.ignot.Accur.in Rubri. C. etiam ob chi-
rograph.per Bald.in ca.ſecundo requiris.de appell. Sed miſſo ca.ſæpe, ad c.redin-
tegranda,tranſeamus.

xxviij. regula. Vicesimaoctaua regula. † Auxilium canonis redintegranda, co[m]petit etiam 66
contra singularem successorem bonæ fidei. Archi. in eodem ca. redintegranda. iij. q. j. Innoc. in c. querelam, de elect. Canonistæ communiter in ca. quum ad sedem, & c. sæpe, de restit. spolia. Legistæ in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. pos. Lap. allega. lij. Paul. Castren. in l. & ideo. §. j. ff. de condict. furt. Hinc vides illius canonis remedium pinguius esse quocunque alio: quamobrem nouum remedium in æquitate summa fundatum inducitur. Quum enim difficilimum sit probare dominium, l. quum res. cum ibi notat. C. de probat. durum esset, vt cadenti à possessione iniustè, quia per violentiam propterea possessorium non daretur, quod per multas manus ambulasset. Ad hanc regulam adde text. in ca. quum ecclesia. iij. q. ij. qui generaliter concedit hoc remedium contra quoscunque possidentes res contra voluntatem spoliati. quum ergo generaliter loquatur, generaliter debet intelligi, vt maximè aliquid inducat, & non loquatur in casu aliàs per multa iura prouiso, l. quod Labeo. ff. de Carbon. edicto. l. Domitius. ff. de testamen. l. j. in fin. ff. ad municip. c. rursus. qui clerici, vel vouen. ca. quum in iure. de offic. deleg. Cæterùm quòd nullum nouum remedium inducatur, sed per eum canonem iura duntaxat vetera seruari mandentur, aduersus crebram opinionem plerique tenuerũt, maximè Bart. & Aretin. in d. l. rem quæ nobis. quorum sententiam non parum iuuat. cap. quum ad sedem, de restit. spolia. vbi Cumanus episcopus, contra quem simpliciter petita fuerat restitutio possessionis per hospitale de monte Citano spoliatum, sicque canonis redintegranda remedium continebatur: tamen, quia non fuit probata spoliatio facta ab episcopo Cumano conuento, fuit absolutus. † Et hæc senten- 67
tia verior videtur, quam etiam confirmat text. in d. c. sæpe. dum vult quo tempore conditum fuit c. illud, translatare in alterum à spoliatore contra singularem successorem non competiisse aliquod remedium: ideo sæpius contingebat, quòd spoliatus re per spoliatorem in alium translata commodo possessionis amisso propter difficultatem probationum, ius etiam proprietatis amitteret. id autem si per canonem redintegranda, priùs conditum prouisum fuisset, frustra esset inductum d. c. sæpe. quod tamen nouum remedium est, vti ex eo, vel maximè liquet, dum vtitur verbo *sancimus*, quod est noui iuris inductiuum, ca. fin. de tempor. ordinan. c. decernimus. de iudic. Neque obstant verba canon. redintegranda, similiúmque textuum dicentium restituenda esse omnia spoliatis. hoc enim non conditione ex canone illo, sed competentibus actionibus, putà, si dolo contraxerit, actione de dolo: si metu, quod metus causa: si vi, interdicto Vnde vi, & sic de similibus. Quòd autem non sit nouum remedium, patet, quia text. in can. quum ecclesia. iij. q. j. in quo verba dicti canonis referuntur, dicit legibus omnia redintegranda, hoc est secundum leges.

Remedium c. redintegranda, alio quocunque pinguius.

Opinio in communem defensa.

Verbum sancimus noui iuris promulgatorium.

xxix. regula. Vicesimanona. † Remedium canonis redintegranda, non tantùm pro rebus ec 68
clesiæ, aut clericorum, sed & pro rebus laicorum datur, Bart. & crebrò cæteri in d. l. rem quæ nobis. Butrig. in d. c. quum ad sedem. Constitutio quippe illius canonis, ad violentias compescendas, corrigendáque crimina, ne quis cum alterius iactura lucretur, inducta est. quæ ratio etiam in rebus laicorum militat: eadem ergo debet esse dispositio, l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. l. à Titio. ff. de furt. cap. translato. de constitut. Obstat tamen, quia ea constitutio exorbitans est: corrigit nempe ius ciuile, scilicet, l. quum à te. ff. de vi, & vi armat. ergo restringenda, non amplianda. l. quod verò contra. ff. de legibus. Præterea loquitur text. ille in rebus ecclesiæ, aut clericorum, & sic in personis priuilegiatis, & fauorabilibus, cap. ij. de dolo, & contu. c. j. de cleric. coniug. in vj. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune. non ergo ad laicos, & sic personas minùs priuilegiatas, extensio fieri potest: alioqui affirmatiuè de maiori ad minus argumentaretur, quod non licet, ca. quum in cunctis. de electi. Tu paucis dic constitutionem illius canonis nõ esse veteris iuris correctoriam, sed noui inductiuam (si tamẽ communem, quam superiori regula contro-

trouertimus, defendere etiam velis) nihil enim corrigit: sed nouum tantùm reme-
69 dium addit. † Præterea quamuis corrigeret, quum illius dispositio ad fauorem animæ tendat, extensio de casu ad casum, ex identitate rationis fieri potest. Bartol. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Panormit. in ca. ex tenore. qui fil. sint legitimi. & in c. quæsiuit. de diuor. quo etiam secunda ratio refelli potest. nam quum tractetur de fauore animæ, lex loquens de clericis, ad laicos protrahitur, Glo. in ca. possessor. de regu. iur. in vj. Sed suo ordine de constitutione, d. l. si quis in tantam, dicamus. *Exorbitās dispositio fauore animæ extenditur.*

70 Tricesima regula. † Si quis rem vi occupat, aut inuadit, siquidem propria est, dominium amittit, quod si aliena, rem restituit, & vltra in rei æstimatione damnatur, l. si quis in tantam. C. vnde vi. Quæ primo ampliatur, vt non modò in rebus immobilibus, sed & in mobilibus locum habeat, §. quia tamen. vi bonorum rapto. in Institut. Quamuis probabiliter dubitari potuisset, propterea quòd d. lex, si quis in tantam. sub titulo Vnde vi, inserta est, interdictum autem Vnde vi, non nisi pro rebus soli detur, l. j §. illud itaque. ff. de vi, & vi armata. rursus extenditur, vt non tantùm in rebus corporalibus, sed & incorporalibus, saltem vtili conditione ex illa lege agatur. Accur. in eadem l. si quis in tantam. Deinde in sacerdotiis, Si quis enim in sacerdotium aliquod per vim se intrudit, eo priuatur, ca. eum, qui beneficium. de præb. in vj. cano. placuit. xvj. q. vj. Qua in re volo Canonistam vnum diligenter adnotare, vt quanquam non sit alicui concessum sacerdotii possessionem temere, & suo sensu intrare, si tamen quis sacerdotii vacuam possessionem, sua auctoritate, siue executoribus, seu antè fulminatum processum intret, nō per hoc ius
71 suum perdit, splendida ratione. † Nam tantùm in sacerdotiis collatiuis operatur collatio, quantùm in electiuis electio. Panormi. in ca. dudum. colum. ij. de electio. docentes. in ca. quum olim. de cau. pos. & proprieta. Electus autem, & confirmatus auctoritate propria, statim possessionem apprehendit absque periculo amissionis iuris sui: quare administrat ante installationem, seu inductionem in possessionem auctoritate superioris faciendam. cap. nosti. de electio. c. auaritiæ. eod. titu. in vj. Perusi. in d. cap. eum, qui. Plura nunc de iis scribere in animo habebam, sed ea, occupationibus quotidianarum prælectionum impeditus, hoc loco prætermisi, aliàs & otiosiùs, & pleniùs persequar. Tu interim hæc tanquam occupationum nostrarum furta, æqui, bonique consules, maiora propediem expectaturus. Bene vale, Præses integerrime, & nos, quod facis, ama. Tolosæ pridie Kalend. Iulii, anno M. D. XLII.

Constitutio l. Si quis in tantam.

Possessio beneficij quomodo occupari possit.

Quod in electiuis electio, in collatiuis collatio operatur.

IN §. NIHIL COMMVNE. II. INTERPRETATIO.

Nihil commune [a] habet proprietas [b] cum possessione, & ideò [c] non denegatur ei interdictum Vti possidetis, qui cœpit rem vēdicare. non enim videtur possessioni renunciasse, qui rem vendicauit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Petitorium iudicium.*
2 *Possessorium iudicium triplex.*
3 *Confirmandæ possessorium.*
4 *Possessio an duplex.*
5 *Mutare actionem quando liceat.*
6 *Possessionis, & proprietatis causa separata.*
7 *Proprietas quid.*
8 *Dominium in quo differat à proprietate.*
9 *Cumulatio petitorij & possessorij.*
10 *Recuperandæ possessorium an cumuletur.*
11 *Spoliationis exceptio.*

Vi de proprietate rei corporalis certat, vel ipse possidet, vel aduersarium queritur possessorem. si possessor est, nullam actionem habet, quâ rem alterius esse neget. [a] de suo namq; non de alieno iure oportet quemque agere. [b] & possidenti consultum est abunde exceptionis beneficio. quòd multis nominibus actione commodius est, sed illo maximè, quod perpetuum sit, [c] præter vnum, vel pecuniæ, vel dotis non numeratæ: [d] cùm pleræque tamen actiones ad tempus tantùm competant. [e] Qui verò aduersarium possidere conqueritur, actionem habet, qua non in personam agit, sed rem ipsam persequitur: [f] ac suam esse contendens, se dominũ declarari, eiusq; possessionem ad se transferri postulat. [g] Vnde & *Petitio*, speciali nomine est appellata. [h] Et *Petitoria actio*, [i] quódque super ea iudicium exercetur, *Petitorium* dicitur. [k] 1
At qui de possessione tãtùm facturus est controuersiam, parata habet in omnem casum remedia, siue de noua possessione quærenda, siue de vetere retinenda, siue de perdita recuperanda velit experiri. [l] quæ possessoria iudicia ideo dicta sunt, quòd per ea possessionis tantùm causa disceptetur. [m] Ergo triplex reperitur Possessorium iudicium. *Adipiscendæ* nimirùm possessionis, quam nunquam habuimus: [n] vt Quorum bonorum, Quorum legatorum, & Saluianum interdictum. [o] *Retinendæ* quam habemus, cuiúsque ratione turbam, & molestiam patimur. [p] Veluti vti possidetis, de rebus soli, [q] & vtrobi, de rebus mobilibus. [r] Denique *Recuperandæ*, qua violenter eiecti sumus: [s] vt Vnde vi. [t] Neque verò audiendos censeo, qui quartum adiiciunt, nempe *Confirmandæ*. [u] Sic enim Legislator tria tantùm membra constituens, minus perfectè diuisisse argueretur. [x] Sed nec illis assentior, qui sub *Retinendæ*, putant illud *Confirmandæ* contineri. [y] Siquidem *Retinendæ* inter duos contendẽtes se possidere, detur. [z] & quod *Confirmandæ* vocant, nullam supponat de possessione controuersiam. [a] Putauerim igitur non esse aliquod possessorium iudicium, *Confirmandæ*, certum & ordinarium, sed generale duntaxat remedium, à lege extra ordinem accommodari cuicunque, implorato iudicis officio, postulanti se in possessione, vel alio iure, confirmari, [b] vti in aliis actibus quibuscunque legitimis, nedum inutilibus. [c] ex abundanti, quod aiunt, cautela conceditur, confirmationem gesti petere: [d] veluti nuntiatori vt confirmetur nuntiatio: [e] & victori in lite, vt sententiam, à qua etiam non est prouocatum, superior confirmet. [f] 2 3

Cùm autem in hoc potissimùm differat petitorium iudicium à possessorio retinendæ, quòd ex hoc agens se possidere dicat: [g] in illo verò fateatur possessorem aduersarium. [h] videri non immeritò poterat, actorẽ, qui semel rei vendicationem proposuit, & deinde vti possidetis interdicto vti desiderat, legitima exceptione repelli posse, [i] tãquam contraria deducentẽ. [k] Et quoniam, si quod ius fortè principio habuit in possessione, ei renuntiasse videtur, petitorium intendendo. [l] Sed tamen in diuersam sententiam, hoc loco concedens Vlpianus, Respondit actorem, non ideo prohiberi interdictum vti possidetis proponere, quod antè rei vendicatione sit vsus: minúsque ea ratione censeri possessionem ab actore desertam: cùm possessionis, & proprietatis causæ diuersæ & separatæ sint: [m] ac proinde altera per alteram non impediatur. [n] Vt autem nihil eorum obstet, quorum suprà meminimus 4

a L. j. §. pen. ff. vti possid. §. æquè. de actio. Instit.
b L. vti frui. ff. si vsusf. peta.
c L. purè. § fi. ff. de dol. excep.
d L. in cõtractibus. C. de nõ nu. pec. l. fi. C. de dot. can. non num.
e L. in honorariis. ff. de actio. & oblig. §. j. de perp. actio.
f L. in rem. ff. de re. vend.
g L. & ex diuerso. §. j. illo tit.
h L. actio in personã. ff. de actio. & oblig. l. pecunia. §. pen. ff. de verbo. sig.
i §. retinendæ. d. c. de interdic.
k L. qui petitorio. ff. de rei vend.
l L. ij. §. pe. ff. de interd.
m c. cum super. c. pastoralis. c. cùm dilectus. de caus. poss. Accur. l. fi. C. qui leg. perso.
n §. sequens. de interd. Inst.
o L. j. ff. quo. bono. l. j. ff. quo. leg. l. j. ff. de Sal. interd.
p §. retinendæ de interd. d. l. ij. §. pen.
q L. j. in prin. ff. vti possid.
r L. vni. ff. vtrobi.
s §. recuperandæ. de interd. Inst.
t L. j. & tot. tit. ff. vnde vi.
u L. iij. §. missum. ff. de Carbon. l. j. C. illo tit. Bal. c. j. §. fi. de probib. feud. alie. per Lotha.
x D. l. ij. §. pen. d. §. sequens.
y Roma. & Alex. d. l. j. c. de Carbo.
z D. §. retinendæ.
a D. l. j. d. §. missum.
b L. iij. §. si sub ea. ff. de bo. poss. contra tab. d. §. missum & vtrobiq; Bar.
c L. adoptio non iure. l. nam ita. ff de adop.
d c. j. & ij. vbi Doctores de confir. vtil.
e Accurs. & Bar. l. de pupillo. §. qui opus. ff de no. oper. nunt.
f L. fi. C. vt lit. pend. Bar. l. si expressim col. fi. ff. de appell.
g §. Retinendæ de interd.
h L. actionũ ff. de actio. & oblig. l. j. c. de alie. iud. §. omnium de actio. c. examinata de iud.
i L. ordinarii. C. de re. vend. l. incerti. C. de interd.
k L. j. C. de fer. c. sollicitudinem de app. c. pen. in fi. de offi. leg. in vj.
l L. post diem. de leg. l. commissaria. de pac. int. emp.
m L. j. §. huius autem. ff. vti possid.
n L. & an eadem. §. fi. ff. de excep. rei iud. l. cùm fundum. §. fi. ff. de vi & vi arm.

nimus, duplicem hîc interpretes possessionis speciem considerant, Ciuilem scilicet ex parte actoris, & Naturalem ex parte rei. atque ita contendisse actorem, se ciuiliter possidere, & per naturalem, quæ apud reum erat, in sua se ciuili turbari. ob idque, proposita primùm vendicatione, ad Vti possidetis interdictum, decurrisse. Sed certè hæc interpretatio, præterquàm quòd manifestã diuinationem continet, ne probabilem quidem habet dubitationis causam, vel ex eo refellitur, quod suprà probatum est, vnam tantùm esse possessionis speciem: [o] neque de duplici Vlpianum hîc loqui verisimile est, qui semel atque iterum Possessionem in singulari exprimit. Et quoniam possessionis verbo ex recepta etiam Doctorum sententia, solet naturalis cum ciuili iuncta significari. [p] Adde, quòd ciuiliter possidens non valde necessum habet rei vendicatione experiri, aut Interdicto retinendæ: cùm auctoritate propria rem suam ab alio temere occupatam, iure ingredi possit, & iniustum detentorem deiicere. [q] Nec ideo vim inferre dicatur, sed illatam ab occupatore vim, atque iniuriam incontinenti repellere: [r] eò quòd in re sua, à se possessa, ab alio temere fit, suo iure tollere. [s] quod omnes leges, omniáque iura permittunt. [t] & pluribus recentiores confirmant. [u] Sed nec omittendum, manente hoc sensu, perperam, & ineptè Iurisconsultum inferre, ex eo quod nihil habeat commune proprietas cum possessione, interdictum retinendæ per propositam rei vendicationem, non impediri. namque ex alio petenda erat illatio, nempe, quia possessorium, & petitorium ex diuersis causis intendebantur: aut quia possessio naturalis, & ciuilis nihil habent commune. Attulerunt quoque veteres, ad hunc locum alios sensus, qui & à posterioribus copiosè refellũtur: nec quidem adhuc quisquam mihi visus est, rem acu tetigisse. Quocirca longè aliter, quàm cæteri, Vlpianum nostrum interpretari soleo, vt, scilicet, actor ciuiliter, & naturaliter possidens, ab aduersario tamen se quoque possidere contendente, assiduè inquietatus: inconsultè rei vendicationem proposuerit. quum expeditiorem possessorii retinendæ viam haberet. [x] qui deinde suum agnoscens errorem, intermissa quã elegerat petitorii via, voluit interdicto, Vti possidetis, experiri. Sed videbatur non posse, tanquam possessioni renuntiasse censeatur, actionem in rem intendendo. [y] Contrarium tamen Vlpianus tradit. Quum enim alia sit, & diuersa proprietatis causa à possessione: [z] non debet altera, alteri esse impedimento. [a]

Obiecturus autem est hîc fortasse quispiam illud imprimis, quòd in rem actio
5 non detur possidenti. [b] Rursus quòd cogatur actor in actione proposita persistere: [c] neque possit libellum semel oblatum mutare, [d] ordinem iudiciorum peruertere, [e] aut aliter, huc atque illuc vagari cum alterius, nempe rei discrimine. [f] Deinde, quoniam vbi duplex agendi via patet, debet quis altera tantum experiri: [g] cuius electione altera tollitur, [h] præsertim vbi sibi mutuò contradicunt. [i] sicuti rei vendicatio, & possessorium retinendæ. cùm ex hoc me possidere dicam: ex petitorio, aduersarium possessorem fatear. [k] neque audiendus est, sic contraria allegans. [l] & idcirco prohibita sit accumulatio eius interdicti cum petitorio: [m] quinimò generalius, quæcunque iudicia simul proponi, exercerique prohibentur, in quibus absolutoria lata in vno, paritura est rei iudicatæ exceptionem in alio. [n] atqui lata super proprietate absolutionis sententia causam possessionis absorbet. [o]

Quæ omnia, vt non difficulter tollantur, simúlque vt nostræ interpretationis lumen eluceat, cõsiderandum ab Vlpiano hoc loco fieri potestatẽ ei, qui vendicationem proposuit ad interdictum Vti possidetis redeundi, non quidem, vt hoc pe-

o L. iij. §. fin. hoc titul. dixi in rub.
p L. j. §. deijcitur ff. de vi & vi arm. Bald. l. j. C. com. de vsucap.
q Accurs. & Bar. l. j. §. interdictum. ff. Vti possid.
r L. iij. §. eũ igitur. ff. de vi & vi arm.
s L. quemadmodũ. §. j. ff. ad l. Aquil. l. si vitem. §. si ad sanuam. ff. quod vi, aut clam.
t L. vt vim. ff. de iust. & iur. l. sciẽtiam. §. qui cum ff. ad l. Aquil.
u Iason l. clam. §. fi. iiij. not. hoc titul.
x L. iis, qui. ff. de re. vẽ. l. si de vi. ff. de iudi. l. incerti. C. de interd.
y L. postdem. ff. de leg. cõmiss. l. commissoria. C. de pac. int. emp.
z L. j. §. huius autem. ff. Vti possid.

a L. & an eadem §. fi. ff. de excep. rei iud. l. cum fundum. §. fi. ff. de vi & vi ar. c. pastoralis. de caus. poss. c. significauerunt de testib. b §. omnium. de actio. Inst. c Auth. qui semel. C. quo. & quand. iud. d L. edita C. de edend. e L. ordinarij. C. de re. vend. l. incerti. C. de interd. f L. Prætor in princ. ff. de iniur. c. vt quis duas. de elec. in vj. g L. quod in herede. §. j. ff. de tributor. l. nemo ex his. in fi. ff. de reg. iur. h L. si mulier. §. fi. ff. quod me. ca. l. cũ filius. §. varijs. ff. de leg. ij. i L. j. C. de fur. k §. Retinendæ. de interd. l c. Sollicitudinẽ in fi. de app. m c. pastoralis. de ca. poss. & prop. n L. fundum. l. fundi. ff. de excep. o L. ij. §. quædam. ff. de interd.

titorio accumulando petere possit vtrumque eodem tempore tractari:[p] sed vt suspensa vendicationis causa de possessione iudicetur.[q] Neque putandum actorem, qui iam possidebat, auocãdæ possessionis causa, petitorium proposuisse: sed vt declararetur dominus (nam in id actio in rem principaliter intenditur.)[r] ac demum interdicto vsum, vt ab omni inquietatione reus desisteret.[s] Neque nouum aduersus eum, qui re vera non possidet, de possessione tamen controuersiam facit vendicationem dari:[t] quum & nonnunquam in eum prodita sit, quem cõstat rei neque possessorem, neque detentorem esse.[u] Quod autem actor in cœpta lite perseuerare cogatur, in odium subterfugientis, ac procrastinantis litem constitutum est.[x] quippe nemo prohibetur, iam motæ liti vel prorsus renuntiare,[y] vel eã etiam suspẽdere interim: quum emergens aliud tractatur iudicium:[z] modò cognitioni maioris causæ præiudicium non fiat.[a] hoc est, dum nõ id in iudicium deducatur, quod commune sit cum maiori caussa.[b] Pari quoque ratione poterit actor mutare actionẽ, quoties id æquum iudici videtur: quinimò liberè, & suo iure, vsq; ad litem contestatam.[c] hîc autem super petitorio, contestatam non fuisse litem, ex verbis illis, *Cœpit vendicare*, persuasum habeo. siquidem experiri, & agere propriè dicamur litem contestando.[d] anteà verò non agere, sed agere velle, aut actionem instituere.[e] Suspendendo autem petitorium non dicetur actor iudiciorum ordinem peruertere: sed eum maximè seruare priùs, iuxta legis consilium, possessionis causam exerceri postulans.[f] Nec præterea repelli poterit, tanquam pluribus actionibus vtatur:[g] quum hoc ei liceat: dum non eiusdem rei nomine competant, aut circa eundem effectum versentur.[h] Vnde & electionis quoque regulam sublatam videmus.[i] Quum enim possessionis, & proprietatis causæ separatæ sint, & ad diuersa tendant,[k] alterius actionis electione, altera perimi non debet.[l] Et quod ad contrarietatis regulam attinet, ex prædictis constat nullam esse inter petitorium, & possessorium etiam retinendæ, repugnantiam: & quamuis aliqua appareret, non prohiberetur actor, in alia instantia (dum non in prima obtinuisset) eam deducere.[m] Quæ verò ad accumulationem, horum remediorum attinent, suis paulò infrà locis latiùs disputanda relinquimus.

Nihil commune.[a] Respectu sustantiæ, speciei, aut alicuius propriæ qualitatis.[n] 6
Nam genere, proprietas & possesio, commune aliquid habere dicuntur.[o] Vtcunque enim incorporale est.[p] Vtrumque iuris gentium.[q] Vtrumque eodem nomine nonnunquam demonstratur.[r] Cæterùm communio, similitudóque rerum, non à genere, sed à propriis eorum qualitatibus, differentiisque specificis deducitur.[s] Vnde non obstat quod vniuersaliter Vlpianus neget aliquid inter hæc esse commune, & desumpta ex vniuerso propositio, tota falsa reddatur, si falsi vel minimum in ea deprehenditur.[t] Nam cum vniuersalis Iurisconsulti sermo non ad genus referatur, sed ad species, & proprias rerum qualitates, communio generis nulla ex parte orationem potest falsam efficere: quemadmodum in simili rectè dixerim homini cum asino nihil esse commune: tametsi vtrumque animal sit. Quum itaque separata sit, & longè alia causa possessionis à proprietate,[u] de vna ad aliam nihil rectè sequitur:[x] quod pluribus exemplis recentiores ostendunt: sed illo, vel maximè ex sola possessione dominium in iudicio principaliter deductum, non proba-

p D. c. pastoralis.
q L. cùm fundum. §. fi. ff. de vi & vi arm. Cle. vij. de caus. poss.
r L. Pomponius. §. j. ff. de procu. l. & ex diuerso. §. j. ff. de re. vend.
s §. retinẽdæ. de interd.
t L. officio. ff. de re. vend.
u L. nec vllam. §. fi. l. etiam. §. pen. ff. de pet. hered. l. sin autẽ. §. sed & is. ff. de re. vend.
x Auth. qui semel. C. quo. & quand. iud.
y L. postquam. C. de pac.
z D. l. cùm fundum. §. fin.
a L. per minorem. ff. de iud. l. si quis libertatem. ff. de pet. hered.
b L. rei maioris. ff. de iudi.
c L. edita. C. de edẽd. Accur. l. fi. C. de codicill.
Accur. l. si postea. ff. de pecul.

d L. amplius. ff. rem rat. hab. l. nam posteà. ff. de iureiur. e §. fi. de pen. tem. litig. f L. is. qui destinauit. ff. de re. vend. l. ordinary. C. de re. vend. l. incerti. C. de interd. g L. cum filius. §. varys. ff. de leg. y. h L. si pro fur. §. j. ff. de cond. fur. l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. j. i L. quod in herede. §. j. ff. de tributor. k L. j. §. j. ff. vti possid. & hic. l L. si domus. ff. de ser. vrb. m L. Aurelius. §. fi. ff. de lib. leg. Bar. l. j. C. de fur. n L. j. §. j. l. si duo. §. fi. ff. vti possid. l. & an eadem. §. fi. ff. de excep. rei iud. o L. per procuratorem. C. de acq. poss. p L. qui vsum fructum. ff. si vsusf. pet. l. peregrè. hoc tit. q L. ex hoc. ff. de iust. & iur. l. j. hoc tit. r L. interdum. ff. de verbo. sig. s Aristotel. ty. Topico. Bal. l. de quibus. ff. de legib. & l. j. C. de fur. t L. si is, qui. § vtrùm. ff. de reb. dub. u D. l. j. §. j. ff. vti possid. x L. fi. ff. de calumniator.

probari.[y] quamuis si per modum exceptionis obiectum,[z] aut ab actore incidenter deductum fuerit, vt in lege Aquilia:[a] hypothecaria actione,[b] & condictione furtiua,[c] ex possessione præsumatur,[d] nisi tamen liquidò constaret possessorem dominum non esse:[e] aut fortior coniectura pro aduersario faceret.[f] vt enim in claris nullus relinquitur præsumptioni locus,[g] ita debilioris coniecturæ vires eneruat, & contundit potentior.[h]

Rursus, quia possessio & proprietas nihil habent commune, sequitur datum de proprietate iudicem, de possessione non posse cognoscere.[i] Prætereà minorem, qui proprietatis iudicium exercere sine curatore prohibetur, posse nihilominus deducere possessorium.[k] Deinde motam super possessione litem, non inducere vitium litigiosi super proprietate.[l] & nihil innouare iudicem, qui latam de petitorio & possessorio sententiam, in causa possessionis exequitur: licèt à capite petitorii fuerit prouocatum.[m] Aduocatos item, & procuratores, qui testimonium dicere nequeunt in possessorio, cuius litem exercuerunt,[n] in iudicio tamen proprietatis, eiusdem rei testes esse posse.[o] Et publicatis attestationibus, tametsi nequeant testes, super eisdem, aut contrariis articulis, produci:[p] si tamen facta sit attestationum publicatio super possessione, non prohibentur in petitorio, recipi testes.[q] vt minimè tãdem mirum debeat videri, si sacerdotiorum, aut alterius spiritualis causæ possessorium, tẽporale sit: & velut tale coram seculari iudice tractetur.[r] quum tamen spiritualium negotiorum ius & proprietatem omnino laici prohibeantur attingere.[s]

7 *Proprietas.*[t] Latinè loquentibus proprietatis verbo solet peculiaris cuiusque rei natura & propria vis significari. Singularum rerum, inquit M. Cicero, singulæ proprietates sunt:[t] sed tamen pro vero rei dominio, posteà cœpit, præsertim à Iurisconsultis, vsurpari.[u] deducto inde (vt opinor ego) nomine, quòd res vniuersæ, principio omnium communes, propriæ singulorum, & iis solis competentes fieri cœperint.[x] Ea autem proprietas, si cum omni rei vtilitate, penes nos sit, *Plena* vocatur.[y] Si verò fructu detracto, *Nuda*,[z] vulgóque receptum, simplici proprietatis verbo nudam illam sine vsufructu in dubio venire.[a] quæ sententia defendi potest, vbi vsusfructus quoque mentio fieret, tanquam commodioris doctrinæ gratia, hæc inter se distinguantur.[b] sicuti etiam proprietarius, & fructuarius:[c] alioqui probabilius videtur, integrum illud rei ius, vtilitatem quoq; fructuum continens, proprietatis nomine demonstrari.[d] præterquàm enim quòd verba, in pleniori significatu accipienda constat,[e] passim in Iure legimus, à proprietate diuelli, separarique vsumfructum.[f] quod ostendit manifestè, eundem in proprietate fuisse.[g] quoniam alioqui proprietatem cum adiuncto, nudam otiosè exprimerent Iuris
8 auctores, si proprietatis verbo, nuda tantùm demonstraretur.[h] Illud inter dominium & proprietatem interesse ex prædictis apparet, quòd dominii verbum extensiùs patens, non modò ius directum rei, sed vtilitatem quoque ab illo iure directo separatam, quandoque notet.[i] Nam & fructuarius dominium habere dicitur.[k] Proprietas verò ad directum rei dominiũ semper ita referatur, vt nunquam (inquiunt) obliquetur, hoc est, nunquam vsumfructum, aut vtilitatem rei à directo iure seiunctam designet: sed illi potius rectà opponatur.[l] Quæ omnia, ad conceptionem libellorum non inutilia esse, iuniores pluribus ostendunt.

y L. cũ res. l. sine possidetis. & vtrobiq. Ac. & Doctor. C. de prob. z L. iij. C. ne vxor pro marit. a L. item. §. legis. ff. ad l. Aqui. b L. et quæ. §. j. ff. de pigner. c L. j. ff. de cond. fur. d L. j. ff. fam. ercis. e D. l. item Mela. §. penult. f D. l. sine possidetis. C de probat. g L. ille. in fi. ff. de leg. iij. h L. Dium ff. de in integr. rest. i L. pen. C. si à nõ cõp. iud. k L. fin. C. qui leg. pers. sin. l Glos. & Panor. c. j. de confir. vtil. m Pau. Castren. l. permisceri. hoc titul. n L. si. ff. de testib. Bart. l. deferre. ff. de iur. fis. o Feli. cap. cùm à nobis. col. fin. de testib. p Auth. at qui semel. C. de proba. q Felin. c. veniens. col. vj. de testib. r Glos. c. cum dilectus. de electio. & in c. ij. de iura. cal. Guid. Papa. q. j. s c. ij. & iij. de iud. c. bene quidem. xcvj. dist. t Cicero ij. Academ. quæstio. u L. j. §. huius autẽ. ff. Vti possid. l. quæstio. ff. de verbo. sig. Quintilia. lib. vij. c. j. x L. j. ff. de acq. rer. dom. §. singulorũ. de rer. diuis. y L. in pecudũ. ff. de vsur. l. fœmina. §. illud. C. de sec. nup. z L. si dominus. ff. de vsufruc. l. si alij. ff. de vsufru. leg. §. j. de vsufruc. a L. si procurator. j. vbi Accurs. ff. de acq. rer. do. b L. si tibi proprietas. ff. de vsuf. accres. l. si vsusfructus. ff. de iur. dot. d. l. si alij. c L. locũ. in fi. l. sed & si quid. j. & ij. ff. de vsufruct. d L. si de vi. ff. de iud. d. l. quæstio. e L. j. §. fin. ff. si ag. vectig. f L. idẽ. j. & ij. ff. de vsufru. accres. l. vsusfruct. pluribus. ff. de vsufruc. g L. decẽ. ff. de verb. oblig. h d. l. si domin. §. j. i c. quoniã. §. in alijs vt lit. nõ cõt. d. l. j. §. fi. ff. si ager. k L. iij. ff. de vsufruct. l D. l. si tibi. d. l. si vsusfruct. d. l. si alij. Bal. l. cũres, in fin. C. de proba.

Et ideò.[l] Permittit ergo Iurisconsultus intendere possessorium retinendæ ei, 9
qui petitorio vti cœpit, non quidem vt vtrunque iudicium simul tractari velit,[m] sed vt suspensa, vel etiam deserta petitorii causa, priùs ex præscripto iudiciorum ordine[n] possessionis quæstio finiatur:[o] quo manifestum fit, non de accumulatione actionis Vlpianum hîc agere, sed de mutatione potius: cùm omissa fuerit petitorii causa, aut saltem suspensa interim, dum super possessorio proceditur.[p] An autem possessorii & petitorii detur concursus, antiqua est & perquàm difficilis quæstio: in qua Ioannes, & Azo primùm absolutè negarunt, alicuius possessorii cumulationem admitti.[q] Contrà verò Petrus Bellaperticen. Cin. Castrens. & nostri omnes transalpini, quodcunque possessorium exerceri posse cum petitorio, contendunt.[r] At Martinus, in adipiscendæ quidem, & recuperandæ possessoriis, concursum rei vendicationis probat.[s] In interdicto verò retinēdæ, obstante contrarietatis regula, non admittit.[t] Cuius euicit tandem sententia, præterquàm certis casibus. Nam receptum est imprimis, possessorium adipiscendæ non concurrere cum petitorio, vbi vnius electione alterum perimitur,[u] obstante regula duplicitatis.[x] Idémque si in petitorio iam fuerit in causa conclusum:[y] siquidem conclusio in causa latæ sententiæ vim habet,[z] & sententia super petitorio obstet agenti adipiscendæ:[a] tanquam dolo faciat actor, petendo quod mox est restituturus.[b] Quum interdicto quoque recuperandæ priùs proposito, nolunt petitorium ab aduersario cumulari posse, non solùm impediente regula ordinis[c] & contrarietatis,[d] sed etiam priuilegio causæ: quia, scilicet, spoliatus ante omnia sit restituendus.[e] Contra verò possessorium retinendæ prohibitum, alioqui cum petitorio cumulari propter repugnantiam,[f] si respectu diuersæ possessionis intendatur: quia cessat contrarietas, simul cum petitorio poterit exerceri.[g]

Cæterùm, quum actionum & remediorum cumulatio, nisi lege specialiter prohibeatur, regulariter sit permissa,[h] eo præsertim casu, quo ex diuersis causis proficiscuntur: aut ad diuersa tendunt,[i] vt in proposito, quum aliud à possessione sit rei proprietas:[k] adeò quidem, vt affinitatis nihil habere dicantur.[l] Probabilior sanè videtur Petri sententia, vt omne possessorium non adipiscendæ modò & recuperandæ, sed etiam retinēdæ petitorio coaceruari accumularíque possit:[m] non quidem vt vtrumque iudicium simul, eodémque tempore tractetur: ne variis iudiciorum anfractibus litem inuolui, captionibúsque & cauillis, viam aperiri contingat[n] (nisi iudex iusta de causa simul tractandum vtrunque iudicium cognouerit,[o]) sed vt de possessione primùm, etsi petitorium desertum non sit, de proprietate coram eodem iudice subinde quæratur.[p] Nec huic sententiæ quicquam obest contrarietatis regula.[q] Siquidem possessorium retinendæ, & rei vendicatio, magis diuersas, quàm repugnantes inuicem causas, habere videantur:[r] quippe actor in rei vendicatione principaliter eò tendit, vt dominus declaretur:[s] neque ad possessionem, nisi in consequens experiatur: quum & possidenti quandoque detur in rem actio.[t] In interdicto verò retinendæ, principaliter possessio vertitur.[u] Vnde nec alia ratione obstat hoc contrarietatis argumentum, cui eo tantùm casu locum esse constat, quo remedia cōtraria ad idem omnino competunt:[x] non etiam vbi ad diuersos effectus dirigantur:[y] quemadmodum petitorium, & possessorium retinen-

m c. pastoralis. de caus. poss. n L. ordinary. C. de re. vend. l. incerti. C. de interd. o L. si de vi. ff. de iud. l. ij. C. fin. regundo. p L. cùm fundum. §. fi. ff. de vi, & vi arm. Cle. vn. de caus. poss. q L. fin. C. quo. bono. l. ij. C. de edic. di. Adr. d. l. si de vi. d. l. ordinary. d. l. incerti. r L. & an eadem. §. fi. ff. de excep. rei iud. d. l. cùm fundum. §. fi. s L. j. §. quia autem ff. quo. legator. d. c. pastoralis. d. l. cùm fundum, §. final. t L. j. C. de fur. d. c. pastoralis. u L. fin. C. de codicill. x L. quod in hered. §. j. ff. de tributo. y D. c. pastoralis. z L. si rem. §. fi. ff. de euic. Bar. l. si mater. §. eandem in fi. ff. de excep. re. iud.

a Accurs. l. si de vi. ff. de iudi. b L. dolo. ff. de dol. excep. c L. ordinary. C. de re. vend. d L. j. C. de fur. e c. j. c. in literis. de rest. spol. f D. c. pastoralis. d. l. j. g Vt hic secundum S. & communem lect. h Accur. l. edita. C. de edend. i L. si idem. ff. de iurisd. l. fi. C. de anna. excep. k L. si duo. §. fi. ff. vti possid. l L. permisceri. hoc tit. & hîc. m Vt hoc §. nihil cōmune. n c. inā. de ord. cog. o c. cùm super. c. pastoralis. versi. nisi iudex. & c. cùm dilectus. de caus. poss. p l. si de vi. ff. de indi. l. iiij. C. de interd. l. exitus hoc tit. q L. j. C. de fur. r D. l. & an eadem. §. fi. & hic. s L. Pomponius. § sed & is. ff. de procur. l. & ex diuerso. §. j. ff. de re. vend. t L. officium. ff. de re. vend. u L. j. ff. vti possid. § retinenda de interdic. x L. nemo ex iis. §. quoties. ff. de reg. iur. l. cùm filius. §. variis. ff. de leg. ij. l. fi. C. de codicill. y L. si pro fure. §. j. ff. de cond. furt. l. ij. ff. de priua. delic.

retinendæ. hoc enim ad præſentis poſſeſsionis tuitionem paratum eſt.[z] Illud verò non tam auocandæ ab aduerſario poſſeſsionis gratia tribuitur, quàm dominii ratione, vt, videlicet, actor dominus declaretur.[a] Ex prædictis quoque palàm fit, huic cumulationi electionis regulam impedimento non eſſe: quæ tum ſibi locum vendicat, cùm eiuſdem rei nomine plures actiones conceduntur.[b] Atqui alia cauſa eſt poſſeſsionis, & alia proprietatis:[c] eadémque ratione tollitur regula duplicitatis,[d] cùm non ad eandem rem, nec ad eundem effectum, ſed ad diuerſas cauſas ordinentur hæc iudicia.[e] Sed nec obeſt ordinis regula: cùm & nos fateamur, poſſeſsionis negotium prius tractari, decidique oportere,[f] niſi huic fauori actor, qui vtrunque iudicium libello complexus eſt, renuntiandum putet:[g] quippe nihil neceſſariò lex præcipit, aut imperat: ſed duntaxat conſulit ei, qui interdicto poſſeſsionem nanciſci poteſt, vt eo prius experiatur,[h] quod poſſidere longè commodius ſit: vel eo nomine, quia probatione dominii poſſeſſor exoneretur.[i] Quocirca poterit actor non ſequi conſilium, quod lex priuato eius fauore conſcriptum reliquit.[k] Regulam verò præiudicii, de ferenda in vno iudicio abſolutoria, quæ iudicatæ rei exceptionem eſt in alio paritura,[l] iure non conſtare iamdiu probaui: quum actioni furti certum ſit condictionem furtiuam accumulari:[m] & tamen abſolutus reus, quia furtum factum non ſit, actorem condictione furtiua agentem, exceptione rei iudicatæ repellit.[n] Rurſus, quia actionis in perſonam, cum hypothecaria conceditur cumulatio:[o] & tamè vincente reo, in perſonali, tanquam debitum non ſit, ſi poſteà creditor ad pignus agat, eadem ſententiæ exceptione excluditur.[p] Denique confeſſoria priore loco propoſita ſuper ſeruitute, cum rei vendicatione cumulatur:[q] quum tamen conſtet ab abſoluto reo in ſeruitutis iudicio, quia probauerit rem ſuam eſſe, certantem poſtmodùm actorem de proprietate, ſubmoueri.[r] Adde quòd talis exceptionis, quæ à futura iudicis ſententia pendet, nuſquam ſit in iure mentio. Nam leges, quas ad huius regulæ confirmationem recentiores inducunt,[s] non de rei iudicãdæ, ſed iam iudicatæ exceptione loquuntur, aut iuriſiurandi, quod vim habet iudicati.[t] Neque verò me mouerint Africani reſponſa,[u] quæ diuerſam longè rationem habent: ne, videlicet, per minorem cauſam cognitioni maiori præiudicium fiat.[x] Præiudicium autem tum rei maiori fieri dicitur, quum cauſa in iudicio deducta in totum, vel in partem communionis aliquid habet cum maiori.[y] Et maius iudicium intelligi debet, quo maiorem ſummam, aut rem grauioris momenti actor perſequitur.[z] præterea, quamuis admittamus præiudicii regulam, in propoſito tamen obiici non poteſt: quum non aliter locum ei eſſe Doctores velint, quàm ſi duo cõiunctim interueniãt: quia, ſcilicet, abſolutoria lata in primo, paritura ſit exceptionem rei iudicatæ in ſecundo: & viciſſim condemnatoria ferenda in ſecundo, præiudicet in primo.[a] quod in caſu noſtro (quum ſententia lata in poſſeſſorio, non noceat in petitorio) dici non poteſt.[b] Denique nec huic noſtræ traditioni, qua cuiuſcunque poſſeſſorii cumulationem, cum petitorio probauimus, officit quod Theodoſius tradit,[c] hæredem, qui ex teſtamento poſſeſſorium adipiſcendæ propoſuit, remedium, putà, diui Adriani,[d] non poſſe poſtmodum petitorio vti, tanquã ex codicillis.[e] Nam hoc ideo, quia hæc remedia inter ſe pugnant: quum alterum directum ſit, alterum obliquum.[f] Vnde alterius propoſitione videtur actor alteri renuntiare.[g] & quum cauſam ſemel approbauerit teſtamenti, viam contrarii iudicii, nẽpe codicillorum ſibi præcluſit:[h] quæ ſola fuit Imperatoris ratio.[i] non illa, quam de electione commini-

z D.l.j.d. ſ.retinendæ. a D.l. Põponius. d. ſ.j. b D.ſ.quoties. c L.ſi duo. ſ.fi.ff.vti poſſid.& hic. d L.huiuſmodi.ſ.qui ſeruum. ff. de leg.j. e L.& an eadem.ſ.fi. ff. de excep. rei iud. f L.ſi de vi.ff. de iudic. g L.ſi iudex.ff. de minor. h L.is, qui deſtinauit. ff.de rei vẽ. i L.incerti. C.de interd. ſ.retinendæ. eod.tit. Inſtit. k L.pen.C. de pac. d.l. ſi iudex. l L.fundũ. l. fundi. ff. de excep. m L.ſi pro fure.ſ.j.ff. de cõd. furt. l.j.C.de fur. n L. duobus. ſ.ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. o ſ.ſed neque de fideiuſſ.coll.iij. p L.ſi deferente.ff. Quib. mo. pig. ſol.

q L.ſed ſi ante. ff. de exceptio. r L.ſi cum teſtamento.ſ.ſi fundum.ff.de excep.rei iud. s L.duobus.ſ.exceptio.ff.de iureiur.l.ſi mater.ſ.eandem.ff.de excep.rei iud. t L.ſi deferente.ff.qui.mod.pig.ſol. l.ij.ff.de iureiur. u D.l.fundum.d.l.fundi. x L.per minorem.ff.de iudi. y L.ſi quis libertatem.ff.de petitio. hered.l.rei maioris.ff.de excep. z D.l.rei maioris. a D.l.fundum.vbi Bar. b L.& an eadem.ſ.fi.ff.de excep.rei iud. c L.vlt.C.de codicill. d L.ij.l.fin.C.de edic.di.Ad toll. e D.l.fi.C.de codicill. f L.Scæuola. ff.ad Trebell. g L.poſt diem.ff.de leg.commiſſ. h L.j.C.de fur.

scuntur interpretes. neque enim in eius textus specie, qui possessorio tanquam ex testamento vsus esset, petitionem hæreditatis ex eadem testamenti causa, prohiberetur intendere.[k]

10 Circa possessorium quoque recuperandæ, perspicuum fecimus, id petitorio cumulari posse:[l] nec vllam res habet dubitationem, vbi ab eodem actore vtrumque iudicium proponitur: quum nulla subsit contrarietas, nec electione tollantur hæc remedia: quum ad diuersa dentur.[m] At si ab actore possessorium, & à reo reconueniendo, in rem actio intenderetur, secùs summa ratione dicendum foret: cùm spoliatus, ante omnia restitui debeat.[n] nec super alia, quàm spoliationis quæstione, teneatur violentis inuasoribus respondere.[o] Idémque econtrà, eadem ratione censeo, vbi reus spoliatus, rei vendicatione conuentus, interdicto recuperandæ vteretur:[p] si tamen (inquiunt Doctores) ante receptum petitorium iudicium spoliatio sit sequuta: alioqui propositione possessorii, petitorium non impediretur.[q] Sicuti nec eo casu, quo post contestatam super petitorio litem possessorio recuperandæ reus vteretur: cùm exceptio spoliato competens dilatoria sit: ac proinde ante contestatam litem opponenda.[r] Quæ declaratio in vtroque membro nonnullis, & meritò, displicet.[s] Cùm enim spoliato reo ante litem cœptam, super petitorio non 11 audiatur actor: sed sub spoliatione tantummodò procedatur:[t] quòd restituendus sit (vti dictum est) ante omnia spoliatus:[u] multò magis spoliato, pendente lite, reo, id recipiendum est.[x] quod tunc grauiùs spoliator delinquat, magistratus auctoritatem, adeóque ius ipsum, nedum partem contemnendo.[y] Nec ad rem facit Constantini lex,[z] in qua ne vel minimùm quidem verbum de violenta spoliatione, aut alicuius possessorii propositione. Sed nec verum est, quod vulgò recipitur, spoliationis exceptionem dilatoriam esse: cùm vsque ad conclusionem in causa rectè opponatur.[a] Et quamuis concedamus dilatoriam esse, quia tamen ante contestationem litis nata non est, vtpote spoliatione post acceptum iudicium, facta post contestatam etiam litem proponi non prohibetur.[b] Et hæc quidem de petitorio, & possessorio hactenus, quibus qui non satiabitur, ex Doctorum infinitis commētariis (qui ad visendum omnibus patent) sitim suam cumulatissimè poterit explere. IOANNES CORASIVS TOLOSAS FERRARIAE, VLTIMA MAII, M. D. LII.

i D.l.final. versi.j. k L. hæreditas. C. de peti. hæred. Accurs. d. l.fin. l L.cùm fundum. §.fin. ff. de vi & vi arm. c. pastoralis. de caus. poss. m L.nemo ex ys. §. quoties. ff. de reg. iur. n L.si quis ad se. C. ad l.Iul. de vi. pub. l. vn. C. si per vim. o c. fin. de ord. cog. p c.ex conquestione. de rest. spol. Cle. vn. de ca. poss. q L.si constiterit. C. fin. reg. Bar. hic iiij. combinatio.

r L. exceptionem. C. de proba. l.fin. C. de excep. c. inter monasterium. de re iudic. s c.j. de rest. spol. Aret. hic. t D.c.ex conquestione. d. Cle. vn. u L.si quis ad se. x c.pen. & fin. vt lit. pend. y c.j. in fin. de app. in vj. z D.l.si constiterit. a c.pastoralis. de caus. poss. & prop. d. Cle. vn. b L.y.C. de consort. eius d. lit. c. insinuante. de offi. deleg.

L. SI IS QVI PRO EMPTORE FF.

DE VSVCAPIO.

IVLIVS PAVLVS, LIB. XV. AD PLAVTIVM.

Si is, qui pro emptore[a] possidebat,[b] ante vsucapionem[c] ab hostibus captus sit, videndum est[d] an hæredi eius[e] procedat vsucapio.[f] (nam interrumpitur vsucapio)[g] & si ipsi[h] reuerso non prodest,[i] quemadmodum hæredi eius proderit?[k] Sed verum est,[l] eum in vita sua desiisse possidere:[m] ideóque nec postliminium[n] ei prodest, vt videatur vsucepisse. Quòd si seruus[o] eius, qui in hostium potestate est, emerit,[p] in pendenti[q] esse vsucapionem, Iulianus ait.[r] Nam si dominus reuersus fuerit, intelligi vsucaptum.[s] Si ibi decesserit, dubitari,[t] an per legem Corneliam,[u] ad successores eius pertineat.[x] Marcellus[y] posse plenius,[z] fictionē legis accipi. Quemadmo-

admodum[a] enim poſtliminio reuerſus, plus iuris habere poteſt in iis, quæ ſerui egerunt, quàm in iis, quæ per ſe, vel per ſeruum[b] poſsidebat, cùm ad hoſtes peruenerit.[c] Nam hæreditates, in quibuſdam vice perſonæ fungi receptum eſt: ideóque in ſucceſſoribus locum habere vſucapionem,

SVMMÆ RERVM.

1 *Fictio poſtliminij, & Corneliæ legis.*
2 *Vſucapio in rebus peculiaribus.*
3 *Teſtes contrarij quomodo concilientur.*
4 *Reſponſio per interrogationem.*
5 *Vſucapio interrupta an proſit reuerſo.*
6 *Lex non temere fingit.*
7 *Poſtliminium quando proſit reuerſo.*
8 *Suſpenſi iuris conſtitutio.*
9 *Hæreditas quando vicem defuncti ſuſtineat.*

1 IVs noſtrum, quod omne in bono & æquo poſitum eſt,[a] non ſolùm probabiles in ambiguis ſequitur coniecturas,[b] ſed etiam in claris & certis falſum pro vero frequenter aſſumit: quoties, ſcilicet, impellit æquitas:[c] túmque fingere dicitur.[d] Neque enim aliud quicquam eſt fictio, quàm falſi pro vero, à lege propter æquitatem facta aſſumptio:[e] eo potiſſimum nomine diſtans à præſumptione, quòd illa rei dubiæ, & incertæ ſemper innitatur:[f] in fictione verò lex ſuper certo falſa ſtatuat.[g] Vnde nec aduerſus fictionem admittuntur probationes:[h] quæ tamen cõtra legis præſumptiones paſſim recipiuntur,[i] niſi ſuper præſumpto, tãquam ſibi comperto lex diſponat.[k] Cuiuſmodi præſumptionem iuris, & de iure vocant:[l] in quam nulla ſolet præterquam per aduerſarũ confeſſionem recipi probatio,[m] quod à recentioribus extenſiſſimè tractatum videre eſt.[n]

Cùm autem finis & ſcopus legis ſit publica ciuium ſalus, & populi tranquillitas:[o] non potuit lex iuſtiore cauſa moueri, vt falſum contra veritatem ſciens prudens aſſumeret, quàm publico bono: veluti cùm poſtliminium effinxit captum ab hoſtibus, qui redeauit, ſemper in ciuitate manſiſſe:[p] & Cornelia lex defunctum apud hoſtes, tunc mortuum, cùm caperetur: nec in hoſtium poteſtatem vnquam perueniſſe.[q] quo ſcilicet milites pro aris & focis dimicantes, neque formidine ſeruitutis (quæ per captiuitatem contrahitur)[r] neque metu bonorum (quæ ſummo iure captiuitas aufert)[s] à bellorum ſtudio, & publicæ ſalutis defenſione deterrerẽtur, nimirum ſcientes ſibi, hæredibúſque ſuis in omnem caſum commodiſſimè conſultum. &, ſi videlicet, ab hoſtibus capti, in fines ſuos rediiſſent, & ſi apud hoſtes decederent:[t] reſpectu tamen eorum, quæ iuris ſunt.[u] Nam quæ in facto verſantur, cùm captiuitate prorſus eneruentur, & pereant,[x] nulla legis auctoritate redintegrari poſſunt:[y] ideóque reſponſum poſſeſſionem quæ non tam in iure, quàm in facto conſiſtit, poſtliminio non contineri.[z] Atque hinc conſequens eſt, interpellatam captiuitate vſucapionem, ne ipſi quidem reuerſo, per poſtliminium prodeſſe.[a] licèt enim fingat lex poſtliminũ, eum, qui ab hoſtibus aduenit, ſemper in ciuitate fuiſſe, ac ideo priſtina omnia iura, reuerſus recipiat.[b] quia tamen ſimulatq; captus quis eſt, aut ſaltem in hoſtium præſidia deductus, deſinit poſſidere:[c] vtpote ab iis poſſeſſus, quorum ſeruus factus eſt,[d] interpellata eſt, & interrupta vſucapio,[e] quæ ſine poſſeſſione continua non conſiſtit,[f] nec poteſt amiſſa ſemel poſſeſſio, (cùm facti ſit)[g] reſtaurari per poſtliminium.[h] ſiquidem res facti, hoc eſt, in propoſito deſinentia poſſidendi, nequeat infecta fieri.[i]

a L.j.ff.de inſt.& iur. b L.ſi ſeruus pluriũ. §.fi.ff.de leg.j. c L.poſtliminium.ff.de capt. d L.ſi ita ſtipulatio.ff.de op.liberto. e Bar.& Doct.hîc f L.fin.ff.quod met.cau. g L.ſi forte.ff.de caſt.pecul. h Accur.l.ſi duo.ff.de acq.hered. i L.ſine poſſidetis.C.de prob. k L.fi.C.de arb.tute.c.is, qui de ſponſal. l Accurſ.l.fi.C.quod me.ca. m Accurſ.l.in contractibus.C.de nõ nu.pec. n Felin.c.quanto de præſump. o Cic.lib.iij.de legib. p L.poſtliminij.l.poſtliminiũ l.retrò.ff.de capt. q §.ſi ab hoſtibus.qui.mo.ius pat.pot.ſol.Inſt. r L.& ſeruorum.ff.de ſta.hom.

s L.iij.§.fi.ff.de verbo.ſig. t §.fi.Quib.non eſt permiſſ. u L.cum heredes.§.j.ff.de acq.poſſ. x L.in bello.§.codicills.ff.de capt. y L.qui res.§.arcam.ff.de ſolutio. z L.denique.ff.Qui.ex ca.ma.d.l.in bello.§.facta. a.D.l.denique & hîc. b D.l.poſtliminij.d.l.poſtliminiũ.d.§.ſi ab hoſtibus. c D.l.cum heredes.§.j. d L.homo liber.§.fi.ff.de acq.re.dom. e L.naturaliter.hoc tit. f L.ſine poſſeſſione.hoc tit. g L.j.§.ſi vir ff.de acq.poſſ. h D.l.denique. i d.l.in bello.§.facta.

Quòd si per postliminium vsucapio cœpta non prodest ipsi reuerso, nec per Corneliam legem eius hæredibus:[k] cùm non vsucapiat hæres, quod non potuit defunctus:[l] & non debeat hæres, qui vna cum defuncti persona censetur:[m] melioris esse conditionis, quàm auctor, à quo solo ius, & causam habet.[n] & hæc est ad principium constitutionis nostrę, plana, perspicuáque species: cui ex prædictis patet, vim Corneliæ legis non obesse, quæ postliminii exemplo, ad facti causam non protenditur.[o]

Pro emptore.[a] Quia fundum emerat bona fide à non domino.[?]

Possidebat.[b] Per seipsum. nam alia eorum causa esse videtur, qui per subiectas 2
iuri suo personas posiderent, vsucaperéntque:[q] quod & veteres quidam docuerunt, absolutè negantes, in possessis per seruum non peculiariter, ante captiuitatem, interrumpi vsucapionē.[r] Nam iura quæ dicunt, in iis quæ per seruum possidentur, non procedere vsucapionē ad res non peculiares, post domini captiuitatē quæsitas, se referant.[s] Et quoniam Papinianus in quæsitis ex causa non peculiari, durāte captiuitate, ideo negat vsucaptū intelligi, quia priùs possessum non esset.[t] Quæ ratio cessat in possessis ante captiuitatem. Deinde, quia in peculiaribus ideo constat domini captiuitatem vsucapioni impedimento non esse. quia eius scientia, non esset in ciuitate necessaria.[u] quæ ratio prope eadem videtur in re non peculiari: quam seruus, ante domini captiuitatem posidere cœpit. ex quo enim dominus sciens prudens rem per seruum posideri: (nam alioqui inchoari non potuisset vsucapio[x]) rem incepit vsucapere non impediet superueniēs captiuitas vsucapionis complementum.[y] Sicuti, nec emergens mala fides, dum à principio bona fides adfuerit.[z] cùm vsucapionis initium spectari debeat,[a] & vsucapio legitimè cœpta, faciliùs multò continuetur, quàm incipiat.[b] Inualuit tamen contraria sententia: vt quemadmodum in iis, quæ per se quis posidebat, non procedit vsucapio, ita nec in possessis à seruo:[c] cùm enim res desierit à domino per seruum etiam posideri;[d] interrupta fuit vsucapio,[e] quæ sine possessione continua non contingit.[f] Rursus, quia in rebus à seruo peculiari nomine possessis, leges loquuntur, quæ ad vtilitatem captiui vsucapionem probant. in cæteris tradentes, eum qui apud hostes est, nec vsucapere posse, nec captam complere vsucapionem.[g] Deniq;, quoniam in omni fictione duo extrema idonea esse oportet: à quo, videlicet, & ad quod.[h] hoc autem casu extremum, à quo fictio incipere debet, est inhabile: cùm deficiat scientia domini, sine qua non potest inchoari vsucapio per seruum in rebus non peculiaribus.[i] Ego verò neutram probo sentētiam: sed ei, qui captus est, vsucapionem interrumpi puto. vt, videlicet, non prosit ei reuerso per postliminium.[k] quo semel amissa possessio, non restituitur:[l] hæredibus verò eius apud hostes defuncti, arbitror vsucapionē vi Corneliæ legis procedere.[m] morti quippe iunguntur tempora captiuitatis, ex die quo captus est.[n] à quo iacuisse hæreditas intelligitur.[o] Potest autem vsucapio, quæ quasi coniunctum in hæredem descendit,[p] nondum etiam adita hæreditate, impleri.[q] Neque verò nouum, plus iuris hæredi, quàm defuncto competere.[r] pleniúsque fictionem Corneliæ legis, quàm postliminium accipi.[s] vbi, videlicet, maior est in hærede ratio:[t] quemadmodum in specie nostra, cùm non peculiarium rerum à subiectis iuri nostro personis pos-

k Hac l. in princ.
l L. cùm heres. ff. de diuer. præscr.
m §. j. de iureiu. à mor. præst.
n L. in omnibus. §. fi. ff. de reg. iur.
o D. l. denique. d. §. facta.
p L. ij. ff. pro empto.
q D. l. in bello. §. facta.
r D. §. facta vers. eorum verò vbi Accur. ff. de capt. Iacob. ab Aren. & And. Pisā. hic.
s L. iusto. §. fi. hoc tit. & hac l. versi. quod si seruus.
t L. fi. §. fi. hoc tit. d. l. iusto. §. fi.
u L. pen. ff. de capt. d. l. iusto. §. fin.
x L. possessio quoque. §. fin ff. de acq. poss. l. ij. ff. pro soluto. l. ij. §. Celsus. ff. pro empt. l. j. C. de acq. poss.

y L. nunquam. §. si seruus hoc tit. z L. bonæ fidei. §. in contrarium. ff. de acq. re. do. l. vn. §. fi. C. de vsuc. transfor. a L. sequitur. §. de illo in fin. hoc. tit. b L. cœptam. l. fi. §. fin. hoc tit. c Hac l. vers. quemadmodum Bar. & alij hic. d L. cum heredes. §. j. ff. de acq. poss. l. neque seruus. hoc tit. e L. naturaliter hoc tit. c. illud de præscrip. f L. xv. l. sine possessione hoc titul. g L. aut Prætor. §. j. & §. in planè. ff. ex qui. ca. ma. l. pen. ff. de capt. l. iusto. §. fi. hoc tit. h L. bonorum. ff. Rem rat. hab. i L. ij. §. Celsus. ff. pro empt. l. ij. ff. pro soluto. k D. l. iusto. §. final. l L. denique. ff. qui. ex ca. maio. m L. in bello. §. facta. ff. de capt. n D. l. iusto. §. final. o L. in omnibus. l. bona. in princ. ff. de capt p L. cum miles. ff. qui. ex ca. ma. q L. nunquam. §. vacuum. l. cœptam. hoc tit. d. l. cùm miles. r L. si per imprudentiā. §. non mirum. ff. de euictio. l. reperitur. ff. ad leg. Falcid. s D. l. iusto. §. fi. & hac l. vers. Marcellus. t L. fin. C. de euictio.

poſſeſſarum,captiuitas ſuperueniens, poſſeſſionem non auferat. [w] Nec ignotum, per alios, quàm per nos ipſos, facilius poſſeſſionem continuari: [x] & quam amiſimus ipſi,per ſeruos,& familiam noſtram retineri.[y] Vnde,quod ait lex,dominum, qui apud hoſtes eſt,nec per ſeruum quidem poſſidere.[z] reſpectu earum rerum accipi debet, quæ non ex cauſa peculii, durante captiuitate quæruntur. [a] difficilius namque,vt oſtendimus,incipit poſſeſſio,& in conſequens vſucapio, quam continuetur.[b] & origo quæſitæ poſſeſſionis,non eius retinendæ cauſa perpendi debet.[c] Hinc quoque patet non temere probandam eſſe æquiparationem Marcelli cenſentis,nihil referre an per ſe quis poſſideat,an per ſubiectam ſibi perſonam.[d] Quæ verò leges vſucapionem admittunt in rebus à ſeruo poſt domini captiuitatem peculiariter quæſitis,& poſſeſsis:[e] res non peculiares,quarum cœpta erat ante captiuitatem poſſeſsio non excludunt,ſed includunt potius:cùm in iis ſit eadem ratio, quæ in peculiaribus.quantum ad legem Corneliam attinet, quòd ſcilicet, per ſeruos(vt docuimus)poſſeſsio conſeruetur:[f] & hos caſus lex æquiparet.[g]

3 *Ante vſucapionem.*[e] Completam, ſcilicet. inchoata quippe fuit ab eo tempore, quo cœpit pro emptore poſſidere: inde ſolet hinc non inſubtiliter concordia, deſenſióquo teſtium colligi: quorum alii ante nuptias,ante bellum,ante appellationem,aut ante annum nonnihil factum adfirmant: alii verò pòſt. Nam, vt concilientur, fiet interpretatio, vt illi de actu, vel tempore finito: hi verò de cœpto loquuti cenſeantur.[h] Qua tamen in re cenſeo plurimùm iudicis arbitrio tribuendum: qui cùm magis ſcire debeat,quanta ſit teſtibus fides adhibenda, non niſi ex veriſimili coniectura, hanc concordiam procurabit.[i] Sed de iis alibi ſcriptores,& fuſiùs,& opportuniùs.[k]

4 *Quemadmodum.*[d] Frequens eſt hîc, per interrogationem reſpondendi modus Iuriſconſultis. Quemadmodum, inquit Papinianus, vſucapietur, quod antè defunctus non poſſederat?[l] & apud Vlpianum Marcellus, Quemadmodum enim, ait, æſtimatio inibitur?[m] & idem Marcellus apud Paulum, Quemadmodum ſocio debebitur,ſi quaſi falſum nomen ſerui ſubducitur?[n]

Hæredi eius.[e] Emptoris,nimirum,qui apud hoſtes deceſſit.

Procedat vſucapio.[f] Quod prima fronte videbatur: ſiquidem lex Cornelia fingat eum,qui apud hoſtes deceſſit, tunc mortuum,cùm caperetur.[o] Vbi autem reuera Titius emptor, captiuitatis tempore mortuus fuiſſet, cœptam vſucapionem compleuiſſet hæreditas:[p] & ita poſſeſſio teſtatoris, à nemine medio tempore occupata,profuiſſet hæredi.[q] Ergo & hoc cauſu, vt idipſum fictio in fictis, quod in veris veritas operetur.[r]

Interrumpitur vſucapio.[g] Per captiuitatem ſcilicet.[s] ſimul enim atque Titius emptor,fuit ad hoſtium præſidia perductus, deſiit poſsidere.[t] vtpote ſeruus hoſtium factus,[u] & ab hoſtibus poſſeſſus.[x] Toties autem naturaliter interrumpitur vſucapio, quoties poſsidere quocunque modo quis deſinit.[y] Nec ſine poſſeſsione continua,procedit vſucapio.[z]

Ipſi.[h] Titio emptori putà,ab hoſtibus reuerſo.

Non prodeſt.[i] Cœpta nempe vſucapio, nunc per captiuitatem interrupta.[a] Vnde Papinianus, Si emptor (inquit) priuſquàm per vſum ſibi acquireret,ab hoſtibus captus ſit, placet interruptam vſucapionem poſtliminio non reſtitui: quia hæc ſine poſſeſsione non conſiſtit. Poſſeſsio autem plurimum facti habet: cauſa

5 verò facti,poſtliminio non continetur.[b] Quæ verba palàm faciunt,interpellatam

w D. l. ij. in bello. §. facta.
x L. peregrè §. fi. ff. de acq. poſ.
y L. j. §. nō aliȷ̃. ff. de vi arma.
z L. neque ſeruus. hoc tit.
a L. iuſto. §. fi. ij. reſp. hoc tit.
b L. vn. §. fi. C. de vſuc. trāſfer. l. nunquā. §. ſi ſeruus. l. cœptam. l. fi. §. fin. hoc tit.
c L. quid, quod. ff. de donatio. l. clam. in princ. ff. de acq. poſſ.
d D. §. facta. & hac l. verſ. quemadmodum.
e L. ait Prætor. §. j. §. hi planè. ff. Qui. ex ca. ma. l. pe. ff. de capt. l. iuſto. §. fi. hoc tit.
f D. l. j. §. non aliȷ̃. d. §. facta.
g D. §. facta. verſi. horū verò.
h c. cùm tu. de teſtib.
i L. iij. §. j. ff. de teſtib.
k D. l. iij. §. fin. ff. ſi cert. pet. & in d. c. cùm tu.

l L. fi. §. fi. hoc tit. m L. ſi quis teſtamentum. ff. ad l. Aquil. n L. filius. §. j. ff. ad l. Cor. de falſ. o L. in omnibus. l. bona. ff. de capt. l. j. in fi. C. illo tit. l. pen. §. fi. hoc tit. p L. cœptā. hoc tit. q L. Pōpo. §. quaſitum. ff. de acq. poſſ. l. poſſeſſio. hoc tit. r L. qui ad certum. ff. locat. c. cùm dilectus. c. ad audientiā. de cler. non reſid. s L. in bello. §. facta. ff. de capt. t L. cùm heredes. §. j. ff. de acq. poſſ. u L. hoſtes. in fi. ff. de capt. x L. homo liber. §. fi. ff. de acquir. rer. dom. l. qui in ſeruitute. ff. de reg. iur. y L. naturaliter. hoc tit. z L. denique. ff. quib. ex cauſ. ma. l. ſine poſſeſsione. hoc tit. a L. ait Prætor. §. j. ff. quib. ex cauſ. ma. b L. denique. ff. illo tit.

captiuitate vsucapionem, idcirco non prodesse reuerso ab hostibus, quia captiuus statim desiit possidere, quum captus est.[c] qui denuo possessionem quærere non potest sine animo, & corpore:[d] quorum vtrunque facti est.[e] Cùm itaque facta, postliminium non contineat,[f] semel amissa per captiuitatem possessio, sola postliminii auctoritate reuerso restitui non potest,[g] minúsque redintegrari vsucapio: quæ licet iuris sit,[h] sine tamen possessione, & ita sine facti exercitio, reuiuiscere nequit.[i] Neque autem facta, neque iura quæ sine præcedenti facto quæri non possunt: reuerso per postliminium restituentur.[k] Et quod factum (vt est in specie nostra desinentia possidendi) nulla constitutione legis infectum fieri potest.[l]

Hæredi eius proderit.[k] Verba sunt Iulii Pauli, quibus ideo reuincit hæredi eius, qui pro emptore possidebat, vsucapionem non procedere: quòd cum defuncti persona, & hæredis vna intelligatur,[m] & subrogetur hæres in locum defuncti,[n] non debet hæres melioris conditionis censeri:[o] nec ex eius persona, qualitas dispositionis vllatenus variari.[p] Vnde nec quicquam posse, quod defunctus non potuerit,[q] & ita rem per vsum quærere, quam defunctus vsucapere nequiuit.[r] sed in omnibus regulariter, par vtriusque (vt Imperaror ait) habenda fortuna:[s] nisi cum proprio, & potentiore iure munitus hæres, non tanquam successor, sed ex persona sua experitur.[t] Qua de re alibi pleniùs scripsi.

Sed verum est.[l] Hic probat ratione, quod iam docuit: nempe vsucapionem reuerso non prodesse. Sic & Tryphoninus, horum, inquit, quæ per semetipsum possidens vsucapiebat, ei, qui posteà captus est, interrumpitur vsucapio: quia certum est eum possidere desiisse.[u]

Desiisse possidere.[m] Nimirum simul atque in hostium præsidia, seu castra perductus fuit:[x] tum enim in hostium potestatem dicitur peruenisse,[y] vnde nec possidere potest, qui ab aliis ipse possidetur.[z]

Postliminium.[n] Quod tamen fingit eum, qui rediit ab hostibus, semper in ciuitate fuisse: eique reuerso, omnia pristina iura restituit:[a] vt valde mirum videatur, quod vi eius vsucapio quæ iuris est,[b] non redintegretur. Nam licèt ea sine possessione, quæ plurimum habet facti,[c] non procedat:[d] ad causam tamen facti fictio quæcunque trahi videatur, ac circa facta principaliter operari.[e] Nam possessionis traditionem, quod ipsum facti est, lex quandoque fingit:[f] item stipulationis contractũ:[g] solutionem debiti,[h] & pecuniæ creditæ numerationem,[i] quæ dubio procul in facto versantur.[k] Rursus interpretatur lex eum, qui adhuc est in vtero, natum esse,[l] reuersum nunquam abfuisse:[m] mortuum apud hostes, vel etiam nunc viuere,[n] vel multis antè annis, & in patria decessisse:[o] & id genus alia, quæ in vni-
uersum facti esse constat. Considerandum igitur legem non temere fingere, sed 6
impellente aliqua æquitate,[p] rúmque ad aliquem iuris effectum, qui cùm ex præcedenti facto colligi debeat,[q] facti contingentia fingitur. non quidem propter se, nec principaliter, sed velut præambulum, & necessarium quoddam antecedens, ad mysterium iuris, quod sequitur.[r]

Quod si seruus.[o] Hactenus Iulius Paulus loquutus est, propositam principio quæstionem dissoluens. Nunc verò emergens aliud dubium tractat, circa veterem Iulii, Marcellique controuersiam, quæ super interruptione vsucapionis per captiuitatem,

a L. cùm hæredes. §. j. ff. de acq. poss. d. §. facta. d L. ij. §. in amittenda. l. quemadmodum. d. l. cùm hæredes. ff. de acq. poss. e L. bonæ fidei. ff. de acq. re. do. f L. cùm dua. §. fi. ff. de capt. g D. l. denique. d. §. facta. h d. l. bonæ fidei. §. j. i L. sine possessione. hoc tit. d. l. denique. k §. si ab hostibus. qui. mo. ius pat. pot. d. l. cùm dua. §. fi. l d. l. in bello. d. §. facta. m §. j. de iureiur. à mor. præst. coll. v. n L. cum à matre. C. de re. vend. o L. in omnibus. §. fi. ff. de reg. iur. p L. ij. §. ex his. ff. de verbo. obli. q L. in executione. §. pro parte illo tit. r L. cum heres. ff. de diuer præs. s L. ij. C. de fruct. lib. t L. si. C. de euictio. Dixi d. §. ex his. u L. in bello. §. facta. ff. de capt. x L. cum heredes. §. j. ff. de acq. poss. y L. postliminium. in prin. l. hostes. in fi. ff. de cap. z L. homo liber. in fi. ff. de acq. re. do. l. qui in seruitute. ff. de reg. iur. a L. postliminium. in prin. l. retrò. ff. de capt. §. si ab hostibus. qui. mo. ius pa. pot. b L. bonæ fidei. §. j. ff. de acq. re. do. c L. denique. ff. Ex qui. ca. ma. d L. sine possessione. hoc tit. e Bar. l. non dubium. C. de legib. f L. quisquis. C. de dona. g L. vn. C. de re. vxo. actio. h L. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. i L. singularia. ff. si cer. pet. k L. consilio. ff. de cur. furios. l L. qui in vtero. ff. de sta. hom. m L. retrò. ff. de capt. n L. bello. ff. de excus. tuto. o §. si ab hostibus. qui. mo. ius pa. pot. Instit. p L. postliminium. ff. de capt. q L. si ex plagis. §. in duo. ff. ad l. Aquil. r L. illud. ff. de acq. hered.

tatem, duplex quondam fuit. Prior de iis rebus, quas captiuus per ſeruum poſſidebat,cùm caperetur:in quibus putauit Iulianus, reuerſo Poſtliminium nõ prodeſſe:quamuis hæredibus eius per Corneliam legem vſucapio impleri poſſit. Marcellus verò nihil referre exiſtimans, an quis per ſe poſſideat, an per ſubiectam ſibi perſonam: ſicut in iis,quæ per ſe quis poſſidebat, captiuitas vſucapionem prorſus interrumpit, quæ nec reuerſo per Poſtliminium, nec hæredibus per Corneliam proficit:[t] pariter cenſuit,in iis, quæ per ſeruum poſſidebat, cùm ad hoſtes peruenit,interpellari omnino vſucapionem. Verùm contra Marcellum ſententia Iuliani probata eſt. [s] ſiquidem alia ſit hac in re cauſa reuerſi, quem certum eſt deſiiſſe poſſidere:[u]& alia hæredis,cuius nomine ſeruus,qui ſemper manſit in poſſeſſione, ſemper intelligitur poſſediſſe, [x] per Corneliæ legis interpretationem. Altera fuit controuerſia, quam hîc Iulius Paulus tractat, de iis rebus, quas ſeruus, pendente domini captiuitate,quæſierat: in quibus Iulianus cenſuit, Poſtliminio reuerſum iuuari.non item hæredes lege Cornelia, ea(vt opinor ego)ratione, quia tunc non deſiiſſet poſſidere captiuus,qui nunquam naturalem rei poſſeſsionem apprehendiſſet.ſeruus autem domini nomine ſemper manſiſſet in poſſeſsione: non etiam hæredum.Qua in re Iulianus à Marcello,iure, meritóque taxatus eſt, rectius omnino contrarium exiſtimante,non prodeſſe,videlicet,reuerſo vſucapionẽ vi Poſtliminiũ. attamẽ in ſucceſſoribus,eam locũ habere,per legẽ Corneliam,quam ideo pleniùs, & extenſiùs Poſtliminio Marcellus accipi dicit. Nec enim veriſimile eſt, plus iuris dominum habere in quæſitis per ſeruum, captiuitate domini durante, quàm in iis,quæ per ſe,aut per ſeruum poſsidebat,cùm caperetur. in quibus omnino conſtat,reuerſo non prodeſſe cœptam vſucapionem:[y] cùm tamen in hæredibus,ex Cornelia lege, alia ſit ratio. Cùm enim à tempore captiuitatis hæreditas iacuiſſe intelligatur,[z]ſeruus,qui emit,hæreditarius intelligitur:per quem conſtat hæreditati iacenti quæri poſſe.[a] Non ergo vetus illa Iuliani, Marcellique diſputatio,quam Tryphoninus alibi refert,[b] hîc pertractatur, ſicuti plerique omnes falſò putant:ſed alia longè diuerſa,an,videlicet in iis, quæ ſerui, durante domini captiuitate,poſsidere cœperunt,vſucapio locum habeat, tam ad vtilitatem captiui redeũtis,quàm hæredum eius,apud hoſtes mortui. Quo ſenſu obſeruato, illud quoque menti tenendum,Iuliani hic opinionem à Paulo referri, vſque ad verſ. Marcellus:vbi Marcelli Iulianum taxantis ſententia ſcribitur, & mox ſuæ reprehẽſionis ratio,in verſ.Quemadmodum.Deinde in verſ.Nam hæreditates,reſpondet tacitè obiectioni.Poſtremò autem in vltimis verbis,Ideóque,&c.Paulum cum Marcello contra Iulianum controuerſiam dirimere.

Emerit.[f] Etiam non peculiari nomine.nam ſi ex cauſa peculii vſucapio ſine dubio inchoaretur,[c]cui impedimento non eſſet domini captiuitas, cuius in ciuitate ſcientia non eſſet neceſſaria.[d] nec ſanè poſsumus,niſi diuinatoriè, & cõtortè hæc verba ad bona ex peculio per ſeruum comparata,coarctare.de quibus ne verbum quidem in vlla parte textus.

In pendenti.[g] Hoc eſt,in incerto, in ſuſpenſo, & in dubio, ad cuius vtilitatem procedat vſucapio. [e] Nam eam locum habere, & mero iure procedere, dubitandum nõ eſt.[f] Etenim ſi dominus Poſtliminio redierit, ei putat Iulianus vſucapionem proficere: ſi verò apd hoſtes deceſſerit, hæredibus eius per Corneliam legem minimè prodeſſe. Neque porrò ad hæc ignorandum dominia rerum, cæteráque iura per captiuitatem non tolli prorſus, & abrumpi: ſed magis propter incertitudinem vel mortis,vel reditus in ſuſpenſo retineri.[g] Vnde & ius liberorum, ſeu pa-
8 triæ poteſtatis interim pendet, dum pater eſt apud hoſtes. [h] Quod Tryphoninus & Iulianus eleganter tractant.[i] & hæc eſt *ſuſpenſi iuris conſtitutio*, cuius alibi Papinianus meminit.[k] Quæ verò non in iure,ſed in facto conſiſtunt, captiuitate prorſus

s Hac l.in prin.
t L.in bello.§.facta.ff.de capt.
u L.cum hæredes.§.j.ff de acq.poſſ.
x L.j.§.non alij.ff.de vi.arm.d.§.facta.
y Hac l.in prin.
z L.in omnibus.& l.bona.ff.de capt.
a L.ſeruus hæreditarius.ff.de ſtip.ſeruo.
b D.l.in bello.§.facta.
c L.Iuſto.§.ſi.hoc tit.
d L.j.§.item acquirimus.l.peregrè.§.quæſitum.ff.de acq.poſſ.i.pen.ff.de capt.d.l.iuſto.§.fin.
e L.in bello.§.pen.ff.de capt.
f D.l.iuſto.§.ſi.d.l.in bello.§.facta.
g L.illa inſtitutio.§.j.ff.de hæred.inſt.l.cùm hæredes.§.j.ff.de acq.poſſ.
h L.pen.ff.de capt.d.l.iuſto.§.ſi.
h §.ſi ab hoſtibus.qui.mo.ius pat.pot.
i L.in bello.§.ſi quis capiatur.l.bona.§.quod filius.& §.pe.ff.de capt.
k L.pen.ff.de ſuis & legit.

amittuntur: & funditus sic eneruantur,[l] vt nulla suspensi, aut alterius iuris constitutione redintegrari possint.[m] quandoquidem factum siue iure, siue iniuria, perfecto opere, ne ab ipso quidem deo (vt Plinius ait) infectum fieri posit.[n]

Iulianus ait.[r] Nec pugnat, quod idem Iulianus alibi scribit, hæredi, suo tempore, impleri vsucapionem.[o] Nam agit illic de iis rebus, quas captiuus per subiectas sibi personas possidebat, tūc cùm caperetur, aut quæ posteà peculii nomine comparatæ sunt, in quibus nō immeritò respondit hæredibus vsucapionem non procedere. Hic verò de iis rebus tractat Iulianus, quas interim seruus quæsiit, cùm apud hostes dominus ageret.

Intelligi vsucaptum.[s] Per postliminium, quo reuersus ab hostibus, retrò creditur semper in ciuitate fuisse,[p] ideóq; pristina omnia iura recipit.[q] Qua in re, iure, meritóque Iulianus à Marcello mox taxatur.

Dubitari.[t] Iulianus dubitando negat in successoribus locum habere vsucapionem,[r] respectu rerum, videlicet, quas emit seruus captiui, dum apud hostes dominus ageret. in iis enim, quæ per seruum dominus possidebat, cùm caperetur, vel quæ posteà peculiariter quæsiuit, idem Iulianus alibi tradit vsucapionem procedere.[s]

Legem Corneliam.[u] Quæ imaginatur eum, qui apud hostes decesit, tunc mortuum, cùm caperetur:[t] talémque iudicat, qualis foret si in hostium potestatē non peruenisset.[u]

Ad successores pertineat.[x] Vsucapionis commodum, scilicet, quod perinde est acsi quæreret an sicut domino reuerso, iure Postliminii vsucapionem prodesse Iulianus putat, ita vi Corneliæ legis, habeat locum in successoribus.

Marcellus.[y] Refertur hic Marcelli sententia Iulianum reprehēdentis, in quem Marcellus notas conscripsit.[x]

Plenius.[z] Largiùs, extensiùs, & vberiùs. *Postliminio.*[y] Putauit siquidē Marcellus fictionem Corneliæ legis, quàm Postliminii, hac in re latius protendendam, vt videlicet, in successoribus, de iis rebus quas pendente domini captiuitate, seruus emit, per Corneliam locum habeat vsucapio: quæ tamen per fictionem Postliminii, reuerso minimè prodesse potest.

Quemadmodum.[a] Hoc in Marcelli more positum obseruaui, vt interrogando ratiocinetur, & respondeat.[z] Sic autem in proposito tentat probare contra Iulianum,[a] vbi seruus quid emit, durante domini captiuitate, domino reuerso non intelligi vsucaptum. Nam non minùs, quinimò potius plus iuris habet dominus in iis, quæ per seipsum possidebat anteqùam caperetur, quàm in iis, quæ serui medio tempore captiuitatis egerunt. In illis autem quæ per se possidebat, vsucapiebátque, constat vsucapionem ita interrumpi & interpellari, vt postliminio non redintegretur.[b] Ergo nec in iis, quæ seruus emit, interim cùm apud hostes dominus agebat, reuerso postliminium prodesse potest, vt videatur vsucepisse.

Per seruum.[b] Respectu rerum, quas captiuus per se possidebat, & vsucapere cœperat, priusquàm caperetur, suprà docuimus, captiuitate adeò interrumpi vsucapionem, vt nec ei reuerso, per Postliminium cœpta prosit.[c] licèt enim Postliminii lex fingat eum qui ab hostibus aduenit, semper in ciuitate fuisse:[d] ac ideo pristina quæque iura recipiat.[e] quia tamen simulatq; quis captus est, aut saltē in hostium præsidia deductus, desinit possidere:[f] vt potè ab iis possessus, quorum seruus factus est,[g] interpellata est & interrupta vsucapio,[h] quæ sine possessione continua non consistit:[i] nec potest amissa semel possessio, cùm facti sit, per Postliminium redin-

l D. l. in bello. §. cedicilli.
m D. l. in bello. §. facta.
n Plinius lib. ij. c. vij.
o D. §. facta.
p L. retrò. ff. de capt.
q §. si ab hostibus. quib. mo. ius pat. l. postliminij. l. postliminiū ff. de capt.
r L. si quis testamentū. in princ. ff. ad l. Cornel.
s D. l. in bello. §. facta.
t L. in omnibus. l. bona in prin. ff. de capt. l. pen. §. fi. hoc tit.
u L. lex Cornelia. ff. de vulg.
x L. si pupillus. ff. de acq. hæred. l. filius. §. sequens. ff. ad l. Cor. de falsi. l. j. ī fi. prin. C. de co. ser. ma.
y L. cætera. §. pen. ff. de leg. j. l. j. §. hæc actio. ff. si quis test.
z L. si quis testamentum. ff. ad l. Aq. l. filius. §. sequens. ff. ad l. Cor. de fals.

a Vers. quod si seruus. huius l. b L. deniq. l. aut Prætor. §. j. ff. qui ex ca. ma. c L. in bello. §. facta. ff. de capt. d. l. denique. d. §. j. d L. postliminij. l. postliminium. l. retrò. ff. de capt. e §. si ab hostibus. quib. mod. ius pat. pot. f L. cùm hæredes. §. j. ff. de acq. poss. g L. homo liber. §. fi. ff. de acq. rer. dom. h L. naturaliter. hoc tit. c. illud, de præsump. i L. sine possessione. hoc tit.

redintegrari.[k] ne contingat factam causam, hoc est in proposito desinentiam possidendi, contra iuris etiam naturalis regulas, infectam esse.[l] Quòd si per Postliminium vsucapio cœpta non prodest reuerso, multò minùs per Corneliam, eius hæredibus:[m] cùm non vsucapiat hæres, quod non potuit defunctus,[n] aut alio nomine melioris conditionis censeri.[o] Respectu verò earum rerum, quas captiuus non per semetipsum, sed per subiectas sibi personas, possidebat cum caperetur: siquidem peculiari nomine dicendum, ex omni causa manere, implerique vsucapionem,[p] vt non tantum reuerso, Postliminij iure prosit, sed etiam hæredibus per Corneliam:[q] quippe in possessis peculij causa seruus loco domini est.[r] nec veri domini qualitas vllatenus spectatur.[s] ideóque ignorans, atque adeò infans, & furiosus, per seruum possessionem ex ea causa quærit, & vsucapit.[t] nec captiuitate perditur possessio: & in consequens non interrumpitur vsucapio.[u] Hincque patet cur plus iuris dominus habeat in iis, quæ cùm caperetur, per seruum peculiariter possidebat, quàm in iis, quæ per se ipsum.[x] Quæ omnia singulari iure recepta Paulus scribit, ne cogantur domini per singula momenta, peculium perscrutari.[y] Nec porrò quæ diximus de iis tantùm rebus recipi debent, quæ per seruum possidebantur: tunc cùm dominus captus est, sed etiam in quæsitis per seruum, peculiari nomine, post captiuitatem, vt in iis, scilicet, hæredibus defuncti apud hostes, per Corneliam inchoetur, compleatúrque vsucapio:[z] nec impedimento sit domini captiuitas, cuius in ciuitate scientia non desideratur:[a] non tamen prosit reuerso, per Postliminium, quando verisimile non sit, plus iuris tribui domino in iis, quæ serui durante eius captiuitate, possidere cœperunt, quàm in iis, quæ per se possidebat, cùm caperetur.[b] in quibus constat non prodesse ei Postliminium, vt videatur vsucepisse.[c] Circa verò res, quæ per seruum non peculiariter possidentur, ei, qui captus est, probauimus vsucapionem interrumpi: vt ei, scilicet, reuerso, per Postliminium non prosit: quamuis hæredibus eius per legem Corneliam procedat, vt suo tempore impleatur, dum manserit seruus in possessione.[d]

Peruenerit.[e] In quibus captiuitate constat abrumpi prorsus, & interpellari ita vsucapionem, vt Postliminio non restituatur.[e]

9 *Nam hæreditates.*[d] Antipophora hîc vtitur Marcellus, quasi dicat, nihil me mouerit si obiicias, quod cùm ei, qui captus est, interrumpatur vsucapio: quæ Postliminio non redintegratur:[f] non debeat pariter, vi Corneliæ legis hæredibus prodesse.[g] quòd certum sit, hæreditates personam defuncti sustinere.[h] Nam respondeo, non id esse perpetuò verum: sed certis tantùm casibus. Vnde leges non simpliciter dicunt hæreditarem personæ vice fungi: sed in multis, aut plerisque iuris partibus, vel quibusdam casibus.[i] Etenim in iis quæ factum personæ, substantiámue operæ desiderant, non habetur pro domino defuncto hæreditas.[k] ideóque licet hæreditati quæratur, sicut domino per hæreditarium seruum:[l] & possit seruus hæreditarius institui hæres:[m] quia tamen adire iubentis quoque persona requiritur, hæres expectandus est.[n]

Receptum est.[e] At hoc casu non potest dici, hæreditatem vice domini fungi: cùm factum personæ ad vsucapionem sit necessarium.[o] nēpe possessio continua,[p] quæ facti est & animi.[q] licet igitur, reuersus iure Postliminii, non intelligatur vsucœpisse, quod seruus, durante captiuitate, comparauit, vt Marcellus contra Iulianum tacitè infert: tum quia nunquam possederit ipse:[r] & possessio, quæ in facto consistit, postliminio non contineatur.[s] tum quoniam non sit verisimile plus iu-

k L. j. §. Scæuola. ff. si quis test. iuncta. d. l. denique.
l D. §. facta.
m Hac l. in prin.
n L. cùm hæres. ff. de diuer. præscrip.
o L. in omnibus. §. fi. ff. de reg. iur.
p D. §. facta.
q L. bona. §. pe. ff. de capt. l. ait Prætor. §. hi planè. ff. Ex qui. ca. ma.
r L. sequitur. §. Labeo hoc tit.
s L. j. §. ītē acquirimus ff. de acq. poss. l. ij. §. Celsus. ff. pro emp.
t L. pen. ff. de capt.
u D. l. in bello. §. facta.
x L. Labeo. hoc tit. l. ij. ff. Pro solut.
y L. Peregrè. §. quæsitum. ff. de acq. pos. l. ij. ff. pro solut.
z L. in bello. §. facta vers. Vel si qua.
a L. iusto. §. fi. hoc titul.

b Hoc versiculo. quemadmodum. c Hac l. in prin. d D. l. in bello. §. facta. e L. deniq. l. ait Prætor. §. j. ff. Ex qui. ca. ma. hac l. in prin. f D. l. deniq. d. §. j. & hac l. in prin. g L. cùm hæres. ff. de diuer. præs. h L. hæreditas. j. & ij. ff. de acq. re. do. l. cum hæreditas. C. de pos. i §. j. de stipul. seruo. d. l. hæreditas. & hac l. k L. vsusfructus. ff. de stip. ser. l L. seruus hæreditarius. ij. eod. tit. m §. seruus autem de hæred. inst. n D. l. hæreditas. ij. o D. l. hæreditas. ij. p L. iij. hoc. tit. q L. j. §. Scæuola. ff. si quis test. r L. sine possessione. hoc tit. s L. denique. ff. Qui. ex ca. ma.

ris dominum habere in iis, quæ ſeruus poſſidere cœpit, ſe capto, quàm in iis, quæ per ſe, vel per ſeruum poſſidebat, cùm caperetur.[t] in quibus conſtat ei, qui captus eſt, abrumpi prorſus vſucapionem:[u] vi tamen Corneliæ legis, poterit hæreditas vſucapionem implere earum rerum, quas ſeruus media domini captiuitate, emit: cùm per Corneliam legem, ſeruus hæreditarius intelligatur: & à captiuitatis tempore iacuiſſe hæreditas.[x] ſeruum autem hæreditarium poſſe quærere iacenti hæreditati, dubitat nemo.[y] nec hoc caſu cõtinuatio poſſeſsionis ad vſucapionem deficit, cùm manſerit ſemper ſeruus in poſſeſsione.[z] Et hactenus Marcelli ſententiam Paulus refert.

Locum habere. Concludit hic Iulius Paulus ex Marcelli ſententia in iis, quæ ſeruus poſt domini captiuitatem poſsidere cœpit, vſucapionem (quæ reuerſo per Poſtliminium minimè prodeſt) ſucceſſoribus tamen, poteſtate legis Corneliæ, proficere. Vnde manifeſtus huius conſtitutionis ſenſus indicat hunc locum, aduerſus vulgarem literam, circunducta negatione, legendum: itidémque admonent caſtigatiores codices. IOANNES CORASIVS IVRECONSVLTVS, TOLOSAE, XVI. MARTII, M. D. XLIII.

t Hac l. verſi. quemadmodum.
u L. in bello. §. facta. ff. de capt.
hac l. in pri.
x L. pen. §. fi. hoc tit. l. in omnibus. l. bona. in prin. ff. de capt.
y L. eius qui. ff. ſi cer. pet. l. ſeruus hæreditarius. y. ff. de ſtip. ſeruo.
z D. §. facta. verſ. eorum.

Candidiſsimis viris Petro Malinfantio, & PETRO PAPPO, SENATORIBVS grauiſsimis Ioannes Coraſius Toloſas, S. P. D.

HVNC meum fœtum, (ampliſſimi viri) in ſempiternum amoris noſtri ſymbolum vobis dare, dicaréque conſtitui. Cùm enim à multis annis, inter nos fuerimus coniunctiſſimi, impellente partim neceſſitudine, quæ ſumma mihi, (Malinfanti nobiliſſime) & tuſta tecum eſt: partim iucundiſſima familiaritate, & vetere amicitia, quæ (ornatiſſime Pappe) inter nos magna ſemper fuit, decens eſſe putaui, hos ingenij mei fructus, quos in lucem emittere, & in communem ſtudioſorum vſum publicare volui, vobis elargiri: vt non incognita eſſet exteris etiam gentibus, noſtra cùm neceſſitudo, tum amicitia, quæ ciuibus noſtris notiſſima eſt, & probatiſſima. Scio quantùm in hac Iuriſprudentia valeatis, quantámque laudem apud omnes ſitis meritò conſequuti. quare cogitabitis ipſi, ſi quid in hoc noſtro ad legem primam. ff. de verborum obligationib. commentariolo, reprehenſionis futurum eſt, quemadmodum vobis ille ſit defendendus. Quod vos facturos, pro ſingulari veſtra humanitate, & ſumma illa quæ inter nos ſemper fuit, ſtudiorum, & voluntatum conſenſione, non diffido. Valete viri optimi, & me (quod facitis) amate. Valentiæ Allobrogum, raptim, poſtridie Kalendas Martij, M. D. XLVII.

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONsulti in Titul.ff.De verbor.obligationib. Commentarii.

SVMMÆ RERVM IN RVBRO TRACTATARVM.

1 *Verborum obligatio.*
2 *Stipulatio quid sit.*
3 *Quo iure inuenta.*
4 *Acceptilatio non fit sine stipulatione.*
5 *Serui capaces sunt iurisgentium.*
6 *Serui stipulantur.*
7 *Acceptilatio est iuris ciuilis.*
8 *Exposita l.an inutilis.*
9 *Stipulatio an sit inducta ex necessitate.*
10 *Maria.Soci.preceptor.*
11 *Stipulatio an sit propriè contractus.*
12 *Stipulatio vnde dicta.*
13 *Stipulum, stipes.*
14 *Innominati contractus hodie rari.*
15 *Noua opinio.*
16 *Clausulæ notariorum.*

1 OBligationes ex contractu, aut re contrahuntur, aut consensu, † aut *Verborũ*
verbis, aut literis, §.fi.de oblig.in Instit. Verbis autem obligatio con- *obligatio.*
trahitur, ex interrogatione, & responsione, cùm quid dari fieriue no-
bis stipulamur. l.j.§.j.& l.j.§. verbis. ff. de actio.& obliga. Vnde eam
2 Pomponius ita † definit, Stipulatio (sic enim legumlatoribus placuit *Stipulatio.*
verborum obligationem appellare) est verborum conceptio, quibus is, qui inter-
rogatur, daturum, facturúmue se id quod interrogatus est, respondet, l.stipula-
tionum aliæ iudiciales.§.stipulatio.hoc tit. Audet tamen hîc Barba.affirmare, in *Barbar.*
eo text.non poni definitionem: quod tam euidenter falsum est, vt nulla prorsus *audax.*
egeat confutatione.

3 An autem de iure ciuili, vel † gentium sit stipulatio, plusculum habere videtur *Stipulatio*
difficultatis. Et ab Accurs.traditum est iuris ciuilis esse, in l.ex hoc iure.ff.de iust. *quo iure*
& iur.& in §.ius autem gentium. de iure natural. & in §.de constituta. de actio. in *inuenta.*
Instit. per illum text.cuius sententiam alii communiter probauerunt, & ego am- *Communis*
plector. Nam & eam Modesti. verba confirmant. Ea (inquit) quæ ciuiliter acqui- *opinio pro*
runtur, per eos, qui in potestate nostra sunt, nobis quæruntur, veluti per stipula- *bata.*
tionem, l.ea, quæ ciuiliter.ff.de acquir.rer.domi.

Hoc tamen commune pronuntiatum, plerique ex Vlpiani responso contro-
uertunt, qui hoc nos iure vti dixit, vt iuris gentium sit acceptilatio, l.an inutilis.§.
4 fin. ff.de acceptil. acceptilationem † autem partem esse stipulationis nemo nega- *Acceptila-*
uerit: cùm sine stipulatione fieri nequeat, §.item per acceptilationem.Instit.quib. *tio pars sti*
5 mod.tolli.obligat. Ratio prætereà non aspernanda, stipulationem † de iure gen- *pulationis.*
tium esse probare videtur, quippe eorum, quæ iuris ciuilis sunt, serui sunt incapa- *Serui capa*
6 ces, l.quidam.ff.de pœnis.l.quod attinet. ff.de reg.iur. Serui † autem stipulantur. *ces iurisgentium.*
Ideóque de illorum stipulatione tractatus sunt editi speciales. Ipse tamen per hæc *Serui stipu*
à communi non recederem, ad quam tum ex prædictis, tum etiam ex Iulii Pauli *lantur.*
constitutione impellor, qui eum actum, in quo præter cõsensum verba desideran-
tur, de iure ciuili esse à contrario asseuerat, l.j.ff.locat. At quòd diximus acceptila- *Acceptila-*
7 tionem de iure gentium esse, minimè verum est: cùm † eam à Gallo Aquilio pro- *tio iuris ci-*
ditam Florentinus Iurisconsultus auctor sit.l.& vno.§.j. ff.de acceptila. Proinde *uilis est.*
8 eam à iure ciuili inductã fateri cogimur, l.penult.ff.de solu.Quod † autem Vlpia. *Declarata*

l. an inutilis.

scripsit nos hoc iure vti, vt iuris gentium sit, propter pactum, seu consensum in liberando dixit: quem ante legem scriptã fuisse ignorat nemo, vt & Ioann. Accurs. Barto. & alii permulti in dicta l. an inutilis. §. fin. tradiderunt. Planè quæ de seruis obiecimus, perfacilè est refellere: quandoquidem non ex propria, sed domini persona, illi stipulentur l. si mihi, & tibi. §. regula. ff. de lega. j. l. j. vbi dicemus hoc tit.

Stipulatio, an inuenta propter necessitatem.

Porrò † non ex voluntate, sed ex necessitate, Castren. Alexand. & posteriores, 9
stipulationem à lege ciuili inductam putant. propterea quòd actus permulti sint, qui sine stipulatione non consistant, vt fideiussoria obligatio, l. blanditus. C. de fideiusso. & promissiones vsurarum, l. j. C. de vsur. item iudiciales, quæ pacto nudo factæ non sustinentur, l. siue apud acta. C. de transac. l. omnes. §. in hac. C. de episc. & cler.

Scriptorũ omniũ sententia explosa.

Verùm digna sunt hæc, quæ Plutonis familiæ adscribantur, ne eorum recordatio aliquo tempore vlterior fiat. Quid enim (per Deum immortalem) ineptius, & insulsius dici, aut excogitari potest, quàm legem (quæ à libera ratione proficiscitur) ad actum aliquem adstringi, cogi, & (vt ita loquar) necessitari?

Maria. Soci. præcep.

Memini ipse † cùm Patauii essem, Maria. Soci. virum multis nominibus doctissi- 10
mum de loco superiore dixisse, se verba huiusmodi horrere, & detestari. Itaque verum est stipulationem ex voluntate, quam tamen cum ratione lex coniunxit, inductam esse. Postquam autem creata fuit, eam prudenter plerisque actibus, ita lex cooptauit, vt sine ea actus illos consistere noluerit: quod ego diligentiùs in Miscellaneis sum executus.

Stipulatio, an sit propriè cõtractus.

Sed an † stipulatio sit propriè contractus, videamus. Et cùm contractum vltro 11
citróque obligationem esse Vlpia. dixerit l. Labeo. §. contractum. ff. de verborum significatio. constat stipulationem, quæ alteram duntaxat partem obligat, propriè contractum non esse. Accur. in §. conuentionales. de diuisio. stipulat. in Insti. aliique omnes sequuntur. nec de strictissima significatione verum esse negamus: sub cuius tamen auctoritate, plerunque perniciosè erratur, l. si seruum. §. sequitur. hoc titu.

Noua opi.

Nos de recepta, & propria significatione, stipulationem contractum dicimus. Nam & eam Iurisconsulti & Imperatores non semel contractum vocauerunt, l. non solùm. ff. de actio. & obligatio. l. eadem. ff. de duob. reis. l. si donationis. C. quod metus cau. l. præposteri. C. de testamen. Idque nominatim Iustinianus docuisse visus est. Nam cùm in §. fina. de obligatio. obligationes ex contractu, in quatuor species diduxisset, obligationẽ, quæ ex stipulatione enascitur speciem vnam fecit. idem Iustinianus in §. j. de obligatio. quæ ex quasi contr. præposito stipulationum, aliorúmque contractuum tractatu. Post genera contractuum, inquit, enumerata, de iis obligationibus, quæ quidem non propriè nasci ex contractu intelliguntur, dispiciamus. Tenendum igitur, stipulationem contractum esse. Quinimò (vt Cynus in lege si ex pretio. C. si certum petatur) prodidit, fortior est, firmior & solidior contractus, qui in iure sit. † Nam & inde stipulatio dicta est, Iustiniano au- 12
ctore, quod apud veteres stipulum firmum diceretur, forte † à stipite, quod Græci 13
στύπος vocant. Cuius rei veritatem attigi lib. j. Miscell. c. vlt.

Stipulatio est contractus.

Stipulatio vnde dicta.

Et cùm speciale nomen stipulatio habeat, eum cõtractum nominatum esse apparet, l. j. §. fina. ff. de pactis. Barto. in l. in ædibus. §. j. ff. de donatio. Quo fit (inquiũt Doctores) vt vix, aut nunquam † reperiamus hodie contractus innominatos: cùm 14
tabelliones in publicis instrumentis, stipulationem semper adiiciant, Barto. in l. si, vt proponis, in fin. C. de condic. ob cau.

Contractus innominati vix hodie reperiuntur.

Ego † verò facilè concederem in contrariam sententiam: cùm hæ tabellionum 15
clausulæ, ex consuetudine, & quadam veluti † formula magis, quàm ex voluntate 16
contrahentium scribantur. Barto. in l. j. colum. iij. ff. de iure codici. nec debeat principalis dispositionis natura ex accessoriis clausulis immutari. Clement. j. de præb. Quod & ego in l. precibus. C. de impuber. pleniùs docui. Alias interpretum quæstiones ad hanc Rubricam de industria prætereo, vt impertinẽtes, & quæ in alium locum

Noua opi.

Clausulæ notariorũ.

locum congruentiùs conseruantur. Declaremus legem primam. IOANNES CORASIVS TOLOSAE, DIE XVI APRILIS, M. D. XLI.

VLPIANVS, LIB. XLVIII. AD SABINVM.

Stipulatio non potest confici, nisi vtroque loquente: & ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt: ne absens quidem, quoniam exaudire se inuicem debent. Si quis igitur ex his velit stipulari, per seruum præsentem stipuletur, & acquiret ei ex stipulatu actionem. Item, si quis ex his obligari velit, iubeat, & erit quod iussu obligatus.

LEX, STIPVLATIO.

1 *Negatiua præposita verbo potest.*
2 *Pupillus quomodo obligetur.*
3 *Veritas non quærit fucum verborum.*
4 *Interrogatio cur præcedat.*
5 *Formam non implet æquipollens.*
6 *Electio voce facienda.*
7 *Enucleata l. his verbis.*
8 *Intellecta l. cùm de in rem verso.*
9 *Fictio, & præsumptio.*
10 *Patientia in iudicio.*
11 *Declarata l. cùm ostendimus.*
12 *Expositus §. eleganter.*
13 *Mutus quæ facere possit.*
14 *Mutus contrahit nuptias.*
15 *Verba quomodo in matrimonio desiderentur.*
16 *Gabrielis Eugubij mira natura.*
17 *Infans an stipuletur.*
18 *Explicata l. seruum.*
19 *Fari quis dicatur.*
20 *Fasti, & nefasti dies.*
21 *Absens contrahit.*
22 *Nuntius, organum domini.*
23 *Statutum puniens loquentem.*
24 *Proscripti hostes Reipublicæ.*
25 *Manlij Torquati impietas.*
26 *L. Domitij seueritas.*
27 *Præsens, & absens quis.*
28 *Serui capacitas quando à domino regulatur.*
29 *Actio duplex ex stipulatione.*
30 *Declarata l. j. C. de rei vxor act.*
31 *Seruus cur iubentem dominum obliget, non liberet.*

Tipulatio. Nisi vterque loquatur, vicissimque alter alterum exaudiat, stipulatio haudquaquam ex Vlpiani sententia confici potest. quare neque mutus, neque infans, neque absens per se stipulationem contrahunt, quanquam per seruos stipulentur, actionémque ex stipulatu quærunt. Quòd si obligari desiderent, iubeât, & quod iussu obligabuntur.

1 *Non potest.* Eam † esse virtutem negatiuæ verbo, Potest, antepositæ, vt omnem excludat potentiam, aut (quod vulgò dicimus) præcisam inducat necessitatem, Doctores creberrimè docuerunt, cuius rei auctor fuit primus Ioã. Andr. (aut quisquis ille fuit, qui in regulas sexti scholia edidit) in c. j. de regu. iur. in vj. idque ab omnibus ferè receptum est. quamobrem Panor. in ca. j. de cau. pos. & proprietatis, per eum text. tenet, summum Pontificem non posse, ex absoluta etiam potestate, contra inauditam partem pronuntiare. & idem Doctor in c. j. per illum textum de fid. instru. docuit eundem Pontificem nullarenus posse facere, vt exemplo credatur. *Negatiua præposita verbo potest.*

Cæterùm hoc vulgare phantasma non esse verum alias publicè defendimus. *Communis sententia improbata.*
2 Nam & Gaius Iuriscos. pupillum † ex contractu obligari non posse, scripsit l. obligari ff. de aucto. tuto. cùm tamen eum naturaliter obligari verum sit, l. si pupillus. ff. ad leg. Falcid. l. j. ff. de nouatio. Alteri prætereà quem stipulari non posse legumlatores voluerunt: cùm tamen ex ea stipulatione, naturalem exoriri obligationem

scuntur interpretes. neque enim in eius textus specie, qui possessorio tanquam ex testamento vsus esset, petitionem hæreditatis ex eadem testamenti causa, prohiberetur intendere.[k]

10 Circa possessorium quoque recuperandæ, perspicuum fecimus, id petitorio cumulari posse:[l] nec vllam res habet dubitationem, vbi ab eodem actore vtrumque iudicium proponitur: quum nulla subsit contrarietas, nec electione tollantur hæc remedia: quum ad diuersa dentur.[m] At si ab actore possessorium, & à reo reconueniendo, in rem actio intenderetur, secùs summa ratione dicendum foret: cùm spoliatus, ante omnia restitui debeat.[n] nec super alia, quàm spoliationis quæstione, teneatur violentus inuasoribus respondere.[o] Idémque econtrà, eadem ratione censeo, vbi reus spoliatus, rei vendicatione conuentus, interdicto recuperandæ vteretur:[p] si tamen (inquiunt Doctores) ante receptum petitorium iudicium spoliatio sit sequuta: alioqui propositione possessorii, petitorium non impediretur.[q] Sicuti nec eo casu, quo post contestatam super petitorio litem possessorio recuperandæ reus vteretur: cùm exceptio spoliato competens dilatoria sit: ac proinde ante contestatam litem opponenda.[r] Quæ declaratio in vtroque membro nonnullis, & meritò, displicet.[s] Cùm enim spoliato reo ante litem cœptam, super petitorio non 11 audiatur actor: sed sub spoliatione tantummodò procedatur:[t] quòd restituendus sit (vti dictum est) ante omnia spoliatus:[u] multò magis spoliato, pendente lite, reo, id recipiendum est.[x] quod tunc grauiùs spoliator delinquat, magistratus auctoritatem, adeóque ius ipsum, nedum partem contemnendo.[y] Nec ad rem facit Constantini lex,[z] in qua ne vel minimùm quidem verbum de violenta spoliatione, aut alicuius possessorii propositione. Sed nec verum est, quod vulgò recipitur, spoliationis exceptionem dilatoriam esse: cùm vsque ad conclusionem in causa rectè opponatur.[a] Et quamuis concedamus dilatoriam esse, quia tamen ante contestationem litis nata non est, vtpote spoliatione post acceptum iudicium, facta post contestatam etiam litem proponi non prohibetur.[b] Et hæc quidem de petitorio, & possessorio hactenus, quibus qui non satiabitur, ex Doctorum infinitis commẽtariis (qui ad visendum omnibus patent) sitim suam cumulatissimè poterit explere. IOANNES CORASIVS TOLOSAS FERRARIAE, VLTIMA MAII, M. D. LII.

i D. l. final. versi. j. k L. hæreditas. C. de peti. hæred. Accurs. d. l. fin. l L. cùm fundum. §. fin. ff. de vi & vi arm. c. pastoralis. de caus. poss. m L. nemo ex his. §. quoties. ff. de reg. iur. n L. si quis ad se. C. ad l. Iul. de vi. pub. l. vn. C. si per vim. o c. fin. de ord. cog. p c. ex conquestione. de rest. spol. Cle. vn. de ca. poss. q L. si constiterit. C. fin. reg. Bar. hic iiij. combinatio.

r L. exceptionem. C. de proba. l. fin. C. de excep. c. inter monasterium. de re iudic. s c. j. de rest. spol. Aret. hîc. t D. c. ex conquestione. d. Cle. vn. u L. si quis ad se. x c. pen. & fin. vt lit. pend. y c. j. in fin. de app. in vj. z D. l. si constiterit. a c. pastoralis. de caus. poss. & prop. d. Cle. vn. b L. y. C. de consort. eius d. lit. c. insinuante. de offi. deleg.

L. SI IS QVI PRO EMPTORE FF.

DE VSVCAPIO.

IVLIVS PAVLVS, LIB. XV. AD PLAVTIVM.

Si is, qui pro emptore[a] possidebat,[b] ante vsucapionem[c] ab hostibus captus sit, videndum est[d] an hæredi eius[e] procedat vsucapio.[f] (nam interrumpitur vsucapio)[g] & si ipsi[h] reuerso non prodest,[i] quemadmodum hæredi eius proderit?[k] Sed verum est,[l] eum in vita sua desiisse possidere:[m] ideóque nec postliminium[n] ei prodest, vt videatur vsucepisse. Quòd si seruus[o] eius, qui in hostium potestate est, emerit,[p] in pendenti[q] esse vsucapionem, Iulianus ait.[r] Nam si dominus reuersus fuerit, intelligi vsucaptum.[s] Si ibi decesserit, dubitari,[t] an per legem Corneliam,[u] ad successores eius pertineat.[x] Marcellus[y] posse plenius,[z] fictionẽ legis accipi. Quemadmo-

admodum[a] enim postliminio reuersus, plus iuris habere potest in iis, quæ serui egerunt, quàm in iis, quæ per se, vel per seruum[b] possidebat, cùm ad hostes peruenerit.[c] Nam hæreditates, in quibusdam vice personæ fungi receptum est: ideóque in successoribus locum habere vsucapionem,

SVMMÆ RERVM.

1 *Fictio postliminij, & Corneliæ legis.*
2 *Vsucapio in rebus peculiaribus.*
3 *Testes contrarij quomodo concilientur.*
4 *Responsio per interrogationem.*
5 *Vsucapio interrupta an prosit reuerso.*
6 *Lex non temere fingit.*
7 *Postliminium quando prosit reuerso.*
8 *Suspensi iuris constitutio.*
9 *Hæreditas quando vicem defuncti sustineat.*

1 IVs nostrum, quod omne in bono & æquo positum est,[a] non solùm probabiles in ambiguis sequitur coniecturas,[b] sed etiam in claris & certis falsum pro vero frequenter assumit: quoties, scilicet, impellit æquitas:[c] túmque fingere dicitur.[d] Neque enim aliud quicquam est fictio, quàm falsi pro vero, à lege propter æquitatem facta assumptio:[e] eo potissimum nomine distans à præsumptione, quòd illa rei dubiæ, & incertæ semper innitatur:[f] in fictione verò lex super certo falsa statuat.[g] Vnde nec aduersus fictionem admittuntur probationes:[h] quæ tamen cōtra legis præsumptiones passim recipiuntur,[i] nisi super præsumpto, tāquam sibi comperto lex disponat.[k] Cuiusmodi præsumptionem iuris, & de iure vocant:[l] in quam nulla solet præterquam per aduersarii confessionem recipi probatio,[m] quod à recentioribus extensissimè tractatum videre est.[n]

Cùm autem finis & scopus legis sit publica ciuium salus, & populi tranquillitas:[o] non potuit lex iustiore causa moueri, vt falsum contra veritatem sciens prudens assumeret, quàm publico bono: veluti cùm postliminium effinxit captum ab hostibus, qui repedauit, semper in ciuitatę mansisse:[p] & Cornelia lex defunctum apud hostes, tunc mortuum, cùm caperetur: nec in hostium potestatem vnquam peruenisse.[q] quo scilicet milites pro aris & focis dimicantes, neque formidine seruitutis (quæ per captiuitatem contrahitur)[r] neque metu bonorum (quæ summo iure captiuitas aufert)[s] à bellorum studio, & publicæ salutis defensione deterrerētur, nimirum scientes sibi, hæredibúsque suis in omnem casum commodissimè consultum. &, si videlicet, ab hostibus capti, in fines suos rediissent, & si apud hostes decederent:[t] respectu tamen eorum, quæ iuris sunt.[u] Nam quæ in facto versantur, cùm captiuitate prorsus eneruentur, & pereant,[x] nulla legis auctoritate redintegrari possunt.[y] ideóque responsum possessionem quæ non tam in iure, quàm in facto consistit, postliminio non contineri.[z] Atque hinc consequens est, interpellatam captiuitate vsucapionem, ne ipsi quidem reuerso, per postliminium prodesse.[a] licèt enim fingat lex postliminiū, eum, qui ab hostibus aduenit, semper in ciuitate fuisse. ac ideo pristina omnia iura, reuersus recipiat.[b] quia tamen simulatq; captus quis est, aut saltem in hostium præsidia deductus, desinit possidere:[c] vtpote ab iis possessus, quorum seruus factus est,[d] interpellata est, & interrupta vsucapio,[e] quæ sine possessione continua non consistit,[f] nec potest amissa semel possessio, (cùm facti sit)[g] restaurari per postliminium.[h] siquidem res facti, hoc est, in proposito desinentia possidendi, nequeat infecta fieri.[i]

a L.j.ff.de iust.& iur.
b L.si seruus plurium. §.fi.ff. de leg.j.
c L.postliminium.ff. de capt.
d L.si ita stipulatio. ff.de op.liberto.
e Bar. & Doct.hic
f L.fin.ff. quod met. cau.
g L.si forte. ff.de cast. pecul.
h Accur.l. si duo.ff. de acq.hered.
i L.sine possidetis.C.de prob.
k L.fi.C. de arb.tuto. c. is, qui de sponsal.
l Accurs.l. fi. C.quod me.ca.
m Accurs. l.in contractibus. C.de nō nu.pec.
n Feli.c. quanto de presump.
o Cic.lib. ij.de legib.
p L.postliminij. l. postliminiū l.retrò.ff.de capt.
q §.si ab hostibus.qui. mo.ius pat. pot.sol.Inst.
r L.& seruorum.ff. de sta.hom.

s L.iij.§.fi.ff.de verbo.sig. t §.fi.Quib.non est permiss. u L.cum heredes.§.j.ff.de acq.poss. x L.in bello.§.codicills.ff.de capt. y L.quis res.§.arcam.ff.de solutio. z L.denique.ff. Qui.ex ca.ma.d.l.in bello.§.facta. a.D.l.denique & hic. b D.l.postliminij.d.l.postliminiū.d.§.si ab hostibus. c D.l.cum heredes.§.j. d L.homo liber.§.fi.ff.de acq.re.dom. e L.naturaliter.hoc tit. f L.sine possessione.hoc tit. g L.j.§.si vir ff.de acq.poss. h D.l.denique. i d.l.in bello.§.facta.

Quòd si per postliminium vsucapio cœpta non prodest ipsi reuerso, nec per Corneliam legem eius hæredibus: [k] cùm non vsucapiat hæres, quod non potuit defunctus: [l] & non debeat hæres, qui vna cum defuncti persona censetur: [m] melioris esse conditionis, quàm auctor, à quo solo ius, & causam habet. [n] & hæc est ad principium constitutionis nostrę, plana, perspicuáque species: cui ex prædictis paret, vim Corneliæ legis non obesse, quæ postliminii exemplo, ad facti causam non protenditur. [o]

Pro emptore. [a] Quia fundum emerat bona fide à non domino. [p]

Possidebat. [b] Per seipsum. nam alia eorum causa esse videtur, qui per subiectas iuri suo personas possiderent, vsucaperéntque: [q] quod & veteres quidam docuerunt, absolutè negantes, in possessis per seruum non peculiariter, ante captiuitatem, interrumpi vsucapionẽ. [r] Nam iura quæ dicunt, in iis quæ per seruum possidentur, non procedere vsucapionẽ ad res non peculiares, post domini captiuitatẽ quæsitas, se referant. [s] Et quoniam Papinianus in quæsitis ex causa non peculiari, durãte captiuitate, ideo negat vsucaptũ intelligi, quia priùs possessum non esset. [t] Quæ ratio cessat in possessis ante captiuitatem. Deinde, quia in peculiaribus ideo constat domini captiuitatem vsucapioni impedimento non esse. quia eius scientia, non esset in ciuitate necessaria. [u] quæ ratio prope eadem videtur in re non peculiari: quam seruus, ante domini captiuitatem possidere cœpit. ex quo enim dominus sciens prudens rem per seruum possideri: (nam alioqui inchoari non potuisset vsucapio [x]) rem incepit vsucapere non impediet superueniẽs captiuitas vsucapionis complementum. [y] Sicuti, nec emergens mala fides, dum à principio bona fides adfuerit. [z] cùm vsucapionis initium spectari debeat, [a] & vsucapio legitimè cœpta, faciliùs multò continuetur, quàm incipiat. [b] Inualuit tamen contraria sententia: vt quemadmodum in iis, quæ per se quis possidebat, non procedit vsucapio, ita nec in possessis à seruo: [c] cùm enim res desierit à domino per seruum etiam possideri; [d] interrupta fuit vsucapio, [e] quæ sine possessione continua non contingit. [f] Rursus, quia in rebus à seruo peculiari nomine possessis, leges loquuntur, quæ ad vtilitatem captiui vsucapionem probant. in cæteris tradentes, eum qui apud hostes est, nec vsucapere posse, nec captam complere vsucapionem. [g] Deniq;, quoniam in omni fictione duo extrema idonea esse oportet: à quo, videlicet, & ad quod. [h] hoc autem casu extremum, à quo fictio incipere debet, est inhabile: cùm deficiat scientia domini, sine qua non potest inchoari vsucapio per seruum in rebus non peculiaribus. [i] Ego verò neutram probo sentẽtiam: sed ei, qui captus est, vsucapionem interrumpi puto. vt, videlicet, non prosit ei reuerso per postliminium. [k] quo semel amissa possessio, non restituitur: [l] hæredibus verò eius apud hostes defuncti, arbitror vsucapionẽ vi Corneliæ legis procedere. [m] morti quippe iunguntur tempora captiuitatis, ex die quo captus est. [n] à quo iacuisse hæreditas intelligitur. [o] Potest autem vsucapio, quæ quasi coniunctum in hæredem descendit, [p] nondum etiam adita hæreditate, impleri. [q] Neque verò nouum, plus iuris hæredi, quàm defuncto competere. [r] pleniúsque fictionem Corneliæ legis, quàm postliminium accipi. [s] vbi, videlicet, maior est in hærede ratio: [t] quemadmodum in specie nostra, cùm non peculiarium rerum à subiectis iuri nostro personis pos-

2

k Hac l. in princ. l L. cùm hæres. ff. de diuer. præscr. m §. j. de iure iu. à mor. præst. n L. in omnibus. §. fi. ff. de reg. iur. o D. l. denique. d. §. facta. p L. ij. ff. pro empto. q D. l. in bello. §. facta. r D. §. facta vers. eorum verò vbi Accur. ff. de capt. Iacob. ab Aren. & And. Pisã. hic. s L. iusto. §. fi. hoc tit. & hac l. versi. quod si seruus. t L. fi. §. fi. hoc tit. d. l. iusto. §. fi. u L. pen. ff. de capt. d. l. iusto. §. fin. x L. possessio quoque. §. fin ff. de acq. poss. l. ij. ff. pro solu. l. ij. §. Celsus. ff. pro empt. l. j. C. de acq. poss.

y L. nunquam. §. si seruus hoc tit. z L. bona fidei. §. in contrarium. ff. de acq. re. do. l. vn. §. fi. C. de vsuc. transfor. a L. sequitur. §. de illo in fin. hoc tit. b L. cœptam. l. fi. §. fin. hoc tit. c Hac l. vers. quemadmodum Bar. & alij hic. d L. cum hæredes. §. j. ff. de acq. poss. l. neque seruus. hoc tit. e L. naturaliter hoc tit. c. illud de præscrip. f L. ij. l. sine possessione hoc titul. g L. aut Prætor. §. j. & §. his planè. ff. ex qui. ca. ma. l. pen. ff. de capt. l. iusto. §. fi. hoc tit. h L. bonorum. ff. Rem rat. hab. i L. ij. §. Celsus. ff. pro empt. l. ij. ff. pro soluto. k D. l. iusto. §. final. l L. denique. ff. qui. ex ca. maio. m L. in bello. §. facta. ff. de capt. n D. l. iusto. §. final. o L. in omnibus. l. bona. in princ. ff. de capt. p L. cum miles. ff. qui. ex ca. ma. q L. nunquam. §. vacuum. l. cœptam. hoc tit. d. l. cùm miles. r L. si per imprudentiã. §. non mirum. ff. de euictio. l. reperitur. ff. ad leg. Falcid. s D. l. iusto. §. fi. & hac l. vers. Marcellus. t L. fin. C. de euictio.

possessarum, captiuitas superueniens, possessionem non auferat.[w] Nec ignotum, per alios, quàm per nos ipsos, facilius possessionem continuari:[x] & quam amisimus ipsi, per seruos, & familiam nostram retineri.[y] Vnde, quod ait lex, dominum, qui apud hostes est, nec per seruum quidem possidere.[z] respectu earum rerum accipi debet, quæ non ex causa peculii, durante captiuitate quæruntur.[a] difficilius namque, vt ostendimus, incipit possessio, & in consequens vsucapio, quam continuetur.[b] & origo quæsitæ possessionis, non eius retinendæ causa perpendi debet.[c] Hinc quoque patet non temere probandam esse æquiparationem Marcelli censentis, nihil referre an per se quis possideat, an per subiectam sibi personam.[d] Quæ verò leges vsucapionem admittunr in rebus à seruo post domini captiuitatem peculiariter quæsitis, & possessis:[e] res non peculiares, quarum cœpta erat ante captiuitatem possessio non excludunt, sed includunt potius: cùm in iis sit eadem ratio, quæ in peculiaribus. quantum ad legem Corneliam attinet, quòd scilicet, per seruos (vt docuimus) possessio conseruetur:[f] & hos casus lex æquiparet.[g]

3 *Ante vsucapionem.*[e] Completam, scilicet. inchoata quippe fuit ab eo tempore, quo cœpit pro emptore possidere: inde solet hinc non insubtiliter concordia, defensióquo testium colligi: quorum alii ante nuptias, ante bellum, ante appellationem, aut ante annum nonnihil factum adfirmant: alii verò pòst. Nam, vt concilientur, fiet interpretatio, vt illi de actu, vel tempore finito: hi verò de cœpto loquuti censeantur.[h] Qua tamen in re censeo plurimùm iudicis arbitrio tribuendum: qui cùm magis scire debeat, quanta sit testibus fides adhibenda, non nisi ex verisimili coniectura, hanc concordiam procurabit.[i] Sed de iis alibi scriprores, & fusiùs, & opportuniùs.[k]

4 *Quemadmodum.*[d] Frequens est hic, per interrogationem respondendi modus Iurisconsultis. Quemadmodum, inquit Papinianus, vsucapietur, quod antè defunctus non possederat?[l] & apud Vlpianum Marcellus, Quemadmodum enim, ait, æstimatio inibitur?[m] & idem Marcellus apud Paulum, Quemadmodum socio debebitur, si quasi falsum nomen serui subducitur?[n]

Hæredi eius.[e] Emptoris, nimirum, qui apud hostes decessit.

Procedat vsucapio.[f] Quod prima fronte videbatur: siquidem lex Cornelia fingat eum, qui apud hostes decessit, tunc mortuum, cùm caperetur.[o] Vbi autem reuera Titius emptor, captiuitatis tempore mortuus fuisset, cœptam vsucapionem compleuisset hæreditas:[p] & ita possessio testatoris, à nemine medio tempore occupata, profuisset hæredi.[q] Ergo & hoc causu, vt idipsum fictio in fictis, quod in veris veritas operetur.[r]

Interrumpitur vsucapio.[g] Per captiuitatem scilicet.[s] simul enim atque Titius emptor, fuit ad hostium præsidia perductus, desiit possidere.[t] vtpote seruus hostium factus,[u] & ab hostibus possessus.[x] Toties autem naturalirer interrumpitur vsucapio, quoties possidere quocunque modo quis desinit.[y] Nec sine possessione continua, procedit vsucapio.[z]

Ipsi.[h] Titio emptori putà, ab hostibus reuerso.

Non prodest.[i] Cœpta nempe vsucapio, nunc per captiuitatem interrupta.[a] Vnde Papinianus, Si emptor (inquit) priusquàm per vsum sibi acquireret, ab hostibus captus sit, placet interruptam vsucapionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non consistit. Possessio autem plurimum facti habet: causa

5 verò facti, postliminio non continetur.[b] Quæ verba palàm faciunt, interpellatam

w D. l. in bello. §. facta. x L. peregrè §. fi. ff. de acq. pos. y L. j. §. nõ aliȷ. ff. de vi arma. z L. neque seruus. hoc tit. a L. insto. §. fi. y. resp. hoc tit. b L. vn. §. fi. C. de vsuc. trãsfer. l. nunquã. §. si seruus. l. cœptam. l. fi. §. fin. hoc tit. c L. quis id, quod. ff. de donatio. l. clam. in princ. ff. de acq. poss. d D. §. facta. & hac l. vers. quemadmodum. e L. ait Prætor. §. ȷ. §. hi planè. ff. Qui. ex ca. ma. l. pe. ff. de capt. l. insto. §. fi. hoc tit. f D. l. ȷ. §. non aliȷ. d. §. facta. g D. §. facta. versi. horũ verò. h a. cùm tu. de testib. i L. iij. §. ȷ. ff. de testib. k D. l. y. §. fin. ff. si cert. pet. & in d.

a. cùm tu. l L. fi. §. fi. hoc tit. m L. si quis testamentum. ff. ad l. Aquil. n L. filius. §. ȷ. ff. ad l. Cor. de fals. o L. in omnibus. l. bona. ff. de capt. l. ȷ. in fi. C. illo tit. l. pen. §. fi. hoc tit. p L. cœptã. hoc tit. q L. Põpo. §. quasitum. ff. de acq. poss. l. possessio. hoc tit. r L. qui ad certum. ff. locat. c. cùm dilectus. c. ad audientiã. de cler. non resid. s L. in bello. §. facta. ff. de capt. t L. cùm heredes. §. ȷ. ff. de acq. poss. u L. hostes. in fi. ff. de capt. x L. homo liber. §. fi. ff. de acquir. rer. dom. l. qui in seruitute. ff. de reg. iur. y L. naturaliter. hoc tit. z L. denique. ff. quib. ex caus. ma. l. sine possessione. hoc tit. a L. ait Prætor. §. ȷ. ff. quib. ex caus. ma. b L. denique. ff. illo tit.

captiuitate vsucapionem, idcirco non prodesse reuerso ab hostibus, quia captiuus statim desiit possidere, quum captus est.[c] qui denuo possessionem quærere non potest sine animo, & corpore:[d] quorum vtrunque facti est.[e] Cùm itaque facta, postliminium non contineat,[f] semel amissa per captiuitatem possessio, sola postliminii auctoritate reuerso restitui non potest,[g] minúsque redintegrari vsucapio: quæ licet iuris sit,[h] sine tamen possessione, & ita sine facti exercitio, reuiuiscere nequit.[i] Neque autem facta, neque iura quæ sine præcedenti facto quæri non possunt: reuerso per postliminium restituentur.[k] Et quod factum (vt est in specie nostra desinentia possidendi) nulla constitutione legis infectum fieri potest.[l]

Hæredi eius proderit.[k] Verba sunt Iulii Pauli, quibus ideo reuincit hæredi eius, qui pro emptore possidebat, vsucapionem non procedere: quòd cum defuncti persona, & hæredis vna intelligatur,[m] & subrogetur hæres in locum defuncti,[n] non debet hæres melioris conditionis censeri:[o] nec ex eius persona, qualitas dispositionis vllatenus variari.[p] Vnde nec quicquam posse, quod defunctus non potuerit,[q] & ita rem per vsum quærere, quam defunctus vsucapere nequiuit.[r] sed in omnibus regulariter, par vtriusque (vt Imperator ait) habenda fortuna:[s] nisi cum proprio, & potentiore iure munitus hæres, non tanquam successor, sed ex persona sua experitur.[t] Qua de re alibi pleniùs scripsi.

Sed verum est.[l] Hîc probat ratione, quod iam docuit: nempe vsucapionem reuerso non prodesse. Sic & Tryphoninus, horum, inquit, quæ per semetipsum possidens vsucapiebat, ei, qui posteà captus est, interrumpitur vsucapio: quia certum est eum possidere desiisse.[u]

Desiisse possidere.[m] Nimirum simul atque in hostium præsidia, seu castra perductus fuit:[x] tum enim in hostium potestatem dicitur peruenisse,[y] vnde nec possidere potest, qui ab aliis ipse possidetur.[z]

Postliminium.[n] Quod tamen fingit eum, qui rediit ab hostibus, semper in ciuitate fuisse: eique reuerso, omnia pristina iura restituit:[a] vt valde mirum videatur, quod vi eius vsucapio quæ iuris est,[b] non redintegretur. Nam licèt ea sine possessione, quæ plurimum habet facti,[c] non procedat:[d] ad causam tamen facti fictio quæcunque trahi videatur, ac circa facta principaliter operari.[e] Nam possessionis traditionem, quod ipsum facti est, lex quandoque fingit:[f] item stipulationis contractũ:[g] solutionem debiti,[h] & pecuniæ creditæ numerationem,[i] quæ dubio procul in facto versantur.[k] Rursus interpretatur lex eum, qui adhuc est in vtero, natum esse,[l] reuersum nunquam abfuisse:[m] mortuum apud hostes, vel etiam nunc viuere,[n] vel multis antè annis, & in patria decessisse:[o] & id genus alia, quæ in vniuersum facti esse constat. Considerandum igitur legem non temere fingere, sed 6
impellente aliqua æquitate,[p] túmque ad aliquem iuris effectum, qui cùm ex præcedenti facto colligi debeat,[q] facti contingentia fingitur. non quidem propter se, nec principaliter, sed velut præambulum, & necessarium quoddam antecedens, ad mysterium iuris, quod sequitur.[r]

Quod si seruus.[o] Hactenus Iulius Paulus loquutus est, propositam principio quæstionem dissoluens. Nunc verò emergens aliud dubium tractat, circa veterem Iulii, Marcellique controuersiam, quæ super interruptione vsucapionis per captiuitatem,

b L. cùm heredes. §. j. ff. de acq. poss. d. §. facta.
d L. iij. §. in amittenda. l. quemadmodum. d. l. cùm heredes. ff. de acq. poss.
e L. bonafidei. ff. de acq. re. do.
f L. cùm duæ. §. fi. ff. de capt.
g D. l. denique. d. §. facta.
h d. l. bonafidei. §. j.
i L. sine possessione. hoc tit. d. l. denique.
k §. si ab hostibus. qui. mo. ius pat. pot. d. l. cùm duæ. §. fi.
l d. l. in bello. d. §. facta.
m §. j. de iureiur. à mor. præst. coll. v.
n L. cum à matre. C. de re. vend.
o L. in omnibus. §. fi. ff. de reg. iur.
p L. ij. §. ex his. ff. de verbo. obli.
q L. in executione. §. pro parte illo tit.

r L cum heres. ff. de diuer præs. s L. ij. C. de fructib. t L. fi. C. de euictio. Dixi d. §. ex his. u L. in bello. §. facta. ff. de capt. x L. cum heredes. §. j. ff. de acq. poss. y L. postliminium. in prin. l. hostes. in fi. ff. de cap. z L. homo liber. in fi. ff. de acq. re. do. l. qui in seruitute. ff. de reg. iur. a L. postliminium. in prin. l. retrò. ff. de capt. §. si ab hostibus. qui. mo. ius pa. pot. b L. bonæfidei. §. j. ff. de acq. re. do. c L. denique. ff. Ex qui. ca. ma. d L. sine possessione. hoc tit. e Bar. l. non dubium. C. de legib. f L. quisquis. C. de dona. g L. vn. C. de re. vxo. actio. h L. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. i L. singularia. ff. si cer. pet. k L. consilio. ff. de cur. furios. l L. qui in vtero. ff. de sta. hom. m L. retrò. ff. de capt. n L. bello. ff. de excus. tuto. o §. si ab hostibus. qui. mo. ius pa. pot. Instit. p L. postliminium. ff. de capt. q L. si ex plagis. §. in duo. ff. ad l. Aquil. r L. illud. ff. de acq. hered.

tatem, duplex quondam fuit. Prior de iis rebus, quas captiuus per seruum possidebat, cùm caperetur: in quibus putauit Iulianus, reuerso Postliminium nō prodesse: quamuis hæredibus eius per Corneliam legem vsucapio impleri possit. Marcellus verò nihil referre existimans, an quis per se possideat, an per subiectam sibi personam: sicut in iis, quæ per se quis possidebat, captiuitas vsucapionem prorsus interrumpit, quæ nec reuerso per Postliminium, nec hæredibus per Corneliam proficit:[s] pariter censuit, in iis, quæ per seruum possidebat, cùm ad hostes peruenit, interpellari omnino vsucapionem. Verùm contra Marcellum sententia Iuliani probata est.[t] siquidem alia sit hac in re causa reuersi, quem certum est desiisse possidere:[u] & alia hæredis, cuius nomine seruus, qui semper mansit in possessione, semper intelligitur possedisse,[x] per Corneliæ legis interpretationem. Altera fuit controuersia, quam hîc Iulius Paulus tractat, de iis rebus, quas seruus, pendente domini captiuitate, quæsierat: in quibus Iulianus censuit, Postliminio reuersum iuuari. non item hæredes lege Cornelia, ea (vt opinor ego) ratione, quia tunc non desiisset possidere captiuus, qui nunquam naturalem rei possessionem apprehendisset. seruus autem domini nomine semper mansisset in possessione: non etiam hæredum. Qua in re Iulianus à Marcello, iure, meritóque taxatus est, rectius omnino contrarium existimante, non prodesse, videlicet, reuerso vsucapionē vi Postliminii. attamē in successoribus, eam locū habere, per legē Corneliam, quam ideo pleniùs, & extensiùs Postliminio Marcellus accipi dicit. Nec enim verisimile est, plus iuris dominum habere in quæsitis per seruum, captiuitate domini durante, quàm in iis, quæ per se, aut per seruum possidebat, cùm caperetur. in quibus omnino constat, reuerso non prodesse cœptam vsucapionem:[y] cùm tamen in hæredibus, ex Cornelia lege, alia sit ratio. Cùm enim à tempore captiuitatis hæreditas iacuisse intelligatur,[z] seruus, qui emit, hæreditarius intelligitur: per quem constat hæreditati iacenti quæri posse.[a] Non ergo vetus illa Iuliani, Marcellique disputatio, quam Tryphoninus alibi refert,[b] hîc pertractatur, sicuti plerique omnes falsò putant: sed alia longè diuersa, an, videlicet in iis, quæ serui, durante domini captiuitate, possidere cœperunt, vsucapio locum habeat, tam ad vtilitatem captiui redeūtis, quàm hæredum eius, apud hostes mortui. Quo sensu obseruato, illud quoque menti tenendum, Iuliani hîc opinionem à Paulo referri, vsque ad vers. Marcellus: vbi Marcelli Iulianum taxantis sententia scribitur, & mox suæ reprehēsionis ratio, in vers. Quemadmodum. Deinde in vers. Nam hæreditates, respondet tacitè obiectioni. Postremò autem in vltimis verbis, Ideóque, &c. Paulum cum Marcello contra Iulianum controuersiam dirimere.

Emerit.[p] Etiam non peculiari nomine. nam si ex causa peculii vsucapio sine dubio inchoaretur,[c] cui impedimento non esset domini captiuitas, cuius in ciuitate scientia non esset necessaria.[d] nec sanè possumus, nisi diuinatoriè, & cōtortè hæc verba ad bona ex peculio per seruum comparata, coarctare. de quibus ne verbum quidem in vlla parte textus.

In pendenti.[q] Hoc est, in incerto, in suspenso, & in dubio, ad cuius vtilitatem procedat vsucapio.[e] Nam eam locum habere, & mero iure procedere, dubitandum nō est.[f] Etenim si dominus Postliminio redierit, ei putat Iulianus vsucapionem proficere: si verò apd hostes decesserit, hæredibus eius per Corneliam legem minimè prodesse. Neque porrò ad hæc ignorandum dominia rerum, cæteráque iura per captiuitatem non tolli prorsus, & abrumpi: sed magis propter incertitudinem vel mortis, vel reditus in suspenso retineri.[g] Vnde & ius liberorum, seu pa-
8 triæ potestatis interim pendet, dum pater est apud hostes.[h] Quod Tryphoninus & Iulianus eleganter tractant.[i] & hæc est *suspensi iuris constitutio*, cuius alibi Papinianus meminit.[k] Quæ verò non in iure, sed in facto consistunt, captiuitate prorsus

s Hac l. in prin.
t L. in bello. §. facta. ff. de capt.
u L. cum hæredes. §. j. ff de acq. poss.
x L. j. §. non alij. ff. de vi. arm. d. §. facta.
y Hac l. in prin.
z L. in omnibus. & l. bona. ff. de capt.
a L. seruus hæreditarius. ff. de stip. seruo.
b D. l. in bello. §. facta.
c L. Iusto. §. fi. hoc tit.
d L. j. §. item acquirimus. l. peregrè. §. quæsitum. ff. de acq. poss. l. pen. ff. de capt. d. l. iusto. §. fin.
e L. in bello. §. pen. ff. de capt.
f D. l. iusto. §. fi. d. l. in bello. §. facta.
g L. illa institutio. §. j. ff. de hæred. inst. l. cum hæredes. §. j. ff. de acq. poss. l. pen. ff. de capt. d. l. iusto. §. fi.
h §. si ab hostibus. qui. mo. ius pat. pot.
i L. in bello. §. si quis capiatur. l. bona. §. quod filius. & §. pe. ff. de capt.
k L. pen. ff. de suis & legit.

amittuntur: & funditus sic eneruantur,[l] vt nulla suspensi, aut alterius iuris constitutione redintegrari possint.[m] quandoquidem factum siue iure, siue iniuria, perfecto opere, ne ab ipso quidem deo (vt Plinius ait) infectum fieri posit.[n]

Iulianus ait.[r] Nec pugnat, quod idem Iulianus alibi scribit, hæredi, suo tempore, impleri vsucapionem.[o] Nam agit illic de iis rebus, quas captiuus per subiectas sibi personas posidebat, tūc cùm caperetur, aut quæ posteà peculii nomine comparatæ sunt, in quibus nō immeritò respondit hæredibus vsucapionem non procedere. Hic verò de iis rebus tractat Iulianus, quas interim seruus quæsiit, cùm apud hostes dominus ageret.

Intelligi vsucaptum.[t] Per postliminium, quo reuersus ab hostibus, retrò creditur semper in ciuitate fuisse,[p] ideóq; pristina omnia iura recipit.[q] Qua in re, iure, meritóque Iulianus à Marcello mox taxatur.

Dubitari.[f] Iulianus dubitando negat in successoribus locum habere vsucapionem,[r] respectu rerum, videlicet, quas emit seruus captiui, dum apud hostes dominus ageret. in iis enim, quæ per seruum dominus posidebat, cùm caperetur, vel quæ posteà peculiariter quæsiuit, idem Iulianus alibi tradit vsucapionem procedere.[s]

Legem Corneliam.[u] Quæ imaginatur eum, qui apud hostes decesit, tunc mortuum, cùm caperetur:[t] talémque iudicat, qualis foret si in hostium potestatē non peruenisset.[u]

Ad successores pertineat.[x] Vsucapionis commodum, scilicet, quod perinde est acsi quæreret an sicut domino reuerso, iure Postliminii vsucapionem prodesse Iulianus putat, ita vi Corneliæ legis, habeat locum in successoribus.

Marcellus.[y] Refertur hic Marcelli sententia Iulianum reprehēdentis, in quem Marcellus notas conscripsit.[x]

Plenius.[z] Largiùs, extensiùs, & vberiùs. Postliminio.[y] Putauit siquidē Marcellus fictionem Corneliæ legis, quàm Postliminii, hac in re latius protendendam, vt videlicet, in successoribus, de iis rebus quas pendente domini captiuitate, seruus emit, per Corneliam locum habeat vsucapio: quæ tamen per fictionem Postliminii, reuerso minimè prodesse potest.

Quemadmodum.[a] Hoc in Marcelli more positum obseruaui, vt interrogando ratiocinetur, & respondeat.[z] Sic autem in proposito tentat probare contra Iulianum,[a] vbi seruus quid emit, durante domini captiuitate, domino reuerso non intelligi vsucaptum. Nam non minùs, quinimò potius plus iuris habet dominus in iis, quæ per seipsum possidebat anteqúam caperetur, quàm in iis, quæ serui medio tempore captiuitatis egerunt. In illis autem quæ per se possidebat, vsucapiebátque, constat vsucapionem ita interrumpi & interpellari, vt postliminio non redintegretur.[b] Ergo nec in iis, quæ seruus emit, interim cùm apud hostes dominus agebat, reuerso postliminium prodesse potest, vt videatur vsucepisse.

Per seruum.[b] Respectu rerum, quas captiuus per se possidebat, & vsucapere cœperat, priusquàm caperetur, suprà docuimus, captiuitate adeò interrumpi vsucapionem, vt nec ei reuerso, per Postliminium cœpta prosit.[c] licèt enim Postliminii lex fingat eum qui ab hostibus aduenit, semper in ciuitate fuisse:[d] ac ideo pristina quæque iura recipiat.[e] quia tamen simulatq; quis captus est, aut saltē in hostium præsidia deductus, desinit posidere:[f] vt potè ab iis possessus, quorum seruus factus est,[g] interpellata est & interrupta vsucapio,[h] quæ sine possessione continua non consistit:[i] nec potest amissa semel possessio, cùm facti sit, per Postliminium redin-

l D. l. in bello. §. codicilli. m D. l. in bello. §. facta. n Plinius lib. y. c. vij. o D. §. facta. p L. retrò. ff. de capt. q §. si ab hostibus. quib. mo. ius pat. l. postliminij. l. postliminiū ff. de capt. r L. si quis testamentū. in princ. ff. ad l. Cornel. s D. l. in bello. §. facta. t L. in omnibus. l. bona in prin. ff. de capt. l. pen. §. fi. hoc tit. u L. lex Cornelia. ff. de vulg. x L. si pupillus. ff. de acq. hered. l. filius. §. sequens. ff. ad l. Cor. de falsi. l. j. ī fi. prin. C. de co. ser. ma. y L. cætera. §. pen. ff. de leg. j. l. j. §. hac actio. ff. si quis test. z L. si quis testamentum. ff. ad l. Aq. l. filius. §. sequens. ff. ad l. Cor. de fals.

a Vers. quod si seruus. huius l. b L. deniq. l. ait Prætor. §. j. ff. qui. ex ca. ma. c L. in bello. §. facta. ff. de capt. d. l. denique. d. §. j. d L. postliminij. l. postliminium. l. retrò. ff. de capt. e §. si ab hostibus. quib. mod. ius pat. pot. f L. cùm hæredes. §. j. ff. de acq. poss. g L. homo liber. §. fi. ff. de acq. rer. dom. h L. naturaliter. hoc tit. c. illud, de præsump. i L. sine possessione. hoc tit.

redintegrari.[k] ne contingat factam cauſam,hoc eſt in propoſito deſinentiam poſſidendi,contra iuris etiam naturalis regulas,infectam eſſe.[l] Quòd ſi per Poſtliminium vſucapio cœpta non prodeſt reuerſo, multò minùs per Corneliam, eius hæredibus:[m] cùm non vſucapiat hæres,quod non potuit defunctus,[n] aut alio nomine melioris conditionis cenſeri.[o] Reſpectu verò earum rerum,quas captiuus non per ſemetipſum, ſed per ſubiectas ſibi perſonas, poſſidebat cum caperetur: ſiquidem peculiari nomine dicendum, ex omni cauſa manere, implerique vſucapionem,[p] vt non tantum reuerſo, Poſtliminij iure proſit, ſed etiam hæredibus per Corneliam:[q] quippe in poſſeſsis peculij cauſa ſeruus loco domini eſt.[r] nec veri domini qualitas vllatenus ſpectatur.[s] ideóque ignorans, atque adeò infans, & furioſus,per ſeruum poſſeſsionem ex ea cauſa quærit,& vſucapit.[t] nec captiuitate perditur poſſeſsio: & in conſequens non interrumpitur vſucapio.[u] Hincque patet cur plus iuris dominus habeat in iis, quæ cùm caperetur, per ſeruum peculiariter poſsidebat,quàm in iis,quæ per ſe ipſum.[x] Quæ omnia ſingulari iure recepta Paulus ſcribit,ne cogantur domini per ſingula momenta,peculium perſcrutari.[y] Nec porrò quæ diximus de iis tantùm rebus recipi debent,quæ per ſeruum poſſidebãtur:tunc cùm dominus captus eſt, ſed etiam in quæſitis per ſeruum, peculiari nomine,poſt captiuitatem,vt in iis,ſcilicet,hæredibus defuncti apud hoſtes,per Corneliam inchoetur,compleatúrque vſucapio:[z] nec impedimento ſit domini captiuitas,cuius in ciuitate ſcientia non deſideratur:[a] non tamen proſit reuerſo, per Poſtliminium,quando veriſimile non ſit,plus iuris tribui domino in iis,quæ ſerui durante eius captiuitate, poſſidere cœperunt, quàm in iis,quæ per ſe poſſidebat, cùm caperetur.[b] in quibus conſtat non prodeſſe ei Poſtliminium, vt videatur vſucepiſſe.[c] Circa verò res, quæ per ſeruum non peculiariter poſſidentur, ei, qui captus eſt,probauimus vſucapionem interrumpi:vt ei, ſcilicet,reuerſo,per Poſtliminium non proſit:quamuis hæredibus eius per legem Corneliam procedat, vt ſuo tempore impleatur,dum manſerit ſeruus in poſſeſſione.[d]

Peruenerit.[e] In quibus captiuitate conſtat abrumpi prorſus, & interpellari ita vſucapionem,vt Poſtliminio non reſtituatur.[e]

9 *Nam hæreditates.*[d] Antipophora hîc vtitur Marcellus,quaſi dicat, nihil me mouerit ſi obiicias,quòd cùm ei, qui captus eſt, interrumpatur vſucapio: quæ Poſtliminio non redintegratur:[f] non debeat pariter, vi Corneliæ legis hæredibus prodeſſe.[g] quòd certum ſit, hæreditates perſonam defuncti ſuſtinere.[h] Nam reſpondeo,non id eſſe perpetuò verum:ſed certis tantùm caſibus. Vnde leges non ſimpliciter dicunt hæreditatem perſonæ vice fungi:ſed in multis,aut pleriſque iuris partibus,vel quibuſdam caſibus.[i] Etenim in iis quæ factum perſonæ, ſubſtantiámue operæ deſiderant,non habetur pro domino defuncto hæreditas.[k] ideóque licet hæreditati quæratur, ſicut domino per hæreditarium ſeruum:[l] & poſſit ſeruus hæreditarius inſtitui hæres:[m] quia tamen adire iubentis quoque perſona requiritur, hæres expectandus eſt.[n]

Receptum eſt.[e] At hoc caſu non poteſt dici, hæreditatem vice domini fungi: cùm factum perſonæ ad vſucapionem ſit neceſſarium.[o] nẽpe poſſeſſio continua,[p] quæ facti eſt & animi.[q] licet igitur, reuerſus iure Poſtliminii,non intelligatur vſucœpiſſe,quod ſeruus,durante captiuitate,comparauit, vt Marcellus contra Iulianum tacitè infert: tum quia nunquam poſſederit ipſe:[r] & poſſeſſio, quæ in facto conſiſtit,poſtliminio non contineatur.[s] tum quoniam non ſit veriſimile plus iu-

k L.j.§. Scæuola.ff. ſi quis teſt. iuncta. d.l. denique. *l D.§.facta.* *m Hac l. in prin.* *n L.cùm hæres.ff.de diuer.præſcrip.* *o L.in omnibus.§.fi.ff.de reg.iur.* *p D.§.facta.* *q L.bona.§.pe.ff.de capt.l.at Prætor.§.hi planè.ff.Ex qui.ca.ma.* *r L.ſequitur.§.Labeo hoc tit.* *s L.j.§.itẽ acquirimus ff.de acq.poſſ.l.y.§.Celſus.ff.pro emp.* *t L.pen.ff.de capt.* *u D.l.in bello.§.facta.* *x L.Labeo.hoc tit.l.y.ff.Pro ſolut.* *y L.Peregrè.§.quæſitum.ff.de acq.poſ.l.ij.ff.pro ſolut.* *z L.in bello.§.facta verſ. Vel ſi qua.* *a L.iuſtò.*

§.ſi.hoc titul. *b Hoc verſiculo.quemadmodum.* *c Hac l.in prin.* *d D.l.in bello.§.facta.* *e L.deniq.l.at Prætor.§.j.ff.Ex qui.ca.ma.hac l.in prin.* *f D.l.deniq.d.§.j.& hac l.in prin.* *g L.cùm hæres.ff.de diuer.præſ.* *h L.hæreditas.j.& ij.ff.de acq.re.do.l.cum hæreditas.C.de poſ.* *i §.j.de ſtipul.ſeruo.d.l.hæreditas.& hac l.* *k L.vſusfructus.ff.de ſtip.ſer.* *l L.ſeruus hæreditarius.y.eod.tit.* *m §.ſeruus autem de hæred.inſt.* *n D.l.hæreditas.ij.* *o D.l.hæreditas.y.* *p L.ij.hoc.tit.* *q L.j.§.Scæuola.ff.ſi quis teſt.* *r L.ſine poſſeſſione.hoc tit.* *s L.denique.ff.Qui.ex ca.ma.*

ris dominum habere in iis, quæ seruus possidere cœpit, se capto, quàm in iis, quæ per se, vel per seruum possidebat, cùm caperetur.[t] in quibus constat ei, qui captus est, abrumpi prorsus vsucapionem:[u] vi tamen Corneliæ legis, poterit hæreditas vsucapionem implere earum rerum, quas seruus media domini captiuitate, emit: cùm per Corneliam legem, seruus hæreditarius intelligatur: & à captiuitatis tempore iacuisse hæreditas.[x] seruum autem hæreditarium posse quærere iacenti hæreditati, dubitat nemo.[y] nec hoc casu cōtinuatio possessionis ad vsucapionem deficit, cùm manserit semper seruus in possessione.[z] Et hactenus Marcelli sententiam Paulus refert.

Locum habere. Concludit hic Iulius Paulus ex Marcelli sententia in iis, quæ seruus post domini captiuitatem possidere cœpit, vsucapionem (quæ reuerso per Postliminium minimè prodest) successoribus tamen, potestate legis Corneliæ, proficere. Vnde manifestus huius constitutionis sensus indicat hunc locum, aduersus vulgarem literam, circunducta negatione, legendum: itidémque admonent castigatiores codices. IOANNES CORASIVS IVRECONSVLTVS, TOLOSAE, XVI. MARTII, M. D. XLIII.

t Hac l. versi. quemadmodum.
u L. in bello. § facta. ff. de capt. hac l. in pri.
x L. pen. § fi. hoc tit. l. in omnibus. l. bona. in prin. ff. de capt.
y L. eius qui. ff. si cer. pet. l. seruus hæreditarius. ff. de stip. seruo.
z D. § facta. vers. eorum.

Candidissimis viris Petro Malinfantio, & PETRO PAPPO, SENATORIBVS grauissimis Ioannes Corasius Tolosas, S. P. D.

HVNC meum fœtum, (amplissimi viri) in sempiternum amoris nostri symbolum vobis dare, dicaréque constitui. Cùm enim à multis annis, inter nos fuerimus coniunctissimi, impellente partim necessitudine, quæ summa mihi, (Malinfanti nobilissime) & insita tecum est: partim iucundissima familiaritate, & vetere amicitia, quæ (ornatissime Pappe) inter nos magna semper fuit, decens esse putaui, hos ingenij mei fructus, quos in lucem emittere, & in communem studiosorum vsum publicare volui, vobis elargiri: vt non incognita esset exteris etiam gentibus, nostra cùm necessitudo, tum amicitia, quæ ciuibus nostris notissima est, & probatissima. Scio quantùm in hac Iurisprudentia valeatis, quantámque laudem apud omnes suis meritò consequuti. quare cogitabitis ipsi, si quid in hoc nostro ad legem primam. ff. de verborum obligationib. commentariolo, reprehensionis futurum est, quemadmodum vobis ille sit defendendus. Quod vos facturos, pro singulari vestra humanitate, & summa illa quæ inter nos semper fuit, studiorum, & voluntatum consensione, non diffido. Valete viri optimi, & me (quod facitis) amate. Valentiæ Allobrogum, raptim, postridie Kalendas Martij, M. D. XLVII.

Ioannis

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONSulti in Titul.ff.De verbor.obligationib. Commentarii.

SVMMÆ RERVM IN RVBRO TRACTATARVM.

1 *Verborum obligatio.*
2 *Stipulatio quid sit.*
3 *Quo iure inuenta.*
4 *Acceptilatio non fit sine stipulatione.*
5 *Serui capaces sunt iurisgentium.*
6 *Serui stipulantur.*
7 *Acceptilatio est iuris ciuilis.*
8 *Exposita l.an inutilis.*
9 *Stipulatio an sit inducta ex necessitate.*
10 *Maria.Soci.preceptor.*
11 *Stipulatio an sit propriè contractus.*
12 *Stipulatio vnde dicta.*
13 *Stipulum, stipes.*
14 *Innominati contractus hodie rari.*
15 *Noua opinio.*
16 *Clausulæ notariorum.*

1 Bligationes ex contractu, aut re contrahuntur, aut consensu, † aut *Verborũ*
verbis, aut literis, §.fi.de oblig.in Instit. Verbis autem obligatio con- *obligatio.*
trahitur, ex interrogatione, & responsione, cùm quid dari fieríue no-
bis stipulamur. l.j.§.j.& l.j.§. verbis. ff. de actio. & obliga. Vnde eam
2 Pomponius ita † definit, Stipulatio (sic enim legumlatoribus placuit *Stipulatio.*
verborum obligationem appellare) est verborum conceptio, quibus is, qui inter-
rogatur, daturum, facturúmue se id quod interrogatus est, respondet, l.stipula-
tionum aliæ iudiciales.§.stipulatio.hoc tit. Audet tamen hîc Barba.affirmare, in *Barbar.*
eo text.non poni definitionem: quod tam euidenter falsum est, vt nulla prorsus *audax.*
egeat confutatione.

3 An autem de iure ciuili, vel † gentium sit stipulatio, plusculum habere videtur *Stipulatio*
difficultatis. Et ab Accurs.traditum est iuris ciuilis esse, in l.ex hoc iure.ff.de iust. *quo iure*
& iur.& in §.ius autem gentium. de iure natural. & in §.de constituta. de actio. in *inuenta.*
Instit. per illum text.cuius sententiam alii communiter probauerunt, & ego am- *Communis*
plector. Nam & eam Modesti.verba confirmant. Ea (inquit) quæ ciuiliter acqui- *opinio pro*
runtur, per eos, qui in potestate nostra sunt, nobis quæruntur, veluti per stipula- *bata.*
tionem, l.ea, quæ ciuiliter.ff.de acquir.rer.domi.

Hoc tamen commune pronuntiatum, plerique ex Vlpiani responso contro-
uertunt, qui hoc nos iure vti dixit, vt iuris gentium sit acceptilatio, l.an inutilis.§.
4 fin. ff.de acceptil. acceptilationem † autem partem esse stipulationis nemo nega- *Acceptila-*
uerit: cùm sine stipulatione fieri nequeat, §.item per acceptilationem.Instit.quib. *tio pars sti*
5 mod.tolli.obligat. Ratio prætereà non aspernanda, stipulationem † de iure gen- *pulationis.*
tium esse probare videtur, quippe eorum, quæ iuris ciuilis sunt, serui sunt incapa- *Serui capa*
6 ces, l.quidam.ff.de pœnis.l.quod attinet. ff.de reg.iur. Serui † autem stipulantur. *ces iurisgentium.*
Ideóque de illorum stipulatione tractatus sunt editi speciales. Ipse tamen per hæc *Serui stipu*
à communi non recederem, ad quam tum ex prædictis, tum etiam ex Iulii Pauli *lantur.*
constitutione impellor, qui eum actum, in quo præter cõsensum verba desideran-
tur, de iure ciuili esse à contrario asseuerat, l.j.ff.locat. At quòd diximus acceptila- *Acceptila-*
7 tionem de iure gentium esse, minimè verum est: cùm † eam à Gallo Aquilio pro- *tio iuris ci-*
ditam Florentinus Iurisconsultus auctor sit.l.& vno.§.j. ff.de acceptila. Proinde *uilis est.*
8 eam à iure ciuili inductã fateri cogimur, l.penult.ff.de solu.Quod † autem Vlpia. *Declarata*

locum congruentiùs conseruantur. Declaremus legem primam. IOANNES CORASIVS TOLOSAE, DIE XV APRILIS, M. D. XLI.

VLPIANVS, LIB. XLVIII. AD SABINVM.

Stipulatio non potest confici, nisi vtroque loquente: & ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt: ne absens quidem, quoniam exaudire se inuicem debent. Si quis igitur ex his velit stipulari, per seruum præsentem stipuletur, & acquiret ei ex stipulatu actionem. Item, si quis ex his obligari velit, iubeat, & erit quod iussu obligatus.

L'EX, STIPVLATIO.

1 *Negatiua præposita verbo potest.*
2 *Pupillus quomodo obligetur.*
3 *Veritas non quærit fucum verborum.*
4 *Interrogatio cur præcedat.*
5 *Formam non implet æquipollens.*
6 *Electio voce faciunda.*
7 *Enucleata l.his verbis.*
8 *Intellecta l.cùm de in rem verso.*
9 *Fictio, & præsumptio.*
10 *Patientia in iudicio.*
11 *Declarata l.cùm ostendimus.*
12 *Expositus §.eleganter.*
13 *Mutus quæ facere possit.*
14 *Mutus contrahit nuptias.*
15 *Verba quomodo in matrimonio desiderentur.*
16 *Gabrielis Eugubij mira natura.*
17 *Infans an stipuletur.*
18 *Explicata l.seruum.*
19 *Fari quis dicatur.*
20 *Fasti, & nefasti dies.*
21 *Absens contrahit.*
22 *Nuntius, organum domini.*
23 *Statutum puniens loquentem.*
24 *Proscripti hostes Reipublicæ.*
25 *Manlij Torquati impietas.*
26 *L.Domitij seueritas.*
27 *Præsens, & absens quis.*
28 *Serui capacitas quando à domino regulatur.*
29 *Actio duplex ex stipulatione.*
30 *Declarata l.j.C.de rei vxor act.*
31 *Seruus cur iubentem dominum obliget, non liberet.*

Tipulatio. Nisi vterque loquatur, vicissimque alter alterum exaudiat, stipulatio haudquaquam ex Vlpiani sententia confici potest. quare neque mutus, neque infans, neque absens per se stipulationem contrahunt, quanquam per seruos stipulentur, actionémque ex stipulatu quærunt. Quòd si obligari desiderent, iubeât, & quod iussu obligabuntur.

1 *Non potest.* Eam † esse virtutem negatiuæ verbo, Potest, antepositæ, vt omnem excludat potentiam, aut (quod vulgò dicimus) præcisam inducat necessitatem, Doctores creberrimè docuerunt, cuius rei auctor fuit primus Ioã. Andr. (aut quisquis ille fuit, qui in regulas sexti scholia edidit) in c.j.de regu.iur.in vj. idque ab omnibus ferè receptum est. quamobrem Panor. in ca.j.de cau.pos.& proprietatis, per eum text. tenet, summum Pontificem non posse, ex absoluta etiam potestate, contra inauditam partem pronuntiare. & idem Doctor in c.j. per illum textum de fid. instru. docuit eundem Pontificem nullatenus posse facere, vt exemplo credatur. *Negatiua præposita verbo potest.*

Cæterùm hoc vulgare phantasma non esse verum alias publicè defendimus. *Communis sententia improbata.*
2 Nam & Gaius Iuriscos. pupillum † ex contractu obligari non posse, scripsit l.obligari ff, de aucto.tuto. cùm tamen eum naturaliter obligari verum sit, l.si pupillus. ff.ad leg.Falcid.l.j.ff.de nouatio. Alteri præterea quem stipulari non posse legumlatores voluerunt: cùm tamen ex ea stipulatione, naturalem exoriri obligationem

ſit receptum, l.ſtipulatio iſta habere licere.§. alteri. vbi Accurſi. & cæteri hoc tit. Denique cùm Gregorius ad Victorem epiſcopum ſcribens, dixit, Latere te in vicino non potuit, quod ad nos de longinquo peruenit, ca. quanto. de præſumpr. quis tam indoctus erit, qui iis verbis omnem potentiam negari aſſeueret?

Meras autem nænias decantat Iaſ. hos nodos diſſoluere cupiens in l. Gallus Aquilius.colum.iiij.ff.de liber.& poſth. Adde ad huius vulgaris ſententiæ confutationem tex. quem ante nos alium non annotaſſe demiramur in l.pater.C.de pact. conuen. Pater (inquiunt illic Imperatores) qui nepotibus pactus eſt, dotem reſtitui, eis actionem quærere non potuit: cùm tamen vtilem actionem illis competere, in fi.dicat. qui text, velut Achilles communem Doctorum opinationē proſternit: quam etiam à Lud.Pont.improbatam fuiſſe inuenimus in l.ſtipulatio iſta.§. alteri.alleg. Et ab Andr.Alciat. viro noſtri ſeculi doctiſſimo lib. Paradox. iij. cap. iiij. quem vel maximè verba conſilii Toletani mouent. Non poteſt erga hominem eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis, ca. non poteſt.ij.q.vij. Cùm tamen Turcas, Barbaros, & Iudæos, ſuis fidos eſſe poſſibile ſit.

Ordinis præpoſteratio vitiat.

Cur in ſtipulat. interrogationē præcedere oporteat.

Vtroque † loquente. Quamuis veritatis fides verborum adminicula non deſide- 3
ret, l.j.C.ſi minor ab hæred.ſe abſtineat: ſumma tamen ratione in verborum obli-
gatione inductum eſt, vt niſi verba interueniant, non contrahatur, & ita vt ſtipu-
lantis præcedat interrogatio: promittentis autem congrua reſponſio ilico ſubſe-
quatur, l.obligamur.§.verbis.ff.de actio.& obligat.§.j.de verbor.obliga.in Inſtitut.
alioquin ſi ordine præpoſtero promiſſio interrogationem præcederet, ſtipulatio
vitiaretur, l.j.C.de vſur. Accur.in l.iuris gentium. §.igitur nuda.ff.de pact. Ne au-
tem † hoc temere inductum putes, hanc fuiſſe rationem Doctores exiſtimauerūt, 4
vt lex de promittentis voluntate certa eſſe poſſet. Nam qui interrogari promit-
tunt, non iocandi animo, ſed deliberatè promittere videntur. Barto.in l.ſerui ele-
ctione.ff.de lega.j. qui verò vltro pollicentur, oſtentationis cauſa magis, quàm ob-
ligandi animo promittere creduntur, exiſtimantes quibus promittunt non acce-
ptaturos, quos ideo lex obligari noluit, l.ſciendum.§.dictum. ff.de ædil.edict.l.obli
gationum ſubſtantia.§.fin.ff.de actio.& obligatio.ca.literaturam.de vot.& vot.re-
demptio.

Forma nō impletur per æquipollens.

Hunc igitur modum lex amplexa eſt, quo certa fieret de promittentis volunta
te, eúmque modum ſtipulationi pro † forma dedit, quam cùm per æquipollens im 5
plere non ſufficiat l.qui per ſalutem.ff.de iureiuran. tametſi alio modo de promit-
tentis voluntate conſtare poſſit: verbis tamen non obligabitur. quemadmodum ſi
ex interuallo interrogatus reſpondeat.§. qui præſens. iſtius l. Nemo tamen nega-
uerit, quæ ex interuallo, & meditatè proferuntur, magis deliberatè promitti, & vti
ſæpiùs cogitata, firmiora eſſe, l. ſi qua mulier. C. ad Velleia.l.iij. C. de repud. Et ſi
præſens præſentem per epiſtolam interroget, interrogatúſque literis reſpondeat,
non tamen contrahetur ſtipulatio, vt Aret. Socin. aliíque recentiores, & meritò
reſponderunt per l. Titius. vbi Accur. & Bart.ff. de conſt.pe. quanquam aliàs vbi

Scriptura non minus quā verba.

pro forma verba non requiruntur, non minùs valeat quod ſcripturæ, quàm quod
vocibus linguâ figuratis ſignificaretur, l.non figura. ff.de actio. & obligat. l. apud
Labeonem.§. conuitium. ff. de iureiuran. contrahentibus quippe imputandum
eſt, qui cùm præſentes veram ſtipulationem poſſent contrahere, ad incerta decur
rerunt, l.quamuis rationes.ff. de condi. & demonſt.l.tractabatur.ff.de teſta.milit.
id quod etiam in prælati electione canonum interpretes prodiderunt, quæ cùm

Electio prælati non fit ſcripto.

viuæ vocis actum † pro forma requirat, in ſcriptis fieri non poteſt, Ioan.Andr.in 6
c.ſi quis iuſto.de elect.in vj.

Ficta ſtipulationis exempla.

Sunt ergo de ſtipulationis ſubſtantia verba neceſſaria, quod in ſtipulatione vera obtinet: at in ea quæ fingitur, ſecus. Cuius quinque exempla Bartol. hoc loco retulit. Primúmque ex Vlpiano deſſumpſit in l.his verbis. ff. de adopt. qui enim pupillum arrogat, ſi præſertin liberos habeat, an pupillo pauperior ſit, cauere debet

bet seruo publico se restituturum ea, quæ ex bonis eius consecutus fuerit, illis ad quos res esset peruētura, si arrogatus in suo statu permāsisset. quæ satisdatio si fortè fortuna omissa fuerit, nihilominùs tamen in arrogatorem vtilis actio dabitur ex stipulatu, quæ secundum Bartol.ex cōficta à lege stipulatione exoritur: idque omnes probant. Mihi tamen quandoque improbare placuit. Nam si Vlpia. (quemadmodum omnes putant) eo loco stipulationem effinxisset, non vtilis, sed directa ex stipulatu actio daretur, perinde atque si verè adiecta fuisset stipulatio, l. vnic.in prin.C.de rei vxor.actio. Et quia per manus traditum est, idem fictionem in casu ficto operari, quod veritatem in casu vero.l.si filiusfamilias.ff.de reb.cred. *Noua opinio.* *Fictio idē in casu ficto quod veritas in vero.*

7 l.lex Cornelia. ff. de vulga.itaque alium † fuisse Vlpiani sensum docebamus, vt non fingatur stipulatio,quam cum fideiussoria satisdatione lex requirit. quæ verè interuenit:satisdatio autem omissa fuerit. Proinde actio ex stipulatu vtilis competat. Nec te moueat, quod ex stipulatione, quæ verè interuenit, directa actio oriatur. nam hoc ita recipimus,nisi absenti quis stipularetur, cui vtilem duntaxat actionem quærere potest,l. Gaius. ff.solu.matrimo.l.pactum. & l.pater.C.de pact. conuenr. Accurs.in §.si verò aliquis.de satisda. In Vlpiani autem responso seruus publicus erat, seu Tabellio, qui consanguineorum pupilli nomine stipulabatur, quibus directam actionem quærere non potest, sed vtilem, absque tamen cessione.Bart.in l.ij. ff.rem pupil.sal.for.& in l.nec ei.§.eorum.ff.de adoptio. *No.intellect. ad l. his verbis.*

Rursus fingit lex dotis fauore stipulatioem: rei nanque vxoriæ actione sublata, sanxit Imperator per ex stipulatu actionem, omnes dotes exigi, siue scripta fuerit stipulatio, siue non, vt intelligatur re ipsa stipulatio esse subsecuta, l.vnica.§.j.C. de rei vxor.actione. *Dotis fauor.*

8 Ex cursu † item temporis, diuturna præstatione concurrente, fingitur stipulatio,vt Bart. & reliqui tradiderunt per l. cùm de in rem verso.ff.de vsur. vbi ex mutuo facto filiofamilias, vel seruo, Antoninus Imperator idcirco soluendas vsuras iudicauit,quòd eas dominus,vel pater longo tempore præstitisset. Igitur effictam fuisse stipulationem fateri cogimur. Quandoquidem nuda pactione,in contractibus stricti iuris vsuræ non debeantur,l.j.& l.quamuis.j.C.de vsur. *Intellect.l. cum de in rem verso*

9 Ego † verò in ea lege non fingi stipulationem,sed præsumi per diuturnam præstationem veriùs crediderim. nam si ficta esset, & si constaret illam adiectam non fuisse,pro adiecta tamen haberetur.l.iij.§.sciendum.ff.si cui plus, quàm per legem Fal.At contra præsumptam probatio admittitur.Accurs.in d.l.vnica.§.accedit.C. de rei vxor.actio. quod & in specie d. l.cum de in rem verso. vt contraria probatio iuuet,docuerunt Cin. Bald.Castrens.& cæteri in l.si certis annis. C.de pact. Bald. in l.ij.in fi.C.de dot.promis. *Noua opi.*

10 Deinde inquit Barto. † patientia simplex in iudicio sine expressione vocis vim habet stipulationis, l.cùm ostendimus.§.fin.ff.de fideius.tuto. Quod Imola.Aret. Alexand. Socin. & recentiores, neque iniuriâ, negant. neque adeò extollere volunt iudicii auctoritatē, vt stipulationem non factam effingant.l.omnes. §.in hac. C. de episc.& cler.l.siue apud acta.vbi Roman.& posteriores.C.de trāsactionibus. *Patientia simplex in iudicio.*

11 Quod autem Iurisconsultus † in eo §.fin.dicit fideiussores à tutoribus nominatos,qui præsentes non contradixerunt, & nomina sua referre in acta publica passi sunt, perinde teneri,atque si iure legitimo stipulatio interposita fuisset,fauore pupilli obtinet,vt tam hic,quàm ibi scribentes declarauerunt,quemadmodum in re publica dicimus, in qua speciale est, vt pater, qui præsens nominationi filii ad decurionatum non contradixit, quasi fideiussor pro filio sit obstrictus, l.ij.ff.ad municipal. Idémque libertatis fauore Hermogenes respondit manumissionem, domino tacente expediri posse, & solere. verbáque solennia, licèt non dicantur, vt dicta tamen accipi,l.manumissio per lictores.ff.de manumis.vindict. *Declaratur.§.fi.l. cum ostendimus.*

12 Postremò † ex contumacia Bart. & cæteri tradiderunt,effingi stipulationem l. si finita.§.eleganter.ff.de dam.infec.sed cùm illic Iurisconsultus, vtilem actionem *Expositus §.elegāter.*

daturum Prætorem polliceatur, non fingi stipulationem existimauerim. Nam ex ficta stipulatione non vtilis, sed directa, quemadmodum ex vera oritur, vt fictio tantùm operetur, quantum veritas, quod paulò antè docuimus. De vtili ergo in factum actione, non ex stipulatu, illum. §. eleganter loqui verius est, vt eo loco Accurs. adnotauit.

Mutus qd facere possit. *Neque mutus.* Qui † naturaliter mutus est: cùm is etiam ex solito surdus sit, l. cùm Prætor. §. non autem. ff. de iudi. vnde quid sententiæ, intellectúsue habeat, exprimere non possit, infanti, & furioso æquiparatur, l. fi. ff. de verb. sig. Ideo nihil agit. Qui verò simpliciter mutus est, cùm quid agatur intelligat, omnes actus facere potest. Proinde procuratores constituit, l. mutus. ff. de procurato. pasciscitur, l. item quia. ff. de pact. manumittit, l. j. ff. qui, & à quib. ma. lib. non fi. Donat. l. qui id, quod. §. mutus. ff. de dona. testatur, l. discretis. C. qui testa. face. pos. nuptias contrahit. l. mutus. ff. de iure dot. l. ex facto. ff. de vulg. c. cùm apud sedem. de sponsa. monasterium ingreditur, Panor. & cæteri in d. c. cùm apud. hæreditatem adit. l. mutum. ff. de acquiren. hæred. bonorum possessionem delatam agnoscit, l. fina. ff. de bono. possess. infant. furios. delat. Solam tamen stipulationem, cùm in ea verborum expressio pro forma necessaria sit, contrahere prohibetur, vt hîc & l. j. §. fin. ff. de actio. & oblig. §. mutum. de inutil. stipul. Instit. 13

Mutus cur nuptias cõtrahat. Sed cur † matrimonium, in quo verba etiam necessaria sunt, quæ sensum declarant. c. tuæ. de spons. contrahit? Tu dic consensum solum matrimonium facere. l. nuptias. ff. de regu. iur. c. cùm locum. & c. tua nos. de sponsal. quanquam verba, aliásque permultas solennitates ecclesia desideret, ea aliter, & c. nostrates. xxx. q. v. c. sufficiat. vbi Glo. xxvij. q. ij. in iis tamen qui loqui possunt, non etiam in aliis. Ac curs. in l. cùm notissimi. C. de præ. xxx. vel xl. annor. Lap. alleg. lvij. 14

Surdi quidã ad motũ labiorũ intelligentes. *Neque surdus.* Etiam † (vt Doctores aiunt) si talis esset, qui ad solum motum labiorum loquentes intelligeret: quemadmodum Lælium Gabrielem Eugubium fuisse, testis est Bartol. ille namque quatenus eius visus protendebatur, homines quantumcunque secretè loquentes, ad motum labiorum intelligebat. Cuiusmodi alium etiam Senis fuisse, & vidisse, Imol. hîc refert. Hoc autem Ludo. Pont. improbat. siquidem omnis sermo, verborum obligationem continet, modò vterque alterius linguam intelligat, siue per se, siue per verum interpretem, vt hac l. §. fina. Vlpia. constituit. 16

Ratio Roma. improbata. Sed non aduertit Roman. interpres alioquin viuacissimus Iurisconsultum in huius legis exordio velle, alter alterius vocem exaudire debere, vt verborum obligatio contrahatur. quod in surdo nequaquam dici potest. Is enim, quãquam tam prudens sit, vt ad labiorum motum loquentium sermonem, visu quodam (qui falli potest) percipiat, non tamen alterius loquelam audit. quo facilè ad d. §. vlti. patet responsum.

Declarata l. seruum. *Neque infans.* † Quoniam fari non potest l. mulier. hoc titu. Obstat Gaij Iurisconsulti constitutio, dicentis propter vtilitatem receptum esse, vt infans & stipuletur, & agat l. seruum. ff. rem pup. saluam fore: sed † hoc regulare, illud verò in stipulatione rem pupilli saluam fore speciale esse Accur. Barto. & reliqui crebrò tradiderunt. Singularitatis rationem dari posse negat Alexander, eam tamen Ias. prodidit: quod magis infanti in propria substantia conseruanda, quàm in aliena quærenda faueatur l. si in emptionem. ff. de minorib. l. lex, quæ tutores. C. de adm. tuto. 17 18

Ias. ratio.

No. dissolutio. Ego verò hunc nodum secùs dissoluẽdum esse existimarem, vt d. l. seruum. non in infante, sed infantiæ proximo (qui septem annos impleuit octauum circiter annum agens l. si infanti. in fin. C. de iur. delib.) loquatur. In quo propter vtilitatem benignior interpretatio facta est, vt probat text. qui (vt arbitror) à Iustiniano ad declarationem verborum Gaij editus est in §. pupillus. de inutil. stipu. in Instituti. Ad hanc nostram dissolutionem audi Theophilum in d. §. pupillus. Pupillorum, ait,

ait,alii sunt infantes, veluti qui adhuc lactant, aut iis paulò maiores, qui stipulari nequeunt,quòd ne loqui quidem possint. Alii dicuntur proximi infantiæ, vt qui rectè loqui incipiunt,quales sunt qui septimum, aut octauum annum agunt, qui itidem stricta ratione non stipulantur: tametsi enim verba proferant, non tamen diiudicare valent,quid sibi velint ea,quæ dicuntur. Benigniore tamen interpretatione placuit, vt rectè stipularentur. Proximi pubertati sunt, qui ad pubertatem accedunt,& hi vtiliter stipulantur.Iuuat coniecturam nostram,quòd Gaius de eo, qui fari potest,loquatur: qui autem intra infantiæ cancellos constitutus est, fari nō potest,l.j.§.j.ff.de admi.tuto.l.seruo inuito.§.si pupillo.ff.ad Trebel.l.cùm quasi.§.si plures.ff.de fideic.liberta.Huc non incommodè pertinet,quod Chrysippus dicere solebat, Pueros, qui primo iam fari incipiunt, & vocabula, & verba proferunt,quasi loqui:nequaquam verò dicere,aut loqui.

19 Est autem fari(vt obiter admoneam) idem quod dicere & loqui. Hinc Prætorum fasti dies dicti,quibus ius dicebatur,triáque verba sine piaculo Prætoribus fari licebat: scilicet, *do, dico, & addico*. Nefasti autem dies dicebantur inauspicati, & quibus fari,hoc,est ius dicere,non licebat,idq; Ouid.significare voluit,cùm dixit,

Fari quid. *Fasti dies.* *Nefasti dies.*

Ille nefastus erit,per quem tria verba silentur:
Fastus erit per quem lege licebit agi.

Proinde idem Ouid.libros Fastorum appellauit, in quibus totius anni res Romani populi(vt Festus ait) scriptæ continebantur, & festiuitatum causæ explicabantur,de quibus idem Ouid.

Sacra recognosces Annalibus eruta priscis,
Et quo sit merito,quæque notata dies.
Inuenies illic,& festa domestica nobis:
Sæpe tibi pater est,sæpe legendus auus.

Porrò apud Atticos nefasti dies erant septem,quibus inferiæ peragebantur manibus,eóque habebantur inauspicati. Veterum quoque superstitio sibi persuasit, lunæ certos dies sinistri auspicii esse: veluti lunæ senescentis, quartam, quintam, & secundam:rursus,dies,quibus rei capitis damnabantur,velut funestos. Postremo dies insigni quapiam calamitate funestos,vnde Horatius,

Ille & nefasto te posuit die.

20 Neque † dixeris l.seruum.idcirco de infante intelligendam esse, quòd de eo loquatur,qui eius ætatis est,vt non intelligat quid agat.Nam neque pupillus,qui tamen infante longè est prouectior,aliquid posse, aut scire intelligitur, l.fina.ff. de iur.& fact.igno.l.j.§.impuberes.C.de fal.monet.

21 *Nec absens.* Omnes†contractus, qui vel maximè consensu perficiuntur, inter absentes per nuntium,aut epistolam contrahuntur, l.consensu. ff.de actio.& obligat.l.j.§.fina.ff.de contra.empt. Ideo sponsalia,& nuptiæ inter absentes expediuntur,l.sufficit.ff.de sponsa.l. denique. ff. de rit. nupt.Inutilis est sola inter absentes concepta verborum obligatio,vt hic,& §.item verborum.de inutil.stipu. in Institu.quanquam iam facta,per epistolam probari possit,l.ea,quæ.ff.de dona. inter virum & vxo.fac.l.Publia.§.fin.ff.depositi.

Absens an contrahat.

22 Sanè † neque per nuntium confici potest,vt omnes docent: quamuis & id prima fronte non sit indubitatum, cùm nuntius sit, velut pica, & organum domini, Accurs.in l.& licet. ff. de const.pecu.& in l.multùm. C. si quis alt.vel sibi. Idcirco dominus verè facere dicitur, quod per nuntium facit, l.si quis hac lege. §.j.ff.qui & à quib.Sicuti verè pulsat,qui mediante instrumento pulsat,non instrumētum. Imol.in l.& per iusiurandum.§.tutor.ff.de acceptilat. Sed sine scrupulo teneas, quòd neque per nuntium, directò nobis stipulari possumus. tum quod inter absentes inutilis sit verborum obligatio, tum etiam quòd per liberam personam, quæ iuri nostro subiecta non est, neque bona fide nobis seruit obligationem nullam nobis quærere possumus, l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus.hoc tit.quæcunq;

Nuntius pica & organum domini. *Stipulari an per nuntium possimus.*

etenim gerimus, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem nostrum actum efficiunt, l. quæcunque. ff. de actio. & obligat. Per obliquum tamen nuntiüs vtiliter absenti stipulatur. Cùm verba obligatiua in stipulantis personam conferuntur, nomine tamen absentis, verbi causa, in eo qui sibi stipulatur dari, vel fieri, nomine tamen domini absentis, Accurs. in l. huiusmodi. in ptinc. ff. de lega. j. & in §. alteri. de inutil. stipul. quod in procuratore, negotiorū gestore, & similibus obtinet. aliis autem neque eo pacto stipulari concessum est, Bartol. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. col. ij. hoc tit. & verius videtur: cùm vtriusque sermonem Vlpian. hic desideret: per nuntium autem, & epistolam, quis propriè non loquitur. l. miles ad sororem. ff. de legar. ij.

Statutū loquentē punies an scribentem cōprehendat.

Idcirco † Bald. & alii permulti tradiderunt legem municipii, quæ cum proscriptis (quos vulgò bannitos vocamus) loquentem punit, admittentes nuntium, vel epistolam, non extendi, & idem Bal. in l. j. ff. de legib. quemadmodum neque Doctores, qui postulare prohibentur, in scriptis consulere vetiti minimè intelliguntur. Barto. in l. Paulus. §. vlti. per illum text. ff. de legatio. & qui per nuntium facit, non punitur, atque si fecerit. l. quod sæpe. §. siquis amico. ff. de contrahen. emptio. 23

Opinio Roma.

Cæterùm Lud. Pont. scribentes, aut etiam nuntium mittentes, sub lege municipali comprehēdi, contra Bald. & sequaces arbitratus est, & nos verius putamus. † Nam ideo cum proscriptis ex omnium sententia vetatur colloquium, ne aduersus rempublicam, (cuius hostes sunt perpetui, l. iij. §. fi. ff. ad legem Cornel. de sica.) tractatus, proditiones, & coniurationes fiant. tunc autem quis inficiabitur, statuti mentem esse, ne ad illos etiam nuntii, aut epistolæ mittantur: per quæ, vt plurimùm, proditiones fieri solent. Sed & sententiam nostram non parum iuuerit, quòd lex quæ vt futuris criminibus obuiam eat, colloquium prohibet: scribere etiam, per aliúmue nonnihil mandare, prohibitus censetur. Ideo clericus qui cum 24

Clericus vetatur loqui cū moniali.

Moniali loqui vetatur, neque nuntium, neque epistolam mittere potest. c. clericus. lxxxj. dist. & prohibitus loqui cum Cardinalibus existētibus in conclaui, censetur quoque prohibitus scribere literas. c. vbi periculum. §. nulli. de elect. in vj. Planè cum qui non mala mente, sed causa aliqua iustissima, ad proscriptos scriberet, seu nuntium mitteret, pœna sequi non debet, auctor est Soci. cui nemo repugnat, per l. cùm autem. §. capitalem. ff. de ædil. edic. & l. postliminium. §. transfugæ. ff. de capt. Idque æquissimum videtur: cùm ex voluntate delicta metiamur. l. respiciendum. ff. de pœnis.

No. opinio.

Exercendi tamen ingenii gratia, quandoque aduersus omnes contrarium defendi, considerans statutum verbis delictum exprimentibus non vti: sed tantùm merum, & nudum factum punire. Illud ergo tantùm inquirendum est, an factum sit, non quo modo. l. cùm seruus. hoc tit. Nam & hæc lex est principis, cui qui non obedierit, morte dignus est. 1. Reg. xiij. c. ij. de maio. & obedien. Idcirco Herennius Modest. eum, qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, etiam si felix fuerit successus, capite puniri voluit. l. desertorem. §. in bello. ff. de re milita. † Et laudatur à nonnullis Titus Manlius Torquatus, qui cùm Consul esset, filium ab eo speculatum hostes missum, ca lege ne pugnaret, securi percussit: quòd hostem à quo tamen prouocatus erat, occidisset. Et Lucius Domitius † Prætor, cùm Siciliam regeret, & ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, edixisset, ne quis telum haberet, pastor venabulo aprum eximiæ magnitudinis confodit: apérque ad Prætorem allatus est, qui statim adduci ad se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit: eundémque, veritate cognita, crucifixit. non propter confossum aprum: sed quia mandatis minimè obediens fuisset: nēpe qui telum habuisset. 25 26

Torquatus filium obtruncat. L. Domitius pastorem crucefixit.

Præsens, & absēs quis.

Exaudire. Quanquam ergo absentes sint, modò vicissim se audiant, vt quis super turrim quisque † loquatur, efficax erit stipulatio, Accursi. in §. item verborum. de inutil. stip. per l. j. §. eodem autem tecto. ff. ad Syllania. quod ego approbo: cùm magis 27

magis præsens,quàm absens dici debeat, qui acclamantis vocem exaudire potest, Accur.in §.j.de fideiusso.collatio.j.& in l.præsens. ff.de procura. Bartol.in l.si tertius.in princ.ff.de aqua plu.arc.Glos.in cano.testes.iij.q.ix. Bald.in l.j. C.de error. aduocat.

28 *Per seruum.* Sed † quomodo seruus stipulari poterit, cùm dominus non possit, & eius duntaxat iuris seruus capax sit,cuius dominus, l.non minus.ff. de hæredit. Instit.l.si mihi,& tibi.§.regula.ff.de lega.j.Proinde, qui suo nomine nihil vsucapere potest,neque per seruum posse Pedius scripsit,l.Labeo.ff.de vsucapion. Solut. licet dominus fari aliqua infelicitate,quia mutus,surdus,infans, aut absens, stipulationis sit incapax:est tamen capax effectus,hoc est,acquisitionis,l.Antistius.§.si. ff.de acquiren.hæredi. Vel dic incapacitatem serui à domino regulari, cum ratione delicti,dominus est incapax,non si ratione intelligentiæ,l.si deportati seruo.ff. de lega.iij.Barto. in d.l.Labeo.qua de re tamen videndi sunt recentiores in l.j. C. de hæred.insti. Non est ergo nouum, vt quod quis ex sua persona capere non potest,alterius medio habeat,l.Aristo.ff.quæ res pign.obliga.pos.l. si communem.ff. quem ser.amitta.l.si is qui duos.ff.de liberat.lega.ad quæ videnda sunt quæ profuse congessit Barbat.in c.dilectus.col.pen. & si.de offi.legat.Felinus in c.j.col.iiij.de præscrip.Ias.in l.si emancipati.col.iij.C.de collatio.

Serui capacitas an reguletur à capacitate domini.

29 *Ex † stipulatu.* Duplex actio ex stipulatione proficisci potest,certi condictio generalis,si quis certum stipulatus fuerit:si verò incertum,ex stipulatu, l. si quis certum.ff.de reb.cred.l.si stipulatus.ff.de vsur.§.j.de verbor.obliga.in Institu. quòd si eadem stipulatio certum,& incertum contineat,vt in l.liber.homo.§.fina.hoc tit. certi condictio ad certū:ex stipulatu verò ad incertum competet. Barto. in l.lecta. col.vlti.ff.de reb.credit.Castren,& recentiores in d.l.si quis certū. per l. Stichum, qui meus erit.ff.de lega.j.& l.quæ de tota.ff.de rei vendica. Sed non videntur sibi constare Iurisconsulti & Imperatores: quippe qui non semel ex stipulatu actionem ad certum dare prodiderint, l. si quis in graui. §. si ex stipulatu seruus. ff. ad Syllania.l.iij.§.si quis rem.ff.de lega.iij.l.j.§.si.ff.de stipula.seruo.l.si pacto, quo pœnam.C.de pact.Omnes præterea dotes,quæ vix, aut nūquam incertæ sunt, actione ex stipulatu exiguntur,l.vnica.§.j. C.de re.vxor.act. Hoc vltimum fauore dotis speciale esse Accur.& alii docent, vt & alia pleraque propter dotem remissa sunt, l.fin.C.ad Velleia.l.in rebus.C.de iur.dot.Est siquidem dotis causa semper, & vbique præcipua,l.j.ff.sol.mat.

Actio duplex ex stipulatione proficiscitur.

30 Nos à regula † non recedimus,sed certum per condictionem certi,incertum verò per actionem ex stipulatu semper peti existimamus: quòd autem ex stipulatu nonnunquam ad certum agi leges dicunt non actionis nomen, sed proprium factum actus,hoc est,contractum ipsum,notare volunt,vt cùm alibi Iul.Pau. ad exhibēdum eum cogi dicit,qui se exhibiturum quempiam apud acta promisit. non enim actionem ad exhibendum intelligit:sed exprimit factum,l.eum pro quo.vbi Accur.ff.de in ius voc. Ideo in d.l.vnic. C.de rei vxor. quæ nihil aliud agit, quàm vt non interposita stipulatio in dotibus effingatur, si dos certa fuerit,certi condictione:si verò incerta,ex stipulatu agendum erit.

Vera declaratio ad l. vnic. C. de rei vxo.act.

31 *Quod iussu † obligatus.* Mirum est,quòd cùm ad liberationem faciliores simus,l. Arrianus.ff.de actio.& obliga.iubentem dominum seruus non liberet,l.pen. ff.de acceptilat.& tamen obliget,vt hic.Huius rei se nescire rationem ingenuè fatetur Barto.in l.& per iusiurandum.§.tutor.ff.de acceptil. adiiciens non omnium quæ à maioribus sunt constituta(vt Iulianus ait)rationem reddi posse. Ego alias rationem esse dicebam,quia acceptilatio hoc præcipuum habet,vt is tātùm acceptum roget,qui obligatus est,nòn etiam alius. Idcirco neque per procuratorem dominos,neque per patrem filios,neque per dominum seruos,neque per tutorem, aut curatorem pupillos,prodigos, furiosósue liberari posse constat,l.an inutilis.§.fina. & d.§.tutor. ff. de acceptilat. Nunc periculosa mihi videtur hæc ratio, propterea

Fortis difficultas.

Noua ratio.

quòd procurator cum mădato speciali dominum liberare possit, l. per procuratorem. ff. de acceptilat. Cur ergo non idem in seruo dicemus, cùm quo contrahens, quodammodo cum eo, qui iubet contrahere videtur, l. j. ff. quod iussu? amplius itaque deliberandum censeo. IOANNES CORASIVS TOLOSAE, DIE XIX. APRILIS, M. D. XLI.

§. QVI PRÆSENS.

Qui præsens interrogauit, si antè, quàm responderetur sibi, mox discessit, inutilem efficit stipulationem. Si verò præsens interrogauit, & antè quàm responderetur discessit, & reuerso responsum est, obligat. Interuallum enim medii temporis modicum, non vitiauit obligationem.

SVMMÆ RERVM.

1 *Sensus huius §.*
2 *Mox dictionis natura.*
3 *Contestatio.*
4 *Probatio debet concludere.*
5 *Testis dictum adiuuandum.*
6 *Probatio ambigua quandoque releuat.*
7 *Actus extraneus.*
8 *Interuallum longum, & modicum.*
9 *Testamentum vno contextu.*
10 *Noua opinio.*
11 *Silentium longum.*
12 *Longum interuallum an vitiet stipulationem.*
13 *Explanata l. si ex duobus.*
14 *Simultaneus consensus in contractibus.*
15 *Opinio communis probata.*
16 *Caupo viatores non reijcit.*
17 *Impletio causæ sufficit.*

Species facti.

QVi † præsens. Flaccus ita Ciceronem interrogauit, *Centum mihi dare spondes?* cui cùm Cicero præsenti non responderet, discessit Flaccus. & quamuis, eo absente, interrogatus responderit, illius tamen abscessu, inutilem effici stipulationem tradit Vlpianus: si tamen non reuertatur. nam si statim reuerteretur, illique reuerso responderet Cicero, *Spondeo*, obligaretur verbis. neque enim medii temporis modicum interuallum, obligationem vitiat, & hic est verus huius literæ sensus, secundum Castren. & Aretin. quamuis Bart. & alii alios accommodent, qui tametsi veri sint, Vlpi. tamen verbis non congruunt. 1

Mox.

Mox discessit. Aduerbium † mox, idem quod statim significat, Accursi. in l. momĕtariæ. C. vnde vi. & in §. j. de incest. nup. collat. iiij. Gl. in c. quia prŏpter. in prin. de electio. Bart. in l. fructus. in fin. ff. solut. matrimon. Interdum tamen pro posteà ponitur. l. si arrogator, ff. de adopt. Accur. in l. si pupilli. §. idem ait. ff. de negot. gest. & in l. j. vbi scriben. ff. de reb. cred. & ita apud Latinos auctores frequentiùs sumi solet, quod secundum cuiusque rei naturam, vel plus, vel minus temporis recipit. 2

Absenti inutiliter respondetur.

Inutilem efficit stipulationem. Responsio ergo facta absenti, stipulationem vitiat, quamuis in interrogatione vterque præsens esset, vt hic text. probat, secŭdum verum Castren. intellectum, quem nos secuti sumus. quo Butrig. & Bald. sententia confirmatur, qui in l. vnic. col. ij. C. de litis contest. docuerunt, respŏsionem, quam reus facit, oblato libello, absenti actori contestationem litis non inducere per l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. Et † quia contestatio dicitur, quasi simultanea testatio: quæ altero absente, dici non potest. Hinc etiam Accur. sententia roboratur, qui eos testes, qui interrogationem præcessisse, responsionémque subsecutam fuisse, duntaxat deponunt, non probare stipulationem prodidit, in l. iuris gentium. §. quod ferè. & in l. si vnus ex argentariis. §. pactus ne peteret. ff. de pact. quem frequentior Doctorum turba sequitur, per l. j. C. de vsur. & quia ex testium verbis non planè constat, an incŏtinenti, & inter præsentes interrogatus † responderit. 3 4

Contestatio cur sic dicta.

derit.non concludens autem probatio non sufficiat, l.non hoc. C. vnde legit. & vnd.cogna.l.multis.C.de lib.cau.c.in præsentia.de probat.

Verum non facilè ego hanc Accur.& aliorum opinionem probarem:quinimò crederem præscriptis testium verbis, omnia videri solenniter acta.§.final. de fideiussio.§.si scriptum.de inutil.stipul.in Institu. † Neque enim dicta testium calumniari,sed potius adiuuari, & secúdum naturam actus interpretari oportet, Accur. in l.stipulatio ista.§.hæc quoque.hoc titu.Bald.in l.de quibus.in fin. ff.de legib. & in ca.causam,quæ. de rescript. Proinde interrogationem & responsionem, partibus præsentibus, & incontinenti factam fuisse, ex dicto testium interpretandum est. Accur.& Barto.in l.j.C.de contrahend.& committ. stipulat. Nec est dissimile quod Bald.& Imol.in l.quotiens. §.si ita scripserit.ff.de hæredib. instituen.docuerunt. quod si testes deponant Ioannem contra Antonium insultum fecisse, & posteà vulnerasse,intelligemus non ex interuallo,sed incontinenti post insultum, vulnus secutum esse. Adde quòd Din.Bartol.& alii crebrò prodiderunt in l. fructus. ff. solut. matrimo. dictum testis, deponentis testatorem Titium instituisse, posteà Sempronium,intelligi incontinenti.

Accurs.& aliorũ opinio improbata.

Postea verbũ à testibus prolatum.

6 Quod autem † diximus, ambiguam probationem non releuare obtinet, nisi à solitis concluderet. Accur.& Bald.in l.neque natales.C.de probat.& in l.cùm dotem. C.de iur.dot. Alexand.in l.non hoc. C.vnde legit. & vnd.cog. communiter autem videmus,interrogatos statim,& præsente interrogante,respondere.

Ambigua probatio quando releuet.

7 *Responsum est.* Hinc patet,discessum post interrogationem non esse actum extraneum,aut contrarium obligationi.Idcirco non vitiari stipulationem,modò incontinenti reuersus respondeatur.Quamobrem Accur.nimiùm generaliter locutum reuincit Iaso.cùm in l.duos.§.fin. ff.de duo. reis. pro regula tradidit, omnem actum præter obligationem, obligationi esse contrarium. Planè illum actum extraneum Rapha.Cuma. & meritò appellauit, per quem verisimiliter contrahentium mens à stipulatione abalienatur:quòd modica temporis intercapedine, non fieri ex verbis Panor.in c.cùm causam.ij.not. de elect.edocemur.

Actus extraneus aut contrarius obligationi.

8 *Modicum.* Quomodo hoc interuallum accipiendum sit, quódque longum, aut modicum dici debeat, Doctores supramodum se diuexant. adeò vt Franc. Aret.omnium, qui scripserunt ingeniosissimus, ter sententiam mutare sit coactus. Verùm Barto.sententia tandem obtinuit, qui vnius diei interuallum, longum esse credidit, per l.continuus. hoc titu. & l. si ex duobus. ff. de duob.reis. idque eo protractum est,vt si me in aurora an centum spõdeam,interpelles: ego verò vespe ri me spondere respondeam,contracta fit stipulatio:modò ad actus extraneos,aut obligationi contrarios non sit diuersum.

Longũ aut modicũ interuallum quod dicatur.

9 Sed cùm vno † contextu absolui debeat stipulatio,quemadmodum testamentum,l.hæredes palàm.§.fin.ff.de testamen.qui terminus, non die,sed hora clauditur,l.si quis eum.§.si suo.ff.de vulga.& cùm ex interuallo id actum esse Vlpian. respondeat,quod interposito tempore factum sit,l.quotiens. ff.solut.matrimo. Barto .& aliorum opinionem non esse veram Andr. Alciat. libr.parado.j.c.iij.elegantissimè contendit, in contrarium à Doctoribus producta doctè refellens.quem & illud non parum iuuerit,quod stipulantis,& promittentis,continuum actum esse debere Venuleius constituerit in d. l.continuus. continuò autem id agi, quod interpositis permultis temporum momentis fit,quis defendet?

Vno contextu quid fiat.

10 Ego id totum ad iudicis cognitionem remitterem,qui pro rei promissæ, personarum,verborúmque qualitate, quod sit magnum,modicúmue interuallum, arbitrabitur,l.si ita quis.§.Seia cauit.hoc titu.l.j.ff.de iur.delib. Accur.in l.iij.§.eman sor.ff.de re milita.Barto.in l.iij.§.eum igitur.ff.de vi,& vi armata. Glos.in Cle.j. de

Noua opinio.

11 reb.eccle.non alien.†Feli.in c.plerunque.de rescrip. longum autem silẽtium Accur.triennium interpretatus est in l.j.§.si.ff.ne de sta.defuncto.

Silentium longum.

Vitiauit obligationem. Siue à cessante ratione,siue à contrario,fortissimũ vtrum-

Longũ interuallum an vitiet stipulationẽ.

que sumamus argumentum. Hinc probari vides, longum duntaxat interuallum, sine † alio actu, stipulationem vitiare: quod à Bart. & cæteris receptum est, commu 12
niter per d. l. continuus. & l. duos reos. §. fina. ff. de duo. reis. Sed Accur. & Castren. contrarium defendunt ex Venuleij responso in d. l. si ex duobus. quod non in longo interuallo, sed in eo, quod alter ex contrahentibus, ad alia discessisset negotia, vim facit. Itaque putant, quamuis post interrogationem sit longa ante responsionem temporis intercapedo, vnius putà diei, si tamen ad extraneos actus nõ diuertatur, stipulationem haudquaquam infirmari.

Communis opinio probata.

Ego communi † sententiæ hæreo. neque me mouet d. l. si ex duobus, quæ, nisi 13
principium textus calumnietur, solo longo interuallo duorum reorum, constitutionem inutilem fieri censet. Et quod paulò pòst Iurisconsultus de discessu ad alia negotia subiecit, non est eius legis ratio, cùm ad nullam propositam facti speciem se referat. neque quis sit, qui ad alia negotia discesserit, vel stipulator, vel promissor declaret. sed iis verbis (vt opinor ipse) nos Venuleius admonet, fieri non posse, vt in longo temporis interuallo, alter contrahẽtium ad alia negotia non diuertat.

Restituta in integrũ. l. si ex duobus.

Illud autem prætereundum non est, quod obseruatione dignum animaduertimus, literam iam citatæ l. si ex duobus, non carere mendo. sic enim vulgò legitur, *Si ex duobus qui promissuri sunt, hodie alter, ab altero postera die*, &c. Cùm tamen vetustiores codices, & emendatiores ita legendum moneant, *Si ex duobus, qui promissuri sunt, hodie alter, alter verò postera die responderit*, &c. quam literam præter vetustissimorum Codicum auctoritatem, naturalis iustitia suadet.

Interuallũ longum in contractibus an vitiet contractum.

Matrimoniũ an per responsum ex interuallo vitietur.

Matrimoniũ res grauis præiudicij.

An autem in aliis contractibus, interuallum longum actum vitiet, videamus. Et siquidem de iis contractibus loquamur, qui consensu perficiuntur, satis cõstat, eos longo inter interrogationem & responsionem interuallo, non vitiari. Accurs. in l. si stipuler. hoc tit. qua ratione, neque matrimonium ex interuallo inter viri interrogationem, & mulieris responsionem infirmari modo in consensu perseuerent. Archidiaco. in cano. sufficiat xxvij. q. ij. Hostien. & Ioan. Andr. in c. dilectus. de sponsa. responderunt, quibus Panor. adstipulatur in c. cùm inter canonicos. col. ij. de electio. Hoc tamen verum non putauit Specular. qui in matrimoniis quoque responsionem statim subsequi debere, cùm & in his actus continuitas desideretur, egregiè tradidit in tit. de spõsal. §. j. idque tutius, & verius esse Panor. tandem existimauit in d. cap. dilectus. mihique magis placet: cùm matrimonii sacramentum maximi sit præiudiciũ. c. fina. de procura. in vj. & ob id, non nisi inter eos iudicandum, quorum consensus manifestus apparet. Mulier autem, quæ continuò non respondit, sed potiùs tacuit, dissentiendi magis, quàm consentiendi videtur animum habuisse. Barto. & cæteri in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. Panor. & posteriores in c. nõnne. de præsumpt.

Consensus simultaneus in nominatis omnibus cõtractibus præstãdus.

Quinimò & in omnibus † nominatis contractibus, etiam qui de iure gentium 14
sunt, aduersus alios verius existimo, simultaneum consensum, debere præstari, vt docuit Accurs. retrocedens in l. j. ff. de contrahen. emp. & in l. consensu. ff. de actio. & obliga. ex quo enim non respondit, non videtur consensisse. In contractibus verò innominatis, habent in confesso Bart. & alii, longum interuallum actum vitiare, quemadmodũ in stipulatione diximus. proinde incõtinenti, ne corruat actus, responderi debere, idque primus omnium Accurs. adnotauit, in l. rogasti. §. j. ff. de præscrip. verb. Bart. & alii in l. si cum fundum. ff. de pact. Castren. in l. si pecuniam. col. ij. ff. de condict. caus. da.

Soli Socin. hoc displicet, tum quòd nullam inter nominatos, & innominatos contractus differẽtiæ rationem videat: tum etiam quòd innominatus contractus eius nominati naturam assumat, cui magis similis est, l. naturalis. §. sed si facio. ff. de præscript. verb. Ias. tamen communem defendẽs rationem, quam fundamentalem appellat, prodidit. Nam si secus (inquit) diceremus, non esset dare innominatos contractus reciprocos, seu respectiuos, cùm tamen ex discursu d. l. naturalis, quatuor

quatuor esse fateri cogamur. Quæ ratio confutatione ampliori non eget. seipsam enim ostendit.

15 Ego tamen † à communi non discedo: cùm & in contractibus nominatis tenuerim, vt effectum habeant, incontinenti respondendum esse, multò magis igitur in innominatis, qui debiliores sunt.l. iuris gentium.in princip.ff.de pactis.l.ex placito.C.de rer.permuta.

Defensa communis opinio.

Planè si cum incerta persona contrahatur, speciale est, vt neque longum temporis interuallum, neque contrahentis absentia, contractum infringat: verbi gratia, cùm res auctioni exponitur, fit proclama. vt detur plus intra præscriptum tempus offerenti: quamuis etenim & absens, & ex interuallo offerat: qui tamen expo-
16 suit, dare tenetur, Bart.in l.licitatio.in principio.ff.de publicanis.& in l.† si tempora.de fide instrumen.lib.x.C. Quemadmodum in caupone, & stabulario dicimus, qui postquàm cauponas, aut stabula exercere cœperunt, viatores iter agentes recusare non possunt, l.vnic.§.final. ff.furt.aduer.naut.& in eo, qui æs sparserit, aues emiserit, aut missilia in vulgus iactauerit. Nam tametsi incertæ personæ eas res esse voluerit: eius tamen fient, qui eas quandoque sustulerit.l.qua ratione.§.fina.ff.de acquir.rerum dom.l.si id, quod.ff.pro derelict.l.quod seruus.ff.de stipula.seruo.

Contractus si fiat cum incerta persona.

Caupo tenetur recipere viatores.

17 Huc pertinet, † quod Bald.in l.pecuniam. C. de condict.ob caus.prodidit, vt si lex municipii dicat, quòd quicunque medicinam interpretabitur, aureos cētum habeat in salarium: si quis legat medicinam, etiam non conductus, salarium consequetur. Neque necessarius est eodem contextu consensus, sed sufficit impletio causæ. Tolosæ xxij.Aprilis. M. D. XLI.

Impletio causæ sufficit.

§. SI QVIS ITA.

Si quis ita interroget, *dabis?* & responderit, *quid ni?* & is vtique in ea causa est, vt obligetur. Contrà, si sine verbis annuisset. Non tantùm autem ciuiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita annuit. Et ideo rectè dictum est non obligari pro eo, ne fideiussorem quidem.

SVMMÆ RERVM.

1 *Quid ni? respondens.*
2 *Testamētum ad interrogationem alterius.*
3 *Noua & æqua consideratio.*
4 *Alexandri Magni testamentum.*
5 *Curiosa Bart. & aliorum quæstio.*
6 *Annuere propriè quid.*
7 *Annuens an consentiat.*
8 *Naturalis obligatio ex quo cōsensu oriatur.*
9 *Actus, vt valere potest, defendendus.*
10 *Forma dat esse rei.*
11 *Transactio post sententiam inutilis.*
12 *Matrimonii fauor.*
13 *Negationes quando adfirment.*
14 *Expositi Cicer. & Horat. loci.*
15 *Fideiussor an in plus, quàm principalis teneatur.*

Quidni? Argumen.est hæc Vlpia.constitutio, vt si quis interrogatus an
1 bona sua † Titio relinquere velit, responderit, *Quidni?* aut, *Cui alteri relinquerem?* per hæc verba Titius institutus videatur: & ita primus omnium Pet.Belloperticen. Gallus respondit, quem Barto.& cæteri secu-
2 ti sunt. Nam † si in stipulatione contractu strictissimo verba huiusmodi dispositionem inducant, l.blanditus. C.de fideiuss. & hîc: cur non in testamentis in quibus plenior fit interpretatio? c.cùm dilecti.de dona.l.in testamentis.ff.de regul.iur. Quam sententiam non parum iuuerint verba Vlpian. apud quem cùm dubitaretur an vulgò quæsitus, matris conditionem sequeretur, Quam enim, inquit, aliam originem hic habet? l.j.§.fina. ff. ad municipa. hoc autem ita Barto.& posteriores intellexerunt, si testes ad id accersiti fuissent, l. Pamphilo. §. proposi-

Respōdens quid ni? aut cur non?

Testamentum ad interrogationē alterius.

tum.ff.de lega.iij.l.diuus Traianus.ff. de testamen. milita. alioquin verba iactan-
tiæ causa prolata viderentur:idcirco non disponerent,l.fin.ff.de testamen.l.scien-
dum.§.dictum.ff.de ædil.edict.Rursum Castren.quem Alexan.& docentium ma-
ior pars sequitur, declarat hoc verum esse, nisi in discrimine vitæ constitutus sic
respondere.quoniam tunc ad interrogantis importunitatem,& vt qui eo vel ma
ximè tempore,otium,& quietem appetit, conquiescere posset magis,quàm ex vo
luntate,ita respondisse est credendus.Quod tamen Fran.Are.improbat in l.hære-
des palàm.ff.de testamen.propterea quòd alterius postremum iudicium, blando
sermone prouocare non sit criminosum,l.fin.si quis aliquem testari pro.C.Sed vt
Soci.non ineleganter animaduertit,hoc obtinet, si qui blanditiis prouocatur,tan
dem voluntariè disponat, vt in eo,qui sanus, aut leui morbo correptus est. Nam
qui in mortis articulo est cõstitutus,mortis cogitatione perturbatus magis, quàm
liberè sic respondisse arguitur,l.hac consultissima.§. at cum humana fragilitas. C.
qui testamen.face.poss.

Quid si testans sit in agonia?

Ego in proposita facti specie,†iudicantem obsecrarem, vt tam personæ institu- 3
tæ,quàm interrogantis qualitatem,prudenter inspiceret, ex qua (nisi fallor) con-
iecturam facere poterit,an hæc in respondente fuerit disponendi voluntas. Rom.
consi. cccvj, quid enim, si de filiis propinquioribus, aliisue personis, quas viuens
mannopere diligebat, etiam in discrimine vitæ constitutus interrogatus ita re-
sponderit? Et nemo est,qui eam esse respondentis voluntatem non dixerit. Con-
trà verò si de extranea minus dilecta,aut inimica persona,interrogatus ita respon
disset, non ex voluntate, sed aut morbo superatus, aut eos metuens, in quorum
manus fortè fortuna ægrotans inciderat, eo pacto respondisse interpretandum e-
rit.His vides testamentum ad alterius interrogationem fieri posse.Accur.Pet.Bar
to.Bald.& Sali.in l.iubemus. C.de testa.Specu.in §.j.col.iiij. tit. de testa. id verum
esse declarantes, si qui testabatur, prudens articulatè loquebatur. sequũtur Imol.
& cæteri in c.cùm tibi.de testa.

Noua & æqua consideratio.

Sed nunquid,si interrogatus,cùm loqui non possit,nutu responderit, satis erit?
quod primum videretur: quoniam qui annuit,conceptum suum,& mentem satis
exprimit,Accur.in §.quia verò,vt spon.largit.colũ.ix.exemplo Alexandri Magni,
qui†cùm iam deficeret ab amicis interrogatus,quem imperii hæredẽ faceret, Di- 4
gnissimum, respondit. sed cùm iam præclusa voce fari nequiret, & ex incerto ser-
mone non mediocris inter principes altercatio oriretur, exemptum è digito anu-
lum,Perdicæ dedit: vt quem hæredem ac successorem non nuncupauerat,nutu
tacitóque iudicio, elegisse videretur. Communiter tamen, vtriusque iuris inter-
pretes cõtrarium docent per d.l.iubemus.ad vulgaris quæstionis decisionem sub-
inferentes. Quidam adeò infirmus erat, vt neque loqui, neque scribere posset, a-
lioquin tamen sapiens & prudens,à Franciscano monitus,vt si pauperibus Christi
bona sua erogari volebat,oblatum librum clausum aperiret: aut oblatã etiam ma-
num stringeret: quamuis id egerit,non tamen valebit huiusmodi institutio. Ang.
in l.Lucius.ff.de testamen.milita. Petr.Anchar.in c.ij. de testament. quemadmo-
dum neque inter liberos,d.l.iubemus.Baldus tamen institutionem ad alterius in-
terrogationem factam iure saltem fideicommissi valere voluit, in l. & in epistola.
C.de fideicommi.quanquam enim directa institutio nutu fieri nequeat, d.l.iube-
mus:vt tamẽ actus potius valeat,quàm pereat,importabit fideicommissum: quod
nutu relinqui posse,apud omnes in confesso est;l.nutu.ff.de lega.iij.Bald.& alii in
l.his verbis.ff.de hær.insti.

Alexandri magni testamẽtum.

Cæterùm in hac etiam specie iudicantem cũcta rimari oportet: &(vt paulò an-
tè docuimus) tam institutæ personæ, quàm interrogantis, quàm etiam testantis,
affectionem summa diligentia perscrutari.

Hanc literam postremò †Bartolus curiosè plus quàm par esset,ad alterius quæ- 5
stionis decisionem infert.finge reo delato causam tribus committi consulendam,

quo-

quorum primus reum absoluendum opinatur, condemnandum alter: tertius non video, inquit, cur damnandus non sit. tertius hic cum secundo dubio procul concordat, reúmque condemnandum pronuntiat. Nam in eum sensum, & ea forma interrogatus Papi. an legato fundo cum villico, & eius filiis, nepotes continerentur, Respondi, ait, nihil proponi, cur non ederentur, l. vxorem. §. concubinæ. ff. de legat. iij. & idem Scæuo. in l. fin. §. Titia. ff. de lib. lega. & Herē. Modestin. in l. etiam. §. ex causa. ff. de minorib. & alibi sæpe.

6 *Sine verbis.* † Annuimus vel capite, vel humeris (inquit Accur.) tam hîc, quàm in l. item quia. in princip. ff. de pact. Bartolus in l. nutu. ff. de lega. iij. Humeris autem, si quis eos stringat, vt Angelus declarat, quod Iaso. & meritò improbat. nam (vt experiētiā docemur) qui humeros stringit, magis dubitatiuum, quàm affirmatiuum signum facit: sed & ante Iason. hoc Imol. præuiderat. Annuimus ergo propriè capite duntaxat, hoc est signo capitis assentimus, quod satis Liuius in v. ab vrbe significat de Iunonis simulachro, agens. Deinde, inquit, cùm quidam, seu spiritu diuino tactus, seu iuuenili ioco, visne Romam ire Iuno, dixisset, annuisse cæteri deam conclamauerunt. *Annuere quādo propriè dicamur.*

7 *Nec naturaliter † obligatur.* Hic statim à fronte scrupulus se ingerit, is consentit, qui interrogatus annuit, Accur. in §. quia verò. vt spon. largi. collat. ix. ex consensu autem causantur naturales obligationes, l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solutio. l. cùm amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iuris. sed ego eum, qui annuit, consentire non facilè dixerim. quando hoc nullibi, præterquam apud Ac- *Annuens an consentiat.*
8 cur. scriptum offendam. Præterea, & si consensus aliquis † argui possit, is præsumptus tantùm dici potest. Leges autem, quæ ex consensu obligationem naturalem oriri dicunt, de consensu verbis expresso intelligo, in quam rem adduco text. vbi Areti. ita ingeniosè notat, in lege secunda. §. voluntatem. ff. solu. matrim. Et quod post Hostien. dicit pater meus Decius in Rubric. extrà de pact. Adde, quòd principium istius legis dubitationem summouet, quæ in stipulatione vtrumque loqui exigit promittentem maximè, vt si obligandi voluntatem habeat, liquidò constare possit: quòd si non verbis, sed nutu respondeat, lex eum non consentire, neque obligari velle effingit. quare, quod addunt modò, neque vt pactum nudum, actus subsistet, l. an inutilis. in princip. ff. de acceptilat. Cùm, vt Vlpia. ait, promissor, neque ciuiliter, neque naturaliter obligetur: quod sibi non omnino inutile esse potest. Nam si credens deberi promissum soluerit, tanquam omni iure indebitum repetet, Accur. Bart. & cæteri in l. ij. ff. de condictione indebiti.

Hoc etiam loco latus campus scribentibus aperitur ad concludendos illius regulæ terminos, quæ nihil, vel hodie vulgo tritius adferri solet. Quod non valet, vt agitur, valeat eo modo, quo potest. Et quoniam ab interpretibus nostris id tam verbosè tractatū est, vt res in infinitum, & incertum sit protracta, nos verbis, quàm paucis fieri poterit certa via concludemus. *Si non valet quod ago vt ago.*

9 † Fac igitur regulam, Actus, qui, vt agitur, inutilis est, quo tamen modo valere potest, sustinetur, lege si vnus ex argentariis. §. si acceptilatio. ff. de pactis. l. si tam angusti. ff. de seruit. lege insulam. ff. de præscrip. verb. l. si olei. C. locati. quod præsertim in actibus, qui ab vnius sola voluntate pendent, obtinet. Proinde actus à testante directò factus, qui vt directò valere non potest, in vim tamen fideicommissi defenditur, l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de lega. j. l. ij. §. fin. ff. de iure codicillo. l. Scæuola. ff. ad Trebel. Sed neque hæc regula ratione caret, si quidem actus humani ita sunt interpretandi, vt potius, quàm pereant, ratione aliqua sustineantur, l. quoties. de rebus du. l. iiij. ff. de testa. mi. l. quoties in stipulationibus. hoc titulo. tunc maximè cùm iusiurandum interuenit, l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Barto. hîc, & in l. omnes populi, colum. xj. ff. de iustit. & iure. & in l. si quis in principio. in fin. ff. de lega. iij. & in l. si quis pro eo. col. v. ff. de fideiuss.

10 Ab hac † autem regula plures casus docentes excipiunt. Ego, cùm sumus in

actibus, qui ab agentium libera voluntate pendent, duos excipio. Primus, cùm a- I
Forma dat esse rei.
ctus esset nullus ex formæ defectu, vt hîc. Forma quippe dat esse rei, l. Iulianus. §.
sed si quis. ff. ad exhibendum. Vnde fieri non potest, vt actus, ea deficiente, appa-
reat: cùm formam non satis sit per æquipollens impleri, l. qui per salutem. ff. de iu-
reiuran. Alter casus, & generalior, cùm constat agentes eo tantùm modo, quo fit, II
non quo potest actum valere voluisse. lege prima. ff. de iure codicillorum. lege pri-
ma. §. eum, qui. ff. de constituta pecunia, l. non codicillum. de testamenti. C. Huius
autem exceptionis promptissima est ratio. quia deficit consensus, l. an inutilis. in
principio. ff. de acceptilationibus. l. obligationum substantia. §. fina. ff. de actio. &
obligatio. Proinde Barto. & aliorum traditionem probarem, qui in l. si, causa
cognita, per illum textum. C. de transact. docuerunt factam post rem † iudicatam 11
transactionem, etiam in vim pacti non valere. quandoquidem pacto donationis
gratia, & liberalitate nostra aliquid remittamus, lege prima. ff. de transactionibus.
Transigentem autem post rem iudicatam nihil donare voluisse, sed præteritæ li-
tis memorem, & similem molestiam in futurum veritum, sicque litis futuræ ti-
more cõposuisse, transigens præsumitur, l. suus hæres. C. de repud. hæred. Ea etiam
fuit (ni vehementer fallor) ratio Vlpia. cur hoc loco, annuentem, neque ciuiliter,
neque naturaliter, obligari voluit, vt paulò antè extitit declaratum.

Matrimonii tamen † fauore receptum est, vt si per ætatis defectum actus, vt ma 12
trimonium valere non possit, quemadmodum contrahentes volebant, consistat
tamen, vt sponsalia in vim quorum duntaxat valere potest. c. vni. §. idem quoque.
de despon. impub. in vj. Reliqua ad hunc articulum pertinentia, extensiùs, & præ-
ter alios ponam in l. si tam angusti. ff. de seruit.

Negationes duæ an affirment.
Nec fideiussorem. Sermonis † structura, & elegantia, ac negatiua, corrumpi vide- 13
tur: siquidem vulgò efferatur negationes duas affirmatiuam inducere, l. duobus.
ff. de verbor. signi. quod & Grãmatici docent, sed non semel compertum est, duas
negatiuas mentem scribentis adauxisse, vt in Euangelio, *Sit sermo vester, est, est: non,*
non, Matth. v. c. etsi Christus. † de iureiur. Et quemadmodum Cicer. aliique proba- 14
ti auctores, vnam negationem duarum vice quandoque posuerunt: ita cõtrà, duas
pro vna positas inuenimus. quod tunc continget, cùm duæ aut plures negationes
ad vnam in principio positam respiciunt, vt Horatius in Odis,

Nolis longa feræ bella Numantiæ:
Nec durum Annibalem, nec Siculum mare.

Nam non plus faciunt, quàm nolis, aut bella, aut duorum, aut Siculum, &c.

Sic cùm ait Cicer. pro lege Manilia, Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas nunquam pop. Roma. neque lacessendas bello, neque tentandas putauit, & idem lib. iij. de finibus bon. & malo: sed quanquam negent Stoici, nec virtutes, nec vitia crescere: attamen vtrumque eorum fundi, ac dilatari putant. Idem etiam ad Lentul. scribens, lib. Epist. j. Ego neque de meo studio, neque de nonnullorum iniuria, scribendum esse mihi arbitror. hoc etiam in infinitis tam Iurisconsultorum, quàm Imperato. constitutionibus animaduerti, l. fluminum. ff. de dam. infect. l. quæ pignoris. ff. de acquirend. poss. l. j. vbi Barto. & Salic. C. de ser. fugiti. §. inordinatum. de hæt. & Fal. collat. j. §. si verò neuter. de iis, qui ingred. ad ap. col. v. sed tunc maximè, cum vltimæ negationi dictio quidem adiicitur, ideo hoc loco Vlpia. rectè, inquit, dictum est non obligari, pro eo, ne fideiussorem quidem. Cicer. libr. Episto. j. ad Lentul. scribens, neque (vt ego arbitror) errarent, ne aduersatii quidem eius, si cùm pares esse non possent, pugnare desisterent. Sed de iis satis supérque.

Principali destructo accessoriũ ruit.

Porrò cùm vulgò traditum sit, cùm principalis causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur. Proinde cùm rescisso principali, accessorium, vt euictionis, aut pœnæ pactum, etiam rescindi Accur. docuerit, in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraud. † patro. non iniuriâ Vlpian. hoc loco constituit inutili stipulationi fide-

fideiussoriam obligationem nequaquam accedere posse:tum quòd,quæ accessionum locum obtinent,extinguantur,cùm principales peremptæ fuerint,l.ij. ff. de pecul.legat.tum etiam quòd ei obligari fideiussor non possit, apud quem promittendi reus obligatus non est,l.fideiussor obligari.ff.de fideiusso.

Hoc autem ita interpretamur,si neque ciuiliter,neque naturaliter,vt in nostra facti specie,reus sit obligatus:neque etiam iudicis officio teneatur.alioqui,si naturaliter tantùm obligatus reus esset,quia pupillus,furiosus,aut prodigus,fideiussor, efficacius obstringi posset,l.Marcellus. ff.de fideiussorib. l.si pupillus. hoc titul. Idem,si reus iudicis officio conueniri possit. quanquam enim id nullam supponat obligationem,l.qui per collusionem.ff.de actio.emp.l.cùm postulassem.ff.de dãn. infect.l.Quintus.ff.de annu.lega. Cùm tamẽ ex larga saltem interpretatione reus obligatus dici possit,Accur.in l.rescriptum.ff.de pact.Bartolus in l.fin. ff.de iniur. accedet fideiussor.Barto.in l.Marcellus.colũ.ij. ff.de fideiusso.Baldus in l.penulti. C.quod cum eo.per l.pecuniæ verbum.§.penult.& fin.de verbo.signifi.siue de officio iudicis,quod nobile appellant, loquamur, l.cùm quis.§. si quis pro reo. ff. de solutio.siue de mercenario.l.centum Capuæ.& l.si post moram.ff.de eo quod cer. lo.l.quæro.ff.locat.l.si postea.ff. rem pupilli saluam fo. quanquam & aliàs docuerim hanc distinctionem officii iudicis mercenarii, nobilis, & aduersarii, à leguleis nostris effictam fuisse:nulla autẽ lege, vel ratione probari. Quæ disputatiò locum magis idoneum desiderat. IOANNES CORASIVS TOLOSAS, XXVI. APRILIS, M. D. XLI. *Officiũ iud. nobile & mercenarium.*

§. SI QVIS SIMPLICITER.

Si quis simpliciter interrogatus fuerit, & ille sub conditione responderit, *Si illud factum erit, dabo*: non obligari eum constat. aut si ita interrogatus, *Intra Kalendas quintas*? responderit, *Dabo Idibus*: æquè non obligatur. Non enim sic respondit, vti interrogatus est. Et versa vice, si interrogatus fuerit sub conditione, responderit purè, dicendum erit eum nõ obligari. Cùm adiicitur aliquid, vel detrahitur obligationi, semper probandum est vitiatam esse obligationem: nisi stipulatori diuersitas responsionis illico placuerit:tunc enim alia stipulatio contracta videtur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Species §.nostri.*
2 *Simpliciter quid fieri dicatur.*
3 *Kalendæ.*
4 *Kalendarium.*
5 *Nonæ.*
6 *Idus, iduare.*
7 *Fasti dies, & nefasti.*
8 *Diuersitas responsionis an vitiet stipulationem.*
9 *Romani & sequacium improbatæ sententia.*
10 *Contra Ias. & Porcum.*
11 *Expressio conditionis, quæ tacitè inest.*
12 *Conditiones quæ in nuptiis reiiciuntur.*
13 *No.intellect.ad l.ex duobus.*
14 *Responsio talis, qualis interrogatio.*
15 *Noua opinio.*
16 *Adiectio an nouam dispositionẽ creet.*
17 *Litera excitatiua, vel attributiua iurisdictionis.*
18 *Explicatum c.cum aliquibus.*
19 *Noua distinctio.*
20 *Clausula executiua.*
21 *Libello additum an nouum libellum faciat.*
22 *Complacentia in stipulatione sufficit.*
23 *Communis opinio defensa.*

Species.

I quis. † Cùm te interrogassem, an mihi centum promitteres, respon- 1
disti te promittere, si Franciscus Valesius potentissimus Rex Franco-
rum Tolosam venisset: aut interrogatus, si intra Kalendas quintas da-
res, te Idibus daturum spopondisti, & cùm quemadmodum interro-
gatus es, non respònderis, neutro casu obligabêre. Idem si sub condi-
tione interrogatus, purè promiseris: per manus quippe traditum est, cùm nõnihil
vel adiicitur, vel detrahitur obligationi; semper vitiatam esse obligationem, sed
hoc ita verum est, nisi stipulanti responsionis diuersitas ilico placuisset: quia cùm à
me interrogatus purè, sub conditione respondisses, eam conditionem mihi place-
re testatus sim. alia enim stipulatio contracta videbitur.

Simpliciter. † Hinc Bart. & cæteri, tam hîc, quàm in l. j. ff. de vulga. crebrò tradi- 2
derunt, si lege municipali cautum sit, vt actoris positionibus reus simpliciter affir-
mando, vel negando, (nisi pro confesso haberi velit) respondere teneatur, & quis
interrogatus, an centũ receperit, se recepisse neget, & si id cõstiterit, se in negotiis
petentis expendisse dicat, hunc huius literæ argumento, pro confesso haberi, qua
illud simpliciter fieri edocemur, quod fit sine conditione, l. fina. C. de do. pro. & c.
vnic. de scrut. c. is, qui contra. de electio. in vj. Et quia negari non potest, quin tota
hæc responsio duplex sit, non simplex. qua ratione Ange. docuit, non debere ad-
mitti accusati responsionem, dicentis se occidisse, sed ad sui defensionem, si statu-
tum cogat accusatum simpliciter accusationi respondere. quod præsensisse Bart.
inuenimus in l. de ætate. §. quod autem. ff. de interrog. actio. & Bald. in c. dudum ij.
de elect. in vj. Sed ad primum reuertamur, quòd quamuis Castren. in l. j. ff. de
vulg. subsequatur, hîc tamen recantans cum Cuma. improbat, eisque elegantissi-
mè Alciat. adsentitur, lib. Paradox. j. c. vij. quandoquidem id verè simpliciter fieri
dicatur, quod fit sine dolo, & fraude. Accurs. & Bald. in l. j. C. de ædil. actio. glo. in c.
Petrus. xxxix. dist. Quare verisimilius est fraudes hoc verbo municipij legibus pro-
hiberi, quàm eam duplicium verborũ formam, quemadmodum per rescriptum,
quo factum purè, & simpliciter inuestigari, mandatur captiosa inuestigatio & per-
niciosa duntaxat subtilitas censetur esse reiecta. c. dilecti. de iudic. Quæ sententia
licet minùs frequenter sit recepta, probabilior mihi videtur, cùm ea sit statuti ra-
tio, vt responsio sit clara. Bald. in c. j. de sum. Trinita. & fid. catho. satisque id verbo
simpliciter significatur. glos. in can. final. §. in testibus. iiij. q. iij. per. can. pura. iij. q.
ix. & can. qui episcopus xxiij. distinct. Clarè autem respondet, qui negat se habuis-
se. Illa verò verba, *si apparuerit*, & c. abundant, ideo actum vitiare non debent, l.
non solent. ff. de reg. iur. l. testamentum. C. de testa.

Simpliciter respondere quis dicatur.

Simpliciter quid fieri dicatur.

In hanc sententiam denique vnum validius me impellit, ad quod anteriores
minimè aduertisse demiror. nam statuentium mens non est, vt eorum legibus
cuiquam iniuria inferatur, l. ij. §. si quid à principe. ff. ne quid in loco public. Non
mediocrem autem iacturam respondens pati posset, si purè negaret, se habuisse.
neque enim sibi prodesset iam facta solutio. auth. contrà, qui propriam. C. de non
nume. pec. §. si quis autem numerationem. de trien. & semis. collat. iij.

Kalenda.

Intra Kalendas † quintas. Id est intra quinque menses, quamuis ineptissimè qui- 3
dam, hoc est, quinto Kalendas, exponant. Diuiserunt autem antiqui menses in
Kalendas, Nonas, & Idus. Ita tres solennes dies quibuslibet mensibus attribuẽtes,
Kalendas initia mensium dixerunt, ἀπὸ τοῦ καλεῖν Græco verbo, quod est, voco Lati-
nè. Tunc enim Pontifex Calata, id est, vocata in Capitolium plebe, quot numero
dies à Kalendis ad Nonas superessent, pronuntiabat. quòd post nouam lunam o-
porteret nonarum die populares qui in agris essent, in vrbem confluere, accepturos,
quid esset eo mense faciendum.

Proinde, cùm fœneratores in singulas Kalendas, hoc est, singulos menses mu-
tuum dare, & fœnerari soleant, l. lecta. ff. de reb. cred. vnde Horatius:

Hæc vbi locutus fœnerator Alphius

Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere,

4 Factum est, vt eorum tabulæ & libri rationum † in quibus debitorum nomina describunt, à Iurisconsultis aliisque probatis auctoribus Kalendaria nuncupata sint, sic dicta, quòd in iis singularum Kalendarum nomina præscriberentur singulorúmque mensium rationes referrentur, l.qui vxorem.§.legauerat.ff.de legat.iij. l.nepoti.ff.de fundo instru.l.eius, qui.ff.de rebus credit.l.fina.§.item rescripserunt à curatore. ff. de administrat.rerum ad ciuitat. pertinen. l.iij. C. de compensa.Kalendarium quoque sacrificium veteres dixerunt, quòd Kalendis obire moris erat in Iunonis honorem. Nam vt Idus Ioui tributæ, & sacratæ fuerunt: ita Iunoni feriatæ Kalendæ omnes, hoc est, primi mensiũ dies. Quod & Ouid.indicat, cùm ait: *Kalendarium.*

Vendicat Ausonias Iunonis cura Kalendas,

De Ausoniis, hoc est, Latinis, ob id verba faciens, quòd Græci Kalendas non habeant, sed nouilunia. Nonarum porrò tutela deo caret.

5 † Nonas autem dictas esse nonnulli existimarunt, quasi nouæ obseruationis initium. Alii quòd ab eo die ad Idus nouem dies semper supputentur. Hinc à Tuscis fortasse obseruatum est, vt nono quoque die regem suum salutarent. de propriisque negotiis cõsulerent. Dicuntúrque Nonæ, quatuor illi dies, qui Kalendas sequuntur, præterquàm in Martio, Maio, Iunio, & Octobri, in quibus sex dies primum sequentes, Nonæ appellantur. *Nonæ.*

6 Idus † sic dictæ sunt, quòd mensem diuidant. Iduare nanque Hetruscorum lingua diuidere est. Alii malunt Idus quasi vidus dici, v, litera detracta, quòd tunc plena luna videatur. Sunt etiam qui à Ioue quasi Iduli, quoniam apud Tuscos singulis diebus Ioui à Flamine immolabatur. Nonarum autem, & Iduum ratio, hoc disticho perfacilis fit: *Idus.*

Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.

Hæc obiter dicta sint. Tu si maiore cura hoc ipsum inuestigare cupis, videto Ioan. Andr.in glossematis, Datæ Sexti, & Andream Alciat.Iurisconsultum celeberrimi nominis, in l.cùm bissextus. ff. de verb.sign. quo loco altero disticho nos docet mensium dies dignoscere.

Septembris, Iunii, Aprilis, trigintáque nono
Mense dies, vnum adde aliis, duo Februus aufert.

Illud non prætereundum hos dies Kalendarum, Nonarum, & Iduum, veluti principes, & auctores totius mẽsis, veteres fecisse: quos sacros, ac festos habuerunt, tanquam diis superis dicatos. Qui verò hos sequentes, hoc est postridie Calendas, Nonas, & Idus, diis, manibus, attribuebantur, ac proinde nefastos, ac irreligiosos iudicabant. *Fasti dies, & Nefasti qui.*

8 *Vel interrogatus.* Tradiderunt † hinc docentes pro regula, diuersitatem inter interrogationem & responsionem, vitiare stipulationem, §.præterea.de inutil.stipul. Obstat tamen §.sequens. vbi si mihi decem stipulanti, viginti spoponderis, aut me viginti interrogante, decem promittas, contracta erit nohilominus in decem obligatio, sed in quantitate text. ille loquitur, in qua respectu minoris summæ est vniformis consensus. Vnde vulgò traditum est sub maiori minorem contineri, l. iij.§.si plus quàm.de statu lib.nos, cum est in qualitate, & sic substãtia obligationis diuersitas, vt quia purè interrogatus, sub conditione respondet, aut è contrario; quemadmodum Bartol.& cæteri interpretantur.nam (vt dicit Rapha.Cuma.) eo casu nullo modo dici potest, vniformem consensum adesse. Hinc Lud.Ponta.in *Diuersitas inter interrog. & respon. vitiat stipulationem.*

9 fin. † huius legis docuit vitiari stipulationem, si sub vna conditione interrogatus, sub alia respondeat. quod Ioan. Fab. prædocuerat in §.præterea.col.ij.alleg. quamuis si certi temporis interrogationem diuersi & breuioris responsio sequeretur consisteret stipulatio, vt quia interrogatus, *Promittis intra mensem?* spondeas intra

dies quindecim.nam ſicut in quãtitate,& in ſummis,in maiori minor ineſt: idem & in tempore eſt dicendum, l.j. §.diem. ff. de eden. l. miles ita. ff. de teſta.milita. Hoc vltimum quamui Socin.& Iaſ.approbẽt, ego verum non puto.neque enim ſic reſpondit,vti eſt interrogatus, quod tamen hic text. & §.præterea.deſiderant. Hæc item deciſio expreſsè contradicit huic textui, in quo interrogatus, an dare vellet intra quinque menſes, ſe daturum Idibus reſpondit, & ſic breuiori tempore, cùm de proximis intelligatur, l.eum, qui Kalendis. hoc titul.& tamen inutilis eſt ſtipulatio.

Iaſ.ridiculus.

10 Ineptam † autem,& ridiculam Iaſo. cõſiderationem, quiuis niſi omnino infans fuerit, facilè iudicabit,qui an ornatè, & eleganter dies ſub Kalendarũ, aut Iduum nomine,an incomptè,& barbarè, ſub expreſſo ſingularũ dierum numero in ſtipulatione adiecti eſſent, diſtinxit falſiſſimam denique,& perniciosam Portii opinationem, conſultò prætermitto.qui in d. §. præterea. quo raptus ſpiritu neſcio, defendit, diuerſitatem etiam in ſummis vitiare ſtipulationem, contra §. ſequent. cui neque Saturni filius,ſine calumnia maxima reſponderet.

Conditio quæ tacitè ineſt non facit actũ cõditionalem.

11 Non eſt † illud deinde conticeſcendum, quòd ſi purè interroganti reſponderetur ſub conditione, quæ ex actus natura ineſſet,non vitiaretur ſtipulatio, veluti ſi mihi ſtipulanti fructus fundi reſpondeas, *Promitto, ſi naſcantur*, l.j.§. fin.ff. de conditio. & demon.l.interdum.hoc tit.expreſſio enim conditionis, quæ tacitè ineſt, actum minimè conditionalem facit,l.qui liberis.ff. de vulga.l.iij.ff.de legat.j.l. non rectè. C.de fideiuſſo.quemadmodum in mandato de prouidendo dicimus,in quo quanquam hæc clauſula inſerta ſit, ſi idoneus repertus fuerit, non tamen eſt conditionale.idcirco valebit collatio non idoneo,& inhabili facta, cùm monitionem inducat hæc clauſula,non etiam conditionem, Glo.in Clem. vni.de offi.delega. Bar.in l.muto.§.j.per illum text. ff.de tutel.tutè Feli.in c.fin.de præſumptio. Qua ratione idem crederem in quæſtione,quam nouam Crot. prodidit, ſi quis ſimpliciter centum ſtipuletur, reſpondens verò hodie promittat, quoties enim in obligationibus dies non ponitur,præſenti die pecunia debetur,l.eum,qui Kalendis.§. fi. hoc titu.l.quod dicimus.ff.de ſolutio.l.in omnibus.ff.de regu.iur. quanquam ipſe Crot.aliter opinetur.

Quid autem, ſi ſub impoſſibili conditione fiat ſtipulatio, reſponſio verò purè fiat?& exiſtimauerunt Roma.& Are.in §.fina.huius legis, & hoc loco recentiores ſtipulationẽ vitiari, quod veriſſimum arbitror,ſi quidem interrogatus, cùm ſciẽs, prudénſque nullius eſſe momẽti ſtipulationem ſic ſtipulatus eſt, neque etiam paciſcendi conſenſum habuerit,l.an inutilis.† in princi.ff. de acceptila. Cæterùm in 12
matrimoniis ſecùs dicimus, quorum fauore conditiones turpes, aut impoſſibiles, pro non adiectis habentur,c.fi.extra de condi.appoſi.

Duorum reorũ ſingularitas.

13 Adnotandum † illud denique in duorum reorum conſtitutione ſpeciale eſſe, vt diuerſitas reſponſionis eam non vitiet,l.ex duobus. ff. de duob.re.vbi ſi duo rei interrogati purè, diuerſa forma reſpondeant, quia alter purè, alter ſub conditione,non tamen vitiatur obligatio: ſed hoc ideo, quia duo rei ſeparatim, & diuerſo modo interrogati fuerant,vnus purè, alter verò ſub conditione, quod fieri poteſt, Ioan.Fab.in d.§.J. & ita nouo ſenſu,d.l.ex duobus intelligo:alioqui ſi ambo purè interrogati eſſent, alter verò ſub conditione reſpondiſſet: quoniam ſumma eſſet inter interrogationem & reſponſionem diuerſitas, vitiaretur ſtipulatio, vt hîc, & ita duorum reorum conſtitutio,quæ ſine ſtipulatione fieri nequit,§.j.de duo.re.in Inſtitut.ſicque periculo meo tenendum eſt:quamuis Imol.& cæteri aliter dicant, quorum opiniones, tametſi coloris nonnihil habeant, defendi tamen nullo modo poſſunt. Nam quod dicit Iaſo. verè duas eſſe obligationes velitationis gratia fatebimur. At viciſſim volumus,reſpondeat,an vno contextu,ambo purè interrogati ſint. quod ſi affirmet illud, etiam fateri cogetur actum, quãtum ad illum ſaltem qui reſpõdit ſub conditione, vitiari per prædicta. Verùm hunc ſenſum Florentini

Iuriſ-

Iurisconsult. verba in d.l.ex duobus,non patiuntur,& ideo noster tenendus est.

14 Sanè de illo dubitari † potest,quid, si sub conditione interrogatus, simpliciter, *promitto*,responderit,& cum responsio talis intelligatur,qualis interrogatio,l.si defensor.§.j.ff. de interro.actio.l.quæro.§.fin.ff.de ædil.edict.Barto.in l. si quis intentione.ff.de iud.respondentem obligari cõstat.§.præterea.de inutil. stipul.in Instit. Hinc docentes tradiderunt, si accusatus Tarquinius, quod Lucretiam Collatini vxorem stuprasset,simpliciter se stuprasse Lucretiam fateretur: videretur quoque fateri eam Collatini vxorem,& sic adulterium Cuma. Imola. Castren. Aret. Alex. & reliqui in l.si cui serui.§. si filio.ff.de legat.j. Idem, si contra Petrum positionem fecisses,quòd mutuò centum Titio dederis, cuius ille hæres est. Nam si simpliciter confiteatur Petrus, videtur non modò mutuum, sed & se esse Titii hæredem confiteri,cuius tamen contrarium Specula. expressè decidit in tit.De positio.§.septimo.col.viij.

Responsio talis intelligitur,qualis interro.

15 Ego verò neutram decisionem † probo. quandoquidem responsio non se referat ad ea,quæ in interrogatione demonstrationis causa adiiciuntur, sed ad ea duntaxat,quæ principaliter posita sunt,l.fin.§.Titia.ff.de liber.lega. & ita contra communem vtroque casu tenendum est, vt & Bar.tenuit in d.l. si cui serui. quo loco Castren.refert,sic causidicos,& procuratores,tenere, passimque obseruari. Idem Mathesila.not.xxxiij. Hoc autem ego verum interpretarer,nisi respondens generalius fateretur quæcunque, & singula in positione, vel accusatione contenta vera esse.Bart.in d.l.si cui.per l.si.ff.de fideicom.liberta.

Responsio ad quæ referatur.

16 *Cum adijcitur.* Hinc, † vt ex Ange.Aret.Imol.Soci.Iaso. & recentioribus edocemur,ea regula excerpta est qua sexcentæ quæstiones dirimuntur. Cùm nonnihil addimus,vel detrahimus primæ dispositioni,noua creatur,quod non bene (vt opinor ipse)ab interpretibus nostris colligitur: siquidem in text.ipso, & prima vitietur dispositio,& nulla noua creetur,vt nemini non patet.Regula tamen vera est, quæ probatur optimè in l.ius ciuile.ff. de iust.& iure. & quia accidens adueniens enti constituit ens in diuersa specie,Glos. in c.statutum de electio. in vj. Hincque euicit aliquando Barbatias fratres minores de obseruantia,Franciscanos non esse: sed potius Eugenianos,sed malè,inquit Zas.in l.in conuentionalibus.hoc titu.

Additũ vel detractum primæ dispositioni nouã creat.

Hanc tamen regulam intellige, nisi adiectio fieret à lege per modum interpretationis:quia tunc prima dispositio non immutatur,l.lex Cornelia. vbi Aretin.iij. not. ff. de vulg. qualitas etenim legis interpretatæ videtur repetita in lege interpretante l.nihil.ff.de coniungend.cum eman.lib.Bart.in l.prætor.§. eritque differentia.ff.de vi bo.rap.verbi causa in iure ciuili,ad quod non semel Prætor addidit, vel immutauit:non tamen per hoc ius ciuile esse desinit. Accur.sing.in l.fin. ff.de possesso.hære.peti.Bar.in l.j.ff.si quis omiss.cau.testa.

Qualitas legis interpretata cẽsetur repetita in interpretãte.

17 Hoc autem † casu excepto regulæ.d.l.ius ciuile, standum est. Proinde in locis communibus vtriusque iuris interpretes docent Principem,qui iudici causam cõmittit aliquid ordinariæ iurisdictioni, vel addendo, vel detrahendo, ex ordinario delegatum efficere:alioqui ordinariam duntaxat iurisdictionem excitare, ca.licèt in corrigendis.de offi.ordi.c.cùm aliquibus.de rescrip.in vj.gratia exempli.si ordinario mandetur, vt sine strepitu, & figura iudicii procedat: quoniam alterata est, ordinariæ cognitionis forma, delegatus censebitur,Paul.Castren.in l.j.§.opus nouum.per illum text.ff.de no.oper.nuntia. Ang.consi.cxl.

18 Sed hoc † commune pronuntiatum Bertrandus de monte Fauentino, Doctor antiquus in l.diem functo.ff.de offi.assess.& Aret.hic ingeniosè controuertunt,in cõmunem retorquentes d. c.cùm aliquibus. Nam illic ordinario actus mandatus fuerat,quem ex se non poterat expedire:valet receptio in canonicum contra consuetudines, priuilegia, statuta iurata, & ab apostolica sede confirmata, & tamen vult summus Pontifex,quod si in commissione non sit verbum auctoritate nostra receptio illa fiat auctoritate ordinaria. non ergo cõmissio alterius iurisdictionem

Declaratũ c.cum aliquibus.

ordinariam inducit delegantem, quam inductionem, cùm Feli. in c. cùm ex officii. col. xiij. de præscrip. Ias. Crot. & recentiores hic submouere conantur. mirum est, quàm se inuoluant.

No. distin. 19 Itaque (vt paucis † hunc obicem dissoluamus) mihi placet distinguere, vt aliàs distinguebam, aut per rescriptum principis alteratur substãtia iurisdictionis ordinariæ, vt quia sibi negotii ad se non pertinentis, aut inter personas non suæ iurisdictionis cognitio committitur. tunc communis vera sit, vt efficiatur delegatus, c. ad abolendam. §. fin. de hæreti. Aut alteratur exercitium iurisdictionis duntaxat, vt quia in certa causa, vt summariè procedat, aut non obstantibus feriis, mandatur: tunc quamuis communis contradicat, excitari tantummodò ordinariam crederem, ex quo solum illud obstaculum tollitur, quod erat exercitio iurisdictionis impedimento. Bald. in l. qui procuratorem. ff. de procurat. † Huiusmodi præterea 20 altercationes solent per clausules executiuas fieri, quæ naturam principalis dispositionis immutare nequeunt. Cle. j. de præbend.

Clausula executiua.

Libellus nouus quis dicatur. Et huic † meæ distinctioni fortissimum præstat argumentum, quod Bart. & alii 21 dicunt in quæstio. orig. Guliel. Cug. an formato libello, si quid illi addatur, vel detrahatur, dicatur nouus libellus. Nam si adiectio, vel detractio actionis, vel obligationis substantiam respiciat, erit nouus libellus: secùs, si non substantiam, sed condemnationis tantùm effectus mutetur, vel augeatur, l. in delictis. §. final. de noxa. Bart. in d. l. ius ciuile. Tradunt docentes in l. edita. C. de edend. quod fructuosum in his, vel maximè partibus esse potest, quibus pro singulis libellus nonnihil soluẽdum est. Ioan. Imol. in l. scire debemus. hoc tit.

Cõplacentia qualis esse debeat. *Illico placuerit.* † Complacentiam huiusmodi ita sufficere declarat Iohan. Fabr. 22 in §. præterea. de inutil. stipula. nisi de te penitus diuersa responsum esset: quia interrogatus an equum promitteret, se canem, asinum, aut aliud diuersum, se promittere responderit, sequuntur Socin. & Ias. & verum est, quamuis ex moder. nõnulli fragilibus admodum rationibus temerè contrarium defendant. nihil enim adiici, vel detrahi tunc dici potest, sed aliud omnino dissimile promitti. Igitur nulla contrahetur obligatio, §. si de alia re. de inutil. stip. in Instit.

Sed & illud videndum est, an verba ad complacentiam huiusmodi requirantur, an verò etiam nutu fieri sufficiet, & nutũ sufficere videretur. propterea quod, secuta complacentia, lex hic stipulationem effingat, vt Bart. & cæteri declarant. in fictis autem stipulationibus verba non requiruntur, l. iis verbis. ff. de adoptio. l. vni. C. de re. vxo. act. nihil item interest an verbis, vel signis, cõsensus exprimatur, l. pater. §. j. de acq. hære. l. certum. ff. de reb. cred.

Contrarium tamen Faber in d. §. præterea, tenuit. quia cùm ad firmitatem stipulatio inducta sit, claritatem verborum intercedere, lex verò similiter desiderat. & Fab. docentes alii, quotquot legerim, solo Hiero. Butigel. (Iurisconsulto mehercule diligenti, & bene docto) excepto sequuti, nisi cùm verbis opus esset, frustrà complacentiam lex requireret: quia cùm tractetur de lucro, semper etiam tacens homo consentire præsumitur, l. qui patitur. ff. mandat. Bart. & cæteri in l. quæ dotis. ff. sol. matr. Panor. in c. nunc. de præsump. Quæ sententia † verissima est, quic- 23 quid Butigel. pro ingenii viuacitate ariolerur. Nam cùm lex loco præcedẽtis subrogationis complacentiam subrogauerit, in subrogato prior qualitas reposita videtur, l. si eũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. § fuerat. de actio. c. iij. vt lit. pendẽt.

Alia stipulatio contracta. Sed nónne in verborum obligatione necessum est, vt responsionem interrogatio præcedat? l. obligamur. §. verbis. ff. de actio. & obliga. l. j. C. de vsur. quo pacto ergo complacentia, quæ responsionem subsequitur, stipulationem efficere potest? Solut. verè præcessit interrogatio, quæ per responsionis diuersitatem inutilis est effecta. ex quo tamen incontinenti placuit interroganti diuersitas, fingitur interrogatio vtiliter præcessisse, siue in qualitate sit diuersitas, siue in quantitate: quia interrogatus de centum ducenta promiserit, & illico diuer-

uersitas stipulanti placuerit. quoniam in tota summa valebit stipulatio: & ita generaliter hunc versiculum, cùm adiicitur. Accur. Bart.& cæteri intelligunt, vt ad præcedentia,& sequentē §.referatur, l.iij.§.filius inter medias.ff.de libe.& posthu. quod permultis argumentis recentiores confirmant.

Cæterùm Petr.Bellaperticen.quem Cuma.sequitur, contrà putat, quòd in ea summa, scilicet, in qua non concordāt, non valeat stipulatio: quamuis complacentia subsequatur: & verius videtur. Nam adiecta responsioni summa se habet, tanquam quid diuersum. igitur contrahi stipulatio non potest: etiamsi complacentia secuta sit, argumento eorum, quæ paulò antè diximus per §.si de alia re. de inutil. stipula. Reliqua, vt per recentiores, prosequere, qui diffusissimis verbis hunc, & alios articulos discutiunt, sed nos, non quid ipsi dicant, sed quid dicendum sit, perquirimus. IOANNES CORASIVS TOLOSAE, DIE VLTIMA APRILIS, M. D. XLI.

§. SI STIPVLANTI.

Si stipulanti mihi decem, tu viginti respondeas, non esse contractam obligationem, nisi in decem constat. Econtrariò quoque, si me viginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio, nisi in decem, non erit contracta. licèt enim oporteat congruere summam, attamen manifestissimum est, in viginti & decem inesse.

SVMMÆ RERVM.

1 *Species §.si stipulanti.*
2 *Nisi, dictionis natura.*
3 *Explanatus § præterea.*
4 *Si, dictio pro quatenus.*
5 *Determinabile an plures æqualiter determinet.*
6 *Donatio pro parte valere potest.*
7 *Maior summa minorem continet.*
8 *Pars est in toto.*
9 *Negatio plus negat.*
10 *Declaratus §.si cùm mihi.*
11 *Fideiussio non fit sine stipulatione.*
12 *Fideiussor in duriorem causam non adhibetur.*
13 *Expositus §.si.l.hactenus.*
14 *Declaratus §.illud.l.Græcè.*
15 *Indiuiduum quadruplex.*
16 *Sententia quando pro parte valeat.*
17 *Testes singulares non probant.*
18 *Mandati fines seruandi.*
19 *Rabulæ forenses nequissimi.*
20 *Totum continet partes.*
21 *Periurij præsumptio fugienda.*

1 *I stipulanti.* † Cùm inter interrogationē, & responsionem, diuersitatem vitiare stipulationem Vlpianus iam dixerit, nonnullis videri posset, quod si te interrogem, an promittas decem, & tu viginti respondeas, aut per contrarium, mihi viginti stipulanti, tu decem spondeas, inutilis sit stipulatio. Sed (vt alibi idem Vlpia.scripsit) diuersa causa est summarum l.inter stipulantem. §. si stipulante. hoc titu. quare valebit huiusmodi stipulatio in decem, & sic in minori summa, cùm receptum sit in viginti, decem inesse: in quibus effectu concordant, licèt sonus, & figura verborum nonnullam præ se ferant diuersitatem; quæ tamen stipulationi obesse non debet: quemadmodum si aureos stipulanti, eiusdem quantitatis denarios spopondisses, quo casu, proculdubio obligareris, l.quæ extrinsecùs. hoc tit. *Species §.*

2 *Nisi in decem.* Hinc Franc. † Areti. dictionis *nisi*, naturam ostendit, vt negatiuæ postposita ponat, & affirmet, l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis caut.l. extraneo. ff.de vent.in poss.mitten.l.diuus Pius.ff.de custo.reorum. quod si affirmatiuam orationem sequatur, negat. Nam cùm dictio exceptiua sit, oppositum antecedētis, *Nisi, dictio*

cui immediatè aduersatur, necessario significat, l. actione. C. de transactio. quamobrem Panor. in c. ex parte. de sponsa. aduersus Butr. defendit, vt si quis ita puellæ dixerit, *Promitto aliam in vxorem non habere, nisi te*, contractum sit matrimonium. Sequitur Alex. consi. clij. vol. v. reliqua de dictione *nisi*, plenius perstrinximus, in d. l. actione.

Non erit contracta. †Cæterùm cùm in decem contrahatur obligatio, cur stipu- 3
lationem huiusmodi inutilem esse docet Impera. in §. prætereà, de inutil. stipulat. Extat hac in re, pro auctorum multitudine, sententiarum etiam copia. Ego communem verissimam puto, vt stipulatio inutilis sit in summa, in qua discordant: sed in minori, in qua conueniunt, valeat: vt hîc. Quod autem §. prætereà, dicit inutilem esse stipulationem, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non respondeat, ita interpretor, vt quatenus quis ad interrogata non respondet, actum inutilem
faciat. Neque est nouum, †dictionem *Si*, pro quatenus exponi, Bart. in l. Stichum, 4
qui meus erit. ff. de lega. j.

Determinabile quando æqualiter determinet.

Non etiam communi obstat † protrita illa ratio, vnum determinabile plura re- 5
spiciens determinabilia, æqualiter omnia determinare debet. Nam hoc ita receptum est, nisi diuersa subsit determinandi ratio, l. Gaius. ff. sol. matrimo. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulga. l. ij. ff. de offic. Procon. huius autem textus sic intellecti argumento docet Barto. in l. j. col. final. ff. de acquir. hæred. quòd si donaturus

Donatio pro parte valet.

mihi maximam pecuniæ quantitatem, quam præsentem habebat, ita dixerit, *Tolle* 6
hoc totum, quoniam † dono tibi. ego verò minimè impudens partem duntaxat acceperim, in ea tantùm parte donationẽ illam consistere, l. sancimus. C. de dona. cùm in ea tantummodo sit cõsensum. nec habet, mea sententia, dubitationẽ hæc decisio.

An autem in prima huius textus specie, cùm promissio maiorem continet quantitatem, quàm interrogatio in illa maiori summa obligatio saltem naturalis oriatur, apud Doctores quæstionis est, & non oriri etiam naturalem Raphael Cuma. rectissimè docuit: ideo neque vt pactum nudum valebit stipulatio, per hunc text. & l. j. §. eum, qui. ff. de constit. decu. Mathesilla. not. xxvij. sequuntur recentiores. & certè verissimum est, cùm eam adiectionem pro superuacuo habendam sequens §. dicat.

Maior sũma quando minorẽ contineat.

Et decem inesse. † Vulgari regula, qua vix aliam tritiorem reperies, in maiori 7
summa minor inest. quod ex proprietate sermonis obtinet, vt Aret. & alii com-
muniter ex hoc tex. docent. & l. iij. §. si plus quàm. ff. de statulib. † patétque ad sen- 8
sum, ideo in toto partem esse Vlpia. Procul. & Labeo dixerũt, l. si quis cùm totum. ff. de excep. rei iud. l. quoties. §. sed si maiorem. ff. de hæred. instit. l. qui quartam. ff. de lega. j. l. qui concubinam. §. j. ff. de leg. iij. & Iulianus scripsit, si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alter in decem, tertius in quinque condemnet, quinque debere præstari: quia in hanc summam omnes consenserint, approbante hoc Vlpiano, l. diem proferre. §. inde quæritur. ff. de recep. arbitris, & summo Pontifice in c. j. de arbit. in vj. facit, l. inter pares. §. fina. ff. de re iud. iis accedat quod Alphenus constituit hæredes contra testamentum non facere, qui cùm in testamento scriptum esset, vt in funere centum consumerent, amplius consumpserint, l. cum in testamento. ff. de verbor. sign.

Ab hac porrò regula plures casus excipiuntur. Primus, quum negando maio- I
rem summam proferimus: verbi causa, si tibi à me postulanti centum mutuò, iurauerim centum non habere, cum octoginta haberem, non sum periurus. per hæc quippe non sequitur, quòd minorem summam non habeam, l. si is, qui ducenta. §.
vtrum, ff. de reb. dub. qui text. à Bartol. & aliis allegatur. Ipse tamen non † video, 9
quomodo probet: exceptio tamen in se vera est, quanquam, & aliàs traditum sit plus negare negationem, quàm affirmatiuam affirmare, Accurs. in l. hoc genus. ff. de condit. & demon. Positio itaque maioris summæ inducit positionem minoris. At remotio maioris quantitatis non inducit remotionem minoris.

Verùm

10 Verùm docenres hac in re contorquet Iul. Paul. conſtitutio. ſi † cùm mihi (inquit) decem deberes, pepigero, ne à te viginti petam, in decem tibi prodeſſe pacti conuenti, vel doli exceptionem, l. ſi vnus ex argentariis. §. ſi cùm mihi. ff. de pact. Bart. & alii limitationem noſtram intelligunt, cum ſumma per modum ſimplicis denuntiationis, ſeu conditionis prolata eſt: ſecùs ſi per modum ineundæ ſeu faciendæ conuentionis. d. §. ſi quum mihi.

Declaratus. §. ſi cũ mihi.

Sed ſi vera eſſet hæc ſolutio, teſtantémque mihi decem debere effingeremus, atque ita in teſtamento cauiſſe, Coraſio domum lego, ſi ab hærede viginti non petierit, quamuis decem peterem, mihi nihilominus legatum deberetur. quod nemo recti iudicii admitteret, quum teſtantis voluntas fuerit, hoc legato hæredem ab illius debiti ſolutione exonerare. Quare tu proſtrata cõmuni, dic melius, cum Ang. Peruſi. quod in d. §. ſi cùm mihi, illa negatiua promitto non petere viginti, implicitam habebat affirmatiuam. ſ. liberationem à debito præcedente. Iuſtum autem eſt, vt qui quempiam à viginti liberat, ab eodem neque decem petat.

11 Secundus caſus eſſet, quum de maiori, & minori ſumma ſeparatim, diſpoſitum eſſet l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulga. cuius arg. Bald. tradidit, quòd ſi duo ſint iudices, quorum vnus de cẽtum aureis, & infrà ex lege municipii cognoſcere poſſit. alter de ducentis, & infrà, non poterit hic vltimus cognoſcere de cauſa cẽtum, cùm ſint diſtinctim dati Iudices. ſequitur Alex. conſi. lxx. x. col. fina. vol. v. expreſſa namque cauſa tacitam facit ceſſare.

111 Tertius caſus eſt in fideiuſſione: neque enim in duriorem cauſam fideiuſſor adhiberi poteſt, & adhibitus non tenetur, etiam in leuiori, qua reus obligatus erat, vt Accurſ. & omnes tenent, per l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſſo.

11 Sed hanc † cõmunem ſententiam, neq; legi, neq; rationi conuenire ſemper exiſtimaui: ſi quidem non niſi cum ſtipulatione fideiuſſio fieri poſſit, l. blãditus. C. de fideiuſſor. ſtipulatio autem ſimplex, & ex cauſa lucratiua in ſumma, in qua concordant, valet, quamuis in plus reſponſum ſit, quàm interrogatus fuerit, vt hîc. multò magis ergo fideiuſſio, quæ cauſam oneroſam continet.

Fideiuſſio ſtipulationem requirit.

12 Me mouet præthereà † Vlpia. reſponſum, ſi quis (inquit) centum aureos debens, ducenta conſtituat, in centum tenetur: quia ea pecunia debita eſt, l. hactenus. §. fina. ff. de conſtit. pec. cuius textus generalis ratio ridiculoſum Doctorum reſponſum ſummouet, qui aliud in conſtituto, aliud in fideiuſſione, temere docent: cùm & pro alio quis ſoluturum conſtituat, l. vbi quis. ff. de conſt. pecu.

13 Non obſtat, quod Vlpia. in † duriorem cauſam adhibitos fideiuſſores, placuerit
14 omnimodo non obligari, in d. §. illud. Nam † hoc intelligo reſpectu illius, quod illicitè adiectum eſt, l. placuit. ff. de vſur. & in terminis noſtris, l. ſi à reo. ad princip. ff. de fideiuſſorib. quamuis autem dictio, omnimodo, præciſa ſit, Accurſius in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod metus cauſ. ex ſubiecta tamen materia diuerſam recipit interpretationem, Baldus in l. ſuper rebus. colum. ij. C. de contrahen. empt.

Fideiuſſor an in duriorẽ cauſam adhibeatur.

IIII Quartus caſus eſt in † iis, quæ indiuidua ſunt. ea autem quatuor modis accipi
15 receptum eſt. 1. Naturâ, vt homo, equus, iura, actiones, & obligationes, ſeruitutes, & aliæ res incorporales. l. ij. §. quædam. ff. de re. diuiſ. l. ſtipulationes non diuiduntur. hoc tit. Accurſ. in l. vbi autem. ff. de condic. ob turp. cauſ. 2. Contrahentium voluntate, vt in eo, qui in binos arbitros compromiſerit, non enim veroſimile eſt in altero contentum fuiſſe, l. Pedius. §. fin. ff. de arbi. 3. Forma, vt in fideiuſſione, quæ principali obligatione grauior eſſe nequit, l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſſo. & paulò antè, quo pacto id intelligendum ſit, declaraui, & in ſententia, quæ pro parte valere non poteſt. l. in hoc iudicio. familiæ erciſc. ff. 4. Acceſſione, vt coloni ad fundum acceſſorii ſunt, ideo ſeparati nequeunt. l. quemadmodum de agricol. & cenſi. lib. xj. Cod.

Indiuiduũ quadruplex.

16 Porrò, (vt ad † caſum noſtrum redeamus) in indiuiduis, in maiori ſumma non

Sententia

H.i.

utrum pro parte consistat.

inest minor. quare, si iudex vltra summam suæ iurisdictionis iudicauerit, non valet
sententia, etiam in summa, in qua poterat iudicare, Accurs. & cæteri in l. fina. ff. de
iurisd. om. iud. quanquam Accurs. contrarium docuerit in l. ij. C. de re iud. quem
saluat Per. distinguendo, cuius distinctionem, auctore suppresso, Bart. imprudenter
sibi adscribit in d. l. fin. vt siquidem sententia capitula separata, & diuersa contineat,
defendatur, quatenus lata est intra iudicantis iurisdictionem, l. quædam. ff.
fam. ercisc. l. Carmelia Pia. ff. de iure patro. quòd si vnum duntaxat capitulum, secùs,
l. fina. C. quand. prouo. non est necess. neque enim tunc potest res iudicata in
parte valere, & in parte non, l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc.

Quintus casus est in restibus, qui non probant, si vnus de maiori summa deponat, v
Ioannes Andreas, Anchar. & Francisc. in c. j. de arbit. in vj. Archid. in c. nihilominus,
iij. q. ix. quia cùm de diuersis summis deponant, actuum diuersitas præsumitur,
l. quingenta. ff. de probat. l. cùm centum. ff. de adimen. lega. Idcirco, † cùm 17
singulares sint, non probant, c. bonæ. j. de electio. c. licet causam. de rest. quod prosequere,
vt per Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & Iuniores hic.

Testes singulares non probant.

Sextus casus † secundum Alexand. & alios est, in mandatis, quorum fines dili- 18
genter custodire Iul. Paul. nos admonet, l. diligenter. ff. mandat. Proinde si alicui vi
de præbenda certi valoris prouideri mandetur, in præbẽda minoris valoris, etiam
illo volente, mandatum non poterit adimpleri, c. cui non de sacerdotali. de præbend.
in vj. Sed hoc non esse ratione mandati Soci. & Ias. contendunt, cùm Iulianus
scripserit eum, qui in maiorẽ summam, quàm rogatus erat, fideiussisset hactenus
mandati actionem habiturum, quatenus rogatus esset, l. rogatus. ff. manda. facit.
l. si vltra. C. de fideiuss. Quare Iaso. hoc speciale esse existimat, in literis obtinendorum
sacerdotiorum: quæ ambitiosæ & odiosæ sunt: meritò restringendæ, c. quãuis. de præb. in vj.

Mandati fines diligenter seruandi.

Postremò ex † prædicta regula, causidicorum calumniam, & nequitiam Bartol. 19
& alii confundi annotauerunt. qui positionem plus debito continentem, posse
absque periurio in totum inficiari asseuerant, vtque ita negent, clientibus consulunt:
quoniam quemadmodum qui petit totum, petit singulas eius partes, l. si quis
cùm totum. ff. de excep. rei iud. ita negans totum, negat quamlibet eius partem, l.
si defensor. §. fi. de interr. actio. l. pupillus. §. fi. ff. de ver. sign.

Totũ continet singulas partes.

Ego aduersus † Bartol. & cæteros, benignam facerem interpretationem: ne ne- 21
gantes periurii reatu, & perfidia notarentur, c. cùm tu. de testib. Neminem quippe
tam immemorem diuini timoris arbitramur, vt vllum commodum propriæ saluti
deierando anteponat, l. fina. C. ad leg. Iul. reper. proinde vitandi periurii gratia
præsumendum est, non partem, sed totum reum negasse.

Periurij præsumptio vitanda.

Porrò in condemnatione expensarum, si de ea re iudicaturus essem, primum illud
inuestigarem, an scienter actor plus debito petiisset: vt quia eidem quantitas,
quam plus petit, exsoluta erat: & tunc cùm Stellionatus crimine per suam calliditatem
plectatur, l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. etiam in omni damno, quo
ex hac plus petitione reus est affectus, ex Iustiniano in §. sed hæc quidem. de actio.
puniendus est. Cæterùm si ignoranter, quia in alterius locum successisset, reum totum
fraudulenter negantẽ, nisi pari ignoratione afficeretur, expensis mulctarem.

Quanquam Salic. & posteriores in l. properandum. §. siue autem alterutra. C.
de iud. contrarium affirment: eorum sententiam cum ex aliis, tum ex Bart. defendentes
in l. qui solidum. in prin. ff. de lega. ij. sed si bene perpendatur Barto. diuersa
est illius traditio. quippe qui loquitur, cùm reus non totum negauit, sed partem
debitam obtulit: qui casus indubitatus est, Panor. in c. vni. col. pe. de plus peti. Hac
tamen in re non parum iudicis arbitrio tribuerem, qui ex negotii qualitate, personarum,
aut rerum, diuersum statuere poterit. ad eius ergo prouidentiam omnia
remittemus. IOANNES CORASIVS TOLOSAS, DIE IIII. MAII
M. D. XLI.

§. SED

§. SED SI MIHI.

Sed si mihi Pamphilum stipulanti, tu Pamphilum, & Stichum spoponderis, Stichi adiectionem pro superuacuo habendam puto. Nam si tot sunt stipulationes, quot sunt corpora, duæ sunt quodammodo stipulationes: vna vtilis, alia inutilis. Neque vitiatur vtilis per hanc inutilem.

SVMMÆ RERVM.

1 *Species §.sed si mihi.*
2 *Alternatiua summarum, & specierum.*
3 *Stipulatio omnium seruorum.*
4 *Stipulatio inutilis an valeat vt pactum.*
5 *Explanatus §.si tibi.l.rogasti.*
6 *Cõsensus an semper producat naturalem.*
7 *Actus tot sunt quot capitula.*
8 *Declarata l.si hæredi.*
9 *Iuramenta an tot sint quot articuli.*
10 *Verbum, sum, es, est, veritatem notat.*
11 *Ias. sententia explosa.*
12 *Vtile per inutile an vitietur.*
13 *Donatiua venalia.*
14 *Iusiurandum indiuiduum.*
15 *Testis dictum in parte falsum.*
16 *Falsum quandoque non punitur.*

1 S*Ed si* † *mihi.* Stipulabar à te Pamphilum, tu & Stichum, & Pamphi- *Species §.*
lum promisisti: an Stichi adiectio inutilis (vt ex præcedentibus paragraphis patet) stipulationem etiam in Pamphilo vitiet, quæsitum est. Et cùm sint duæ stipulationes, vna vtilis de Pamphilo, alia inutilis de Sticho, non vitiabit inutilis vtilem. valebit ergo in Pamphilo stipulatio, adiectio autem Stichi pro superuacuo habebitur.

Pamphilum & Stichum. E contrario, si de Pamphilo & Sticho te interrogem, licèt vnum tantum spoponderis, teneris: alteriúsque adiectio pro superuacuo ha-
2 benda. si verò alternatiuè interrogatus † de Sticho, aut Pamphilo, tu vnum pro- *Alternatiua summarum, & specierum differentia.*
mittas, constat, cùm species plures sint, non teneri te: neque ad interrogata esse responsum, diuersa causa est summarum: quoniam si te interrogem an decem, an viginti promittas, tu decem responderis, rectè responsum est, l.inter stipulantem. §.si stipulante.hoc tit. differẽtiæ autem rationem inter alternatiuam summarum, & specierum, Accur. prodidit: quia tot sunt stipulationes, quot species, sed in summis vna est tantùm stipulatio: hoc est (ne te moueat impugnatio Bartol.) in alternatiua summarum, semper vna summa, s.minor, est in obligatione, l. si ita stipulatus fuero decem, aut quinque. hoc tit. Idcirco quamuis alternatim interrogatus, de vna respondeat, aut de vna interrogatus, respondeat alternatim: non variatur qualitas obligationis, quæ semper vna fuit. diuersum est in speciebus: quoniam si te de duabus alternatiuè interrogauerim, tu verò de vna responderis, illa præcisè est per responsionem tuam in obligatione, non secundum interrogationem, secundum quam illam, aut illam soluere poterat.

Idem per cõtrarium, si te de vna interrogem, tu de duabus alternatiuè respondeas: etenim semper est in obligationis qualitate, maxima diuersitas: cùm ex vnius intentione, vna sit præcisè in obligatione. Cuius interitu, ante moram debitor liberatur, l.quod te.ff.de reb.cred. ex alterius autem voluntate, qui alternatiuè vel promittit, vel interrogat, etiam vna ex speciebus perempta, in altera obligatio re-
3 manet, l.Græcè.§.si quis Stichum.de fideiusso.ff. Quid autem, † si stipuler om- *Promissio facta de omnibus seruis excepto vno.*
nes seruos tuos, tu verò omnes præter vnum promittas, an consistat stipulatio, quæstionis est. & crebrò Di. sententiam receptam videmus, vt si certus, & determinatus seruus exceptus sit, in omnibus, præterquam in excepto, valeat stipulatio. perinde enim est, atque si de singulis interrogatus esset, l.si chorus.de legat.iij. quamuis contrarium Bal. & malè defendat, in cap.ad audiẽtiam, in fin. de rescrip. Quòd si seruus non sit certitudinaliter exceptus, vt quia interrogatus an omnes

ſeruos tuos promitteres, reſpõderis, promitto, omnes vno excepto, non nominan-
do quem excipere deſiderás: non valebit ſtipulatio. quicquid Barto. nugetur. tum
quod non appareat, quid, quale, quantúmque ſit in obligatione, l. triticum. & l. v-
bi autem non apparet. hoc titu. & l. certum. ff. de reb. cred. tum etiam quòd varie-
tur qualitas obligationis. Nam ſi interrogationem attenderis, ſerui omnes in obli-
gatione ſunt, l. ſi chorus alleg. ſi verò reſponſionem, nullus præciſè: cùm debitor e-
ligere poſſit, quem velit. Neque dixeris in dubio meliorem exceptum videri, l.
ſi ita adſcriptum. ff. de lega. j. Accur. in l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. hoc enim eſt dunta-
xat ex præſumptione quadam, quæ falli poteſt. Nam cùm in ſpeciebus cadat affe-
ctio, fieri poteſt, vt negligat quis meliorem, aut mediocrem, & deteriorẽ, in quam
magis ſit affectus eligat. §. huic autem. de actio. in Inſtitu. & ita teneas, quamuis ple-
rique contradicant.

Pro ſuperuacuo habendam. Probat hæc litera, ſecundum Iaſ. & recentiores, quod
ſi interrogationi factæ de vna ſpecie, de duabus copulatiuè reſpondeatur, in ſpe-
cie adiecta non inducatur etiam pactum nudum. Cuius doctrinæ omnium pri-
mus aſſertor fuit Matheſilla. Iſtius tamen text. immemora. no. xxvij. quia ſicut ad
ſpeciẽ, de qua interrogatus eſt, ita ad adiectã veriſimiliter promiſſor verbis obliga-

Stipulatio inutilis an valeat vt pactum.

ri voluit, vt æqualis fiat determinatio, quare † cùm non valeat adiectio ſpeciei, vt 4
ſtipulatio, non valebit etiam pactum nudum. l. ij. §. eum, qui. ff. de conſt. pe. & tra-
ditur in §. ſi quis ita huius l. Vbi Bart. Soci. † hanc Matheſilla. & ſequacium ſenten- 5
tiam improbat. Nam ſi dem mutuò decem, ita vt vndecim reddas in illo vno plu-
ri, quanquam te obligatio non contrahatur, ineſt tamen pactum propter conſen-
ſum, l. rogaſti. §. ſi tibi. vbi Accur. ff. de reb. cred. Ad rationem autem Matheſill. re-
ſponſum patet: cùm & ibi obligatio difformiter determinetur, ne actus irritus fiat,
Barto. in l. cùm vulgari. ff. de do. prælega. & in l. ſi Seiæ. §. Gaio. de fund. inſtruct.

Quam ſententiam & illa ratio non parum iuuerit, quod hoc caſu vtriuſque
partis conſenſus interueniat; & promittentis expreſſus, & interrogantis tacitus,

Tacẽs conſentit.

aut præſumptus. quandoquidem hoc ſibi vtile ſit, proinde tacendo præſumitur
conſentire, l. qui patitur. ff. mandati. eſt ergo pactum: cùm ſit duorum conſenſus.

Iaſo. tamen hoc loco Matheſilla. ſequitur, & ad Accur. doctrinam in d. §. ſi tibi,
reſpondet, quòd ibi obligatio difformiter contrahitur propter impoſſibilitatem.
Nam vt te obligatio in plus contrahatur, quàm datum ſit, fieri non poteſt, l. ſi tibi
decem milia. ff. de pactis. quæ impoſſibilitas in themate noſtro ceſſat: cùm ſecuta
complacentia in plus promiſſor obligari poſſit, quàm interrogatus fuerit, §. ſi quis
ſimpliciter huius l.

Sed facilius & † verius reſponſum eſt, ne lectorem inuoluamus, ſi negaueris Ac- 6
cur. opinionem veram eſſe: neque enim in illo vno pluri naturalis etiam obligatio
oritur, vt Baldus docuit in lege eius qui in prouincia. col. vj. ff. de rebus credit. per
dictum §. ſi tibi. vbi hoc ſequuntur Modernio. & in conſequens pactum nudum

Naturalis obliga. an ſemper oriatur ex cõſenſu.

induci non poteſt. & ſi dixerit quis, vbi adeſt conſenſus, ibi adeſt naturalis obliga-
tio, l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. de ſolutio. l. cùm amplius. §. is natura
debet. ff. de regulis iur. reſponde hoc verum eſſe in contractibus, qui conſenſu ſo-
lo perficiuntur: ſecùs in iis, qui re contrahuntur, dicta l. ſi tibi. & §. ſi tibi. & meliùs
quàm alibi probatur in l. eius, qui in prouincia. ff. de rebus cred. dum tex. dicit ne-
que pignora teneri: vbi in mutuo vtriuſque conſenſus interuenerat, ſi tamen ſti-
pulatio nulla interceſſerit, neque (inquit Africa.) vt creditam pecuniam pro par-
te cohæredis peti poſſe, neque pignora teneri: & tamen pignorum dationem, ſola
obligatione naturali ſuſtineri recepti iuris eſt, l. per retentionem. C. de vſuris, lege
j. ff. de fideiuſſoribus.

Senten. tot ſunt quot capitula.

Quot ſunt corpora. † Repetit idem Vlpia. in l. ſcire debemus hoc tit. Scire, inquit, 7
debemus, in ſtipulationibus tot eſſe ſtipulationes, quot ſpecies. Hinc dicimus tot
eſſe ſententias, quot capitula. l. quid tamen. ff. de recept. arbi. Accur. in l. etiam. §.
ex cau-

ex causa.ff.de minoribus.& tot accusationes, quot crimina delata,l.prima.§.si plu
ra.ff.ad Turpil.Barto.in lege libellorum.§.penult.ff.de accusat. & tot legata,quot
res legatæ.ideo alterum repudiare,alterum legatarius amplecti potest, l. sed duo-
bus.ff.de leg.ij.& tot donationes,quot res,seu summæ donatæ,l.sancimus.§.siquis
autem per diuersa tempora.C.de dona. nisi in fraudem legis hoc ageretur, ne for-
tè insinuarentur.Specu.tit.de dona.§.j.col.iij.Barto.in l.Modestinus. ff.de donati.
Bald.in l.illud.col.v.C.de sacrosanct.eccle.

L.si hæredi plures,explicata.

8 Prædictis † tamen obstat, quod dici solet plura capitulata capitula, vnius loco
haberi, l. si hæredi plures.ff.de condi.instit.Ego omissa Barto.cæterorúmque solu
tione,l.si hæredi.intelligo,cùm plura ab homine conditionaliter copulātur: nam
si dispositiuè ex prædictis diuersum dicere cogimur.Idem, si conditionaliter, & à
lege plura copularentur,putà,à principis rescripto:nam si ad effectum rescripti al
terum sufficeret,censentur vt distincta,& diuersa, c.ij.de rescrip.talis quippe mēs
rescribentis esse coniicitur.

Iuramenta an tot sint quot articuli.

9 An autem tot † sint iuramēta,quot articuli,super quibus iuratur? Archidiaco.in
c.inter cætera.xxij.q.v.disputat, & tandem non esse audiēdos legistas, qui hoc fa-
terentur,dixit.Cum quo Socinus hìc tenere videtur, & apertè Iason in dicta l. sci-
re debemus.Ego verò neque Canonistam hoc negare posse contenderem,articu-
los impertinentes excipio,ad quos iusiurandum non refertur,Bald.in l.si ex falsis.
in fi.C.de transactio.

Quodammodo dictio.

Sum, es, est, verbū notat veritatem.

Illud autem prætereundum non est, super quo Aretinus, & iuniores non pa-
rum laborāt,an quod dicimus tot esse stipulationes,quot corpora, verum sit pro-
priè loquendo,an verò iuris duntaxat intellectu,& sic impropriè:quod Cumanus,
Imola,Aretinus,& alij crebrò existimauerunt.Cùm vna sit oratio,& vnica verbo-
rum conceptio.Igitur verè vnicus actus stipulationis,l.vni.§. his ita. C.de caducis
tollend.iuuat hanc sententiam dictio,quodammodo, hìc posita,quæ nota est im-
proprietatis,l.j.ff.de rerum diuisione.l.in suis.ff. de liberis & posthumis. l. si me in
10 vacuam.ff.de acquirend.possess. Cæterùm Iaso.contrà † tenuit,tot esse propriè,ve-
rè,& numero stipulationes, quot res cum Iurisconsulti verbo sum,es,est,vtantur:
quod proprietatem,& veritatem significat. Accur.in l.mercis appellatione. ff.de
verbo.significa.Barto.in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.ad l.Iul.de adulter. decepit au-
tem Aret.& alios(inquit Ias.)dictio quodammodo, quæ ad inutilem & inualidam
stipulationem est referenda. ea quippe impropriè stipulatio est,l.ij.§.j.ff. quemad.

Ias.sententia improbata.

11 testa.aperian. sed hoc prius fuit Soci.responsum.Mihi tamen † hæc Iaso.sententia
nullatenus placet:quippéque verbis,& menti Iurisconsultorum aduersetur. quis
enim verè duas stipulationes intercessisse dixerit:vbi vna tantùm præcessisset in-
terrogatio, & vnica secuta est responsio? nemo sanè, sed ex legis potestate id fieri
dicet.Proinde Paul.respondit,quoties pluribus specialiter pactis vna omnibus sti-
pulatio subijcitur:quamuis interrogatio vna, ac responsum vnum subiiciatur,per
inde tamen haberi debet, ac si singulæ species in stipulationem deductæ fuissent,
l.Titia.§.fin.hoc titu.vides Paul.dictione perinde vti, quæ non verum, sed impro-
prium actum significat,l.nisi.§.item sciendum.ff. si cui plus, quàm per leg. Falcid.
l.iure ciuili.ff.de condi.& demonstr.

Utile per inutile an vitietur.

12 *Neque vitiatur vtilis.* Nihil † hac regula vulgatius,quod vtiliter gestum est, pro-
pter inutile non vitiatur. Proinde quanquam non valeat ipso iure promissio, per
quam amplius doti promissum est,quàm mulieris facultate valerent: non tamen
tota obligatio corruit,sed tantùm,quod superfluum est,infirmatur, l.siue genera-
lis.ff.de iure dot.Sic si duo tutores,alter verus,alter falsus,auctoritatem accommo
dauerit,valebit quod gestum est,l.j.§.j.ff.quod fal.tuto.aucto.

Ideirco Barto.in l.Imperator.ff.de sta.ho.docuit,quòd si in instrumenti confe-
ctione notarii duo interueniant, quorum vnus probatæ fidei, alter infamis sit, va-
lebit tamen instrumentum,& falsum,quod vni transactionis capitulo causam de-

dit ad aliud separatum capitulum non protrahitur, vt rescindi possit, l.si ex falsis. C.de transact. Ita etiam adiectæ vltra sortem illicitæ vsuræ vitiantur, & non vitiãt, l.vsuras, & l.placuit. ff.de vsur. Sic & donatio, quæ supra quingentos aureos insinuationem requirit: si supra eam summã facta, & apud acta descripta non sit: quod superfluum est, tantummodo vitiatur, l.sancimus. C.de donationibus.

Similiter quod supra legitimum modum vitrico, aut nouercæ relictum, aut datum est duntaxat pro non scripto habetur, l.hac edictali. §. sinuerò. C. de secund. nupt. & cùm mihi, & alteri stipulor, vtiliter facta mihi stipulatio, propter alterius inutilem non vitiatur, §.si quis. de inutil.stipulat. Ideo August.ad Donatistas scribens, quæ scismatici & hæretici erroneè docent, & perditè agunt, improbamus: quæ verò non aliter atque vetè, ecclesiæ tradunt, dum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus, c.sicut facti.j.q.j. sic & Innocen. 111. factum legati licitum approbauit, & illicitum reprobauit, c.dilectus † filius T.de præbend. Sic & 13 donatiua venialia (quæ Barbaro nomine indulgentias appellamus) si statutũ consilii generalis excesserint, in eo nihilominus in quo poterant, valent, tex. & Glo. in c.fin.de pœni. & remissio. in vj.

Donatiua venalia.

Sanè suprascripta regula perpetua non est. ab ea etenim plures casus excipiuntur, quos ad vnam doctrinam redigi non posse Fulgos. in l.certi condictio. §. quoniam. ff. de reb.cred. fatetur, & verum est, hanc materiam propterea spinosam appellans, in qua animus suus quiescere non potest.

Nos iuniorum erudiendorum causa vulgarem tantùm casum attingemus. is est, in iis, quæ adeò coniuncta sunt, vt diuisionem non recipiant, in quibus vtile, per inutile vitiari receptum est. l.si sponsus. §.generaliter. ff. de donat. inter virum & vxor. l.j. §.item quæritur. & §. Trebatius. ff. de aq.quo. & æsti. Accurs. in l.pecuniæ fenebris. ff. de vsur. hoc autem quatuor modis contingere ostendit Barto. in l. Græcè. §.illud. ff. de fideiuss. & nos anteriori §.declarauimus.

Iusiurandum indiuiduum.

Sed obstat, quia † iusiurandum indiuiduum est, Bald. in l.si ex falsis. C. de transactio. & in c.j. col.ij. de contro. inuest. in feud. quod tamen pro parte valet: & pro 14 parte non. Gloss. in c.petitio. de iureiuran. sed quoad fidem, quæ indiuidua est, c.si ad scripturas. ix. distinctio. duntaxat iusiurandum indiuiduum interpretor, quod in vno deierans, fiat omnium reus, quoad effectum tamen diuiditur, c.dilecti. de maiori. & obed.

Obstat præterea Iauoleni constitutio. Si (inquit) solùm vendam, vt mihi & vicino seruiat adiectio vicini, pro superuacuo habenda est, ita vt tota seruitus ad eum, qui receperit, pertineat, l.proprium. ff. commu. prædio. Solut. vna seruitus diuidi non potest, sed ibi facta ad duas personas relatione duæ erant seruitutes numero, saltem quarum vna ab altera separari poterat. nimirùm si inutilis vtilem non vitiet. Facit. l.si is, qui duos. ff. de liberat. legat. Cæterùm, non est † suprascripta regu- 15 la infructuosa: quippè quæ ad plurium quæstionum decisionem trahatur, & primo ad testis depositionem: quæ cùm fidei, & iusiurandi ratione indiuidua sit: in parte falsa, tota vitiatur. plerunque enim (vt Ambro. lib. de paradiso Dei dicebat) dum ad seriem gestorum testis aliquid ex suo adiecit, totam testimonii fidem partis mendacio decolorat, c.pura. iij. q. ix. glos. in c. in nostra. de testib.

Testis dictũ in parte falsum.

Excipe quotiens falsum, non in principalis rei substantia vertitur, sed in aliquo non ad causam † pertinenti. Inno. in c.fraternitatis. de hæret. Bald. in l.si ex falsis. 16 C. de transactio. quemadmodum, si quis nonnihil vel addat, vel deminuat rescripto, si non substantiale sit, non punitur de falso. Mar. Socin. in c.si. col.ij. de cri. fal.

Falsum quandoq; non punitur.

Ex prædictis item Alexand. sanctissimè consuluisse conuincimus, consi. lxxxiij. vol.ij. Cùm de duobus fratribus qui reciprocè pepigerant, vt altero sine liberis moriẽte, superstes succederet. & ex tũc alter superstiti inter viuos donauit omnia bona sua. Cum solitis reseruationibus respondit, (& quidem rectè) Alexand. donationem huiusmodi valuisse. Neque per inutile pactum de succedendo, potuisse vitiari,

vitiari.Hæc ad nostræ regulæ cognitionem satis sint: reliqua ad recentiores.

IOANNES CORASIVS TOLOSAE VII. MAII M. D. XLI.

§. EADEM.

Eadem autem, an alia lingua respondeatur, nihil interest. Proinde si quis Latinè interrogauerit, & respondeatur ei Græcè, dummodò congruenter respondeatur, obligatio constituta est. Idem per contrarium. Sed vtrum hoc vsque ad Græcum sermonem protrahimus, an verò & alium Pœnum fortè, vel Assyrium, vel cuius alterius linguæ, dubitari potest. Et extat scriptura Sabini, sed verum puto, vt omnis sermo contineat verborum obligationem. Ita tamen vt vterque alterius linguam intelligat, siue per se, siue per verum interpretem.

SVMMÆ RERVM.

1 *Species §.eadem.*
2 *Formæ defectus actum vitiat.*
3 *Stipulatio per A, & B, an contrahatur.*
4 *Explicata l.omnes.*
5 *Dicta in præfationibus.*
6 *Homo an fingat.*
7 *Idiomatum diuersitas an stip.vitiet.*
8 *Intellecta l.decreta.*
9 *Latinus sermo olim omnibus communis.*
10 *Alciatus parum sibi constans.*
11 *Noua declaratio.*
12 *Iudex qua lingua fert sententiam.*
13 *Honor Latini sermonis.*
14 *Testis debet intelligere idioma.*
15 *Testi vni an pacto fieri poßit, vt credatur.*
16 *Interpres testis non est.*

1 E*Adem autem.* † Latinè interrogatus, *Promittis mihi decem?* tu Græcè re- *Species.*
spondisti, ναί, quod est Latinè, promitto, an contracta sit stipulatio,
quæstionis est. & respondet Vlpia. nihil interesse, an eadem, vel alia
lingua respondeatur. omnis quippe sermo verborũ obligationẽ con-
tinet, modo per se, aut per verum interpretem, alter alterius linguam
intelligat. Proinde, siue Græcè, siue Punicè, siue Assyriè, responsum sit, stipulatio
contrahitur. Non mediocrem tamen huic sanctioni dubitationem faciebat, quòd
2 pro forma in stipulatione inductum sit, vt alter alterius sermonem † & audiat, &
intelligat, vt hac l.in princ.vbi diximus, forma autem non seruata, actus corruit, l. *Forma nõ seruata actus ruit.*
cùm ij.§.Prætor.ff.de transactionib.l.si vnus. C.de testamentis.capitul.maiores de
baptismo.imò formæ defectus, quantumcunque modicus, actum vitiat, Butri.in
cap. Pisanis de restitu. spo.nèque enim illi quicquam vel addi, vel detrahi potest,
Bartolus in l.Gallus.ff.de lib.& posthu. Bald.in l.fina. C.de su.& legiti. Quare nec
etiam per æquipollens implere sufficit, l.fina.§.omnem. C.de administrat.tuto.vi-
debatur ergo prima fronte stipulationem huiusmodi non valere: cùm contrahen-
tes non se inuicem intelligant: sed duntaxat per interpretem. Non video quid
aliud dici possit, quàm quod semper existimaui, pro forma traditum esse, vt vter-
que loqueretur, vt interrogatio præcederet, & responsio sequeretur: vtque alter
alterum exaudiat.idque negare non possumus.non autem pro forma lex induxit,
vt per seipsum intelligere debeat quod ex hoc text.ineuitabiliter coniicitur.
3 *Congruenter respondeatur.* Fortissimum † ex Cuma.& Castren.sententia.præstat *Stipulatio an per A. & B, contrahatur.*
hæc litera Accursio argumentum. cùm in §.in hac re.in fi.de verbor.oblig.voluit,
per A.& B. non contrahi stipulationem: quamuis contrahentes litera A.*promittis?*
& B.promitto significari intelligerent. cuius sententia vera est, quam & illa ratio
confirmat, frustra ex stipulatu quis sibi obligatum facere conatur, à quo legitimis
verbis sibi quid dari, fieriue non sit stipulatus. nam per stipulationem, verbis (quæ
de illius substantia sunt) obligamur.ideóque dicitur verborum obligatio. l.obliga-
mur. §.verbis.ff.de actio.& obligat. non ergo ex characteribus literarum, quæ ex

proprio ſignificatu talem minimè recipiunt interpretationem, ſed perfectionem, quam homo inducere nequit. l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecul.

Declarata l. omnes.

Quod autem † Leo Imperator ad Erythrium reſcripſit, omnes ſtipulationes, 4
quibuſcunque verbis, conſenſu tamen contrahentium compoſitæ ſuam habere firmitatem, l. omnes. de contra. & committen. ſtipula. ſe refert ad ſcrupuloſam antiquorum ſolennitatem: qui conſtituerant, vt iiſdem verbis, quibus interrogabatur promittens reſponderet. d. §. in hac re, quod Imperator ſubmouet. congruè enim reſponderi ſufficit, vt verborum obligationem ſermo contineat. hoc tex. literarum autem characteres, ſermo congruus dici non poteſt. Niſi ſecundum † Ca- 5
ſtren. partes hoc egiſſent, vt his verbis contraheretur ſtipulatio, ſi quidem in præfationibus cōuenta in ſtipulationibus repetita credantur. l. Titia. §. idem reſpõdit hoc tit. quemadmodum ſi inter teſtantem, & legatarium actum eſſet, vt bobus legatis equi legati intelligerentur, boum expreſſio equorum legatum faciet, Accur. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de legat. j.

Hæc ſententia quanquam à Iaſ. & iunioribus ex prædictis controuertatur, probabiliter tamen defendi poteſt. quid enim, ſi promittens præſentem hominem timeat: & coram eo promittere vereatur? nónne ex præfationibus, iuſtum erit contrahentium voluntatem magis, quàm verborum conceptionem inſpicere? l. fina. C. quæ res pigno. ob. poſſ. neque hæc erit fictio. ſed præmiſſæ proteſtationis declaratio, † vt Aret. dicebat. Aut (ſi mauis) quod dicimus hominem fingere non poſ- 6
ſe, verum eſt, ſi fictio alteri damno, aut detrimento eſſet. alias ſecùs, docent, in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap.

Idiomatũ diuerſitas an vitiet ſtipula.

Verum interpretem. † Idiomatum diuerſitas, ſtipulationẽ non vitiat modò per in- 7
terpretẽ alter alterius linguam intelligat. vt hic, & §. vtrum. de verb. oblig. in Inſtit. neque nuptias Panor. & cæteri in c. ex literis. j. de ſponſa. neque ſententias, quæ tam Græca, quàm Latina, aliáue lingua proferri poſſunt, modò adſit interpres, qui iudicis idioma partibus exponat, l. iudices. vbi Baldus C. de ſentent. Et quod Tryphoninus à † Prætoribus decreta Latinè interponi debere conſtituit. l. decre- 8
ta. ff. de re iudica. Bartol. & alii interpretantur Latinè, id eſt, intelligibiliter. Nam & Græcè interponi poſſunt. d. l. iudices. Sed hæc expoſitio nunquam mihi arriſit: cùm Latinè aduerbium ſit: quo Latina locutio ſignificatur. Proinde Andr. Alciat. vir in omni diſciplinarum genere eruditus illam Tryphonini conſtitutionem planius intelligere dicit. nam in Prætoribus loquitur: qui ius duntaxat Romæ dicebant. l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. l. final. C. illo tit. ideo, lingua Romana decernere habebant, quem & illud iuuat, qualis eſſe debeat ſermo loci, conditio eſt ſpectanda. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtito. actio.

Sed neque hoc probare poſſum, quum & Romæ Iudices Græca lingua ſententias proferant. d. l. Iudices. quæ quum ab Arcadio, & Honorio Imperatoribus Romæ cõdita fuerit, non video quo pacto vrbs Roma excipi poſſit. Alibi idem Alciat. ſui ipſius immemor, aut non ſibi conſtãs, in prætermiſſis aliter Tryphonini reſpõ-

Latinus ſermo olim omnibus communis.

ſum † interpretatur, vt apud veteres Romanos Latinus ſermo indoctis etiam, & 9
ruſticis communis fuerit. Cæterùm apud eruditos elegantior, qui non niſi à doctis facilè intelligeretur.

Tryphoninus † ergo omnia illa decreta Latinè interponi iubet (hoc eſt) non 10
barbarè, ſed comptè & eleganter puriore illo ſermone, vt etiam apud Græcos Latina decreta proponebantur. quod minimè mirum eſſe debet. Quum omnes Romano imperio ſubditi, Romanam linguam (vt Strabo ſcripſit) ſtudioſè ediſcerent.

Alciat. ſententia improbata.

Sed verum hic dicat Alciat. an non ſtante hac ratione, Iudices pariter Latina lingua, non item Græca ſententias ferre deberent, contra d. l. Iudices?

Noua l. decreta, interpretatio.

Egóne † legentem diutius immorer, ab vtriuſque textus verbis non recedo. 11
Itaque ſententias quacunque lingua concipi poſſe, omni caſu crediderim, neque obſtat l. decreta, quæ non in ſententiis, ſed in † decretis (hoc eſt) interpoſitionibus, 12
auto-

auctoritatis iudiciariæ citra condemnationem, vel absolutionem loquitur. Ea autem quoniam neque ad rem, neque ad personam certam, sed ad omnes in vniuersum referantur Latinè, id est planè, clarè & apertè interponi debent. alioqui si Punica, Græca, aut Assyria lingua interponerentur: maior pars audientium, qui non facilè copiam interpretis habere possent, decreta Prætorum ignorarent: quum tamen ideo promulgentur, vt ab omnibus intelligantur. Ad hunc sensum hoc aduerbio vsus est Cicero in Philipp. Antonium (inquit) quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed vt appel-

13 lantur ii, qui planè, & Latinè loquuntur. Illud hîc præteriri nolo, † obseruatum olim à Romanis, qui linguæ Latinæ honorem per omnes gentes diffundi cupiebant: vt Romani magistratus, Græcis etiam nunquam nisi Latinè responsa darent, eósque per interpretem loqui cogerent non Romæ tantùm, sed in Græcia, & in Asia, quo Latinæ vocis honos venerabilior per vniuersum orbem diffunderetur. auctor est Valerius Max. de institutis antiquis. *Latinus sermo in quo honore olim habitus.*

14 De testibus † autem, vt testatorum sermonem intelligant, non est necesse, sed vt vel sensu percipiant, sufficit quod diuus Marcus Didio Iuliano de teste, qui Latinè loqui non nouerat, rescripsit, l. qui testamento. §. fina. ff. de testamen. Hoc autem Castren. & Aretin. illic intellexerunt, modò adhibeatur à testante interpres, qui vocabula testibus exponat: quam declarationem in nuncupatiuis testamentis admitterem, Bald. in l. hac consultissima. §. fin. C. de testam. Nam in testamento in scriptis, cuius tenorem testes prorsus ignorant, neque per se, neque per interpretem sermonis intelligentiam exigerem: sed sensu percipere existimauerim, satis esse iuxta diui Mar. rescriptum. quod isto casu (vt mea fert sententia) generaliter accipiendum est.

15 Sed ad literam nostram † redeamus: quo dicto solius interpretis fidem adhiberi supponit. Idcirco probare videtur: partium conuentione fieri posse, vt dicto vnius testis stetur, l. Theopompus. ff. de do. prælega. Cùm tamen contrà videatur. Nam vnius testis responsionem non audiri: etiam si præclaræ curiæ honore præfulgeat, sanxit Imperator l. iurisiurandi. C. de testib. Lex præterea ne quid falsitatis incurrat maiorem testium numerum expostulat, vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur, l. fin. C. de fideicom. Non ergo illi partes renūtiare possunt. Accur. in §. quia verò, vt sine prohibi. mat. debit. & cred. col. vij. *Testis vnus quãdo probet.*

Tu paucis sic habeto, pacto fieri non posse, vt dicto vnius incerti stetur, ne ad falsitates inuitentur homines, l. cōuenire. ff. de pact. dotal. Cùm neque per legem, aut principem id fieri possit. can. indicas Hermānum. iij. q. ix. Canonistæ in c. ij. de probatio. vt autem stetur dicto certi hominis, & nominati pacisci potest. Angel. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. Quo modo accipiendum est, responsum Speculato. in tit. de teste. §. restat. col. penul. Et quod dicunt Canonistæ in c. veniens. de testi. tunc enim fidem, & industriam personæ eligere videntur, quæ neque fallat, neque fallatur, l. quoties. de ponderat. & aur. illa. lib. x. C. His cōuenit, quod dicimus, valere cōuentionem vt de eo, quod partis intererit, eius iuramento stetur. Barto. & alii in l. iusiurandum, quod ex conuentione. ff. de iureiuran. & in l. fin. ff. de Præto. stipula. *Conuenire an possit vt vnius dicto stetur.*

16 Ad hæc illud postremò † adnotandum est, Bar. quem cæteri sequuntur, docuisse interpretem propriè testem non esse, sed declaratorem quendam, & expositorem eorum, quæ obscura sunt, de voluntate partium assumptum, sicut de agrimensore dicimus, l. si quis. C. si reg. c. quia indicante. de præscrip. quod verum est, quicquid Ias. in aduersum fabuletur. interpres etenim extra iudicium interpretatur. testis verò in iudicio deponit. l. quingenta. ff. de probatio. Ioannes Corasius Tolosas regens in omnium florentissima Tolosanorum Academia, die vndecima Maij M. D. XLI. *Interpres propriè testis nō est.*

IOANNIS CORASII

TOLOSATIS IVRISCONsulti in l. Si quis pro eo, & singulos eius §§. ff. De fideiuss. enarrationes.

*. · I ·

IVLIVS PAVLVS LIB. XV. QVÆSTIO.

Si quis pro eo,[a] qui libertus non esset,[b] & operas[c] præstaturum se iurasset, fideiusserit, non tenebitur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Species legis.*
2 *Ratio dubitandi, & decidendi.*
3 *Fideiussor pro quo obligatur.*
4 *Iusiurandum an sit modus inducendæ obligationis.*
5 *Iuramentum parti non Deo præstatur.*
6 *Nouus intellectus ad l. nostram.*
7 *Operæ obsequiales & fabriles.*
8 *Iuramenti promissorij & decisorij differentia.*
9 *Fideiussor non hîc obligatur.*
10. *Contractus qui roborantur iuramento.*
11 *Pactio bonis moribus repugnans, cur improbata.*
12 *Publicus fauor iuramento non violatur.*
13 *Pacta contra formam, & solemnia legis.*
14 *Vtilitas publica principaliter, & secundariò.*
15 *Noua declaratio ad totam materiam.*
16 *Finis primum in intellectu.*
17 *Iuramentum non supplet consensum.*

I quis pro eo.[a] Magna sanè est iurisiurandi vis & potestas:[a] sed
non tanta tamen, vt vim, & auctoritatem legum violare, cõ-
mutaréque possit.[b] Quod & nostra Pauli species perspicuum 1
facit, quamlibet crassiore Minerua sic exponẽda. Promisit Ti
tius iureiurando, se tibi certas operas præstaturum, pro quo
solemniter apud te fideiussi. Quæsitum est an fideiussoria
obligatione sim obstrictus. Et à Paulo responsum est me non
teneri. Dubitationem faciebat, quia Titius promissor ex con 2
sensu, natura saltem fuit obligatus.[c] cuicunque autem obligationi etiam naturali
tantùm, accedens fideiussor obligatur.[d] Quinimò & intercedens pro eo, qui iudi-
cis tantùm officio potest exigi.[e] licèt enim subtili iure spectato officium iudicis
nullam supponat obligationem:[f] in effectu tamen, & largiore quadam interpre-
tatione, reus obligatus intelligitur.[g] Decisionis ratio est, quia Titius promissor,
quantumuis iuratus, neque ciuilem, neque naturalem, contraxit obligationem.[h]
quandoquidem oportet libertum esse, qui iurat, vt contrahatur super operis iu-
risiurandi obligatio.[i] Vnde nec fideiussor obstringi potuit:[k] qui non potest in du- 3
riorem causam adhiberi, seu in plus teneri, quàm reus promittendi, pro quo in-
tercessit.[l] Quæ ratio non potest nõ esse optima: dum illud quoque cognoscamus,
cur non libertus, qui se præstaturum operas iurauit, nec quidem natura sit obstri-
ctus. Et Barto. cæterique ad vnum omnes causam esse dicunt: quia iusiurandum 4
in homine libero, modus non est inducendæ obligationis.[m] Quæ ratio cùm pri-
mis

a L. cùm pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. ij. b L. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. l. non dubium. C. de legib. c L. Stichũ §. naturalib. ff. de solutio. l. cùm amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. d L. j. l. ij. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiusso. e L. cùm quis. §. si quis pro reo. ff. de solutio. l. centum. l. fi. ff. de eo quod cer. loc. l. quæro. ff. locat. Bar. l. Marcellus, hoc tit. f L. quis per collusionẽ. ff. de actio. emp. l. Quintus. ff. de ann. leg. g L. pecuniæ verbũ. §. fi. ff. de verb. sig. h L. vt iurisiurandi. ff. de op. liberto. l. seruum testamento. ff. de manumissio. i L. fi. ff. de lib. ca. d. l. fin. k L. j. §. si quis ita. ff. de verbo. d. l. l L. Græcè. §. illud. hoc tit. §. fideiussoris. eod. tit. in Inst. m Vt hac l. vbi Bar. & cæter.

mis nusquam probatur, nec ad textum nostrum vllatenus pertinet, qui verba fa-
ciens de non liberto, non propterea necessariò accipi debet, vt de ingenuo loqua-
tur. An enim ignorant præter liberorum, & libertinorum statum, esse quoque ser
uorum conditionem?[n] Potest sanè, imò debet hic Pauli sermo, de non liberto, ad
seruum referri,[o] vt mox latiùs dissetam. Deinde si ex promissione quamlibet sim-
plici, nuda, & inermi, naturalem fatemur oriri obligationem:[p] cur non ex promis-
sione iurata multò validiore, potentiore, & efficaciore?[q] præsertim in operis, de
quibus agimus: quas ab homine libero legari, locari, atque in stipulationẽ deduci
posse, idem Paulus nominatim respondet.[r] Adde, si placet, quod cùm iusiuran-
dum pacti exemplo naturalem tollat:[s] ad instar quoque pacti naturalem induce-
re debet, vt oppositorum eadem sit ratio.[t] Et in æquiparatis à lege, par eadémque
dispositio.[u] Dices fortasse, cum Doctoribus, nullam hîc præcessisse promissionem,
sed simplex duntaxat iusiurandũ interpositum. quod cùm non parti, sed ipsi Deo
præstetur,[x] dici non potest pactum (cùm non sit duorum consensus)[y] ac proinde,
nec orta naturalis obligatio,[z] nec fideiussor obligatus parti, cùm reus sit obstri-
ctus Deo.[a] O lepidam (si diis placet) & peracutam considerationem, tantísque di-
gnam auctoribus! Quis enim (quæso) tam ineptus vnquam fuit promissor, aut fu-
5 turus est, qui se Deo (quem in fidei datæ testimoniũ tantùm aduocat)[b] non etiam
stipulatori promisisse credat? mera sunt certè Doctorum hæc deliramenta, quæ si
potuisset Democritus obseruare, in quem risum dii immortales prorupisset! Red-
denda Domino Deo iuramenta fateor,[c] ad idque debitores, qui iurarunt, posse co
gi, dixit Romanus Pontifex.[d] At non ideo, quòd iuramentum promissorium, ipsi
Deo præstari dicatur: sed ne sacratissimum Dei optimi maximi nomen pollui aut
6 in vanum assumi videatur.[e] Cùm itaque (vt in viam tandem redeamus) non præ-
stet hæc Doctorum ratio, sciendum Iulium Paulum hîc loqui de promissione ope
rarum, à seruo facta, quem dominus propediem manumissurus erat, vt & aliæ
permultæ leges, similem casum tractantes, perspicuum faciunt.[f] In quo seruo no-
luit lex doni, muneris, aut operarum obligationem contrahi: quoniam premen-
dæ, onerandæ, & plerumque deludendæ futuræ libertatis gratia, dominus ita
stipulatus censeretur.[g] ab eo, qui sub stipulatoris adhuc existens potestate, nihil
non facturus, aut promissurus erat, spe consequendæ libertatis.[h] Quocirca liber-
tum, hoc est, iam manumissum, & suæ iam factum potestatis, eum esse oportet,
qui iurat. Et libertatis causa: hoc est, in memoriam, tanti accepti beneficii iurare:
vt contrahatur iurisiurandi obligatio.[i] Sed & si non improbatæ operæ, manumis-
sionis tempore libertis imponantur, exigi iure possunt.[k] dum non premãt, atque
onerent libertatem:[l] alioqui libertus exceptione tueri se potest.[m] non tantùm si
incontinenti post manumissionem, quid liberto impositum sit: sed etiam si ex in-
teruallo, modò constet metu, vel nimiâ domini reuerentiâ libertum promisisse.[n]
Onerandæ autem libertatis causa facta in libertis bellissimè definit Vlpianus, quę
ita imponuntur liberto, vt si libertus patronum offendat, petantur ab eo, sempér-
que sit libertus, exactionis metu ei subiectus.

Libertus non esset.[b] Quia seruus necdum videlicet manumissus,[a] qui iurans se præstaturum operas, non obligatur:[b] quòd magna spe libertatis inescatus, nihil non promissurus sit, pręsertim rogãti domino, sub cuius adhuc est potestate.[c] Post manumissionem ergo, & libertatis causa iurare debet: alioquin non tenetur:[d] vt iam à nobis vberiùs tractatum est. Post emancipationem verò, nihil libertatis cau-

n L. manumissionis de iust. & iur. o L. fin. ff. de lib. ca. p D. l. Stichum d. §. is natura. q L. cùm pater. §. filius. ff. de leg. ij. l. si quis maior. C. de transac. r L. iij. ff. de vsufruc. leg. s D. §. naturalib. t L. fi. §. fi. ff. de leg. iij. u L. si quis seruo. C. de fur. x c. Debitores. de iureiur. y L. j. ff. de pac. z L. cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. a L. fideiussor. in prin. bocti. Castrens. hic. b c. et si Christus. de iureiur. c. omne. c. nõ est. c. si peccatũ. xxij. q. j. c Matth. v. d. c. & si Christus circa med. d D. c. debitores.

e c. habemus. cum seqq. xxij. q. j. Leuit. xxix. f L. fin. ff. de lib. ca. l. vt iurisiurandi. ff. de op. liberto. l. seruum testamento. in fi. ff. de man. test. l. pen. ff. de obseq. l. j. C. de op. liber. g L. j. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. l. quæ onerandæ. ff. de op. liberto. h Arg. l. cum ij in prin. ff. de transac. i L. vt iurisiurandi in prin. & §. iurare. ff. de op. liber. k L. j. C. de oper. liberto. l L. j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio. l. ij. & l. quæ onerandæ. ff. de oper. liberto. m D. §. quæ onerandæ. n D. §. quæ onerandæ. a L. fi. ff. de lib. caus. b D. l. vt iurisiurandi. d. l. seruum testamento. d. l. fin. c D. §. quæ onerandæ. circa med. d L. vt iurisiurandi in prin. & §. iurare cum simil. ff. de op. liberto.

sa liberis imponi solet.[e] Nec quisquam dixerit (inquit Tryphoninus) iureiurando,
filium obligari manumissori patri, vt libertum patrono. pietatem enim liberi pa-
rentibus, non operas debent:[f] id tamen quo modo sit accipiendum, alibi pauca
quædam dixi.[g]

Operas.[e] Quæ modo probè, iuréque licito imponi possent:[h] alioqui nulla esset 7
dubitatio: cùm nec quidem libertus, iurans se improbas operas præstaturum, obli-
getur.[i] Iusiurandum quippe non tantùm veritate, & iudicio, sed etiam iustitià pol
lere debet.[k] nec eo introductum est, vt legibus, bonisue moribus, derogaret:[l] aut
vt esset, iniquitatis vinculum.[m] Sanè verò, si hanc Pauli constitutionem de iure-
iurando ab homine ingenuo præstito, cum Doctoribus intelligere vis (qua in re
mihi quandoque placuit illis gratificari)[n] necessum est hunc textum (quatenus
de operis loquitur) ad operas obsequiales, quæ in continua exhibitione officii con
sistunt, personale domini ministerium respicientes, coarctare: quales illæ sunt ad-
esse domino iugiter, eundem vbique comitari: & his similia.[o] Cuiusmodi ope-
ras ab homine libero, etiam iureiurando promissas, non deberi certum est,[p]
magnáque ratio suadet, ne hoc quæsito colore violetur libertas, pretiosissimus
omnium thesaurus, traducantúrque liberi homines in miserrimam seruitutem.[q]
Neque enim à seruis admodùm differunt, quibus non detur facultas recedendi.[r]
cui per pactum nemo neque directò, neque per obliquũ se potest subiicere.[s] Qua
pariter ratione, plerique tradiderunt, artificiales etiam operas liberi hominis, per-
petuò locari non posse.[t] ne ex liberto seruus factus, miseram seruitutem, hoc vela-
mento seruire cogatur:[u] in quam velut naturæ contrariam, & repugnãtem,[x] non
potest liber homo, sine magna, grauissimáque causa redigi.[y] Causa vna, nec alia
reperitur: nimirùm si maior xx. annis participandi pretii gratia, se præbuerit væ-
nalem:[z] aut alio titulo passus sit se transferri.[a] Hinc quoque lucem accipit Pauli
constitutio, quæ censet operas hominis liberi, legari, locari, & in contractum de-
duci posse.[b] vel enim accipi debet, vt de fabrilibus operis loquatur, quæ in artifi-
cio, & quasi pecuniæ præstatione consistunt: vt pictorum, architectorum, fabro-
rum, & aliis id genus.[c] vel (si Officiales quoque contineri velis) de iis quæ liberta-
tis causam infringere nequeunt: velut vt quis, certo tantum anni tempore, alicui
adesse teneatur.[d] idque à cessante ratione.[e] Sed nec probè dici potest, diuinatori-
um esse, hunc Paule locum, de officialibus operis interpretari: cùm operarum ver
bo, & in dubio contineantur, vt non iniurià, plerique dicant libertum, qui simpli-
citer operas promittit, obsequiales, nõ etiam fabriles, (si non solitum personæ mi-
nisterium, aliud suadeat)[g] promisisse censeri.[h]

Iurasset.[d] Nulla præcedente causa, lite, aut controuersia. Et ita iureiurando, 8
quod Promissorium vocant: quo, nimirùm, promittimus, quod nullo antè iure de-
beatur, nec spes erat debitum iri: secùs, si super lite, vel controuersia decisoriè iu-
ratum esset ex qua iurisiurandi specie, quemadmodum ex sententia constat actio-
nem dari.[i] Cuius rei diuersitatis rationem Doctores putant: quoniam iusiuran-
dum, quamuis maximi sit ponderis, & momenti,[k] atque adeò faciat actum vale-
re, quo meliore modo potest.[l] non tamen deficientem causam supplet, sine qua
promissio alioqui viribus non subsistit.[m] Iusiurandum verò si litis decisorium, li-
cèt non suppleat defectum causæ, causam tamen allegatam validissimè probat.[n]
Sed

e L. pen. ff. de obseq. f D. l. penul. g Dixi in l. frater a fratre. col. lxiij. ff. de cōd. indeb. h L. vt iurisiurandi. §. iurare. i D. §. iurare. k c. & si Christus. de iureiur. c. animaduertendũ. xxij. q. iiij. l L. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. m c. quantò. de iureiur. n In l. admonendi. in prin. ff. de iureiur. o L. hæ demũ. l. operæ in rerum. ff. de oper. liberto. l. si non fortem. §. libertus. vbi Doctores. ff. de cond. inde. p D. l. operæ in rerum ibi, cuiquã. q L. Titio centum. §. Titio centum. ij. ff. de cond. & demonst. r L. ij. ff. de lib. ho. exhib. l. ab hostibus. ff. de captiuis. s L. nec si volens. C. de lib. caus. t L. iij. §. ne tamen. vbi Accur. ff. de vsufr. u D. §. Titio centum. x L. libertas. ff. de sta. hom. y L. non ideo. C. de lib. caus. z L. & seruorum. ff. de sta. hom. a L. si vsumfructum. §. j. ff. de lib. ca. b L. iij. ff. de vsufruc. leg. c L. fabrile. l. operæ in rerum. L. hæ operæ. l. quoties. ff. de op. liber. d L. hæ demum. in fi. ff. illo tit. e L. miles agrũ. ff. de re milit. f L. vt iurisiurandi. §. dabitur. l. operæ enim. l. quoties certa. l. interdum. ff. de ope. liber. j. g L. plenum. §. equitij. ff. de vsu. & habit. h Doctores l. si non fortem. §. libertas. ff. de cond. ind. i L. si duo pronomini. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. l. actori. C. de reb. cred. Panor. c. cùm venissent. de Institutio. k L. j. l. ij. ff. de iureiur. l L. cùm pater. §. filium matrem. ff. de leg. ij. m L. ij. §. circa. ff. de dol. excep. n L. sed & si possessori. §. fi. ff. de iureiur.

Sed hæc ratio magis arguta, quàm vera nimisque violenter detorta mihi videtur: siquidem nec nuda pactio causam habeat:[o] quæ tamen parit naturalem obligationem,[p] nec eam quidem vanã, & inutilem, sed quæ soluti impediat repetitionem,[q] producat exceptionem debitori,[r] sufficiátque ad inducendam compẽsationem, cum debito efficaci,[s] & cui denique fideiussor vtiliter accedat.[t] Ego igitur dicerem verum esse, ex iuramẽto litis decisorio, rei iudicatæ exemplo, dari actionem.[u] non item ex iureiurando (vt vocant) promissorio: quod licèt propter consensum, naturalem excitet obligationem:[x] sicuti suprà aduersus alios probauimus: non tamen actionem parit: vtpote ad cuius productionem, sola naturalis regulariter sit inefficax.[y]

9 *Non tenebitur.*[z] Cùm enim seruus operarum promissor, nullo iure sit obligatus,[z] nec fideiussor ipse obstrictus dici potest, qui non in aliud tenetur, quàm reus potuerit exigi, pro quo intercessit.[a] vnde hoc casu perinde haberi debet, ac si nihil prorsus promissum esset.[b] Per contrarium igitur, cùm libertus se præstaturum operas iurans, teneatur,[c] (si non onerandæ libertatis gratia impositæ probentur[d]) posse quemuis pro liberto iurante fideiubere receptum est,[e] morámq; in operis, liberto faciente, fideiussorem teneri.[f] At verò dixerit fortasse quispiam, licèt in seruum ciuilis non cadat obligatio,[g] (quòd mortuus censeatur, quantum ad ea, quæ iuris ciuilis sunt[h]) serui tamen ex contractu naturaliter obligantur, & obligant.[i] vt & sequenti §. latius dicemus, cui obligationi naturali fideiussorem vtiliter accedere non est ambigendum,[k] si non ipse pro se fideiubeat.[l] Quocirca videri nonnullis adhuc posset, fideiussorem in specie huius legis teneri. Tu dic, ex contractu cum domino etiam celebrato, seruũ naturaliter obligari.[m] (Quod enim adtinet ad ius naturæ, personarum acceptio nulla est, sed omnes homines æquales habentur.[n]) ac proinde acceptum pro eo fideiussorem teneri,[o] nisi vel de iudicio sisti promittat, vt ipse sit litigaturus,[p] cùm seruus, nec agendo, nec defendendo in iudicio possit esse,[q] vel cum domino super operis contrahat.[r] quo casu, lex ciuilis vult, nec quidem naturalem nasci obligationem, aut natam sine effectu prorsus esse,[s] vt videlicet, perinde habeatur ac si nunquam seruus promisisset,[t] ob deficiẽtem, (vt arbitror ego) legitimum serui consensum,[u] qui spe consequendæ libertatis, pro domini voluntate, (à quo solo tota vitæ suæ felicitas pẽdet) quæcunque facilè promitteret.[x] Ab ipso autem seruo, posteà manumisso, quicquam exigi, perabsurdum esset: cùm non sit qui anteà, sed homo nouus existimetur.[y] vt

10 meritò, nec prosint ei, nec noceant vllo modo, quæ in seruitute gessit.[z] Sed instabis adhuc, conuentiones alioqui inutiles iureiurando roborantur.[a] Quod in mulieris intercessione, dotísque alienatione,[b] in stipulatione alteri facta,[c] in donatione patria & coniugali,[d] in pacto de non succedendo,[e] in pacto commissoriæ legis circa pignora,[f] aliísque permultis casibus, quos hîc & alibi Doctores extensissimè tractant, videre est. Ergo & promissio operarum; respectu saltem naturalis obligationis, quemadmodum in stipulatione alteri facta dicimus:[g] ac proinde fideiussor ipse teneri, qui pro naturaliter tantùm obligato intercedẽs, efficaciter dubio procul obligatur.[h] Tu dic, conuentiones alioqui nullas, iurisiurandi religione robora-

o L. [illegible] genteum. §. sed cùm nulla. ff. de pac.
p L. cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur.
q L. iij. §. fi. ff. quod quisq. iur. l. naturales. ff. de actio. & oblig.
r D. l. cum gen. §. igitur nuda.
s L. etiam. ff. de compensa.
t L. j. l. fideiussor. §. fideiussor hoc tit.
u D. l. Actoris. d. §. si quis iurauerit.
x L. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. d. §. is natura.
y D. §. igitur nuda. d. §. fideiussor
z L. vt iurisiurandi. ff. de op. liber. l. fi. ff. de lib. ca.
a L. si sine herede. in prin. ff. de administ. tuto.
b L. si sponsus. §. si debitor. ff. de dona. int. vir. c L. seruum testamento. in fi. ff. de man. test. d L. j. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. act. e L. si quando. §. fi. ff. de op. liber. f L. si libertus. ff. illo tit. g §. item inutilis de inutil. stip. h L. quod attinet. ff. de reg. iur. i L. serui. ff. de actio. & oblig. k L. j. l. fideiussor. §. fideiussor. hoc tit. l L. sed si serui. l. hæres à debitore. §. seruo. hoc tit. m L. si id, quod. ff. de cond. ind. l. nec seruus. ff. de pecul. l. quibus. §. dominus. ff. de cond. & demonst. n D. l. quod attinet. o L. naturaliter. ff. de cond. indeb. p L. quoties. ff. si quis cautio. q L. seruus. C. de iudi. d. l. quoties. r L. vt iurisiurandi. ff. de op. liber. s Vt hac l. si quis pro eo. t L. si sponsus. §. si debitor. ff. de dona. int. vir. u L. j. §. quæ oneranda versi. sed si post. ff. quar. rer. actio. x Arg. l. cùm y. in prin. ff. de transac. y L. quæro. §. arcam. ff. de solutio. z L. quod quis. ff. de reg. iur. a Aut. sacramenta. C. si adu. vend. b c. cum contingat. de iureiur. c Glo. c. quoties cordis. j. q. vij. d Bar. l. Seius. ff. ad l. Falcid. e c. ij. de pact. lib. vj. f c. significante. de pignor. g L. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obligat. h L. fideiussor. §. fideiussor. hoc tit.

ri, nisi contra ius fiant:[i] iusiurandum quippe contra vim & auctoritatem legum
nullius est momenti.[k] Pactiones autem, contra leges, aut constitutiones esse, vt
nullo iurisiurãdi vinculo fulciri possint, tribus potissimùm speciebus, contingere
video. Prima, cùm bonis moribus aduersatur.[l] Nec enim est obligatorium con- 11
tra bonos mores iuramentum,[m] veluti conuentio, vt maleficium fiat: aut aliam
inexcusabilem turpitudinem continens,[n] Pactum de successione futura:[o] malè
nanque de his lex præsumit, qui tam anxiè se sollicitos reddunt de hæreditate
viuentis,[p] vtpote qui aduersus omnem charitatem, proximi mortem captare vi-
deantur.[q] Pactum item, quo matrimonii libertas impeditur.[r] Inhonestum quip-
pe visum est, nuptias, quæ à liberrima contrahentium voluntate procedere de-
bent,[s] pœnæ, aut alio vinculo, constringi.[t] Deinde, facta inter coniuges conuen-
tio, vt maritus vltra quàm facere pósit, côueniatur,[u] velut ex diametro pugnans,
cum reuerentia, quæ maritis exhibenda est.[x] Nec facilè, debita superiori reueren-
tia tolli potest:[y] vnde nec valet pactio, vt in caput domini, seruus torqueri,[z] inter-
rogariue possit,[a] velut contra reuerentiam domino debitam, & violans domesti-
cam securitatem.[b] Econtra quoque, conuentio debitam naturæ pietatem con-
uellens, bonis moribus aduersari censetur:[c] qualis illa, Ne pater filium, aut filius
patrem alere teneatur.[d] Cùm tamen naturalis stimulus parentes ad liberorum,
contráque liberos ad parentum inopum educationem, hortetur.[e] Possunt & aliæ
plures conuentiones, commemorari aduersus bonos mores: quas ab aliis, nimia
diligẽtia congestas[f] hîc inculcare consilium non est. Hoc in præsentiarum dixisse
satis erit: earum nullam iurisiurandi religione roborari:[g] ea (vt opinor ego) ratione,
quòd iuri naturali repugnent:[h] quod, cum diuina quædam prouidentia fuerit
constitutum, firmum & immutabile permanet.[i] vnde nec tolli, commutaríque
potest, facto præsertim iurantis, qui est persona priuata, cùm nec quidem ciuilis le-
gis auctoritate possit abrogari.[k] Altera species, cùm conuentio contradicit iuri, 12
quod principaliter, publicam respicit vtilitatem.[l] Veluti ea, qua paciscimur mar-
mora, columnas, tigna, cæteráque ædibus affixa, aut parietibus iniuncta in alium
locum transferri[m] (interest quippe reipublicæ ruinis ædificiorum, publicum as-
pectum non deformari.[n]) pactum, quod ad delictum prouocat.[o] nam criminibus
purgatam, pacatámque esse prouinciam, publicè vtile est.[p] Idem iuris est in ea cõ-
uentione, qua publicum crimen, pœnam tamen sanguinis non ingerens, remit-
titur,[q] puplicè quippe expedit, delinquentes puniri.[r] Quanquam in criminibus
capitalibus, quæ pœnam sanguinis non irrogant, diuersum sit benignitate qua-
dam constitutum,[s] quod, videlicet, indulgẽdum sit ei, qui sanguinem suum quo-
quomodo redimere voluit:[t] Pactio quoque ne noui operis nuntiationem, ex pu-
blica causa exequamur:[u] aut vt ne possessor annuũ tributum agnoscat:[x] velut pu
blicam, fiscalémue lædens causam, inutilis est: sicuti & illa, qua clerici consentiũt,
vt coram iudice seculari conueniantur.[y] Nec enim personale est hoc beneficium,
sed toti ordini ecclesiastico gratiosè indultum, cui ideo priuatis pactionibus dero-
gari non potest.[z] Eiusdem generis est pactio, vt instantiæ tempus, à ciuili lege tri-
ennio

i L. non dubium. C. de legib. l. pacta, quæ cõtra. C. de pac.
k L. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j.
l L. iurisgentium. §. Prætor ait. ff. de pac.
m c. non est. de reg. iur. in vj.
n L. generaliter. l. si plagij. ff. de verbo. oblig. d. l. iurisg. §. si ob maleficium.
o L. ex eo. C. de inutil. stip. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obli.
p L. ij. §. interdum. ff. de vulg.
q L. fin. ff. de pac.
r L. Titia in prin. ff. de verbo. oblig. c. Gẽma. de spõsal.
s eod. locũ. c. requisiuit de sponsal.
t D. l. Titia in prin.
u L. alia. §. eleganter. ff. sol. mat.
y L. vn. §. cùm autem. C. de re. vx. ac.
z L. si quis in posterum. §. fi. C. de bo. libert.
a L. seruos. C. de quæstio.
b L. j. §. si quis dicatur. l. Diuus. §. pe. ff. de quæstio.
c L. abdicatio. C. de pat. pot.
d L. si quis à liberis. §. si parens. vbi Doct. ff. de lib. agnos. Dec. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur.
e L. vn. §. sileat. C. de re. vxo. actio. l. fi. §. ipsum autem. C. de bo. quæ lib.
f Alciat. l. pacta quæ contra. in prin. C. de pac.
g L. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. c. non est obligatorium. de reg. iur. in vj.
h c. fi. §. his ita. vj. dist. c. quæ contra mores. viij. dist.
i §. sed naturalia. de iur. natur. c. j. v. dist.
k L. ij. §. fi. ff. de vsufruc. ear. rer.
l L. ius publicum. ff. de pac. l. fi. ff. de fuis, & legit. l. quod de bonis. §. j. ff. ad l. Falcid.
m L. senatus. ff. de contrah. emp. l. cætera. §. pe. & fi. ff. de leg. j.
n L. fin. ff. ne quid in loc. pub. l. ij. C. de ædific. priua.
o L. si vnus. §. illud. ff. de pact. l. conuenire. ff. de pact. dotal.
p L. obseruandum. ff. de offic. præs.
q L. transigere. ij. respons. C. de transac.
r L. in vulneratus. ff. ad leg. Aquil.
s D. l. transigere. j. respons.
t L. j. ff. de bon. eor. qui. ante sunt.
u L. iurisgentiũ. §. si paciscar. ff. de pac.
x L. inter debitorem. ff. de pac.
y c. si diligenti. de for. comp. c. insolita. xj. q. j.
z D. c. si diligenti.

ennio conclusum prorogetur,[a] ne contra publica commoda, lites penè fiant immortales.[b] Sunt & alia sexcenta istiusmodi pacta, quæ coaceruare laboris magis esset, quàm fructus, aut ingenii, quorúmque omnium non obscura est ratio: quia sicuti ius, quæ pro se sunt introducta, liberè concessum est vnicuique renuntiare,[c] ita quæ alio fauore, quàm nostro introducta sunt, soli remittere nō possumus:[d] ac proinde, nec hoc quidem casu, iusiurandum quicquam operatur.[e] cùm alte-
13 rius iuramētum alteri neque prosit, neque noceat.[f] Sub hac porrò cōuentionum specie, non malè mihi locare posse videntur, quæ formæ, solennibúsue iuris derogant.[g] Cùm enim hæc, vt plurimum fauore publico sint constituta,[h] nec possit quisquam facere, quominus leges in suis actibus locum habeant:[i] priuatorum cautionibus, quamlibet iuratis, mutari non possunt.[k] Quapropter inutilis esset pactio, quæ vellet stipulationem consistere, in qua non foret congruè, ad interrogata responsum:[l] licet in vim pacti nudi, propter iuramentum, quod facit valere actum, quo meliore modo potest,[m] posset tūc stipulatio defendi.[n] Reiicitur quoque ea conuentio, quæ sustineret donationem supra quingentos aureos, non insinuatam.[o] Atque illa, vt de futuris alimentis inconsulto Prætore transigeretur,[p] aut rata esset de controuersiis, quæ ex ex testamento proficiscantur, transactio non visis verbis testamēti,[q] hísque similes, quas omnes, defectu formæ, adeò prosterni dici potest, vt nec quidem iurisiurandi religione (tametsi plerique omnes contrà) sustineri valeant. Est enim forma, quæ rei essentiam præstat.[r] Sublata autem essentia, oportet ipsam quoque rem perire:[s] nec iusiurandum vires suas ad id, quod propria caret essentia, producit.[t] Adde (si placet) quod in iis omnibus exemplis publica principaliter videtur vtilitas versari.[u] Nam stipulationum solennitas (vt & alibi dixi) obligationum firmandarū gratia fuit introducta:[y] insinuationem, in donationibus, apud acta publica fieri constitutum, ne donationes facilè cōfingātur. Et ita omnis fraudis, falsitatísque præscindatur occasio.[z] De futuris alimentis, transigi prohibitum: quoniam ab iis hominum vita pendet,[a] & ne quis modico præsenti inescatus, ad extremam traducatur miseriam.[b] De controuersiis denique testamentariis, testamenti verbis incognitis, noluit lex transigi posse, non tam in odium hæredum occultantium testamenta,[c] quàm quod publicè expedit, supremas hominum voluntates, ex defunctorum mente exitum habere.[d] Obie-
14 cturi sunt hîc mihi nonnulli, quod in aliis terminis assuunt interpretes, nimirùm hanc vtilitatem publicam, non principaliter, sed in consequens, & (vt vocant) secundario in superioribus exemplis considerari, ac proinde iureiurando fulciri posse, quemadmodum in alienatione rei dotalis à marito facta dicimus: quæ tametsi omni iure nulla sit,[e] adeoquidem, vt nec mulieris consensus, hodie eam vllo modo confirmet,[f] ne muliebris fragilitas in suam perniciem conuertatur,[g] debet tamen si iurauerit mulier præstitum à se iusiurandum seruare.[h] Cùm nec in æternæ suæ salutis, nec in alterius vergat detrimentum.[i] Et tamen nemo nescit interesse Reipublicæ mulieribus dotes saluas esse.[k] Cæterùm, inquient, hoc publicum interesse, secundariò tantùm consideratur: principaliter quippe in gratiam mulierum id est constitutum, vt competēs habeant solatiū cum sua familia.[l] Ad quem sensum, etiam iuris auctores, alibi dixerunt publicè expedire absentes, à quibuscunque defendi:[m] Reipublicæ expedire, ne quis re sua malè vtatur,[n] & interesse

a L. properandum. §. & si quidē. C. de iud. b L. fin. ff. pro suo. d. l. properandū. in prin. c L. si index. ff. de minorib. l. pen. C. de pac. d c. ad apostolicam. de regular. e D. c. si diligēti. in fi. Accur. l. ij. C. de agricol. lib. xj. f L. iij. §. fi. ff. de iureiur. g L. quidā decedēs. §. fi. ff. de admin. tuto. h L. vltima. C. de fideicom. i L. nemo potest. ff. de leg. j. k L. iij. ff. de testam. d. l. quidam. l L. j. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. m L. cùm pater. §. filius matrē. ff. de leg. ij. n L. an inutilis. ff. de acceptila. o L. sancimus. C. de dona.

p L. cùm ij. ff. de transac. l. de alimentis. C. illo tit. q L. j. ff. quēad. test. aper. l. de iis. ff. de transac. r Docto. hîc, & alibi passim. s L. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. t L. repeti. §. pen. & fin. ff. qui. mo vsuf. amitta. u L. fin. C. de non num. pec. x L. fin. C. de fideicom y Iulius Paulus. lib. v. Sententiarum tit. viij. z L. data. C. de donatio. Bar. l. Modestinus. ff. illo tit. a Bar. in tract. Alimentorum. Docto. in d. l. de alimentis. b L. cùm ij. ff. de transac. c L. tres fratres. ff. de pac. d. l. j. ff. quemad. test. ap. d L. vel negare. ff. quēad. test. aper. e L. lex Iulia. ff. de fundo dotal. l. vn. §. & cū lex. C. de rei vxo. actio. f Auth. siue à me. C. ad Velleia. §. j. quib. alien. li. Institut. g D. §. j. qui. alio. lic. h c. cùm contingat. de iureiur. c. licèt. illo tit. in vj. i c. ij. de pac. in vj. c. debitores. de iureiur. k L. ij. ff. de iur. dot. l. j. ff. sol. mat. l L. si cùm dotem. §. si verò dotem. ff. sol. mat. l. fin. ad prin. C. de iur. dot. m L. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. n §. pen. de iis, qui sunt sui.

rei publicæ, vt ciues, subditíque sint locupletes: [o] iisque similia multa. Nam quæ
principaliter in gratiam publicam constituta sunt, qui promisit, etiam iurato, nec
conuellere debet, neque tenetur. [p] Mihi verò res hæc tota aliter finienda videtur, 15
vt videlicet alia sit ciuilis legis, & alia pontificiæ ratio, atque dispositio. Cæsareum
quippe ius negat pactionem improbam, aut alio quouismodo, à iure communi
remotam, iureiurando fulciri: [q] ne legis auctoritas, hoc prætextu adumbrari, delu-
díque possit: [r] si nimirùm vires habeat iusiurãdum contra præceptum legis inter-
positum. [s] Vnde nec hoc iure religione iurisiurandi, pactum de non succedendo
vires sumeret. [t] non item præstitus à muliere consensus, super dotis alienatione, [u]
non pactum commissoriæ legis, in pignoribus, [x] non transactio de futuris alimen-
tis inconsulto Prætore interposita: [y] aut facta de controuersiis testamentariis non
cognitis verbis testamẽti, [z] non donatio supra quingentos aureos, non insinuata,
aut quæ alioqui insinuationem ex lege statuti requireret: [a] aliisque id genus casi-
bus. Nec obstat quod adiectum contractui minoris iusiurandum, seruari ciuilis
quoque lex præcipiat. [b] Nam minoris conuentiones à iure communi remotæ non
sunt: potest siquidem pubes factus, curatorem non habens contrahere, quamuis
si se læsum doceat, restitutione iuuetur. [c] Põtificia verò lege, quæ in eo semper tota
fuit, vt omnis omnino via, periuriis occluderetur, [d] néue polluetur sacrosanctũ
Dei nomen, aut assumeretur in vanum. [e] aliud constitutum scio: nimirùm iusiu-
randum quodcunque non dolo præstitum, nec in alterius dispẽdium, nec in pro-
priæ salutis detrimentum vergens, religiosè seruandum esse. [f] Vnde & superiori-
bus omnibus casibus seruari iuramentum oporteret, [g] præterquam iis casibus, qui-
bus rectà, publicum ius læderetur: túmque quoniam iurisiurandi obseruãtia, in in-
iuriam alterius, nempe publici commodi reflecteretur. [h] Denique considera, si
probabile est, quod iamdiu defendi, [i] ob publicum principaliter fauorem, dotis
causam, factam esse, præ cæteris à lege singularem & præcipuam, [k] in consequénti-
que dũtaxat, & certis quibusdam casibus, ad priuata mulierum commoda legem
respicere. [l] cùm in publica nuptiarum vtilitate, lex passim se fundet, quæ versatur
in eo potissimum, vt ciuitates liberis hominibus repleantur: [m] quo nihil feliciùs,
nihílque vtilius reipublicæ esse posse, dixit Iustinianus. [n] Ex ratione autem in lege
expressa, verus finis & scopus legis colligitur. [o] Et cùm finis (sicuti Philosophi di- 16
cunt) primum sit, & principium in intellectu: illud censeri debet principaliter, vel
publicum, vel priuatum commodum respicere, quo mens, & propositum dispo-
nentis, maximè dirigitur. [p] Nec me mouerit Cæsaris lex, quæ publicam primipili
causam priuatorum contractibus super dote præponit. [q] Nam hoc non infert cau-
sam dotis, ad priuatam vtilitatem principaliter pertinere: quod præsertim aliud
sit dicere, priuatorum contractibus, aliud priuatorum vtilitatibus. præfert autem
doti causam primipilarem, tanquam reipublicæ vtiliorẽ, & magis necessariam. [r] vt
& alibi fusius tractaui. [s] Atque hinc nouè quandoque dicebam pactionem, qua
mulieris in dote conditio deterior fit, velut publicè contradicentem vtilitati nul-
lius esse momenti. [t] etiam si iureiurando sit roborata. [u] præterquam iure põtificio,
vbi conuentio fieret constantibus nuptiis. [x] Tunc enim pontificibus visum est, v-
tilitatis publicæ causam, cùm sit nupta mulier, magna ex parte cessare, [y] & pericu-
lum salutis æternæ, propter periurium impendere: [z] cui per implementum iurisiu-
randi

o §. cogitatio. vt iud. sine quoq. coll. ij.
p c. si diligẽti. in fin. de for. comp.
q L. iurisgen. §. pen. ff. de pact.
r L. nõ dubium. C. de legib.
s L. si quis inquilinos. §. fina. ff. de leg. j.
t L. pactũ dotali. vbi Accurs. C. de colla.
u §. j. quib. alien. lic. c. cùm contingat. ibi secũdum legitimas.
x L. fin. C. de pac. pig.
y L. cum ij. ff. de trãsac. l. de alimẽtis. C. eo tit.
z L. j. ff. quẽad. test. aper. l. de iis. ff. de transac.
a L. sancimus. C. de donatio.
b L. j. & auth. sacramenta. C. si aduer. vẽd.
c L. ait Prætor. ff. de minor. l. si curatorem. C. de in integ. rest.
d c. in nono. xxij. q. j.

e Leuit. xix. c. habemus. cum seqq. xxij. q. j. f c. ij. de pac. in vj. g c. cum contingat. de iureiur. c. significante. de pignor. h c. si diligenti. in fi. de for. comp. i Dixi l. j. ff. sol. mat. k L. ij. ff. de iur. dot. l. iij. ff. de priuil. cred. d. l. j. l L. assiduis. C. qui potior. §. j. quib. alie. lic. Inst. m L. hoc modo. ff. de cond. & demẽ. l. cùm ratio. §. si plures. ff. de portio. qua lib. damnate. d. l. j. n §. hac nos. de rest. & ea quæ par. coll. iiij. o L. cùm tale. §. pen. ff. de cond. & demẽ. p Bar. l. ambitiosa. col. iiij. ff. de decret. ab ord. fac. q L. pen. C. de primipil. lib. xij. r L. cætera. §. sed si quis. ff. de leg. j. l. fina. ff. de dam. infec. s Dixi lib. v. Miscellan. c. iiij. t L. de die. l. Atilicinus. ff. de pac. dotal. u L. ius publicum. ff. de pac. c. si diligenti. de for. comp. x c. cum contingat. de iureiur. c. licet. eod. tit. in vj. y L. ij. ff. de iur. dot. l. iij. ff. de priuil. cred. z c. in nono. xxij. q. j. cum seqq.

randi occurrēdū censuerunt.[a] Nam & in eo (vti dictum est) semper toti fuêre pontifices, ne sacrosanctum Dei optimi maximi nomen pollueretur, vel assumeretur in vanum.[b] Nec prætereà credendum est, hac iurisiurandi rèligione, voluisse eos renuntiationem dotis confirmari. Sed iuramento duntaxat, parendum esse.[c] Inter quæ plurimùm interesse constat.[d] Sed iam satis diu hoc saxum voluimus. Posterior species, cùm cōuentio inutilis est, defectu consensus:[e] quo casu nihil pariter operatur iusiurandum[f] nam iniquum nimis esset, quem ex contractu, præter consensum obligari.[g] Iusiurandum autem (quod com item præcipuè debet habere iustitiam)[h] non oportet iniquitatis vinculum esse.[i] prætereà iuramentùm eius conuentionis cui adiicitur, naturam pedetentim subsequitur.[k] Quare, cùm in hac Pauli nostri specie, perfectus serui operas promittentis consensus deficeret, vt suo loco ostensum est, æquum putauit lex, nec quidem iurisiurandi adiectione vllam contrahi obligationem.[l] vt & in simili receptum est, nihil operari iusiurandum super actu simulato interpositum.[m] IOANNES CORASIVS TOLOSAS, FERRARIAE, XXVII. IVNII M. D. L.

a D. c. cùm contingat. b Leuitic. xix. c. habemus. xxij. q. j. c D. c. cum contingat. d c. debitorum. de iureiur. Panor. & Imol. d. c. cum contingat. e L. obligationū substātia. §. fi. ff. de actio. & oblig. f Accurs. l. iij. C. plus valer. g L. j. §. penult. ff. de pact. h cap. & si Christus. de iureiur. ca. animaduertendum. xxij. q. iiij. i c. quanto. de iureiur. k L. fina. ff. qui satisd. cog. l. fin. C. de nō num. pecu. l D. l. obligationum substātia. d. l. j. §. pen. m Accurs. Bal. & alij. l. emptione. C. plus val. Alexan. l. si donatione. col. iij. C. de collatio.

§. ITEM SI FILIVS.

Item si filius[a] à patre, vel seruus à domino stipuletur,[b] fideiussor acceptus non tenetur:[c] quia non potest pro eodem & eidem esse obligatus.[d] Ex diuerso igitur patre à filio, vel domino à seruo stipulato, fideiussor acceptus tenetur.[e]

SVMMÆ RERVM.

1 *Filius & seruus naturaliter obligantur.*
2 *Naturalis obligatio quando domino, vel patri quæratur.*
3 *Dominus non stipulatur à seruo.*
4 *Pater in aduentitiis an filio obligetur, noua opinio.*
5 *Noue declarata l. iubemus.*
6 *Castrensis, & aduētitii peculii differentia.*
7 *Notarius & iudex an gesta coram se scribat.*

Item si filius.[a] Hîc docet Iulius Paul[a], quòd si Titius filius à Gaio patre,
aut Pamphilus seruus, à Seio domino centum aureos, verbi gratia, sti-
puletur, eiúsque rei nomine, Titius, vel Pamphilus fideiussorem acci-
piat, non tamen tenetur fideiussor. Cæterùm, si per contrarium, fi-
lius patri, aut seruus domino per stipulationem nonnihil promiserit,
1 dato ea de re fideiussore obstrictus erit fideiussor. Dubitationem faciebat, in prio-
re specie, quia pater filio, & dominus seruo, naturaliter saltem obligantur.[a] Et na-
turali obligationi, fideiussor vtiliter accedit,[b] hoc præsertim casu, quo dici non po-
test, naturalem illam ex contractu filio, vel seruo quæsitam, patri vel dominò, re-
acquiri,[c] quamuis alioqui constet quæsitum à nobis, mox illis acquiri, in quorum
potestate sumus.[d] In altera verò specie dubitationis causa poterat esse, præcedens
responsum, cùm præsertim inter hunc & superiorem casum, ratio nulla diuersita-
tis appareat.[e] Et quoniam in correlatiuis, vt sunt pater & filius, dominus & seruus,
idem iudicium cōstitui solet,[f] ratio prioris dicti in contextu scribitur: cùm enim
oporteat distinctam esse obligati rei personam à creditore,[g] non potest esse fide-
2 iussor, pro eodem & eidem obstrictus.[h] Quod tamen contingeret, si pro patre aut
domino promissore, apud filium, vel seruum stipulatorem, fideiussor vtiliter inter-
cederet: quippe, licèt ex cōtractu quæsita, filio vel seruo naturalis obligatio, patri
vel dominò non quæratur.[i] Illa tamen naturalis, & ciuilis, qua filius aut seruus
alium obligatum habet: ita in eum, sub cuius est potestate, deuolat, vt nec mo-
mento quidem resideat apud filium, vel seruum.[k] Et ita maneret fideiussor pro

a L. frater. & l. si id, quod. ff. de cond. ind. b L. j. l. fideiussor. §. fideiussor. hoc tit. c D. l. frater. §. quæsitū. d L. j. in prin. ff. si quis à parent. l. placet. ff. de acq. hered. e L. illud. ff. ad. l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. f L. fin. ff. de acceptila. l. fin. C. de ind. vidui. toll. l. j. C. de cupress. lib. xj. g L. ij. ff. de stipul. seruo. h Vt hîc. i D. l. frater. k D. l. placet. d. l. j. ff. si quis à par.

eodem, nempe patre, vel domino: eidem patri nimirum vel domino, contra iuris
regulas,[l] naturæque rationem obligatus. Poſterius verò dictum rationem habet 3
expeditam, quia pater à filio, aut dominus à ſeruo, ſtipulando, naturalem ſine dubio, quærit obligationem:[m] cui fideiuſſorem efficaciter accedere dubium non eſt.[n] Vnde ceſſat relatiuorum argumentum, ex diuerſitatis ratione manifeſta.[o] quippe non poteſt, hoc caſu ſicuti ſuperiore contingere, pro eodem, & eidem obligari fideiuſſorem.

Stipuletur.[b] Quo caſu, inutilis vſqueadeò eſt ſtipulatio, vt nihil prorſus actum intelligatur:[p] quod enim quis ab alio ſtipulādo quærit mihi, à me ſtipulando nihil agit.[q] id autem ciuiliter accipiendum omnes cenſent.[r] nam filius, & ſeruus ſtipulando patri dominóque acquirunt:[s] quibus tamen promittendo dominus & pater natura obligantur.[t] Nec poteſt illa ciuilis legis regula,[u] naturalis obligationis ortum impedire.[x] Vnde verba illa, *nihil agit*, quibus Iulianus vſus eſt,[y] ad ciuilem effectum, pro ſubiecta materia referri debent. Sicuti, cùm dixit Iuſtinianus, eum nihil agere, qui alii quàm ei, cuius iuri ſubiectus eſt, ſtipulatur: quippe quòd conſtat, inde nihilominus naturalem exoriri obligationem.[z] Quod & alibi docui.[a]

Non tenetur.[c] Licèt enim obligatio naturalis filio, vel ſeruo ex ſtipulatione quæ- 4
ſita, non re acquiratur patri, vel domino:[b] illa tamen ciuilis, efficax, quâ filio, vel ſeruo fideiuſſor cœpit obſtringi, ſtatim patri quæritur.[c] Et ita tandem reperiretur fideiuſſor, pro eodem, & eidem obligatus. Quæ ratio cùm hodie, inquiunt Doctores in aduentitiis ceſſet: reſpectu quorum receptum eſt, poſſe patrem filio ciuiliter obligari,[d] teneretur dubio procul acceptus fideiuſſor.[e] Quod ſi de illis aduentitiis bonis agamus, quorū pater, nec quidem vſumfructum habet: quia, putà, ad filium ea lege peruenerunt: aut pater iuri ſuo ceſſit, aliiſque caſibus alibi tractatis,[f] dubitationem nullam eſſe dicunt: quod tunc cenſeantur, veluti caſtrenſe peculium: in quo, cùm pater nullum ius habeat,[g] filio patrem obligari poſſe, certi iuris eſt.[h] Reſpectu verò aliorum aduentitiorum, quorum pater vſumfructum retinet, vt regulariter contingit,[i] quæſtionis eſſe poteſt.[k] Verùm & eo quoque caſu receptum, filio patrem ciuiliter obligari.[l] Nam quòd Iuſtinianus ait inutilem eſſe ſtipulationem, ſi is, qui iuri noſtro ſubiectus eſt, à nobis ſtipuletur:[m] accipiendum eſt, ſpectata antiqua lege, vel etiam (ſi ad nouam quoque te referre velis) ex cauſa profectitia. Hactenus Doctor. quorum in vtroque membro ſententia periculoſa admo- 5
dùm ſemper mihi viſa eſt. ſiquidem regulariter conſtat inter patrem & filium, ciuilem non naſci obligationem: nec vſquam caſus bonorum aduentitiorum, nominatim excepti reperiantur.[n] Et quoniam inter iſtiuſmodi perſonas, ciuiles effectus, manente poteſtate, patria impediuntur, iis etiam caſibus, quibus in bonis filii pater nihil iuris habet.[o] Nec me mouerit, quòd ſeruandi fideicommiſſi ſatiſdationem filio patrem præſtare quandoque legamus.[p] Nam hoc duobus tantùm caſibus, ſpecialiter traditum eſt: cùm, videlicet, id iuſſit teſtator: aut pater ad ſecundas conuolat nuptias.[q] Quibus prætereà non arbitror id filium exigere iure actionis tanquam ſtricto iure deficiatur:[r] ſed implorato tantùm iudicis officio:[s] quod conſtat nullam includere obligationem.[t] Nec item nos mouerit quòd in bonis ca- 6
ſtrenſibus ciuiliter filio pater obligetur.[u] Nam hoc ideo, quia eius peculii reſpectu nominatim lex conſtituit filium patrisfamilias vice fungi,[x] in eundémque licèt adhuc in ſacris patris manentem, patriæ poteſtatis vim nullam eſſe,[y] vtpote cui, & teſtari

l L.iij.ff. de ſtipul. ſeruo.
m D.l.frater.
n L.j.l.ſi fideiuſſor.§. fideiuſſor. hoc titul.
o L.fi. vbi Doct. C.de ind.viduit.
p §. item inutilis. de inutil.ſtip.
q L.ſed & ſi quid.§.ſi ſeruo.ff. de vſufruc.leg. l.liber homo ij.in pri. ff.de verbo. oblig.
r Doctor. d.l.frater.
s L.placet. ff. de acq. heredit.
t L.ſi id quod.l.frater.ff. de cōd.indeb.
u D.l.liber homo.d.§. ſi ſeruo.
x L.ij.§. fi.ff.de vſufruc.ea.rer.
y D.§.ſi ſeruo.
z L.ſtipulatio iſta.§. alteri.ff.de verbo. oblig.
a Dixi in l.frater.col. xxj. ff. de cōd.indeb.
b L.frater, l.ſi id quod ff de cond. ind.
c L.placet. ff.de acq. hared.

d L.iubemus.§.in ſupradictis.C.ad Trebell. e Accurſius hic. f Auth.excipitur. Aut.idem eſt.C.de bon.qua lib. g L.iij.C.de caſt.pecul.milit. lib.xij. h Si quis vxori.§.j.ff.de fur. i L.cum oportet.l.fi.C.de bon.qua lib. k Bal.l.a filio.ff.de leg.j. l D.l.iubemus.vbi Accurſ.& in auth. vnde ſi parens.C.de inoff.teſtam. m §.item inutilis.de inutil.ſtipul.Inſt. n L.frater.ff.de condic.indeb. o L.Imperator.verſ.nam quia.ff.ad Trebell. p D.§.in ſupradictis. q D.§.in ſupradictis. r D.l.frater.d.l.Imperator. s L.hereditas etiam.in fi.& l.fin. ff.de pet.hared. t L.qui per colluſionem ff.de actio.emp. u L.ſi quis vxori.§.j.ff.de furt. x L.ij.ff.ad Macedon. y L.iij.C.de caſt.pecul.lib.xij.

testari,[z] patrémque in iudicio conuenire:[a] ac in illum suas actiones exercere,[b] singulari fauore permissum sit:cùm tamen in aduentitiis nõ omnino vires suas amittat patria potestas, ex quo nec de iis quidem testari potest filiusfamilias, quorum pater non habet vsumfructum.[c]

7 *Esse obligatum.*[d] Distincta nimirùm debet esse rei persona, à persona creditoris:[d] & agentis à patiente, [e] vt non iniuria sit traditum non posse tabellionem, si iudicandi fortè munere fungatur, gesta coram se scribere: sed alium adhibere debet:[f] tum ne iubentis, & parentis personas sustineat:[g] tum etiam ne quicquam facilè machinari contra litigatorum innocentiam possit.[h] nisi tamen lex, aut ciuitatis mores aliud recepissent:[i] quorum vsum in iis præsertim, quæ ad instructionem iudicii spectãt, religiosè seruari oportet. [k] verùm hæc, similiúmque inuestigationum tractatio, ex locis magis idoneis petenda est.[l]

Fideiussor acceptus tenetur.[e] Cùm naturalis saltem obligatio patri, & domino, ex stipulatione sit quæsita.[m] Et naturali obligationi fideiussor accedens, efficaciter obligetur.[n]

§ SI NVMOS.

Si numos [a] alienos, quasi tuos, mutuos dederis sine stipulatione,[b] nec fideiussorem teneri[c] Pomponius ait. Quid ergo, si consumptis numis, nascatur condictio?[d] Fideiussorem puto obligatum fore.[e] In omnem enim causam acceptus videtur,[f] quæ ex ea numeratione[g] nasci potest.[h]

SVMMÆ RERVM.

1 *Contractus fiunt super re aliena.*
2 *Mutuum cur translationem dominij necessariam habeat.*
3 *Numi significatio.*
4 *Numi à quo primum signati.*
5 *Mutuum an stipulatione concilietur.*
6 *Declarata noue l.quamuis.*
7 *Naturalis obligatio, cessante æquitate, cessat.*
8 *Consumptione quo modo mutuum confirmetur.*
9 *Commixtionis specierum effectus.*
10 *Alciati sententia improbata.*
11 *Fideiussoris obligatio quando suscitetur.*
12 *Ex, dictio.*
13 *Executio sentẽtiæ an fiat cõtra fideiussorẽ.*
14 *Fideiussor acceptus de vulnere an teneatur de morte.*

1 POtest quiconque contractus super re aliena regulariter fieri, veluti venditio [a] commodatum, [b] & depositum, [c] aliique id genus, præter pignus, [d] & mutuum. [e] Pignus ideo, quia ius in re constituat:[f] quod non dominus facere nequit.[g] Mutuum verò, quod necessariam habeat dominii translationem,[h] nec pariter possit, qui dominus nõ est, dominium in alium transferre:[i] quippe cùm nemo plus iuris alteri concedit, quàm habeat ipse:[k] vnde patet non obesse quod diuendi res aliena possit.[l] Nam hoc ideo, quia venditor tenetur duntaxat tradere.[m] Nec obstat item, quod creditor rem debitoris oppigneratam.[n] Tutor ex causa rem pupilli,[o] & procurator rem domini,[p] alienent:& ita dominiũ transferant, quod non habent. Nam hoc ideo, quia licèt veri domini non sint, iuris tamen interpretatione, dominorum loco habentur:[q] qui prætereà, postquam hoc eis muneris impositum est, si alienent, voluntate dominorum id egisse creduntur.[r] Cur autem lex in mutuo constituerit
2 transferri dominium?[s] In promptu causam esse puto. Finem contractus, qui eò

z §.j. qui non est permiss. Inst.
a L. Lis nulla. ff. de iudic.
b L. si dubitetur. §. fi. hoc tit.
c L. fin. vbi Doctor. C. qui test. fa. poss. Accur. l. j. §. in filij. ff. ad Trebell.
d L. ij. ff. de stip. seruo.
e c. fin. de institutio. c. debitum de bapti.
f c. quoniã contra de prob. c. cùm à nobis. de testib.
g D. l. ij. ff. de stip. seru.
h D. c. quoniam contra.
i c. cùm dilectus. de fide instr.
k L. iij. §. fin. ff. de testib. l. j. C. de emãcip. libero.
l Bart. & Castrens. l. iubemus. §. sanè. j. C. de sac. sanc. eccles. Feli. d. c. quoniã vij. q.
m L. frater. §. quæsitũ. ff. de cond. indeb.
n L. fideiussor. §. fideiusso. hoc ti.

a L. rem alienam. ff. de cont. emp. b L. ita vt si fur. ff. commod. c L. j. §. si prædo. ff. depos. d L. rem alienam. ff. de pig. actio. e L. ij. §. appellata. ff. si cer. pet. f §. item Seruiana de actio. Instit. g L. nemo plus. ff. de reg. iur. h D. §. appellata. i L. traditio. ff. de acq. re. dom. k c. nuper de dona. d. l. nemo. l L. rem alienam. ff. de cont. emp. m L. ex empto. §. j. ff. de actio. emp. n L. non est nouum. ff. de acq. re. do. o L. lex. l. fi. C. de admin. tutor. p §. nihil autem. de rer. diuis. q L. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto. r §. j. quib. alie. licet. Instit. s D. §. appellata.

spectat, vt recipiens, te ipsa mutuata vtatur, vtendóque cõsumat: [t] cùm iis tantùm rebus constet mutuum, quæ vsu tolluntur, & consumuntur: [u] quam consumptionem ab eo fieri, qui dominus non esset, hac via permittere noluit, ne fraudetur interim dominus re sua, quam vsu sublatam nulla actione consequi posset. [x] Eò factum, vt cùm mutuo data de facto res aliena, non amplius extat, quia per debitorem consumpta, lex benignè suscitet mutuum, ex eóque certi condictionem concedat. [y] Quod & hîc attingit Iulius Paulus, ad cuius speciem transeo. Habebam apud me ex tua pecunia coronatos centum, quos ego Titio amico meo mutuam pecuniam, me roganti, mutuos dedi, nec eos mihi reddi stipulatus sum: accepi tamẽ pro iis Gaium fideiussorem, qui an mihi eo nomine sit obligatus apud Iulium Paulum quæsitum fuit. Et responsum est non teneri fideiussorem, nisi fortè numos illos iam consumpsisset Titius. Tunc enim, quia mutuum, quod ante nullum erat, sequuta consumptione conualescit: fideiussoria quoque reuiniscit obligatio, siquidem Gaius fideiubendo in omnem causam, quæ ex ea pecuniæ numeratione potuit nasci, promisisse videatur. [z] Dubitationem faciebat, quia consumptione videbatur mutuum nullo modo conciliari potuisse: & ita non obstringi fideiussorem, qui in duriorem causam non potest adhiberi. [a] Nam mutuum, ideo dictum est, quòd de meo tuum fiat: & ita de dante transferatur in accipientem dominium, [b] quod consumptione non omnino contingit, per quam tametsi dici possit factam accipientis pecuniam, [c] nunquam tamen dantis fuisse verum est. Decisionis ratio ex iis, quæ præmisimus, nemini non patet. Nec obstat quod consumpta pecunia nunquam fuerit in dominio dantis, & ita mutuum sequi non potuerit. [d] Nam ex quo lex per pecuniæ consumptionem interpretatur in accipientem translatum dominium: quod per mediam veri domini personam, qui nihil egit, non potest considerari. [e] lex quoque fingit in necessarium antecedẽs, sequuta consumptione, dominium apud dantem fuisse, & breui manu translatum in accipientem: [f] vt celeritate actuum coniungendorum, vnus actus occultetur, [g] idque benignè, vt Africanus ait, [h] hoc est ex humanitate quadam, singularique fauore, contra vulgarem contractus mutui naturam. [i]

Si numos. [a] Numum ἀπὸ τοῦ νόμου, hoc est, à lege constat nomen accepisse. cùm enim 3
rerum permutationes, quæ olim tantùm in vsu erant, ad fouendam ciuilem hominum societatem, non viderentur sufficere, forma publica percussa fuit, electa materia: [k] quæ rerum inæqualium pretia, ad æqualitatem reuocaret, [l] & in quam res omnes possent commodissimè cõuerti. [m] Quod & attingit pulchrè Philosophus. [n] Est autem numi generalis appellatio, vt quæ ad quamlibet monetæ speciem, seu quamcunque pecuniam numeratam, siue auream, siue argenteam, siue etiam æream, referatur. [o] Quamuis nonnunquam contractiore vocabulo pecuniã duntaxat argẽteam, notet, quæ alio nomine Sextertius dicebatur, valens ad rationem Gallicæ nostræ pecuniæ, decem Denariolos turonẽses, & semissem. [p] Nam Sestertios & Numos pro eodem Cicero posuit. [q] Æreum porrò numum cum primis à 4
Seruio rege signatum, & percussum fuisse, graues auctores perhibent, [r] idque pecudum nota: quòd omnis veterum substantia, in pecoribus præcipuè consisteret, [s] magnæque apud antiquos dignitatis, pecudes essent. [t] Vnde vel Ouidio auctore, pecunia appellata. [u]

Cætera luxuriæ, nondum instrumenta vigebant,
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed iam de vetito quisque parabat opes.

Sunt & qui putant Ianum, Saturno impulsore, quem classe peruectum hospitio exce-

t L. rogasti. ff. si cer. pet. u L. ij. §. j. ff. illo tit. x L. qui res §. areã. ff. de solutio. y L. nam & si fur. l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cer. peta. z L. gracè. §. illud. hoc tit. a L. ij. §. appellata. ff. si cer. peta. b L. si alienis. ff. de solutio. l. rogasti. §. fi. & l. nam & si fur. ff. si cer. peta. c D. §. appellata. d L. id, quod nostrum. ff. de reg. iur. e L. illud. ff. de acq. hared. l. ad rem. l. ad legatum. ff. de procu. f L. non omnis. §. si pupillus. ff. si cert. peta. l. licet. §. j. & l. pater filia. ff. de iur. dot. g L. iij. §. fin. ff. de dona. int. vir. h L. qui negotia. ff. mãda. i L. singularia. ff. si cert. peta. k L. j. vbi Bud. ff. de cont. emp.

l L. si ita fideiussorem. hoc titul. m L. fin. C. de const. pec. n Aristotel. v. Ethicorum. o L. certi condictio. §. si numos. ff. si cer. petat. l. numis. ff. de in lit. iur. & hîc. p Bud. in d. L. j. ff. de cont. emp. & in libro de asse. q Cicero actione iiij. in Verrem. r Plin. lib. xxxiij. nat. histor. c. iij. s c. totum. j. q. iij. t M. Varro lib. ij. de re rust. c. j. u Ouid. lib. v. Fastorum. d. c. totum.

exceperat, primum æs signasse, in perpetuámque Saturni memoriam, à quo iuris peritiam fuerat edoctus, cùm ex vna primùm numismatis parte geminam sui capitis effigiem expressisset : ex altera nauim, qua ille fuerat aduectus, poni curasse.[x] Quamuis & alii quidam, non ab ipso Iano, sed à posteris in amborum, Iani, videlicet, & Saturni memoriam, id factitatum autumant. E quibus Ouidius,[y]

At bona posteritas puppim formauit in ære,
Hospitis aduentum testificata dei.

De numis aureis verò, & argenteis constat illos à Lydis, omnium primis ad vtendum percussos.[z] Deinde Romæ signari cœpit argenteus numus, ante primum bellum Punicum, quinque annis, nimirum anno ab vrbe condita D. LXXXV. Aureus autem LXII. anno postquam argenteus percussus est,[a] qui cœpit deinceps vbique gentium cudi, & communis esse. Nec me clàm est, parum hac in re scriptores conuenire. Quod & alii tractant accuratiùs.[b] Nobis enim aliò properantibus, hæc obiter attigisse, satis visum est.

5 *Sine stipulatione.*[b] Secus enim, si pecuniam sibi reddi, creditor stipulatus esset, quo casu quæritur actio mutuãti, quâ pecuniam condicat.[c] atque inde traditum, stipulatione quoque, mutuum conciliari.[d] Quod neque verum mihi videtur, neque probabile. siquidem cõtractus vnus, alium non gignat.[e] Et vbi vera præcederet numeratio, quam stipulatio comitaretur, non tamen esset mutuum : sed sola stipulatio.[f] Multò igitur minùs, vbi nulla prorsus intercessit numeratio.[g] Verius igitur est, nullum hoc casu mutuum, cùm neque verè, neque fictè dominium in
6 accipientem, translatum sit.[h] sed solàm stipulationem cõtrahi :[i] quemadmodum & cùm stipulatio, chirographo de recepto subiicitur.[k] vnde nec vlla dabitur mutuanti condictio ex mutuo. quod non fuit,[l] sed ex stipulatione.[m] quæ vbi certum in eam deductum est, non ex stipulatu actionem, sed condictionem certi parit.[n] Et ita Cæsaris responsum, præter alios accipiendum est.[o]

Nec fideiussorem teneri.[c] Sed cur non tenebitur, cum accipiens bona fide pecuniam à non domino, voluerit ei obligari? Et ex consensu, naturalis nascatur obligatio,[p] cui fideiussor vtiliter accedit.[q] Respondeo, eum qui mutuam accepit pecuniam sese numeranti tanquam domino, obligari. cùm igitur apparet, numos mutuò datos, alterius fuisse, nec natura quidẽ obligatus intelligitur:[r] cùm omnis
7 cesset æquitas, qua sola nititur naturalis obligatio.[s] ac proinde, nec fideiussor, qui (sicuti sæpe dictum est) in duriorem causam adhiberi nequit. nec in aliud conueniri, quàm quod à reo potest exigi.[t]

8 *Consumptis numis, nascatur condictio.*[d] Si non extat aliena pecunia mutuo data, quia consumpta sit, mutuum confirmari constat : ac proinde numeranti condictionem ex mutuo dari.[u] Consumpta verò pecunia dicitur, siue ea in rem accipientis, quamuis minutatim expensa, versa fuerit :[x] siue casu perdita, amissáue.[y] siue commista cum aliis speciebus.[z] cùm enim creditor ipse, domino teneatur :[a] nec is cui pecunia numerata est, plus commodi fuisset consecuturus ex dominii translatione, suadet æquitas omnibus his casibus debitorem obstringi.[b] Nec vllam habet res dubitationem priore casu : ne in lucro cum creditoris iactura versetur debitor.[c] in qua specie, eadem ratione tunc quoque cõciliari mutuum puto : cùm creditor ipse, malæ fidei est.[d] nam & cum alterius iactura, etiam prædonis lucrum facere, periniquum lex existimat.[e] In altero verò casu, nonnulli credunt, si possessor alienæ pecuniæ, eam bona fide mutuam det, quam debitor, dolo culpáque carens amittat. non posse mutuum conciliari. cùm nec debitor lucrum faciat, vtpo-

x Macrob. lib. j. Saturnal. *y Ouid. j. Faster.* *z Herodotus lib. j. histor.* *a Plin. lib. xxxiij. nat. histor. c. iij.* *b Polydor. lib. ij. de inuento. rer. c. xx.* *c L. quãuis. C. si cert. peta.* *d Doct. l. ij. §. appellata. ff. de reb. cred.* *e L. ij. in prin. ff. illo tit.* *f L. si ita fuero. §. fin. cum l. seq. ff. de nouatio.* *g L. filio, quẽ pater. ff. de liber. & posth.* *h D. §. appellata.* *i D. l. si ita fuero. §. fin. cum l. seq.* *k §. j. de liter. oblig. Inst.* *l L. cum, qui. ff. si cer. petat.* *m L. quãuis. C. si cer. peta.* *n §. j. de verb. oblig. Instit.* *o D. l. quãuis.* *p L. cùm amplius. §. j. ff. de reg. iur.* *q L. fideiussor. §. fideiussor. hoc titul.* *r L. obligationum substantia. §. fi. ff. de actio. & oblig.* *s L. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. Bar. l. Iulianus. col. vij. ff. de cond. indeb.* *t L. si sine herede in prin. ff. de adm. tuto. l. gracè. §. illud hoc tit.* *u L. nàm & si fur. l. si a furioso. l. non omnis. §. fin. ff. si cert. peta.* *x D. l. si à furioso.* *y L. indebiti. §. sed si numi. vbi. Bar. ff. de cond. indeb.* *z L. si alieni. ff. de solutio.* *a L. in re furtiua. ff. de cond. furt. d. l. nam & si fur.* *b D. l. indebiti. §. j. vbi Accurs.* *c L. Cassius. ff. de solutio.* *d D. l. nam & si fur.* *e L. planè. ff. de petitio. hered.*

te de perdita pecunia,[f] nec creditor damnum aliquod sit sensurus: quippè qui
non possit ob bonam fidem à domino conueniri.[g] Mihi verò benignius videtur,
vt mutuum confirmari dicamus,[h] ne versetur alioqui in damno dominus, cuius
res alia via salua esse nō potest, nec quæri iustè poterit debitor, amissa pecunia, qui
non minus cōsequutus est, quàm si propriam creditor pecuniam dedisset. Itaque
poterit creditor à domino conueniri, vt actionem cedat: ob quam factus videtur
locupletior.[i] Portò in posteriore casu, cùm commixtione aliarum specierum res 9
consumpta intelligitur,[k] distingui solet, vt si numi commixti discerni, separarique
non possint, consumpti censeantur: & ita fiant prorsus accipiētis.[l] Alioqui non,[m]
quamuis in frumento, cæterisque speciebus, res ipsas mutuò datas domini perpe-
tuò manere receptum sit.[n] Ego verò putaui semper nihil hac in re discriminis esse
inter numeratam pecuniam, & frumētum, aliásue res istiusmodi: cùm diuersitatis
ratio nulla probabilis appareat.[o] Et separabilem duntaxat cōmixtionem leges cō-
siderent,[p] vt si res ita promixtæ sunt, & cōfusæ, vt discerni, ac ita separati nequeāt
transferantur in accipientem: alioqui verò maneant semper eius, cuius anteà fue-
runt.[q] Et hæc respectu ipsius numerantis, qui pecuniam mutuam tradidit. Sed an
respectu veri domini consumptione mutuum concilietur, tractari potest. quod
quidam putāt,[r] hoc textu potissimum adducti, & Vlpiani responso,[s] si tamen de- 10
bitor pecuniam bona fide consumpserit:[t] alioqui enim, inquiunt, ad exhibēdum,
duntaxat ageretur.[x] Ego verò mutuum hoc casu non conualescere verius credi-
derim: cùm nihil egerit ipse dominus, cuius prætereà nomine facta non fuit nu-
meratio, nec idipsum egerit accipiens, vt illi obligaretur.[y] Et quāuis nōnunquam
contingat extra id, quod agitur, enasci tacitam obligationē,[z] hoc tamen certis ca-
sibus, & inter ipsos tantùm contrahentes, receptum est, qui proptereà ad conse-
quentiam facilè trahendi non sunt.[a] Nec item dici potest subsequenti domini ra-
tihabitione mutuum confirmari,[b] cùm non eius nomine (sicuti diximus) sed tra-
dentis numerata fuerit pecunia,[c] & ratum haberi non possit, quod nostro nomine
non est gestum.[d] Neque verò tantillum me mouerit Vlpiani constitutio,[e] quæ lo-
quitur in seruo numerante, qui nullam sibi potest actionem quærere. Sed vim ini-
tæ à se conuentionis, omnem in dominum, licèt ignorantem, atq; adeò inuitum
transferre solet.[f]

Fideiussorem puto obligatum fore.[*] Vt enim perempta principali obligatione, con- 11
sequens est quoque fideiussoriam illi accessoriè cohærentem, extingui:[g] ita, susci-
tata principali, pariter debet fideiussoria conualescere.[h] Quod in hac specie dubi-
tationem non habet: siquidem magis pendêre, quàm prorsus euanuisse, intellige-
batur obligatio.[i] Et quoniam in omnem causam (sicuti Paulus ait) quæ posset ex
ea numeratione nasci, fideiussor acceptus videretur.[k] Alioqui si principalis obli-
gatio debitoris facto, fuisset prorsus sublata, non posset cōtrario facto debitor cum
iniuria fideiussoris in primam obligationem recidere:[l] nisi de nouo fideiussor con-
senserit.[m] Cùm enim quod nostrum est, sine facto nostro non possit à nobis euel-
li:[n] quæsita semel fideiussori exceptio non debet ei inuito extorqueri posse.[o]

In omnem enim causam acceptus videtur.[*] Propinquam, scilicet, qualis est in propo-
sito, ipsissima obligatio mutui, idq; particula *Ex*, reuincit: quæ suapte natura, solet
causam proximam, & (vt vocant) immediatam demonstrare.[p] In causam namque
remotam, extrinsecam, & mediatam non intelligitur acceptus fideiussor.[q] Vnde
nec

f D. l. Cassius. Alcia. l. 9. §. appellata. ff. si cert. peta. g L. nec vllam. §. fi. ff. de petitio. hæred. h L. rogasti. §. fi. ff. si cer. peta. & hîc. i L. cùm seruum. §. fin. ff. si cert. peta. k L. si alieni. ff. de solutio. l L. si is, cui in pri. eod. tit. m L. nō omnis. §. fin. vbi Docto. ff. si cert. pe. n §. quod si frumētum. in fi. de rer. diuis. o L. illud. ff. ad l. Aquil. p L. adeò. §. cum quis ex aliena. & §. si duorum. ff. de acq. re. do. q D. §. quod si frumētum. r D. l. si alieni. s Alciat. l. 9. §. appellata. ff. si cer. peta. t L. rogasti. §. fin. illo tit. v D. l. rogasti. §. fin.

x §. nūc admonēdi. quib. alie. lic. Instit. y L. si ego. l. nō omnis. l. si & me, & Titiū. ff. si cert. peta. z L. si is, qui. §. fin. ff. commod. a L. quod verò contra. ff. de legib. b L. si absentis. C. si cert. peta. c L. obseruare. §. fin. ff. de offic. Procons. d L. si pupilli. §. sed si ego. ff. de nego. gest. Bart. l. 3. §. sed cum quis. ff. de vi & vi arm. e D. l. rogasti. §. final. f L. etiam inuitus. ff. de acq. re. dom. l. seruus, vetante. ff. de verb. oblig. g L. fi. ff. de pac. l. omnes. ff. de excep. l. nouatio. ff. de noua. h Vt hîc. i L. proinde. ff. si cert. peta. k Hac. l. l L. fina. ff. de pac. m L. nouatione. C. de fideiusso. n L. id quod nostrū. ff. de reg. iur. o L. si cùm Hermes. C. locat. l. fin. p L. eo tempore. §. fin. ff. de pecul. l. vn. C. si seruus extero. q L. si in pignore. & l. fideiussores magistratuum. §. j. hoc tit.

nec ad vsuras, nec in id quod creditoris interest, propter factum, móráue debitoris, potest fideiussor conueniri,[r] nisi vel nominatim in omnem contractus causam se obstrinxerit:[s] vel singularis quidam, veluti pupillorum, fauor in diuersum nos trahat.[t] Neque enim (vt Paulus ait)[u] pro accessionis, sed pro iis, quæ principaliter, & expressim in obligationem deducta sunt, censetur se obligare fideiussor.[x] Atque ita solitus sum ego, aduersus cæteros hunc articulum definire.[x]

12 *Ex ea numeratione.*[g] Hinc obserua consumptione alienæ pecuniæ mutuò datæ sequuta, actionem ex præcedente numeratione: non etiam ex subsequente consumptione competere,[y] quod & hîc præpositionis *Ex*, natura indicat, quæ (sicuti diximus) ad causam propinquam, & (vt dicunt) immediatam se refert. Nec habet dubium hæc traditio, quando vtriusque partis consensu numeratio circumuallata est.[a] Vbi verò non habuit principiò consensum numeratio, quia, putà, furiosus, mutuam pecuniam annumerauit, iuris est cõtrouersi.[b] Cùm enim, inquiunt, mutuum in specie non confirmetur consumptione, sed creditum duntaxat in genere, ex Celsi æquitate,[c] quia res mea ad te peruenerit nec ex consumptione, nec ex numeratione potest actio ex mutuo dari, cùm cõsensus deficiat.[d] Sed certi condictione generali, vel sine causa vtendum erit.[e] Quæ sanè subtiliter magis, quàm verè perpensa mihi videntur. Licèt enim summo iure ob deficientem consensum in furioso,[f] mutuum contrahi non possit,[g] benigna tamen interpretatione, si sequatur consumptio, quæ vim habet translationis dominũ, & consensus,[h] propter vtilitatem furiosi, lex ei condictionem concedit. Et ita facit conualescere ipsissimum mutuum:[i] mutuo autem confirmato, certum est, non ex consumptione, sed ex præcedente numeratione actionem nasci.[k] nec hîc disputo an actio illa sit certi condictio specialis, vel generalis, qui iamdudum mihi persuaserim, vnicam tãtùm esse, eandémque generalem certi condictionem:[l] vt & alibi pluribus euici.[m]

13 *Nasci potest.*[h] Dici solet huius textus argumento latam contra reum sententiam posse sine nouo iudicio contra fideiussorem executioni mandari:[n] cùm dicat hîc Paulus fideiussorem in omnem causam, quæ ex contractu nascitur, acceptum videri: & ita in causam iudicati, quæ ex contractu dicitur oriri. tum quòd in iudicio quasi contrahatur:[o] tum etiam quòd idcirco damnetur reus, quòd antè deberet ex vetere contractu, pro quo intercessio facta est.[p] In fideiussorem autem iudicatum solui, sine nouo processu fit executio sententiæ latæ contra principalem.[q]

14 Hinc & illud nonnulli tradunt,[r] eum qui de vulnere fideiussit, teneri quoque de morte, propter vulnus sequuta.[s] Quos articulos pertractarem hîc latius, nisi longius vagarer à materia: locos itaque communes, quos indicasse satis putauimus, curiosus lector adeat.

r L. centũ. ff. de eo, quod cer. loc. d. §. j. s L. quæro. ff. locat. l. in initio. C. de pac. int. emt. t L. si postea. ff. Rem pup. sal. u D. l. si in pignore. x Dixi plenè lib. y. Miscell. c. xy. y Accur. l. si à furioso. in prin. ff. si cer. peta. z L. eo tempore. §. si. ff. de pecul. l. vn. C. si ser. exter. a Vt hîc. b Doct. d. l. si a furioso. c L. si & me, & Titium. ff. si cert. peta. d D. l. si & me, & Titium. e Doct. d. l. si à furioso. f L. qui ad certum. ff. si cert. peta. l. in negotiis. ff. de reg. iur. g L. non omnis. l. si ego. ff. si cert. peta. h L. nam & si fur. ff. si cert. peta. & hîc. i D. l. si à furioso. k Vt hoc §. l L. Certi condictio. vbi Fulgos. ff. si cert. pet. m Dixi in rub. illius tituli. n Bartol. & cæteri hîc. o L. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. p L. Lucius. §. fi. ff. mand. q L. j. ff. iud. sol. l. fin. C. de vsur. rei ind. r Albert. l. sancimus. C. de fideiussor. & hîc. s L. damni infecti. § Sabinus. ff. de dam. infect. l. fin. in princ. ff. quo. legato.

§. PRO FVRTI.

Pro furti actione[a] fideiussor accipi potest. Item pro eo, qui in legem Aquiliam commisit.[b] Diuersa causa est, popularium actionum.

SVMMÆ RERVM.

1 *Thema §.*
2 *Fideiussor quando possit in delictis accipi.*
3 *Actio furti.*
4 *Actio legis Aquiliæ.*
5 *Popularis actio.*
6 *Fideiussor cur in popularib. nõ accipiatur.*

CVm tibi librum, aut pecuniam subripuissem, intendisti contra me a- 1
ctionem furti ad duplum, videlicet, si furtum non manifestum fuit,
vel ad quadruplum, si manifestum.[a] pro qua quantitate, ne meam in
iudicio existimationem dilacerares, tibi fideiussorem obtuli. quæsi-
tum est, nunquid in hac causa possit intercedere? Et responsum est,
posse. Atque etiam pro eo, qui in legem Aquiliam commisit, veluti si seruum, aut
equum tuum occiderim: quo casu teneor quanti plurimi. id eo anno fuerit, tan-
tum dare,[b] quamuis (inquit Paulus) pro populari actione, non possit accipi fideius-
sor, verbi gratia, pro eo qui album corrupisset, in quem quinquaginta aureorum
iudicium, datur.[c]

Dubitationem faciebat, quod vulgò dicitur, maleficiorum accipi non posse fi-
deiussorem.[d] Et quoniam alibi idem Paulus scripsit, inutilem esse pactionem, qua
paciscimur, ne furti agamus:[e] velut turpem causam continẽtem, & contra publi-
cum fauorem,[f] cuius maximè expedit, pœnas maleficiorum dependi.[g] Decisionis
ratio est: quia omnium omnino obligationum, etiam descendentium ex delicto,
fideiussor accipi potest.[h] Et quod dicitur, in delictis non accedere fideiussorem,[i] 2
verum est, vt legitimum criminis supplicium, pro reo luere teneatur.[k] Aut quate-
nus foueret crimen fideiussio.[l] nam pro pecuniaria pœna, ex delicto patrato de-
scendenre, fideiussor accipi non prohibetur:[m] quippè quòd tunc præstantur pœ-
næ maleficiorum, & ita delicta non remanent impunita.[n]

Furti actione.[o] Quæ pœnam legitimam persequitur,[o] nimirum dupli, si furtum 3
non sit manifestũ: & quadrupli, si manifestum fuerit.[p] Habet præterea, is cui fur-
tum factum est, condictionem, & rei vendicationem: sed hæ rei persequutoriæ
sunt, non pœnales.[q]

Commisit.[b] Quia seruum alienum, aut quadrupedem, pecudémue alienam in- 4
iuriâ occiderit, quem ex primo Aquiliæ legis capite constat, quantique eo anno
res illa plurimi fuerit, teneri.[r]

Popularium actionum.[c] Populares actiones, propriè dicuntur, quæ principaliter 5
iniuriam publicam, seu ius populi prosequuntur, ac proinde, cuilibet de populo
competunt:[s] veluti de albo corrupto,[t] sepulchri violati,[u] de libero homine per de-
iectum vel effusum occiso:[x] atque adeò omnes in factum actiones, quæ dãtur ho-
die, loco interdictorum, de rebus populi, publicis proditorum, vt ne quid in loco
publico, aliáque id genus.[y] Suntque propositæ actiones istiusmodi populares, non
ad rei familiaris persecutionem, sed ad pœnam, & vindictam:[z] quamuis si plures
simul actione populari experiantur, præferendus sit is, cuius interest.[a] Cùm ta-
men alioqui Prætor idoneiorẽ debeat eligere.[b] Ex prædictis autem, non obscu- 6
ra mihi videtur ratio, cur statuerit hîc Paulus, in his iudiciis, fideiussorem accipi
non posse: nimirum, quia actor priusquàm litem contestetur, neque creditor est,
neque creditoris loco,[c] quinimò nec inde factus locupletior intelligitur.[d] A con-
trario igitur post cõtestatam litem, fideiussor accipi porerit.[e] Sed & ante litis con-
restationem, si principaliter agens ipse læsus esser: quia fortè violatum eius sepul-
chrum,[f] cùm & tunc creditor censeatur, ac proinde velut in causa propria, procu-
ratorem constituat.[g] & eo agere volente, nemo alius admittatur.[h] idque Accur-
sius, Bartolus, cæterique confirmant.[i] IOANNES CORASIVS TOLOSAS,
FERRARIAE, VII. IVLII M. D. L.

a §. ex maleficiis. de actio. in Instit.
b L. ii. & l. ait lex. ff. ad l. Aquil.
c L. si quis id, quod. ff. de iurisdict. om. iud.
d L. si à reo § illud. hoc titul.
e L. si vnus §. pacta, quæ turpẽ. ff. de pact.
f D. §. pacta.
g L. si longius. §. j. ff. de iud. l. ita vulneratus ff. ad l. Aq.
h L. Græcè. §. sed & si ex delicto. hoc tit.
i D. l. si à reo. §. illud.
k c. cùm homo. vbi glo. xxiij. q. v.
l D. §. illud ad fi.
m D. §. sed & si ex delicto.
n D. §. illud.
o L. si pro fure. §. j ff. de cõd. furt.
p §. ex maleficiis. de actio. Inst.
q Dicta l. si pro fure. §. j.
r L. ij. l. ait lex. ff. ad l. Aquil.

s L. ij. ff. de popul. actio. t L. si quis id, quod. ff. de iurisd. om. iud. u L. iij. §. fi. ff. de sepul. viol. x L. si verò. §. hac autem actio. ff. de iis, qui deiec. y L. ij. §. hoc interdictum perpetuum. ff. ne quid in loc. pub. z Accurs. & Bart. in rub. ff. de popul. actio. a L. iij. §. fi. ff. de popul. actio. & d. §. hac autem actio. b L. iij. §. si tamen. ff. de lib. hom. exhib. l. ij. ff. de popul. actio. c L. si cui. ff. de verbor. sig. d L. pen. ff. de popul. actio. e D. l. si cui. f Bartol. & alij hic. g L. licèt. in princip. ff. de procur. h L. iij. in princip. ff. de sepulc. violat. i Accurs. & Bartol. d. l. si cui.

Index Rerum & verborum locupletisſimus in Ioannis Coraſii Toloſatis Iuriſcos. Commentarios ad aliquot titulos Digeſtorum.

Admonendus es (iuris candidate) priore numero rerum ſummam, poſteriore paginam ſignificari.

A

ABlatiui abſoluti quando, an non, diſponant 7.12
Ablatiuorum abſolutorum natura 7.2, & 10.4, & 11.5
Abſens an contrahat 21.343
Abſens adoptari poteſt 44.145
Abſens an poſſeſſionem retineat 5.264
Abſente actore, ad definitiuam an procedatur 23.238
in Abſentem procedendi modus 15.235
Abſentes adficit nuntiatio 1.207
Abſolutoria in petitorio an obſtet agẽti in poſſeſſorio 1.299
Abſolutoria lata in petitorio an obſtet ſpoliato agenti poſſeſſorio recuperandæ 4.301
Abſolutoria lata in poſſeſſorio an obſtet agenti in petitorio 28.309
Acceptilatio ſine ſtipulatione non fit 4.337
Acceptilatio iuris ciuilis eſt 7.337
Acceſſorium quando ruat 14.352
Accreſcendi ius quædam ſubſtitutio eſt 7.162
Accreſcendi ius quid 2.150
Accurſii declarata verba 10.281
Accuſationes tot ſunt, quot crimina 7.365
Actio ex ſtipulatione duplex 29.345
Actio in factum pro interdicto 40.313
Actio mobilis, vel immobilis quo modo iudicetur. 19.70
Actio per procuratorem quæſita cedi debet 26.183
Actio, quæ pro dote competit, eſt bonæ fidei 9.11
Actionis priuilegia quando ad hæredes tranſeant 9.28
Actionem habens, quando rem habere cenſeatur 18.53
Actionem mutare quando liceat 5.323, & 324
Actione in rem qui agit, aduerſarium poſſeſſorem facit 25.308
Actiones ad dotis repetitionẽ quę 8.107
Actiones ad hæredes trãſmittuntur 2.215
Actiones cõtrariæ nõ cumulãtur 18.306
Actiones hæreditariæ quo iure diuiſæ 29.295
Actiones plures quando eiuſdem rei nomine competant 5.324
Actionum cumulatio an permiſſa 9.326 & 17.305
Actor in nuntiatione noui operis quis cenſendus 14 203
Actore ambigua oratione vſo, quomodo accipiendum 11.282
Actus extraneus 7.347
Actus quãdo occultè geſti dicãtur 12.249
Actus qui ſuſpicione careant 11.249
Actus vt valere poteſt defendatur 9.351
Adiectio an nouam diſpoſitionem creet 16.357
Adipiſcendæ poſſeſſionis poſſeſſoriũ 13.283.
Aditione nomen perdit hæreditas 14.173
Adminiſtratores hoſpitalis rationẽ reddere an cogendi 6.178
Adoptari poteſt abſens 4.145
Aduentitia dos, quæ 1.33
Aduerſarius quis dicatur 2.214
Aduerſarius vnde ducatur 2.214
Adulter maritus, ſeparato toro, an debeat reſtituere & donationem propter nuptias præſtet 10.18
Adultera dotem amittit 10.18
Adultera vxore repudiata, an aliam ducere liceat 5.2
Adulteræ vxoris maritus leno dotem non lucratur 19.24
Adulterii accuſare maritum quãdo vxor poſſit 10.18
Adulterium dũtaxat torum ſeparat 9.18
Adulterium, & eius præparatoria an æquiparentur 15.22
Adulterium quãdo vxorem dote priuet 8.104
Adulterium violentum quo punitur 19.24
Adulterio deprehenſam filiam occidere poteſt pater 15.22
Aedificiũ refici quõdnã dicatur 10.200
Aequaliter, dictio qui accipienda 2.224
Aequiparatorũ eadem conſtitutio 24.28
Aequiuorum quid 18.7
Agere quando dicatur actor 7.288
Agnaſcendo quis fiat hæres 2.150
Album quid 3.196
Alciati cõſideratio ſubuerſa 4.276
Alciati locus 20.292
Alexandri magni teſtamentum 4 350
Alienata qui reuocent 19.253
Alienata titulo oneroſo an reuocabilia 8.147
Alienatio neceſſaria 3.216
Alienationes quæ ſuſpicionis fraude careant 12.250
Alienatione finitur nuntiatio 3.216
Alienationum genera duo 4.216
Alimenta ex diſpoſitione legis qui conſequitur, an ſi aliunde habeat, vnde ſe alat, petere poſſit 26.51
Alimenta quando deneganda 1.254
Alius, dictio ſimilis repetit 7.258
Alternatiua ſummarum, & ſpecierum 2.363
Ambigua oratione vſus actor qui accipiendus 11.282
Amici, & adfines quando vocandi 16.235
Amici, & cognati quando requirendi 18.179
Analogum quid 20.7
Animus ad quærendam poſſeſſionem deſideratur 2.267
Annuens an conſentiat 7.351
Annuere quid 6.351
Anomala proprietas 12.282
Annus lunaris, Solſtitialis, vertens 14.48
Annus quotuplex 25.48
Ἀντιπαραφορά 25.274
Appellandum quo ſit modo 5.197
Appellans, qui, pendente appellatione, aduerſarium ſpoliauit, quid amittat 34.311
Appellare quando liceat 4.197
Appellatio & nunciatio no. op. an diuerſa 4.197
Appellationis locus 8.180
Appellationis vim non habet nuntiatio 5.197
Appellationis vis 9.200
Appellatione ſuſpenditur ſentẽtia 17.252
Appellationi iniuſtæ non deferendum 9.199
Appelletur ne à poſſeſſorio 8.280
Apud, vox ad quid referatur 13.272
Aquæ & ignis interdictio 2.132
Aquiliana ſubſtitutio 5.128
Aquiliæ legis actio 4.384
Arbores ceduæ quæ 20 40
Argenteus nummus quando Romæ ſignari cœpit 4.381
Argentifodinæ in fructu eſſe dicuntur 2.46
Argumentũ ab etymologia qui procedit 2.218
Argumentum à ſimplici ad ſecundum quid an valeat 21.26
Argumentum procedit de pactis ad ſtatuta 25.29
Artificiales operæ 7.372
Aſceterion 14.178
Attentata quando, an non reparanda, & quomodo 51.316
Attentatum quid dici non poſſit 18.153
Aurifodinæ in fructu eſſe dicuntur 2.40
Auth. res, quæ. C. comm. de lega. in muliere ſterili locum habere 16.13
Auus an teneatur neptem dotare 14.82

B

BAnniti deportatis comparãtur 6.18
Bartoli opinio damnata 10.81
Bartoli opinio defenſa 5.301, & 15.290
Bellum iuſtum quod 8.270
Bello capta cuius ſint 7.269
Bello iniuſto capta reſtituenda 8.270
Beneficium inuẽtarii tacitum exceptionem parit 26.183
Beneficium quando perimatur 9.78
Beneficia in rem in perſonam concepta ad perſonam tranſmittuntur 20.180
Beneficiorum fructus an tranſmittuntur 3.60
Bona vnde dicta 3.268
Bonis adnumerandum ne ſit id, de quo

actionem habemus 18.54
Bonum pacis 11.67
Brephotrophium 13.178

C

Cœlia Syllę vxor, vt sterilis repudiata 4.1
Calamitas futura spectāda non est 11.109
Capitale facinus 13.250
Capitale crimen quid 13.250,&251
Capitalis causa quæ 13.250

EX DECRET.

Capitum aliquot intellectus.

C.ad decimas de restit.spolia in 6. sensus 9.302
C.cum aliquibus.de rescript.in 6.18.357
C.1.de restit.spol.declaratio 24.308
C.quia V.de iudiciis declaratū 49.50.315
C.redintegranda auxilium contra quem competat 66.320
C.redintegrāda pro quibus rebus detur 68.320
C.sæpe de restitutio.spol.sensus 42.313.43.45.314
C.sæpe auxilio agenti an obstet proprietatis exceptio 56.317
Cap. sæpe iudiciū aduersus quem detur 56.317
C.significasti & c.porrò cōciliātur 10.303
C.significasti.de diuort.sensus 10.302
C. Rainutius. ibi quam gestabat extrà de testam. intellectus 4.126
C. vnic. de eo qui mittit. in possess.limitationes 23.238,& 24.239
Captiuitas an repetitionem dotis locum faciat 2.97
Captiuitate an suitas tollatur 6.149
Captiuitate suitas pendet 6.155
Captiuus possidere desinit 5.332
Causa capitalia 13.251
Causæ impletio sufficit 16.349
Causa in l.1.ff.sol matr.qui accipienda 8.11,& 8.77
Causæ fauor præponderat fauori possessionis 6.10
Causarum signa quæ 1.261
Causæ significatio multiplex 9.77
Causam semel impleri quando non sufficiat 2.104
Causam semel impletā sufficere in quibus obtineat 14.22
Cautiones quare interponendæ 5.217
Cessione opus non est in exceptione 26.183
Cæteri,dictio quid importet 7.258
Cæterum,dictio qui accipienda 4.112
Ciceronis explanatus locus 14.352
Citandi quando sint amici 16.235
Citandorum creditorum forma 17.179
Citare ad domum quando non sufficiat 19.236
Citatio ad domū subsidiaria 17.235
Citationes adpellantur edicta 3.196
Citatio an necessaria 1.131
Citatio quadruplex 1.281
Citatio vna quando sufficiat 1.231
Ciuiles fructus qui 5.41
Ciuitatis defensor quatenus cognoscat 21.303
Clàm quis facere videatur 12.249
Clācularię electiones improbātur 11.249
Clandestini actus an fraudulenti 11.249
Clausulæ de non controueniendo sunt accessoriæ 4.256
Clausulæ executiuæ 19.358
Clausulæ notariorum 16.338
Clericorum hęredes quos fructus consequantur 8.44
Collatio tantum in collatiuis operatur, quantum in electiuis electio 71.381
Coloni partiarij qui 21.56
Comminatorium præceptum 22.222
Commissoriæ legi quis renunciet 33.296
Commixtionis specierum effectus 9.381
Commodatarius quā diligentiā in rem commodatam adhibere debeat 9.45
Cōmodatario datur ne iudicis officium pro recuperanda tenuta 55.317
Commodatarū rerum ad hęredem pertinet periculum 22.181
Commodatum quid significet 17.70
Commoditas larga significatione fructus dici potest 11.40
Communionis ius inter patrē & filium quī tollatur 3.34
Communis vsus loquendi an spectandus 6.219
Compensatio de quantitate ad speciem non conceditur 19.70
Compensatio in dote 22.91
Cōplacentia cui,& cur subrogata 23.358
Complacētia in stipulatione an sufficiat 22.358
Condemnatis quod tempus detur 28.31
Condictio ex l.si quis tu tantū.C. vnde vi pro quibus detur 48.315
Conditionalia verba non disponūt 7.122
Conditio causam finalem, & formam designat 4.34
Conditio dandi pupillo quo modo impleatur 10.136
Conditio facti est 10.133
Conditio necessaria,& voluntaria 10.136
Conditio nihil ponit in esse 7.246
Conditio potestatiua à casuali separatur 12.3
Conditionis implementum quando ad hęredes transeat 11.5
Conditionis, quę tacitæ inest expressio an faciat actum conditionalem 11.356
Conditionē semel implesse sat est 3.260
sub Conditione fieri nequit, quod purè fieri prohibetur 8.259
Conditiones quæ in matrimoniis reniciantur 12.356
Confessoria seruitus 3.205
Confirmandę iuditium quale 3.322
Confiscatio an sit in fructu 3.40
Confiscationem quę crimina inducant 15.251
Confiscato corpore, confiscantur bona 5.17
Coniecturis quando locus non sit 25.30
Coniugalis donatio ante commissum crimen an valeat 14.251
Coniugis possessio sine matrimonio haberi non potest 2.30
Coniungat quis,Deus 4.65
Coniunctæ natura 1.131
Coniunctio personarum an fraudem inducat 9.147
Coniunctus quando pręsumitur scire facta coniuncti 62.619
Consensus, an semper producat naturalem 6.364
Consensus pręsumptus 8.351
Consensus simultaneus in nominatis contractibus præstandus 14.348
Consensu deficiente,an valeat actus 10.352
Constitutio,genus est ad omne ius scriptum 16.7
Consummationis vniuersitas pro opere perfecto 18.70
Consumptione quo modo confirmetur mutuum 8.381
Consuetudo an inducat missum fructus lucrari 31.242
Consuetudo permittens vsuras non valet 34.242
Contestatio quid 3.346
Contractus sub impossibili aut turpi conditione an nullius momenti 81.58
Contractus an sint facti,vel iuris 3.162
Contractus an in testamēto fieri possint 7.258,& 9.259
Contractus an vitientur lōgo interuallo 15.348
Contractus conuentione formam recipiunt 2.255
Contractus sunt super re aliena 2.379
Contractus initus cum ecclesia,non seruatis solemnius nullus est 12.19
Cōtractus innominati hodie rati 14.338
Contractus noctu,clamque fieri possunt 11.249
Contractus qui ad heredes trāsmittātur 9.215
Cōtract⁹ qui iuramēto roborētur 10 373
Contributio bonorum quid eiusque vis 2.161
Contributio cui fiat 8.in fi.163
Contributio legatorum 2.161
Contributio legatorum fit ab vno hęre- 10.163. excipiuntur casus tres num.11. ibidem
Contributio portionū quando fiat 2.163
Contributio quādo nō fiat 11.163,& 164
Contributio quando cesset 4.161
Contributio quid 2.161
Contributionis locus 8.163
in Contributiones regulę quatuor explicantur pag. 161.162.163.164
Contrariorum non admittitur cōcursus 2.285
Contumacia ab actore accusanda 12.234
Contumacia an ex actu probetur 13.234
Contumacis coërcendi remedia 23.222
Contumax fictus quis 10.234
Contumax quando, an non pronunciandus 39.312
Conuentio donationis 2.243
Conuicium vnde dictum 3 268
Corneliæ lex quid fingat 4 331
Cornelię legis fictio 5.329,& 1.153
Creditor conditionalis an propriè creditor 6.226
Creditor quando præsumatur, is apud quem instrumentorum reperitur 5.10
Creditores citandi forma 17.179
Creditores hęreditarii ad confectionem inuentarii citandi 17.179
Credulitas excusat à dolo 14.203
Credulitas quid 14.203
Cretęfodinę in fructu esse dicuntur 2.40
Crimina quę ipso iure bona reo auferūt 15.251
Culpa posterior pręcedentem absorbet 14.203
Cumulantúrne actiones,& quando 12.303
Cumulare quid 11.303
Cumulatio an permissa 9.326
Cumulatio petitorii,& possessorii 9.326
Cumulatio quid 11.303

D Damni

D

Damni infecti causa est quasi lucratiua 3.224
Damni infecti edictum ad quæ damna pertineat 13.220
Damnum infectum quid 1.218
Damno remisso, an intelligitur remissum ius vendicandi 5.219
Damnum an patiatur, qui commodum amittit 12.220
Damnum in genere, & specie intelligendum 8.219
Damnum non dat raptor 5.11.2.18
Damnũ non patitur lucrũ perdens 9.219
Damnum passi iuramento an standum 3.218
Damnum quid, & vnde dicatur 2.218
De. dictio ponitur pro secundum 15.174
Debitor in diẽ ante diem soluens quandoque non liberatur 12.19
Decreti primi definitio 21.221
Decreti primi effectus 31.241
Decreti secundi in realibus actionibus petendi forma 29.240
Decretum duplex 20.221
Decretum primum in quibus actionibus interponatur 22.237. & 15.239
Decretũ primum quo iure petatur 13.234
Decretum quid dicatur 18.221
Decretum secundũ an in realibus actionibus interponi possit 28.240
Decretum secundum est iustus titulus ad præscribendum 11.229
Decretum secundũ interponere, quando velit, potest iudex 21.237
Decretum secundum an hypothecaria locum habeat 31.241
Decretum secundum in quem interponatur 2.228
ad Decretum secundum qui peruenire 14.235
Decretum secundum duplex 27.240
Decretum varié accipi 18.221
Definitionis vis 2.261
Deinde, dictio quid denotet 3.144
Delegatio quãdo contra voluntatem fit 15.102
Demolitio operis an sit pœna 11.212
Denuntiatio quæcunque extra iudicium fieri potest 2.208
Deportatus filius quorum incapax 8.135
Depositario pro recuperãda re muta detúrne officium iudicis 55.317
Depositarium rerum periculum ad hæredem pertinet 22.181
Depositum quid significet 18.70
pro Derelicto habita res fit occupantis 6.218
Detentatio quid 2.261
Detinere iniusté quis dici non possit 58.318
Detractio an nouã dispositionem erret 16.357
Determinabile quando æqualiter determinet 5.360
Dicta in præfationibus, in stipulationibus an repetita credantur 5.368
Dilationi in fauorem sui introductæ an renuntiare liceat 29.31
Dilatoriæ exceptiones possunt post litẽ contestatam opponi 35.311
Dimidium partis adpellatione continetur 3.146
Directo quod non valet, fideicommissi iure sustineatur 9.351
Directum dominium quid 4.268
Disiunctæ, & coniunctæ natura 4.126
Dispositio quando extendatur ad casum omissum 9.137
Diuersitas responsionis an vitiet stipulationem 8.355
Diuortii verba 2.1
Diuortium cur introductum 3.1
Diuortium ex qua causa fiat 6.65
Diuortium ex nõ manifesta causa quandoque factum fuit 4.1
Dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit eum nullum 12.19
Dolus futurus non remittatur 4.177
Dolus quando interuenisse, & in quibus sufficiat 59.318
Dolo citans rem vnam falcidiæ beneficium amisit 24.182
Dolum adhibens nullitatem contractus allegare non potest 12.19
Dolum non præsumi 13.202 in fi.
Dominii appellatione venit directum 15.230
Dominii definitio à Bartolo tradita reprehenditur 15.290
Dominii, & proprietatis differẽtia 10.281
Dominii origo 4.268
Dominii notorius defectus quando, & cui obstet 4.301
Dominii quæstionẽ quis referre nequit 22.308
Dominium an in incorporalibus cadat 14.290
Dominium an probetur probata possessione 9.288
Dominium directum, & vtile 4.268
Dominium duplex 5.228, & 9.281
Dominium, & proprietas quid differunt 8.325
Dominium non transfertur ante traditionem 12.47
Dominium qualiter deducatur in iudicium 10.289
Dominium quo modo quæratur 1.261
Dominium traditione transferri 13.260
Dominium quid 9.280
Dominus an vsucapiat 1.218
Dominus non stipuletur à seruo 3.378
Dominus nuda voluntate an esse desinat 1.261
Dominus quis declarandus est, & quãdo 27.294
Dominum se asserens, & vtile tantum probat, an vincat 11.282
Dominos duos vnius rei esse quo modo intelligatur 2.33
Donans res suas an nomina donare intelligatur 38.298
Donantem dominum esse oportet 5.144
Donare qui non possunt 5.244
Donatæ rei acceptio an sit necessaria 2.243
Donatio ab infirmo an esse causa mortis præsumatur 4.5.257, & an conualescentia reuocabilis ibidem
Donatio ab infirmo facta quando inter viuos iudicanda 5.257
Donatio in fraudẽ facta an, & à quo reuocabilis 6.245
Donatio an ingratitudine reuocari queat 1.254
Donatio an pro parte valere queat 6.360
Donatio an sit contractus 3.243
Donatio an sit iuris ciuilis 4.244
Donatio causa mortis an sit proprie donatio 2.243
Donatio causa mortis etiam iurata reuocatur 4.256
Donatio coniugalis quando, an non valeat 14.251
Donatio cur inter coniuges prohibita 10.259
Donatio est dono datio 22.71
Donatio etiam in cõtractu matrimonii facta an reuocatur natiuitate filiorum 11.26
Donatio facta ante cõmissũ crimẽ 6.245
Donatio inter coniuges qui resoluatur 5.257
Donatio inter patrem, & filium quando valeat 21.15
Donatio inter virum, & vxorem, quam traditio non præcessit, morte non cõfirmatur 12.20
Donatio inter viuos quando reuocetur 1.254
Donatio omnium bonorũ an suspecta 8.247
Donatio propter nuptias an sit propriè donatio 2.243
Donatio quæ exigat 2.243
Donatio renuntiatoria quid 2.243
Donatio sine traditione nulla 28.72
Donatio traditione perficitur 4.244
Donationis inter viuos natura 7.258
Donationis verbum generale est 16.7
Donatione dominium transfertur 5.144
Donatione vera res statim fit accipientis 2.243
Donationes absolutæ 13.251
Donationes causa mortis legatis comparantur 4.257
Donationes causa mortis nouissimis voluntatibus exæquatæ 14.251
Donationes causa mortis minuit falcidia 8.255
Donationes inutiles quæ confirmentur 13.251
Donationes quæ consistunt 12.249
Donationes reuocandi casus 4.256
Donatiua venalia 13.366
Donator in rei possessione perseuerans fraude non caret 10.248
Dos, constante matrimonio, quando restitui debeat 2.3.16.4.5.17.9.10.18
Dos exacta dotis priuilegia an habeat 8.36
Dos in alterius arbitrium collata 18.86
Dos mulieris est patrimonium 18.19
Dos non est sine matrimonio 13.5
Dos in genere, & specie ponitur 16.68
Dos profectitia & aduentitia 7.77
Dos patrimonium filiæ esse qui accipiatur 20.71
Dos promissa de cuius bonis intelligatur 12.80
Dos quando, constãte matrimonio, exigatur 20.88
Dos quo tempore soluenda 6.98
Dos, soluto matrimonio, restituẽda 1.97
Dos, soluto matrimonio, restituenda, & quare 13.20
Dos succedit loco legitimæ 13.81
Dos verborum 16.68
Dos vxoris ob mariti facinus non confiscatur 58.318
Dos vnde nomen accipiat 22.71
Dotis alienatio prohibita 19.87. fallit 20.88
Dotis aduentitiæ pater vsumfructũ non habet 7.35
Dotis causa fisco fauorabilior est 6.10
Dotis causam vincit funeraria actio 2.75

Dotis communio inter patrem & filium inducta 3.34
Dotis cõmunio quãto tẽpore duret 9.36
Dotis deminutio an ipso iure fiat 3.112
Dotis dominus maritus est iuris interpretatione 2.34
Dotis, & donationis propter nuptias differentiæ 24.29
Dotis & donationis propter nuptias æqualitas 24.28
Dotis, & fisci fauor 4.75
Dotis ex stipulata actione exiguntur 29.345
Dotis exigendę tempora 15.50.& 51
Dotis exactio, cõstãte matrimonio 3.101
Dotis fauor 7.341
Dotis fructus pro oneribus lucratur maritus 15.50
Dotis fructus vt lucretur maritus quot necessaria 12.47
Dotis instrumentum, data temporis paritate, præfertur 5.10
Dotis instrumentum prius confectum præsumitur 1.9
Dotis lucrum ob adulterium quãdo cesset 18.23
Dotis lucrum ex statuto debitum habeátne locum in prędiudicium filiorum prioris matrimonii 25.30
Dotis lucrũ ex statuto an obsit filiis prioris matrimonii 25.29
Dotis lucrandę pactum, etiam extantibus ex matrimonio liberis locum habet 25.29
Dotis priuilegia an habeat sterilis 14.13
Dotis profectitię, aduentitięque significatio latior est, quàm peculii 7.77
Dotis onera in quibus consistant 13.21
Dotis priuilegia 9.11
Dotis promissio simplex obligationem, atque hinc actionem parit 11.78,& quam ibidem
Dotalis fundus an vniuersitas dici possit 18.70
Dotis restitutio, & promissio cui facienda 16.103
Dotis restitutio quando donationis instar habeat 11.19,& 12.20
Dotis restitutio dupliciter fieri potest 1.16
Dotis restituendę causa cauere quando teneatur maritus 4.17
Dotis restituendę causa triplex 1.16
Dotis sequestratio 4.101
Dotis solutio quando fieri debeat 27.31
Dotis vniuersitas minuitur necessariis impensis 19.70
Doti in dubiis fauendum 23.91
Doti quando preiudicet mulier 12.110
Dotem aduentitiam an perdat adultera mulier 1.33
Dotem censetur habere, cui stipulatione promissa est 22.72
Dotem nepti reddi auus maternus si stipuletur, vtilem ei actionem quęrit 5.34
Doté non scriptura dotalis instrumenti, sed numeratio facit 22.71
Doté, soluto matrimonio, plurimis casibus nõ restituẽdã 14.22.& 21.25.26.30
Doté alienare quãdo potest mulier 23.27
Dotem reddi stipulatio quando committatur 4.98
de Dote actionis exercitiũ est patris 8.36
pro Dote in ambiguis respondendũ 3.9
de Dote actio quibus casibus sit propria filię 10.96
in Dote duo tempora consideranda 7.35
Dotium fideiussores an accipiendi 3.75
de Dotibus Gręcorum lex 17.68,& 69
Dotale prædium quod intelligi debeat 22.78
Dotales res mobiles an alienari possint 23,& 31
Dotalis rei domina mulierne sit 22.293
Dotasse filiam de cuius bonis pręsumatus pater 5.127

E

EAtenus, quatenus verba quid sonent .13.202
Ecclesiam vendicat Episcopus 32.296
Edictũ de no.op.nunt. ad quæ pertineat 2.188
Edictum & generatim, & speciatim accipi potest 3.196
Edictum, & interdictum quomodo differant 19.291
Edictum, & interdictũ quid distent 3.196
Edictum, generale verbum 3.195
Edictum quid 12.293
Electio voce facienda 6.340
Electionis, & collationis cõparatio 71.321
Electiones clancularię improbantur 11.249
Electo quid liceat 71.321
Emancipatio diebus feriatis fieri potest 1.207
Emancipatio an suitatem tollat 1.158
Emancipationis, & patrię potestatis differentia 3.133
Emancipationis vis 3.132
Emancipatus aduentitia omnia & in proprietate, & vsufructu quęrit 4.134
Emancipatus in successione intestati est incognitus 4.133
Emissarii 1.188
Emphyteusin acquirens ex stipulatione pro se & descendẽtibus qui intelligendus & an fœminę descendẽtes ex filiis contineantur 6.149
Emphyteuta quando excusetur à pœna caducitatis 8.2
Emptor an rei locatę pensionẽ percipiat 2.59
Emptor hæreditatis an tutus sit contra creditores 27.184
Episcopus ecclesiam vendicat 32.296
Et c.dictionis natura & productio 6.130
Etymologia, & hinc argumentum duci potest 3.267
ab Etymologia quando valeat argumentum 3.267
Euidenter patere quid dicatur 10.108
Euidentia facti an faciat cessare iuris regulas 9.200
Ex.dictio quid significet 12.383
Exceptio hæredi quęsita an in fideicommissarium transeat 26.183
Exceptio quid 13.239.16.230
Exceptio tacita 26.183
Exceptionis, tua non interest, vis 7.43
Exceptiones dilatorię quando opponi possint 35.311
Excõmunicati, & banniti cõparãtur 7.18
Excommunicationis exceptio an agentem repellat 8.18
Excommunicato soluere an teneantur debitores 7.18
Executio sententiæ an fiat contra fideiussorem 13.383
Exceptio spoliato cõpetens quando opponenda 32.311
Executioné nõ impedit supplicatio 8.280
Executiuę clausulę 19.358
Exhaustæ facultates 9.163
Exhęredatio frustra post mortem fit 1.145
Exhęredatio non potest in vita filii confirmari 5.146
Exhæredatio quando fiat inutilis 7.147
ad Exhibendum actio est preparatoria 27.294
Exorbitans dispositio fauore animæ extenditur 69.321
Expressum sine omisso an consistat 9.136
Extensio in quibus facienda 6.219
Extraordinarium, & ordinarium remedium quando concurrant 53.316
Extraordinarium remedium tribus non debet habenti ordinarium 53.316
Extraneus actus 7.347

F

FAber malleaus iuxta scolas an expelli possit 19.14
Facere verbi significatio 3.214
Facta sine pręcedenti facto non quęruntur 5.332
Facti appellatione non factum continetur 2.104
Facti quę sint 3.262
Factum opus quod 2.104
Factum quę non desiderent 3.263
Facultates exhaustæ 9.163
Falcidia ad tẽpus mortis refertur 12.164
Falcidia an in donatione causa mortis locum habeat 13.260
Falcidia an vtatur legatarius 13.260
Falcidia de quibus legatis non detrahatus 2.145
Falcidia donationes causa mortis minuit 2.255
Falcidia duplex cur locum non habeat 7.167
Falcidia est quarta pars bonorum 2.145
Falcidia lex 11.260
Falcidia vna ex tabulis patris, & filii deduci 7.168
Fati quid 19.343
Falsum quandoque non punitur 16.366
Fasti, & nefasti dies 7.355
Fastorum libri 19.343
Fenestellę locus 21.in fin.293
Ferę in nullius bonis 7.268
Feriarum triplex ratio 8.210
Feuda vnde dicta 8.270
Feudum amittit vassallus ingratus 1.254
Feudum cur beneficium dicatur 6.232
Feriata die à quibus abstinendum 1.207
Fictę stipulationis priuilegium 16.84
Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero 6.341
Fictio legis Corneliæ 2.153
Fictio postliminii, & Cornelię legis 1.329
Fictio quid 1.329
aduersus Fictionem an admittãtur probationes 1.329
Fictus casus sub verbis propriè non cõtinetur 3.154
Fictus contumax quis 10.234
in Fideicommissarium non transit litterarum obligatio 26.184
Fideicommissi iure valeat quod decreto non tenet 9.358
Fideiussor acceptus de vulnere ac de morte teneatur 14.383
Fideiussor an in plus quàm reus principalis, teneatur 15.358
Fideiuss. an possit in delictis accipi 2.384
Fideiussor non potest adhiberi in duriorem causam 11.368
Fideiussor non fit sine stipulatione 11.368

Fideiussor

Fideiuſſor pro quo obligatur 3.370
Fideiuſſor quando accipi poteſt 6.383
Fideiuſſor quando non obligetur 9.373
Fideiuſſoris obligatio quando ſuſcitetur 11.282
contra Fideiuſſorem an fiat ſentẽtiæ executio 13.383
Fideiuſſores dotiũ an dandi 3.101.& 3.75
Fieri pro permanere 2.159
Figuræ cauſarum quæ 1.261
Filia quo caſu patri ſocia 2.33
Filiationis qualitas per legitimationem inducitur 5.145
Filius,& nepos inſtituti an ſimul admittantur 3.125
Filius,& ſeru° naturaliter obligãtur 1.377
Filius,qui ſe alere poteſt, alimenta à patre an iure petat 16.52
Filii,& parẽtes an alienata reuocẽt 19.253
Filii tacita inſtitutio an ſufficiat 5.146
Filii ſoli ſuitatis prærogatiua fulgebant 2.154
Filiorum appellatione an nepotes veniant 10.141
Filiafa. dotis capax fauore nuptiarum 2.33
Finis, primum in intellectu 16.37.6
Fiſco applicatur indigno ablatum 22.27
contra Fiſcũ in dubio pronuntiatur 6.10
Forma dat eſſe rei 10.351
Forma deficiente, an ſubſit actus 10.352
Forma an impleatur per æquipollens 2.367.& 10.136
Formæ defectus actum vitiat 2.367
Formæ obſeruatio 1.124
Formæ omiſſio actum vitiat 2.188
Formam non implet æquipollens 5.340
Fornicationes ſpiritales 14.68
Fornicationis verbũ quĩ accipiẽdũ 14.67
Fortuna alterius aduerſa quando ſpectetur 14.102
Frater ſororem quando dotare cẽſeatur 14.83
Frates teſtis pro fratre an eſſe poſſit 10.220
Fratris appellatione an contineatur patruelis 7.226
Fratri ſuccedit patri ſuccedere prohibitus 14.173
Fraudis coniectura 27.146.247
Fraudem admiſſam perſpicere in iudicis arbitrio ſitum 16.249
Fraudẽ feciſſe quis non dici poſſit 5.244
Fraudem allegare quis poſſit 10.248
Fructuarius cuius anni fructum conſequatur 2.60
Fructus ad emptorem poſt contractum perfectum ſpectant 21.57
Fructus an lucretur miſſus ex conſuetudine 34.242
Fructus à ſolo ſeparati 7.43
Fructus ante nuptias percepti dotis fiunt 11.47
Fructus beneficiorum an trãſmittantur 53.60
Fructus dicuntur, deducta impenſa 11.46
Fructus hæreditarii quibus debeantur 23.181
Fruct° in inuẽtario an deſcribẽdi 23.181
Fructus lucratur miſſus ob nimiam cõtumaciam 34.242
Fructus pendentes an in contractum deduci poſſint 7.43
Fructus pendentes, percepti, & percipiendi 7.42
Fructus percipiendi qui 9.44.9.45
Fructus, qui percipi potuerunt non alii ſunt quàm qui percipi debuerunt 9.44
Fructus, qui propriè, & cur ſic dicti 1.40
Fructus ſignificatio lata 3.40
Fructus verbo ſtrictè quid ſignificetur 2.40
Fructuum acquiſitio facilius inducitur, quàm vſucapio 12.47
Fructuum alii ſunt naturales, alii induſtriales 4.41
Fructuũ in iure triplex ſignificatio 2.40
Furtum à damno cur ſeiungatur 7.219
Furtum an damnum ſit 4.218
Furtum, & damnum an diuerſa 4.218
Furtum quid 5.219
Furti actio 3.384
Furti etymon 3.268
Furti nomine quæ actiones competunt 3.384

G

GAllus an ius nouum induxerit 6.121
Galli conſilium, & Scæuolæ interpretatio quò ſpectent 3.133
Galli formulà mortis tantum caſum exprimi 1.138
in Galli formula an filius inſtitutus 7.122
Galli Aquilii laus 6.117,1.120
Gallorum mores 4.60
Gallus Aquilius quæ induxerit 1.115
Gallus à Scæuola non reprehenſus 1.159
Gallus de quibus poſthumis agat 10.118
Generale vocabulum triplex eſt 17.7
Generalia verba etiam in beneficiis ita interpretantur, ne odioſæ perſonæ cõprehendantur 22.26
Generalia verba generaliter accipi debent 9.77
Generalis oratio ad idonea coarctanda 6.109
Genere poſito, ponuntur & ſpecies 5.219
Genere remoto, remouetur ſpecies 3.267
Gentium ius duplex 6.268
Genus apud Legiſtas 6.277
Genus idẽ operatur in ſuo genere, quod ſpecies in ſua ſpecie 6.140
Gerontocomium 12.178
Grauari in ſuis bonis non poteſt pupillus 10.168
Grauata portio quæ 9.163
Grex vendicari poteſt 18.69

H

HAbere quis dicatur 21.181
Habitus priuationem præcedit 6.77
Hæreticorum inſania 3.138
Hęredi, quàm defuncto an plus iuris cõpetat 15.51
Hæredes quando, an non, ex delicto defuncti teneantur 47.315
Hæredes quo modo ſe onere alendi viduam exonerent 16.51
Hæredis inuentarium an transfert in fideicommiſſarium 25.183
Hęreditariæ actiones quo iure diuiſæ 29.295
Hæreditarii creditores quãdo & ad quid citandi 17.179
Hęreditarii fruct° quibus debeãtur 23.181
Hęreditas aditione nomen perdit 14.173
Hæreditas iacens defuncti perſonam repræſentat 23.181
Hæreditas minuitur legatis 13.171
Hæreditas pactionibus ne dari poteſt 8.258
Hæreditas paterna quando fiat vnũ cum bonis pupilli patrimonium 11.170
Hæreditas poſt aditionẽ amittit hæreditatis nomen 13.6
Hęreditas quando legatis exhauſta 9.163
Hæreditas quando vicem defuncti ſuſtineat 9.335
Hæreditatis emptor an tutus ſit contra creditores 27.184
Hęreditatis petitio habet plura ſpecialia 33.241
Hæres an donationem propter ingratitudinem poſſit 20.24
Hęres de quibus inuentariũ faciat 16.179
Hæres eadem perſona eſt cum defuncto 16.174
Hæres non tenetur vltra vires patrimonii 16.174
Hæres, pendẽte conditione, dominus eſt 16.252
Hæres quando incipiat teneri ex delicto defuncti 12.250
Hæres quando quæratur de viduæ impudicitia 11.101
Hæres qui ſine inuentario adit, ad quid teneatur 16.174
Hæres ſubrogatur in defũcti locũ 16.174
Hæres verbum in §.etiam ſi l.Gallus quĩ accipiatur 6.152
Hæreſis, fornicatio ſpiritalis 14.68
Hermaphroditi poſthumos inſtituere non poſſunt 11.119
Herus quis 6.152
Hoc demonſtrandi nota 2.195
Homagium patris an obliget filios 16.36
Homines an, & qui rerum adpellatione veniant 37.297
Homo an fingat 6.368
Horæ prioritas 5.76
Horæ prioritas attenditur 3.9
Horam in inſtrumento inſerere debet notarius 3.9
Horatii explicatur locus 14.352
Hoſpitalium adminiſtratores inuentarium tenentur facere 6.178
Hoſpitaliũ adminiſtratores rationẽ adminiſtrationis reddere tenentur 6.178
Hypothecaria actio 9.107
Hypothecæ iuri mulier, conſtante matrimonio, renuntiare poteſt 1.33

I

IAcere lapillum quid 6.191
Idiomatum diuerſitas an ſtipulationem vitiet 7.368
Idololatria, ſpiritalis fornicatio 14.68
Idus cur ſic dictæ 6.355
Ignorantibus quæ non quærantur 3.275
Immiſſum quid 17.251
Impenſæ neceſſariæ, vtiles, & voluptariæ 2.112
Impenſæ quæ dotem minuant 1.111
Imperfecta duo an vnum perfectum cõficiant 6.158
Impletio cauſæ ſufficit 17.349
Improprianda libelli verba 11.282
In, pro valde accipitur 2.156
Incertæ perſonæ quãdo inſtituãtur 13.119
Incertitudo quando vitiet contractum 17.85.18.86
Incorporalis rei vſus pro poſſeſſione eſt 48.315
Indefinitæ locutionis natura 22.8
Indiuiduum quadruplex 15.361
Inducere, in l.Gallus quĩ accipiatur 6.121
Induſtriales fructus qui 4.41,& 6.42
Infans an ſti puletur 17.342
Infanti op° nouũ nũtiari an poſſit 10.193
Infantiæ proximi 18.342
Infortiatum barbara dictio 2.156

Ingratitudinis effectus varii 2.254
Ingratitudinis iudicium 2.254
Ingratitudine non reuocatur donatio remuneratoria 2.243
Initio, dictio in l.2. ff. sol.matr. in princ. qui accipienda 30.32
Initium quando spectandum 14.203
Innominati contractus hodie rari 15.338
Inquilino pro tenuta an detur iudicis officium 55.317
Insinuādáne sit donatio remuneratoria 2.243
Instantia, missione facta, finitur 28.240
Instituti qualitas qui metetur 2.159
Institutio incerta quæ dici non possit 6.140
Institutio filii tacita an sufficiat 5.146
Institutio in consilio Galli quando necessaria 1.145
Institutio in formula Galli an necessaria 7.121
Institutio tacita an sufficiat 7.121
Instrumenta quæ extensè scribenda 7.131
Insulæ in cuius bonis sint 9.271
Interdicere aqua & igni 18.291
Interdictio aquæ & ignis 2.132
Interdicta instar actionū obtinent 4.196
Interdicta quid, & vnde dicta 4.196
Interdictorum nomen quænam decreta sortita sint 4.197
Interdictum cur sic dictum 20.292
Interdictum demolitorium 11.201
Interdictum de no.op. quale 4.197
Interdictum quod vi, aut clàm ad quæ pertineat 2.205
Interdictū, quod vi, aut clàm quale 4.189
Interdictum quod vi, aut clàm, & noui operis nūtiatio ad quæ referūtur 4.190
Interdictum, vnde vi, an detur cōtra singularem successorem 41.313
Interdictum vnde vi est personale 41.313
Interdictum, vnde vi, an contra vniuersalem successorem detur 46.314
Interdictum vnde vi, pro rebus soli tantùm competit 48.315
Interdici quæ dicuntur 4.196
Interesse largo fructuum nomine an cōtineatur 3.40
Interibi quid 20.292
Interlocutoria quando redigitur ad instar definitiuæ 9.233
Interlocutoria sententia quid 19.221
Interloqui quid 20.292
Interpellatio quænam debitorem in mora constituat 4.208
Interpres an propriè sit testis 16.369
Interpretari quid 4.151
Interpretatæ legis qualitas videtur repetita in interpretante 16.357
Interpretatio duplex 5.151
Interrex quis 20.292
Interrogatio cur in stipulatione præcedat 4.340
Interrumpatúrne vsucapio & quo modo 4.331
Interrupta vsucapio an prosit ab hostibus reuerso 5.331
ab Intestato qui successores dicātur 5 130
Interuallum longum an vitiet contractum 15.348
Interuallum longum an vitiet stipulationem 12.348
Interuallum longum, & modicum 8.347
Intra, dictio in quē sensū resoluatur 11.136
Inuentarium 2.177
Inuentarium ab hærede factum an in fideicommissarium transeat 25.183
Inuentarium à quo scribi debet 16.179
Inuentarium cui cohæreat 24.183
Inuentarium cur inductum 16.176
Inuentariū de quibus faciat hęres 16.179
Inuentarium facerēne teneātur ecclesiæ prælati 15.179
Inuentarium facere vetitus à testatore quando rō cogendus & à quo 3.177
Inuentarium factum à minore restituto an vulgari substituto prosit 24.182
Inuentarium intra quot dies facere debet hæres 16.179
Inuentarium non faciens in dolo esse præsumitur. 5.177
Inuentariū non fieri quandoque pupillo expedit 3.177
Inuentarium orphanotrophi 5.178
Inuentarium per procuratorem fieri potest 19.180
Inuentarium pupilli an pupillari substituto prosit 20.180
Inuentarium si fecerit substitutus, quod facere omiserat pupillus ad quæ legata tenetur 21.180
Inuentarium subscribat hæres 18.179
Inuentarium tenetur facere tutor 2.177
Inuentarii beneficium in rem est 26.184
Inuētarii beneficium tacitam exceptionem patit 26.183
Inuentarii beneficio quis, an non, vtatur 26.183
Inuentarii cōfectio an remitti possit tutori 3.177
in Inuētario an fructus describēdi 23.181
Inuentario an testes adhibēdi sint 19.180
in Inuentario ea debent scribi, quæ defunctus mortis tempore habuit 23.181
Iudicii acta in quem transeant 24.182
Iudiciorū ordo quādo remittēdus 39.312
Iudicium quid 21.292
Iudicis monitio vim habet citationis peremptoriæ 3.231
Iudicis officiū cōtra quē nō detur 49.315
Iudicis officium quando cōpetat 49.315
Iuliani iurisco. laus 5.258
Iura conciliāda 19.307
Iura exorbitantia loquentia de donatione non extenduntur ad donationem ob causam 21.26
Iura sine præcedenti facto non quæruntur 5.332
Iuramentum calumniç à nuntiatore exigendum 9.200
Iuramentum cui præstetur 5.371
Iuramentū nihil operatur, vbi cōtractus reprobatur in alterius dispendiū 13.28
Iuramentum quid, an non, faciat 8.372
Iuramentum vnde interpretationem recipiat 4.256
Iuramenti comites 7.372
Iuramento damnū passi an standū 3.118
Iuramenti promissorii, & decisorii differentia 8.372
ex Iuramento an detur actio 8.373
Iuramento non violatur publicus fauor 12.374
Iuramento prælati an standum 15.279
Iuramento quando firmatur actus 13.27
Iuramēto qui cōtractus roborētur 10.373
Iuramēta an tot sint quot articuli 9.365
Iurisconss. an legem condant 1.159
Iurisdictio quomodo petitur 31.296
Iurisdictionis attributiuæ literæ 17.357
Iuris adcrescendi & vulgaris substitutionis discrimen 6.162
Iuris ciuilis, & Canonici differētię 15.376
Iuris ignorantia quos, & à quibus excuset 18.220
Iuris partitio 57.298
Ius accrescēdi quędā substitutio est 7.162
Ius accrescendi quid 2.150
Ius antiquum quódnam dicitur 2.142
Ius Ciuile quis in ordinē digessit primus 1.214
Ius gentium duplex 6.268
Ius gentium primarium 6.298
Ius illius potentius, qui iure proprio habet, quàm alterius beneficio 7.28
Ius in definitione dotis qui accipiatur 19.70
Ius in l.non solum. §. morte. ff. de no.op. nunt. quid 4.216
Ius in quo positum 1.329
Ius naturale quid 6.268
Ius singulare ad consequētias non producendum 11.109
Ius suum non videtur remittere ignorās 20.24
Ius vniuersale quid 13.69
Iusiurandum an sit modus obligationis inducendæ 4.370
Iusiurandum cōtra substātiam actus inutile est 23.28
Iusiurandum indiuiduum 14.366
Iusiurandum tollit naturalem obligationem 4.371
Iustinianus Imp. à quibusdam reprehensus 13.283. idem defensus, ibidem

K

KAλεῖν 3.354
Kalendæ, vnde dictæ 3.354
Kalendæ singulæ 3.354
Kalendarium 4.355

L

LApidicinę in fructu esse dicūtur 2.40
Lapillum iacere quid 6 191
Latini sermonis honor 13.369
Latitare quis præsumatur 18.235
Latitare fraudationis causa quis dicatur 19.235
L. Valla à Iurisconss. non tēperauit 21.292
Legata à pupillo modum Falcidiæ non excedunt 185
Legata à pupillo relicta præstabit substitutus 7.168
Legata hæreditatem minuunt 13.171
Legata quando effectum sumunt 4.257
Legata quādo integrè, & purè pręstanda 11.164
Legata vltra vires hæreditarias non pręstantur 1.145
Legatorum contributio quādo fit 8.168
Legata qui tacitè reuocata intelligantur 4.256
Legatum annuū ecclesiæ perpetuò relictum intelligitur ad centū annos 14.21
Legatarius ad legatum consequendum qua actione vtatur 17.305
Legatarius an Falcidia vtatur 13.260
Legatariis augmentū, & deminutio neque prodest, neque obest 12.264
Legitima fauorabilis 8.247
Legitima pupilli grauari nō potest 11.169
Legitimatio an fiat per procuratorē 5.145
Legitimum quid 5.126
Legitimus hæres quis 5.116
Lex ad præterita non refertur 9.8
Lex de tempore indeterminatè loquens

ad quodcūque tēp' referri potest 4.154
Lex de vniuersis cauere non potest 2.129
Lex futuris negotiis formam dat 9.3
Lex in quo,an non,consistat 6.135
Lex non, nisi casibus necessariis remedia adhibet 25.38
Lex non temere fingit 6.332
Lex quando suppleatur 6.152
Legis Corneliæ fictio 1.153,& 5.154
Legis xii.tab interpretatio, 119
Legis sententiam declarans interpretatur 4.251
Legis verba qui accipienda 14.251
Legi commissoriæ quis renuntiare videatur 33.296

Legum aliquot intellectus ex libris Digestorum.

L.his verbis.ff. de adoptio.enucleata 7.341
L.qui vsum fructum.ff.si vsusfru.pet.declarata 14.290
L. si in rem.ff. de rei vendica. intellectus 39.268
L. eius qui in prouincia .ff. si cert. peta. sensus 6.364
L.bona fides.ff.deposit.intellectus 9.302
L.cum de in rem verso.D. de vsur.sensus 8.241
L. Attilicinus de pact.dot.D. intellectus 293
L.1.ff.sol.matri.ratio 18.14
L.diuortio.ff.sol.matrimo.sensus,& species 14.48,49
L.quod dicitur.ff.de impensis in reb.do.fact.sensus 5.113
L.si heredi.ff.de condit.institu.explicatur 8.365
L. quod vulgo.ff. ad l.Falc.explicatur 1.145
L.decreta.de re iudica.intellectus 8.368
L.fundū.ff.de exceptio.declaratur 13.304
L. sed si ante. D. de exceptio. declarata 16.305
L. si ex duobus.ff.de duob.reis.explicata 13.348.emendata 14.ibidem
L.ex duobus.de duo reis,intellect' 13.356
L.si quis pro eo.ff.de fideins.sensus 6.371
L.an inutilis D.de acceptilationibus sensus 8.337
L.seruum.ff.rem pup.sal.for. 18.342,& 20.343
L.Rei.D.de verb.signif.sensus 35.297
L.qui actioné.ff. de reg.iuris sensus 2.39

Ex Codice.

L.doce.C.de rei vendica.explicatur 2.34
L.iii.C.fin.regun.sensus 23.258
L.quamuis.C.si cert. pet. noué declarata 6.381
L. vnica.C. de rei vxo. actio. explicatur 30.345
L.in rebus.C.de iur.doti.explicatur 25.293
L.licet.C.de iur.dotium.sensus 26.30
L.qui legati.C.vt in poss.leg.sensus 10.319
L.vitia.C.de acq.poss.declaratur 44.314
L.vnic.C.si de mom.possess.appel.intellectus 8.280
L.omnes de contrah.& commit. stip.C. enucleata 4.368
L.si vnquam.C.de reuocan.don.quando cesset 21.26
Legum veterum mutatio temere inducenda non est 3,101
ex Lege venit quod per interpretationem colligitur 5.139
Lenocinium mariti 10.104
Libellus generalis in dote 21.71
Libellus nouus quis 20.358
Libellus qualiter interpretandus 11.282
Libelli verba improprianda 11.282
Libellum mutare quando liceat 5.323
Liberi positi in conditione an cēseantur vocati ab intestato tantum 10.4
Liberi quatenus alienata reuocēt 19.253
Liberorum adpellatio latè patet 2.154
Liberorum verbo qui veniant 6.146
Libertatis fauor 24.238
Lis in criminibus qui contestetur 12.250
Litis contestatio an in iudiciis possessoriis necessaria 36.311
Litis contestatio habetur pro traditione 12.48
Litem contestari cur necessarium 38.312
Literarum obligatio non transit in fideicommissarium 26.183
Lucra nuptialia quo modo quærantur 22.27
Lucrum radicatum quid 11.220
Lucrū perdens non patitur damnū 9.219

M

MAgister vnde dictus 3.268
Maiori minor continetur 8
Maior summa minorem continet 8.360
Maiori rei quādo præiudiciū fiat 15.305
Malum maius vitandum 8.66
Mandati fides facienda 4.208
Mandati fines seruandi 18.362
Manumissio seruorum quādo impeditur 16.252
Manumissiones diebus feriatis fieri possunt 1.207
Manumittere quid 2.266
per Manum prohibere quid 2.208
Maritus absens quanto tempore expectandus 6.2
Maritus an teneatur stare locationi fundi dotalis factæ à muliere ante matrimonium 6.3
Maritus an possit constante matrimonio,dotem soluere 11.19
Maritus de adulterio vxoris si questus non est,hæres dotem non retinet: hoc tribus casibus tempera 20.24
Maritus,dominus rei dotalis 4.228
Maritus occidens vxorem non lucratur dotem 22.26
Maritus propter inopiam doté lucratur 26.30
Maritus quando,an non,dotis dominus 20.55
Maritus , qui statim soluto matrimonio dotem soluere promisit , an vtatur dilatione legis 29.31
Mariti,& soceri an par caussa 11.109
Maritus vt fructus dotis lucretur , quot necessaria 12.47
Matthæi locus 2.138
Matrimonium ætatis defectu quo subsistat,valeatque modo 12.352
Matrimonium an sterili prohibitū 18.14
Matrimonium an vitietur longo interuallo 15.348
Matrimonium an verba desideret 14.342
Matrimonium caussa dotis est 64
Matrimonium cur institutum 13.67
Matrimonium non soluitur mariti deportatione vel exilio 5.17
Matrimoniū quo modo cōtrahatur 2,64
Matrimoniū quo modo dirimatur 5.68
Matrimoniū quot modis dirimatur 1.2
Matrimonium sine dote 1.64
Matrimoniū sola morte dirimitur 9.66
Matrimonii fauor 12.352
Matrimonii vis ex Deo pendet 12.67
Mendacii pœna 2.300
Menythrum 11.272
Mense vndecimo natus an iustus partus 9.123
Meū est quod ex re mea superest 15.174
Meum ex caussa vna amplius meum nō fit 1.128
Minor possessorium , petitorium non item,iudicium exercere potest 6.325
Minor sub maiori continetur 8.355
Missio in possessionem vim cautionis habet 26.239
Missio vnius an aliis prosit 3.224
Missionem passus non perdit verā possessionem 10.229
Missione facta,finitur instantia 28.246
Missus an lucretur fructus consuetudine 34.242
Missus ex primo decreto an possideat 35.242
Missus ex primo decreto quando præscribat 8.228
Missus in possessionem an lucretur fructus 33.241
Missus ob nimiam contumaciam fructus lucratur 34.242
Missus pro suo possidet 10.229
Mitti qui possint in possessionem , & qualiter 1.223
Mobilia vir an statim reddere debeat maritus 28.31
Monachismus quando nuptias soluat 12.67
Monitio iudicis 4.232
Monitio verbo trina intelligitur 5.232
Morbus quid 7.135
Moribus Regni quid inductum in casu l.doce ancillam.C.de rei vendic. 2.26
Mortis caussa capere,quid 13.260
Mortis caussa donatio an sit proprié donatio 2.243
Mortis caussa donatio quibus ex caussis reuocetur 2.254
Mortis definitio,& genera 7.135
in dié Mortis relictū quādo cedat 8.135
Mortis tépus in Falcidia inspicitur 12.164
Mortis verbo quæ contineantur 8.135
Morte an perimatur nuntiatio 2.225
Morte sola matrimoniū dirimitur 9.66
Mos regionis excusat 16.23
Mox,dictionis natura 8.346
Mox,quid 3.156
Mulcta an in fructu sit 3.40
Mulier an colono mariti stare cogatur 19.54
Mulier an sit domina rei dotalis 22.293
Mulier dotem promittēs obligatur 11.79
Mulier intercedens pro dote an iuuetur Velleiano 18.87
Mulier non habet actiones populares 9.192
Mulier quādo sibi in dote officiat 6.106
Mulier,soluto matrimonio,an agat cōtra colonum sine cessione 22.58
Mulieri indotatæ quartam suæ substantiæ relinquere debet 10.19
Mutare libellum quando liceat 5.323
Mutatio quousque fiat 7.288
Mutus an nuptias cōtrahat 14.342

Mutus quæ facere possit 13.342
Mutus quibus comparetur 13.342
Mutus stipulari non potest,& cur.13.342
Mutuũ an stipulatione concilietur 5.381
Mutuum cur ita dictum 2.380
Mutuum cur translationem domini ne cessariam habeat 2.379
Mutuum quo modo consumptione con firmetur 8.381

N.

NAtura contractus 3.256
Natura spectãda,nõ accidens 16.13
Naturale quid 7.135
Naturale ius 6.268
Naturale ius secundarium 6.168
Naturalis obligatio æquitate nititur 7.381
Naturalis obligatio ex quo consensu oritur 8.351
Naturalis obligationis ortus à quo impediri non possit 3.378
Naturalis obligatio quando patri,vel domino quæratur 2.376
Naturalis obligatio quando cesset 7.381
Naturalis obligatio sempérne oritur ex consensu 6.364
Necessariæ impẽsæ an dotẽ minuãt 5.113
Necessitas suspicionem tollit 12.250
Nefasti dies 19.343
Negatio plus negat 9.360
Negationes quando adfirment 13.252
Negotiorum gestor de quibus teneatur 9.44
Negatoria seruitus 3.205
Nepos legitimus ex spurio an possit institui 8.140
Nepotis præteritione rumpitur testamẽtum 6.147
Nepotis verbo an pronepos cõtineatur 2.129
Nepotes an sui 3.150
Nepotum successio 4.157
Nili,dictinuis natura 2.359
Nomen rebus, ex eo quod principaliter operatur,inditur 4.42
Nomina donare an intelligatur, qui res suas donat 38.298
Nomina parocularia, & vniuersalia, & eius rei effectus 18.69
Nonæ cur sic dictæ 5.355
Nosocomium 9.178
Notarius abbreuiata quando extendere non possit 7.131
Notarius quãdo schedam abbreuiatam extẽdat 7.130,& quomodo,ibidem 131
Notariorum clausulæ 16.338
Notarius duobus vnum instrumentũ cõficientibus quorum vnum probatæ fidei sit, infamis alter, an valebit tale instrumentum 12.365
Nouum opus facere quid 10.200
Nubendi causa quæ 15.13
Nuda proprietas quæ 7.325
Nummi appellatio generalis 3.380
Nummi à quo primum signati 4.380
Nummi etymon 3.380
Nuntiandi causæ 1.113
Nuntiare quid 1.188
Nuntiare quis dicatur 5.190
Nũtiari opus nouũ quibus possit 10.193
Nuntiatio absentes adficit 1.207
Nuntiatio an perimatur morte 2.215
Nũtiatio an petitoris causã redoleat 1.214
Nuntiatio à quibus fieri possit 8.192
Nuntiatio cui & vbi fiat 5.198
Nuntiatio cur introducta 3.189
Nuntiatio euidenter iniusta 8.199
Nuntiatio finitur alienatione 3.216
Nũtiatio iniusta quãdo sperni potest 1.195
Nuntiatio iniusta quæ 1.195
Nuntiatio no.op. vim appellationis non habet 5.197
Nuntiatio noui operis quid 2.188
Nuntiatio omnis quò spectet 7.191
Nuntiatio operis noui cur fiat 4.190
Nũtiatio operis noui triplex,aut vna 5.190
Nuntiatio quibus casibus sperni possit 6.198,& 7.199
Nuntiatio quibus ex causis legitima nõ est 6.198
Nũtiatio quibus diebus fieri possit 2.189
Nuntiatio quibus ex causis fiat 7.191
Nuntiatio quid 1.188
Nuntiatio quo debet fieri modo 11.164
Nuntiatio quo tempore, quóve loco facienda 11.194
Nũtiatio quot modis extinguatur 1.215
Nuntiatio rei,non personæ fit 2.189
Nũtiatio vim habet prouocationis 4.197
Nuntiationis effectus 11.195
Nuntiationis effectus præcipuus 11.201
Nuntiationis finis 2.189
Nuntiationis vis vnde profecta 5.198
Nuntiationis spretæ vis 1.213
Nuntiationem possessione non transferri 1.213
à Nuntiatore an calumniæ iusiurandum exigendum 9.200
Nuntiatus cur efficiatur possessor 1.213
Nuntius,domini organum 22.343
Nũtius in re sua an quis esse possit 13.234
Nuptiæ an patris consensum exigãt 3.65
Nuptiæ cur institutę 17.14
Nuptię inter absentes expediũtur 21.243
Nuptias quãdo soluat monachism' 12.67
Nuptiæ sine patris consensu contractæ dirimi an possint 3.65
Nuptiarum etymon 2.267
Nuptias an contrahat mutus 14.342

O

OBligatio diuidua,vel indiuidua quo iudicetur modo 19.70
Obligatio est iuris 3.262
Obligatio naturalis ex quo cõsensu oritur 8.351
Obligatio personalis non sequitur rem 20.55
Obligatio qui quæratur 1.261
Obligationem nullã supponit officium iudicis 14.353
Occulté quãdo actus gesti dicãtur.12.249
Occupantis quæ fiant 10.272
Officiales operæ 7.372
Offerendi iuri quanto tempore præscribatur 21.237
Officium iudicis an sit actio 7.258
Officium iudicis contra singularem successorem malæ fidei non datur 49.315
Officium iudicis contra tertium bonæ fidei possessorem non competit 53.316
Officium iudicis non datur ei,qui à propria possessione culpâ, negligentia cecidit 54.317
Officium iudicis nullam supponit obligationem 14.353
Officium iudicis pro recuperanda tenuta quibus detur 55.317
Officiũ nobile quãdo implorandũ 5.225
Officiũ iudicis quando competat 49.315
Officiũ iudicis vtilius interdicto vnde vi 52.316
Officiũ paternũ quod erga liberos 14.83
Omissa omnino non esse quæ intelligũtur 11.13
Omissus casus quando comprehendatur 11.133
Omnino, dictio quid significet 24.29
Operæ obsequiales 7.372
Operis demolitio an sit pœna 11.212
Operis noui nuntiatio quo modo fieri debeat 11.194
Operis noui nuntiatio vbi & quando facienda 11.194
Operis noui remissio quibus diebus petatur 9.210
Opus factum quod 1.204
Opus iniuria quis facere dicatur 9.200
Opus nouum facere quid 10.200
Opus nouũ nuntiari quibus possit 10.193
Ordo iudiciorũ quãdo remittẽd' 39.312
Ordo scripturæ quando spectari debeat 2.9
Ordinis præposteratio vitiat 3.340
Orphanotrophi inuentarium 5.178
Orphanotrophi 7.178
Osculum an priuet dote mulierem 15.22 & 7.99
Osculum libidinis quod dicatur 17.23
Ouidii locus 4.380
O'uoia 3.256

P

PActis bono seueritates legis remittuntur 11.67
Pacta cõtra formã,& solẽnia legis 13.375
Pacta quæ non valeant 12.375
Pactio bonis moribus repugnans cur improbata 11.374
Pactio contra substantiam actus 3.255
Pacta diebus festis fieri possunt 1.207
Pactio noda in dote nulla 11.78
Pactum cohærentia contractus quandoque non vestitur 13.37
Pactum de lucranda dote 13.101
Pactum de lucranda dote per mortem vxoris an donationem contineat 11.16
Pactum incontinenti adpositum iuxta contractum quando ad agendum non prosit 12.37
Pactum, vt fletur vnius dicto, an valeat 15.369
Pacto an possit dari hæreditas 8.258
Pacto an substantia tolli, aut mutari possit 3.255
Palàm facta sciri præsumuntur 61.319
Pandectarũ libri quãdo promulgati 11.79
Papa in non auditum pronuntiare non potest 1.339
Papæ potestas in dissoluendis nuptiis 10.66
Papia lex & an tempore Galli fuit 8.113
Pariendi tempus 9.123
Pars aliqua quid significet 4.146
Pars in toto est 8.360
Partiarii coloni qui 21.56
Partis adpellatione dimidia continetur 3.146
Pater filiã quãdo redotare teneatur 13.38
Pater in aduentitiis an filio obligetur 4.38
Pater stipulando filio quando sibi stipuletur 11.37
Pater stipulando filio videtur sibi stipulatus 10.37
Patris consensus an necessarius filiæ ad dotem agenti 6.34
Patris consensus in nuptiis an necessarius 3.65
Patris,& filii tabulæ 3.166

Patria

Patris factum quando filiæ noceat 15.38
Patri actio de dote quādoque deoegatur 7.106
Patri quando quæratur naturalis obligatio 2.377
Pater quaodo teneatur filiā dotare 13.80
Patri succedere vetitus fratri succedere non vetatur 14.173
Patria potestas non curatur in dependentibus à matrimonio 15.38
Patrimonii vires quo tempore æstimandæ 8.145
Patientiæ in iudicio virtus 10.341
Pauper quis dicatur 5.106
Paupertas quādo suspectū reddat 2.104
Paupertatis fauor 2.104
Paupertatis infœlicitas 1.103
Pecunia vnde appellata 4.380
Pecuniæ verbum latè patet 35.297
Pendentes fructus qui 7.43
Pensio an mulieri sicut emptori debeatur 1.59
Pensionem rei locatæ an emptor percipiat 2.59
Peremptoria citatio necessaria in sententia 8.232
Peremptoria citatio in interlocutoria, necessaria 9.233
ad Peremptorium decretum quo modo perueniatur 7.232
Peremptorium edictum quid 2.231. & vnde dicatur ibidem
Peremptorium quadruplex 3.231
Perfectū an cōficiāt duo imperfecta 6.158
Periculum si in mora sit legum solemnitates, & iudiciorum ordines remittuntur 39.312
Perinde vox qui accipienda 11.365, & 3.256.6.258
Periurii præsumptio vitanda 21.362
Perpetuo dicto ex subiecta materia interpretationem recipit 14.21
Perpetuò, dicto varia tempora significat 14.21
Perpetuum quid 13.21
Personæ cohærentia ad hæredes non transeuns 9.78
Personę incertæ an hæredes institui possint 6.116
Personarum coniunctio an fraudem inducat 9.247
Pertinere verbum latissimè patet 9.192
Petere dicitur, qui repetit 15.6
Petere verbum generale 20.7
Peti, & repeti quid propriè dicatur 14.6
Petitio, in rem actio 1.322
Petitoris, an possessoris ratio habenda sit 10.45
Petitorium an per interdictum, vnde vi, suspendatur 21.307
Petitorium, & possessorium adipiscendæ possunt cumulari 19.306
Petitorium, & possessorium retinendæ cumulantur 2.300
Petitorium, & possessorium recuperādæ cumulantur 20.307
Petitorium & possessorium retinendæ an cumulentur 15.308
Petitorium iudicium 1.322
Petitorium quid 12.283
Petitorii causam nuntiatio an redoleat 1.24
Petitorii, & possessorii cumulatio 9.326
Petitorio vius aduersarium possessorem facit 33.296
Pignus quadruplex 8.226
Pignus sibi quū quis capere possit 13.234
Pignoris etymon 3.268
Pignoris venditioni quando videatur consensisse creditor 10.234
Φορτία τα quid 2.156
Plena proprietas 7.325
Plenior vox in l. si is, qui pro emptore. D. de vsucapio. quid 8.334
Pluralis numerus in singularem resoluitur 4.139
Plus petentis pœna 21.362
Pœna legalis in foro poli petitur 35.242
Pœnitentiæ coniectura 4.256
Pœnitudine donatio causa mortis renocari potest 4.256
Porrò, quid significet 4.157
Pontificiæ legis scopos 15.376
Pontificium ius in matrimoniis spectandum 6.2
Popularis actio 5.384
Populares actiones non habet mulier 9.192
Portio accedens per ius adcrescendi accedit præter testatoris voluntatē 6.162
Portio grauata accrescente grauatę, quid iuris 8.162
Portio grauata si accedat non grauatæ, non fit contributio 5.162
Portio non grauata accedens grauatę an fiat contributio 3.161
Portio quando adcrescat inuito 6.162
Portio si accedat præter mentē defuncti non fit contributio 4.161
Portiones quando separandæ 3.161
Portiones quando contribuendæ 2.161
Posthumus quando sub conditione instituatur 7.140
Posthumos suus qui institui possit 11.119
Posthumus quis propriè 7.117
Posthumi alieni institutio cur vetita 12.119
Posthumi alieni qui 4.116
Posthumi qui instituantur 6.116
Posthumi sui, & alieni 8.117
Posthumi simplex institutio an ad posteà lōgo interuallo natum protrahatur 8.118
Posthumi sui institutio 11.118
Posthumorum institutio 4.115
Posthumos quando institui permisit Gallus 8.123
Possessio ab vsu an separetur 3.263
Possessio ad perscriptionem necessaria 6.228
Possessio an iuris gentium 6.268
Possessio, an iuris, vel facti 3.275, & 3.262
Possessio aut naturalis, aut ciuilis 5.264 & vnde, & cur sic dictæ ibidem
Possessio duplex 4.323
Possessio, & proprietas aliquid cōmone habent 13.290
Possessio ignoranti quæritur 3.275
Possessio naturalis qui amittatur 5.264
Possessio qui quæratur 12.272
Possessio quid 2.261
Possessio releuat ab onere probādi 7.279
Possessio variè consideratur cuiusque rei effectus 3.263
Possessio vna an duplex 4.264, & 6.278
Possessio vnde dicta 5.276, & 3.268
Possessionis an duæ species 6.277
Possessionis causa summatim cognoscenda 38.312
Possessionis commoda 7.278, & 279
Possessionis controuersia quō pertineat 12.283
Possessionis essentialia 3.275
Possessionis, & proprietatis causæ diuersæ 9.327
Possessionis, & proprietatis separatæ causæ 5.6.324
Possessionis etymologia 1.266
Possessionis generale verbum, & ad quæ referatur 5.264
Possessionis infinita commoda 18.53
Possessionis noua definitio 3.263
Possessionis recuperandæ remedia quot 40.313
Possessionis verbo in dubio quid significetur 6.265
Possessionis verbo quid significetur 4.323
Possessionis verbo quid demonstretur 3.263
Possessionis verbum an detentationem significet 30.295
Possessionis verbum dupliciter accipitur 1.274
Possessionis verbo proprietas significatur 2.174
Possessioni insistēs qui vendit aut donat, fraude non caret 10.248
Possessionem an retineas absens 5.264
Possessionem qui culpā, aut negligentiā sua amisit, ei iudicis officium non datur 54.317
ex Possessione longa præsumuntur solemnia interuenisse 9.279
Possessione probata, an probatur dominium 9.288
Possessor cur fiat nuntiatus 1.213
Possessor, data probationum paritate, absoluendus 6.10
Possessor habet prose præsumptionē 5.10
Possessor quod suā diligentia, & industriā quærit, ex re qualislibet non censetur 9.44
pro Possessore indubio iudicandū 7.278
à Possessorio an appelletur 8.180
Possessorium Carboniani edicti summarim tractandum 37.312
Possessoriū cōseruandæ cur datur 15.284
Possessorium causam proprietatis cum petitorio admixtam habens an cum eo concurrat 28.309
Possessorium dicitur habere mixtā causam petitorii 2.299
Possessorium est summarium 19.306
Possessorium, & petitorium quo modo differunt 3.322
Possessorium in actionibus personalibus locum non habet 14.284
Possessoriū in præstationibus personalibus an reperiatur 14.284
Possessorium in spiritualibus coram iudice sæculari tractatur 11.289
Possessorium iudicium an modici præiudicii 8.280
Possessorium iudicium triplex 13.283
Possessorium quid 12.183
Possessorium temporale est 12.189
Possessorii, & petitorii cumulatio 9.326
Possessorio iudicio dupliciter renuntiatur 33.296
Possessorio retinendæ agenti an obstet rei iudicatæ in petitorio 2.300
Possessoria iudicia cur sic dicta 2.322
Possidendi principium iustum qui habet non dicitur iniustè detinere 58.318
Possidens præsumitur dominus 7.279
Possidenti naturaliter an obstet sentētia lata in ciuiliter possidentem 28.294
Possidenti non datur actio in rem 6.188
in Possidētem ciuiliter an detur rei ven-

dicatio 27.294
iis, qui non Possident pro tenuta an detur iudicis officium 55.317
Possidere qui non dicantur 2.261
Postliminiũ fictio 7.329
Postulatus & in crimine deprehensus æquiparantur 12.250
Potest verbi, negatiua præposita, quę virtus 1.339
Potest, verbum quid significet 4.121
Præceptum comminatorium 22.222
Præcipua in l.1.ff.sol.matr.quid significet 12.13
Præfationis dicta an repetita intelligantur in stipulatione 5.368
Præiudicium quid 21.292
Præiudicium rei maiori quãdo fiat 9.327
Præiudicii regula 9.327
Prælati ecclesię an faciãt inuẽtariũ 15.179
Prælati iuramento an, & quã stetur 15.179
Prelationis priuilegiũ in dote 10.78, 21.89
Pręscriptio sine titulo nõ procedit 9.229
Præscriptioni longissimi temporis quid sufficiat 9.229
Præscriptione an quæratur dominium directum 12.229
Præses quis dici possit 27.345
Præsumptio iuris, & de iure 16.175
Præsumptio veritati cedit 10.289
Pręstationes personales an habeant possessorium 14.284
Præteritione sui testamentum quando nullum 4.130
Prætoris aditio in noui operis nonciatione quando necessaria 6.191
Precarium generale verbum & quibus accommodetur 3.255
Precarium ante diem an reuocabile 3.251
Pretium quando loco rei succedat 20.71
Primipilare debitum 1.74
Primipilus quis 13.13
Pricipali destructo, accessoriũ ruit 14.352
Principaliter quod agit, spectamus 5.42
Prior præsumitur, qui diligẽtior fuit 5.10
Prioritas quãdo in pignoribus spectetur 9.227
Priuationis pœna non infligitur, nisi in casu à lege expresso 15.22
Priuilegiũ patri, & filio concessum 7.128
Priuilegium quando cesset 54.317
Priuilegia actionis quando ad hæredes transeant 9.78
Priuilegia circa dotem varia, pag. 80.81.82.83.84.85.86.87.88.89.90.91
Priuilegia non, nisi de scripto probanda 7.131
Probandi onus cui incumbat 22.308
Probatio ambigua quandoque releuat 6.347
Probatio debet concludere 4.346
Probationes ad vnum effectum coniungendæ 6.358
Probationes factæ in summario iudicio an fidem faciant in plenario 29.310
Procurator, licet actũ simpliciter faciat, censetur proprio nomine facere 12.37, & ibidem quando procuratorio
Procuratori quãdo denũtiari possit 18.179
per Procuratorẽ fieri potest inuentarium 19.180
per Procuratorem an possum, quod per me non possum 14.38
per Procuratorẽ quæsita an cedi debeant 26.183
per Procuratorẽ rectène fiat legitimatio 5.245
per Procuratorem omnes actus fieri possunt 5.245
Prohibere manu quis dicatur 6.191
Protecta quæ 15.221
Pronepotis pręteritio 2.244
Proprietas anomala 11.282
Proprietas nuda quæ 7.325
Proprietas plena quæ 7.325
Proprietas quid 7.325, & 10.281
Proprietatis verbo quid significetur 11.282
Proprietas quo sit excutienda modo 20.307
Proprietas verbum an obliquetur 11.282
Proprietas vnde dicta 10.281
Proprietatis exceptio an obstet agenti auxilio capit. sæpe. contra singularem successorem 56.317
Protecta quæ 15.221
Protocolum probat prioritatem 2.9
Prochotrophium 11.178
Publica vtilitas quando à priuata superetur 2.75
Publicæ vtilitatis ratio. rei suæ dominio quem priuari posse 19.14
Publicatis attestationibus, an testes producantur 11.289
Publicus fauor iuramento non violatur 12.374
Pupillares tabulæ 6.166
Pupillares tabulæ cum primis pro vno testamento habentur 6.167
Populares tabulæ dicuntur pars paterni testamenti 6.167
Pupillaris substitũtio quando corruat 6.167
Pupillaris substitutus grauari potest 11.169
Pupillaris substitutus testatoris hęres dicitur 7.167
Pupillari substituto an prosit inuentarium pupilli 20.180
Pupillus in propriis bonis non grauatur 10.168
Pupillus miles esse potest 9.168
Pupillus quo modo obligetur 2.339

Q

QValitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi 58.318
Qualitas facilius inducitur quàm substantia 5.145
Qualitas legis interpretatæ videtur repetita in interpretante 16.357
Qualitas non entis nulla est 13.5
Qualitatis mutatio 2.159
Quasi, dictio quod significet 12.260
Quasi proprietas 11.282
Quartam bonorum suorum vxori quãdo teneatur maritus relinquere 10.19
Quemadmodum dictionis natura 12.5 qui accipienda 15.68
Quid in formula, an nota responsionis 1.349
Quodammodo, dictio 9.349

R

RAptor damnum non dat 5.218
Ratio legis coarctat, & extendit 11.109
Rationia in lege vitans 9.78
Rationum vna cessante, alia vigenti manet dispositio 15.13
Reatus verbum quid sonet 14.251
Recuperandæ possessionis possessorium 13.283
Recuperandæ possessoriũ an cumuletur 10.328
Recuperare quis, an non dicatur 18.54
Reddendi verbum 15.6
Reficiens non dicitur facere 24.8
Rei appellatio pretor quàm in libellis, generalis 99.298
Rei verbum generale 35.297
Reipub. conseruatio 1.174
Reipub. hostes 24.344
Rei vendicatione dua petuntur 30.140
Relaxatio remissionis nomen habet 12.201
in Rem agẽs duo potissimũ petit 25.308
Remissio in l.1.ff. de no. op. nunt. quid 12.201
Remissio noui operis quibus diebus petatur 9.210
Remissio triplex 12.201
Remittere in l.1.ff. de nou. op. nunt. quid 12.201
Remuneratoria donatio quid, & an reuocabilis sit 2.43
Remuneratoria donatio an insinuanda 2.243
Renunciari an possit beneficio miserationis gratia introducto 29.32
Renunciare nõ videor iuri, quod ignoro 33.296
Reorum constitutio diuersitas responsionis an vitiet 13.356
Reorum duorum constitutio sine stipulatione fieri nequit 13.356
Repertorium quid 1.177
Repetita propriè dicuntur, quæ prius data fuerunt 15.6
Repetitionis causa fauorabilior, quàm petitionis 21.8
Repudium quis primus miserit 4.1
Repudii lex an sublata 7.66
Rerum adpellatione qui homines veniũt 37.297
Res mea quæ 35.297
Rescriptum iurisdictionẽ tribuens noua distinctione consideratur 29.358
Respondendi modus 4.331
Respõdere simpliciter quis dicatur 2.354
Responsio ad quæ referatur 14.357
Responsionis diuersitas an vitiet stipulationem 8.351
Responsio talis intelligitur qualis est interrogatio 14.357
Restituere verbi acceptio varia 3.206
Restitutionis in integrum vis 24.182
Restrictio quando fiat de idoneitate 6.209
Retentionis ius 6.113
Retinẽdæ possessionis possessoriũ 13.283
Reuocationem alienatorũ qua via persequatur fiscus 11.253
Reuocatoria in filiis an competat 8.247
Ripæ locus 3.300
Regulas iuris cessare non facit euidens facti perspicuitas 9.200
Rustica prædia an possideantur 1.266

S

SAcerdotia sine titulo, & canonica institutione possideri nõ possunt 2.299
Sancimus, verbũ noui iuris inductiuum 67.320
Satisdatio de demoliendo quam vim habeat 1.215
Satisdationis oblatæ vis quando absorbetur 11.201
Scæuolæ laus 2.120. eiusdem in respondendo mos 2.121
Scholari nullo tẽpore licet scortari 21.15
Scholaris altẽ canẽs an prohibetur 20.15

Scientia

Index.

Scientia, ſi puniatur, quando exigatur 57.318
Sedes vbinam ſint 1.266
Semper, dictio ex ſubiecta materia in terpretationem recipit 14.21
Semper quid ſignificet 10.12
Sententia appellatione ſuſpéditur 17.252
Sententia an pro parte conſiſtat 16.361
Sententia incerta, & generalis quando admittatur 17.69
Senteña in poſſeſſorio lata eſt diffinitiua 37.311
Sententia inter eaſdē perſonas facit notorium 4.300
Sententia interlocutoria quid 19.221
Sententia lata contra ciuiliter poſsidentem an obſtet naturaliter poſſidenti 28.194
Sententia noctu clámque lata non valet 11.249
Sententia pro reo in petitorio lata an obſtet agenti poſſeſſorio adipiſcendę 2.300
Sententię executio an fiat contra fideiuſſorem 13.383
Sententię tot ſunt quot capitula 7.368
ex Separatis quando inferatur 17.291
Sequeſtrationis dotis quādo loc° ſit 3.16
Sermo vniuerſalis 5.109
Serui an ſtipulentur 6.337
Serui capacitas an reguletur à capacitate domini 28.345
Serui iuriſgentium capaces 5.337
Seruus cui inbenrem dominum obliget, non liberes 31.345
Seruitus confeſſoria 3.205
Seruitus negatoria 3.205
Seruitutis ruſticę ſpeciale 7.199
Si, vox pro quatenus 4.360
Sic, quid ſignificet 3.121
Significatio propria vnde ſumatur 2.214
Silentium longum 11.347
Simpliciter reſpōdere quis dicatur 2.354
Simpliciter quid fieri dicatur 2.354
Simulatio cōtra ſimulantē optima 5.166
Singularis ſucceſſor præſumitur ignorare violentiam anteceſſoris 60.318
Solénitates legū quādo remittēdę 39.312
Solonis lex 9.3
Solui ante diē quādo an non poſſit 16.51
Sororem quando dotare teneatur frater 15.84
Specialia plura quando circa idem concurrant 7.10
Species an propriè ſub genere contineatur 16.6
Species in §.in omnibus.l. Gallus qui accipienda 2.146
Spiritales fornicationes 114.68
Spoliationis exceptio 11.328
Spoliationis exceptio dilatoria eſt 32.311
Spóſalia inter abſétes expediūtur 21.243
Spoliatis omnia redintegranda 40.313
Spoliat° ante òmnia reſtituēdus 22.308
Spoliatus quādo ante omnia reſtituendus 4.301
Spoliato agenti dominii defectus obeſt 9.199
Spoliato competens exceptio quando opponenda 32.311
Spoliatoris, pendēte appellatione, pœna 34.311
Statutum, extantibus agnatis, ad quas perſonas traxit Bartolus 10.4
Statutum loquens de fratre non comprehendit fratrem patruelem 7.226
Statutum loquenté puniens an ſcribentem comprehendat 23.344
Statuta loquentia de petente an in repetente locum habeant 23.8
Sterilem Deus maledixit 15.12
Sterili dotis priuilegia conceſſa 18.14
Sterilis an habeat dotis priuilegia 13.13
Stipulanti omnes ſeruos promittens omnes præter vnum an reſponſionem validam faciat 3.364
Stipulari an per nuntiū poſſimus 22.343
Stipulatio an ſit propriè cōtractus 11.338
Stipulatio sui inducta 22.358, & 9.338
Stipulatio dotem reddi quādo committatur 4.98
Stipulatio inutilis an valeat vt pactum 4.364
Stipulatio non contrahitur literis 5.340
Stipulatio omnium ſeruorum 3.363
Stipulatio per A, & B. an cōtrahatur 3.368
Stipulatio quęnam ad ſubſtitutos tranſmittatur 185
Stipulatio quando fingatur 11.79
Stipulatio quādo fingatur in dote 16.84
Stipulatio quid 2.337
Stipulatio quo iure inuenta 3.337
Stipulatio ſpeciale nomen habet 14.338
Stipulatio vnde dicta 12.338
Stipulationis de no.op.nūt forma 5.217
Stipulationis forma 3.340
Stipulationis ſubſtātia verba ſunt 3.367
Stipulationis vim quādo habeat patientia 10.341
Stipulationem an vitiet idiomatum diuerſitas 7.368
Stipulationem an vitiet interuallum longum 13.348
Stipulationem an vitiet ſtipulationis diuerſitas 8.358
Stipulationem quid vitiet 2.340
in Stipulatione an ſufficiat complacētia 22.358
Stipulationes tot ſūt, quot ſpecies 7.368
Stipulum quid 13.138
Studiorū cauſa relictū, datúmve propter incertitudinem non vitiari 22.15
Studiorum cauſſa doti cōparatus 22.15
Stuprata vi mulier 9.104
Subrogatum, eius, in cuius locum ſubſtituitur, naturam redolet 9.11
Subſtantia quid 5.256
Subſtitutio Aquiliana 5.121
Subſtitutio eſt conditionalis inſtitutio 3.166
Subſtitutio quādoque trāſmittitur 7.162
Subſtitutionis verbum generale eſt 16.7
Subſtitutus legata á pupillo relicta præſtabit 7.168
Subſtitutus patruus, an pupillo ſuccedat 14.173
Subſtitutus pupillaris grauari poteſt 11.169
Subſtitutus pupillaris quæ bona ponat in inuentario 24.182
Subſtitutus pupillaris teſtatoris hæres dicitur 7.167
Subſtituto pupillari an proſit pupilli inuentarium 20.180
Succedendi via duplex 115
Succedere patri prohibitus non prohibetur fratri ſuccedere 14.173
Succeſſio legitima quæ 3.115
Succeſſionis ordo ex veteri lege 3.129
Succeſſor ex cauſa neceſſaria 20.55
Succeſſor ſingularis fiſci 20.56
Succeſſor ſingularis quibus caſibus tenetur ſtare locationi defuncti 20.55.56
Succeſſor ſingularis an teneatur ſtare locationi per prædeceſſorem factæ 20.54
Succeſſoris ſingularis cōſideratio duplex 19.54
Suggrundæ, & Suggrundia quæ 15.220
Suus, & extraneus hęres differunt 16.176
Suus hæres quis 6.152
Suus hæres, & ſuus futurus 3.148
Suus, pronomen 5.134
Sui exiſtētia in fauorem operatur 13.171
Sui, & ſui futuri qui 9.118
Sui hæredis qualitas, in quo 150
Sui tantum quo iure admiſſi 12.119
Suorum ius captiuitate non tollitur, ſed pendet 6.155
in Suis, & ſuis futuris tempus mortis teſtantis conſideratur 5.149
Suitas an captiuitate tollatur 6.149
Suitas an de nepote dici poſſit 3.150
Suitas emancipatione tollitur 1.158
Suitas in fauorem Pupilli tantum operatur 13.171
Suitatis prærogatiua fulgebant filii ſoli 2.154
Suitatis virtus 11.171
Suum qui accipiatur 15.174
Sum verbum quid denotet 10.365
Summa maior minorem continet 7.360
Summatim, vox qui intelligenda 38.312
Suppleri quando dicatur lex 6.152
Supplicatio an executionem impediat 8.280
Suſpenſi iuris conſtitutio 8.333
Suſpicionem tollit neceſſitas 11.250

T

TAbulæ patris & filii 3.166
Tabolæ primæ 6.166
Tabulæ pupillares 6.166
Tabulæ quid 5.166
Tabularum ſecundarum verbo quæ cōtineantur 6.167
Tacens an conſentiat 5.364
Tacita filii inſtitutio an ſufficiat 5.146
Tale propriè non dicitur, quod cum aduocto appellatur 6.226
Tempus allegans probare debet 6.107
Temporis indeterminata mentio 4.154
Tempore promiſſo quid fieri, & in illud diſpoſitionē conferre paria ſunt 23.27
Tempore prior, an iure potior 7.226
Tēpora in hæredib° quæ ſpectāda 4.148
Tenuta intra quod tempus recuperetur 20.236, & 237
Termini præfixio vim habet ſecundi decreti 21.257
Territorium vnde dictum 3.268
Teſtamentum ad alterius interrogationem an valeat 2.349
Teſtamentū an irreuocabile fieri queat 8.258
Teſtamentum patris, & filii vnum 3.166 fallit 6.167
Teſtamentū patris, & filii licet vnum ſit: duo tamē reperiūtur hęreditatis 7.167
Teſtamentum, præmoriente præterito, an conualeſcat 5.130
Teſtamentū præteritione nepotis rumpitur 6.147
Teſtamentum vno contextu fiat 9.347
Teſtamenti factio cum hæredibus tempore teſtamenti eſſe debet 5.149
Teſtamenti fauor 5.139
Teſtamenti tabulæ primæ quę & quę ſecundę 6.7.166
Teſtamenta cur teſtes ſeptem exigant

9.248
Teſtamenta noctu, diúque fieri poſſunt 11.249
Teſtamentis forma à lege data non porrigitur ad iam confecta 9.3
Teſtandi latiſſima poteſtas variè coarctata 1.116
Teſtandi vſus quando cœperit 2.115
Teſtãtis volũtas ad quid referenda 4.126
Teſtantis voluntas quę præſumatur 4.126
Teſtator de quo diſponere non poteſt 16.174
Teſtia an die feriata examinari debeat 7.210
Teſtis dicto in parte falſo, an vitietur eius depoſitio 15.366
Teſtis pro fratre an frater eſſe queat 10.220
Teſtis vnus quando probet 15.369
Teſtis dictum adiuuandum 5.347
Teſtes cõtrarii quomodo cõciliãtur 3.331
Teſtes inuentario adhibendi 19.180
Teſtes nonnunquam, publicatis atteſtationibus, producantur 11.289
Teſtes ſingulares non probant 17.362
Teſtibus quanta fides adhibenda in arbitrio iudicis eſt ſitum 3.331
Titulus an requiritur in præſcriptione rerum incorporalium 15.230
Tituli defectus nototius agentem recuperandæ an repellat 8.302
Titulus quid 4.268
Titulus quo modo in præſcriptione ne-ceſſarius 15.229
Tori ſeparatio 3.97
Totum continet ſingulas partes 19.361
Traditio quãdo trãsferat dominiũ 4.268
Traditionis effectus 18.70
Traditione dominium transferri 13.260
Traianus à Coccio Nerua adoptatus 4.145
Tranſactiones diebus feſtis fieri poſſunt 1.207
Tranſactio poſt ſentẽtiam inutilis 11.352
Tranſmiſſibiles non ſiot contractus 3.215
Tranſmitti quæ factum continent, non poſſunt 2.215
Trãſmitti quæ iuris ſunt, poſſunt 2.215
Tribonianus quid in iure noſtro Ciuili præterierit 1.155
Tributum cur præſtetur 11.46
Τροφεῖα 7.178
Tunc in l. Gallus qui accipiatur 8.123
Tutor ex cauſa rem pupilli alienat 2.379
Tutor tenetur facere inuentarium 2.177
Tutori an remitti poſſit inuentarii confectio 3.177
Tutorum genera tria 2.177

V

VAſſalus an ius percipiendi penſionẽ tranſmittat 5.61
Vaſſalus ludens cum vxore domini feudum amittit 15.22
de Vaſſali felonia ſi dominus queſtus non eſt, hæres eius cõtendere ob hanc rem nequit 20.24
Vaſſalo ſpoliato quid obſeruandũ 5.232
Vidua an, & quibus caſibus hæredibus defuncti viri, operari debeat 16.52
Vidua an propter ſtuprum dotem perdat 21.25, & 12.101
Vidua an teneatur habitare cum hæredibus viri 17.52
Vidua quãdo ab hæredibus alenda 15.50
Vi occupãtis, aut inuadẽtis pœna 70.321
Violentiam anteceſſoris quis ignorare præſumatur 60.318
Virginis ruina 5.155
Vitii ſucceſſor, an particeps quis dici nõ poſſit 58.318
Vltima voluntas quando effectum ſortiatur 4.257
Vniuerſale ius quid 18.69
Vniuerſalis ſermo 5.207
Vniuerſitas conſummationis quid 18.70
Vninocum quid 19.7
Vnius dicto vt ſtetur, an pacto induci poſſit 15.369
Voluntatis coniectura quo ſit manifeſta 11.136
Voluntates agentium qui interpretamur 9.259
Vſucapere poteſt qui domini loco eſt 12.48
Vſucapienda conditio cauſa tui ex poſſeſſione 7.279
Vſucapiendi conditio quando transferatur 3.228
Vſucapio à quo impleri poſſit 2.330
Vſucapio cœpta cui non proſit 1.330
Vſucapio cui non proſit 5.332
Vſucapio in rebus peculiaribus 2.330
Vſucapio interrupta an proſit ab hoſtibus reuerſo 5.331
Vſucapio qui interrumpatur 4.331
Vſucapio triennii eſt fauorabilis 13.229
Vſucapionis, & præſcriptionis differentiæ 13.229
Vſucapionis initium ſpectandum 2.330
Vſucapionis introducendæ ratio 14.229
Vſucapione dominus 1.228
Vſura quid 31.242
Vſuræ vicem fructuum obtinent 3.40
Vſuras permittens conſuetudo non valet 34.242
Velleia lex 1.131.132
Velleiæ legis auctor quis 2.147
Velleiæ legis capita 3.148
Velleia lex caſus teſtamenti rumpendi ſuſtulit 5.139
Velleiæ legis explanatio 1.147
Velleiano an iuuetur mulier, quæ pro dote interceſſit 18.87
Velleius quid conſtituerit 1.154, & 3.151
Vendicanda res corporalis ſit 30.296
Vendicãs rẽ ſuã pretiũ non reddit 15.252
Vendicans rem duo petit 30.240
Vendicare quid 22.295
rei Vendicatio an detur contra detentatorem 29.295
rei Vendicatio an detur in ciuiliter poſſidentem 27.294
Vendicatio rei cui detur 16.230
rei Vendicatio quæ exigat 22.293
rei vendicatio vnde proficiſcatur 5.287
Venditio omnium bonorum an retractabilis 8.247
Venditor in rei poſſeſſione perſeuerans fraude non caret 10.248
Ventris nomine in poſſeſſionem miſſa alenda 33.242
Verba an in ſpecie intelligenda 8.219
Verba generalia, etiam in beneficiis, ita interpretantur, ne odioſæ perſonæ cõprehendantur 22.26
Verba generalia generaliter accipienda 9.77
Verba, ſaluo domini conſenſu, non excuſant emphyteutam alienantem 8.3
Verba, ſoluto matrimonio in conditionem reſoluuntur 7.2
Verba ſunt de ſtipulationis ſubſtantia 6.340, & 3.367
Verba, virilis ſexus in §. videndum. l. Gallus ad quæ referenda 6.149, & vnde interpretationem accipiant ibidem
Verborum obligatio quid 1.337
Verborum dos 16.68
Verbis quis non obligetur 5.340
Veritas cur nõ quęrat fucũ verborũ 3.340
Veritati cedit præſumptio 10.289
Viam ædificare quid 8.199
Vicinus quando præſumatur ſcire facta vicini 64.319
Vſus à poſſeſſione an ſeparetur 3.163
Vſus, verbum latiſſimè patet 3.263
Vſus fructuarius ius vtendi cui, & an cedere poſſit 15.290
Vſus fructus quãdo patri quæritur 6.127
Vſus fructus quando patri non quæratur 9.141
Vt dictio iuncta dictioni, ſi, cõditionem facit 10.4
Vtendi ius quis, cui, & an non cedibile 15.290
Vtile per inutile an vitietur 12.365
Vtilitas publica quo modo conſideretur 14.375
Vtiliter in §. ille caſus. l. Gallus qui accipiatur 4.157
Vulgaris ſubſtitutionis, & iuris accreſcendi differentia 6.162
Vulgi teſtimonium quando bonũ 4.166
Vulgò, quid ſignificet 4.166
Vxor quomodo domina ſit rerum mariti 25.293
Vxor ſi mariti negligẽtia perierit lucrum dotis perdit 22.27
Vxore repudiata cui aliam ducere liceat 13.67

X

XEnodochium 10.178

Y

[illegible] 3.256

§§. ALIQVOT SENSVS.

§. ſecum mihi l. ſi vnus ex argentariis ff. de edend. ſenſus 10.261
§. aliquando. l. cum exceptione. ff. quod met. cauſ. ſenſus 46.314
§. ſi tibi l. rogaſti. ff. de reb. cred. ſenſus 5.364
§. ſi. l. cùm oſtendimus. ff. de fideiuſſ. tut. 11.341
§. quidam rectè. l. Gallus intellectus varii 2.124, & 125
§. quid ſi is. l. Gallus, expoſitio noua 11.13.137
§. ſi eius. l. Gallus explicatio 1.148
§. in omnibus l. Gallus. ſenſus 1.146
§. forſitan. l. Gallus ſenſus 1.144
§. ille caſus. l. Gallus ſenſus 1.155
§. eleganter. l. ſi finita. D. de dãn. infect. explicatus 12.341
§. nihil commune, communis ſenſus 3.5.286. nouus 5.287
§. aut Iulianus. l. ſi alius. ff. quod vi, aut clam de qua poſſeſſione accipiendus 1.213
§. ſed neque in auth. de fideiuſſ. declaratur 12.304
§. præterea. Inſtit. de inutilib. ſtipula. ſenſus 3.360

F I N I S.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRISCONSULTI, in Titulum primum lib. xlv. Pandectarum, De verb. oblig. Scholia.

GRAVISSIMO SENATVI TOLOSANO, IOANNES CORASIVS IVRECONSVLTVS, perpetuam fœlicitatem.

STATVERAM iampridem, Patres amplissimi, si quid vnquam in ciuili disciplina laude dignum perficerem, id totum dicare vobis, & consecrare: qui de me, & simul omnes, & quique separatim, tam bene, quam qui optime meriti estis. Sed cùm necdum occurreret quicquam, quod satis dignum amplitudine vestra existimarem, hac re supersedere in animum induxeram: nisi cessando veritus essem ἀχαριστίας crimen apud vos subire. Malui igitur cum tam leui munere, vobis parum prudens, quàm immemor prorsus, & officij, & beneficij videri. Cùm itaque Scholia in Pandectas, simulq́; Enarrationes in celebriora Iuris vniuersi responsa, tamdiu multa cura parturirem, qua non minimo, vt spero, Reipublica bono, aliquando pariam: placuit interim ijsce scriptis nostris (qua se vobis, amplissimi viri, adoptanda prabent, vel potius arrogãda) tanta rei fortunam tentare, ac periclitari. Vt si successisset inceptum ex sententia, ad reliqua adornanda pergerem alacrior: sin minus, frangerem ipse nauem, & temerario incœpto absisterem. Hoc autem ne contingat, faciet splendor ordinis vestri, qui, sicuti spes est, magnam mihi fœlicitatem afflabit, si prasertim hunc meum laborem exporrecta & hilari fronte susceperitis. Nec deerunt scio vituperonum, obtrectatorumq́; qui cõsilium nostrum criminentur (nam nec superos quidem Momus inculpatos reliquit.) Caterùm id genus hominum, qui non vti literis, sed abuti meritissimò dicuntur, meo iure floccipendo, neque satis dignos iudico, quorum memoria, & imago nobis proponatur. Quanuis non dubitem, sapientissimi viri, si meam hanc operam albo calculo dignati fueritis, quin omni ex parte bene res habeat, authoritatéque vestra à detrahendi consilio deterreantur, qui verè iudicare, aut propter imperitiam non possunt, aut propter liuorem & maleuolentiam impediuntur. Valete prudentissimi, æquissimique Iudices, sub quibus opto in dies magis ac magis regnet, floreatq́; iustitia. Valentia Allobrogûm, quinto Calendas Iunij, 1548.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

1 *Verborum obligatio.*
2 *Stipulatio cur sic appellata.*
3 *Formulæ stipulationum.*
4 *Verborum solennia sublata.*
5 *Stipulatio quid.*
6 *Actio duplex ex stipulatione.*
7 *Condictio certi, vna tantùm.*
8 *Stipulatio quinque desiderat.*
9 *Commentarij verbosi, studiosorum pernicies.*

OBligationes ex contractu, inquit Iul. Paul. aut re contrahuntur, aut verbis, aut cõsensu. l. j. ff. de act. & oblig. addit Iustinia.
1 aut literis. §. fin. de obligatio. † Verbis obligatio (vt interim cæteras, nihil ad rem pertinentes, missas faciam) contrahitur ex interrogatione, & responsione: cùm quid dari, fierive, nobis stipulamur, d. l. j. §. verbis. veluti, promittis? C. promitto. *Verborum obligatio.*
2 §. j. eod. tit. † quod obligationis genus veteres stipulationem dixerunt, à verbo, Stipulum, vt Iustinia. putat. §. j. eod. titul. quod est firmum. Qui etymus Iulij Pauli tit. viij. lib. v. Sentẽtiarum fuisse videtur obligationum firmandarum gratia stipulationes inductas, docens: quæ quadam, inquit, verborum solennitate concipiuntur. Et ita appellatæ sunt, quòd per eas obligationum firmi- *Stipulatio.*

tas constringatur, stipulum enim veteres firmum dixerunt. Alij verò, vt Marcus
Varro, j. de ling. Lat. à stipe, id est, pecunia stipulationem appellatam putāt: quòd
pecuniam frequentiùs contingeret in eum contractum deduci, vt alibi diximus
Stipes collatitia.
lib. j. Miscella. cap. xxv. Sic enim collatitiam stipem Ammianus Marcellinus vocat, minutam pecuniam, qua passim erogata, victitant inopes. Adeò equidem verum est stipulationes præcedentium obligationum firmandarum gratia introductas, vt per se sine alia causa inutiliter contrahantur, l. ij. §. circa. ff. de dol. excep. nec à veteribus interponerentur, nisi velut appendices principalis contractus, l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. vt si non satis partibus cautum esset prima conuētione, ex subiecta stipulatione efficaciter ageretur, l. duo. ff. pro soc. l. pacto. ff. de transactio. Subtili tamen interpretatione stipulatio à verborum obligatione distinguitur, vt causa ab effectu: etenim stipulatio contractus est. l. v. §. stipulatio, qui verborum obligationem parit. §. j. de verb. oblig. in Inst. Cuius, quanta fuerit olim apud Romanos vis & potestas, ostendit Cic. pro Cæcinna. Si quis, inquit, quod spopondit, qua in re vno se verbo obligauit, is non facit, maturo iudicio, sine
Stipulationum variæ formulæ.
vlla religione, condemnatur. † Eiúsque contractus fatetur Cic. in Top. infinitas 3
fuisse formulas, humiliores tamen. vt alibi idem Cic. j. de leg. ait, quàm vt à viro graui pluribus explicandæ veniant. Illud ex Iustiniano didicimus, ita olim fuisse concepta verba, vt eodem quis verbo respondere cogeretur, quo esset interroga-
Verborum solennia sublata.
tus, §. in hac re, de verb. oblig. † quæ vana verborum solennia posterioribus consti- 4
tutionibus sublata sunt. l. omnes. C. de contra. & commit. stip. & dicto §. in hac. Cùm & Vlpianus vtilem esse stipulationem censuerit, siquis interroget, *dabis?* & alter respondeat, *quid ni?* Aut Latinè roget, & Græcè, aut alia lingua, congruenter respondeatur, l. j. §. si quis ita. & §. fi. præcipuè tamen per Leonem principem sublata fuit vetus illa, & scrupulosa verborum solennitas: omnes omnino stipulationes, quibuscunque verbis, consensu contrahentium compositas, suis viribus
Stipulatio quid.
niti, constituens. l. omnes. C. de contra. & commit. stipula. † Est itaque stipulatio, 5
Pomponio finitore, verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturúmve se id, quod interrogatus est, respondet. l. v. §. stipulatio. quam propter alias obligationes, & ad illarum confirmationem magis quàm propter se prodi-
Actio duplex ex stipulatione.
tam, superiora Iulij Pauli verba in v. Sent. palàm faciunt. † Sanè ex ea duæ profici- 6
scuntur actiones, condictio certi, & ex stipulatu. §. j. Instit. de verb. oblig. Condictio siquidem certum est, quod in stipulationem deducitur. l. si quis certum. ff. de reb. credit. §. j. eod. tit. Neque enim competit certi condictio, nisi ex obligatione, ex qua certum petitur. l. certi condictio. ff. de reb. cred. quòd si incertum sit, quod in obigationem deductum est, nascetur actio ex stipulatu. d. §. j. quam, eo casu quo certum petitur, lex dari noluit, cùm certi condictio sufficeret. l. hæc stipulatio. §. fin. ff. vt leg. no. caue. & non soleant leges, nisi in casibus necessariis, sua adhibere remedia. l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspi. Neque illis subscribimus, qui comminiscuntur hoc casu, certi condictionen specialem competere: cùm de ea nus-
Certi condictio vna tantùm.
quam verbum in iure. † sed vnam certi condictionem, perperuò dicimus, quæ ge- 7
neraliter ad omne certum ex quacunque causa cōpetit. d. l. certi condictio. Quod & pluribus ostendi in rubrica ff. de reb. cred. Cùm autem ex stipulatu, ad certum agi nonnunquam legimus. l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. ff. ad Syllania. l. iij. §. si rem quis. ff. de leg. iij. cum similibus: credendum non est, actionis nomen exprimi: sed contractum ipsum stipulationis, sicut alibi Iurisconsul. dicens ad exhibēdum eum cogi, qui se exhibiturum quempiam apud acta promisit. l. eum pro quo. ff. de in ius voc. non actionem ad exhibendum, sed merum exhibitionis factum exprimit, vt illic Accurs. rectè interpretatur, & nos alibi pleniùs attigimus in commen-
Necessaria ad stipulationem.
tariis ad l. j. in princip. col. pen. hoc tit. † Demonstrat autem Pompo. stipulationis 8
finitionem tractans d. l. v. §. stipulatio. quinque potissimùm necessaria ad stipulationem: primum, vt verba interueniant. Licet enim cæteri actus adminicula ver-

borum

borum non desideret.l.j. C.si quis alt. stipulatio tamen, non nisi vtroque loquente, confici potest.l.j.Ideóque verborum obligatio appellata.l.j.§.verbis.ff.de act.& obligat. Deinde, vt verba certo ordine proferantur, eo scilicet, quem iusta, naturalísque ratio sermonis dictat, præcedente, videlicet, interrogatione, & sequente incontinenti responsione.l.j. C.de vsur.& ea quidem congrua.l.obligamur.§.verbis.ff.de act.& oblig. Tertiò, vt suum, non alienum factum quis promittat.l.eum, qui.§. Iulianus. ff.de const.pecu.l.stipulatio ista.in princip. hoc tit. Quartò, vt ad futurum tempus referatur stipulatio.d.l.v.§.stipulatio.ibi, *daturum, facturum*. Neque enim rata est stipulatio in præsens tempus collata: nisi sensus verborum futurum tempus respiceret. vt cùm venditor seruum furem non esse, emptori spondet.l.si ita quis.ff.de euictio.l.quoties quis.hoc tit. Denique, vt non de alio respondeatur, quàm interrogatum sit.d.l.j.§.si quis simpliciter. † Possemus hîc multa commentari, quæ à doctoribus, vt anxiè, ita otiosè disputantur, in quibus etiam tempori seruiendo, animum nostrum quandoque occupare placuit, quæ nunc consultò, velut ab instituta methodo prorsus aliena, prætereunda duximus: nam & hæc ad tituli introductionem nobis sufficere videntur, qui in ea sumus hæresi, vt magno Reipubl.malo, perplexis illis, & spinosis disceptationibus, studiosa iuuentus inuoluatur. IOAN. CORAS. VAL. IX. SEPTEMB. M. D. XLVI.

9 (margin: *Adolescentum pernitiosa verbosi cõmentarij*)

L. PRIMA.

1 *Stipulatio cur sic dicta.*
2 *Notæ, literæ non sunt.*
3 *Surdus quis propriè.*
4 *Infans quando stipuletur.*
5 *Absens non contrahit stipulationem.*
6 *Serui capacitas, quando à domino pẽdeat.*
7 *Acceptilatione cur dominus non liberetur.*

VLPIANVS LIB. XLVIII. AD SABINVM.

Stipulatio [a] non potest confici, nisi vtroque loquente [b]. Et ideò neque mutus [c], neque surdus [d], neque infans [e] stipulationem contrahere possunt: nec absens [f] quidem: quoniam exaudire inuicem debent. Si quis igitur ex his [g] velit stipulari, per seruum [h] præsentem stipuletur, & acquiret ei ex stipulatu actionem [i]. Item, si quis ex his obligari [k] velit, iubeat: [l] & erit, *quod iussu*, obligatus [m].

1 *Tipulatio* [a]. Eam obligationem, quæ non fit proprio nomine, verborum dicebatur, veteres arctiori appellatione † stipulationem vocarunt, quod stipulum, vetustas firmum diceret.§.j.de verbor. oblig.aut, vt Marcus Varro libro j.de Ling.Lat.tradit, à stipe, hoc est, pecunia: vt in rubr.& Miscella.cap.xxv.exposui. (margin: *Stipulum.* *Stipes.*)

[b] *Vtroque loquente.* Singulare est in stipulatione, vt vtrinque verba proferri oporteat, vt hîc: tametsi alij contractus, qui non tam verbis, quàm consensu confirmantur. l.si stipulatio. §. fina. verborum adminicula non desiderent.l.j.C.si min.ab hæred.nec minus valeat, quod scriptura, quàm quod vocibus (margin: *Verba qui con.*)
2 lingua figuratis, significatur.l.non figura.ff.de act.& oblig. † Quoniam igitur, notæ, nec literæ sunt, neque verba.l.sed cum patrono. ff.de bono. pos.notis stipulatio induci non potest: putà, si agamus, vt, a, significet, promittis mihi centum: & b, promitto. Accurs.in §.sed hæc solennia.de verb.oblig.in Instit. Sed nec satis est in stipulatione, vtrunque loqui, nisi id legitimo ordine fiat: vt interrogationem, videlicet, subsequatur commoda responsio. l.j. C. de vsur. l. obligamur. §.j.ff. de actio.& obligat. (margin: *A, & B.*)

Mutus quis. c *Neque mutus.* Quia mutus loqui non potest, ad verborum obligationem eum nihil pertinere Iul. Paul. dicit l.j. §.fin.ff.de actio.& oblig.si quis itaque, licet imperfectè loquatur, quia non satis expeditum linguæ plectrum habeat, vt Balbus, Blæsus,& Atypus, stipulationem contrahere non prohibetur: cùm is nec mutus sit, nec morbosus.l.mutum,& l.Item Offilius,§.fin.ff.de ædil.edict.

Surdus cur non stipuletur. d *Neque surdus.* Quoniam & is, qui stipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit verba stipulantis audire debet: receptum est, surdum (qui tametsi loqui possit) non tamen exaudit: vtpote, aurium meatus obtusos habens: neque stipulari, neque promittere posse, vt hîc,& §.mutum, de inutil. stipulat. † Hinc autem 3 apparet, non de eo surdo Iurisconsultos agere, qui tardiùs exaudit, sed qui omnino non audit.l.j.§.fin.ff.de act.& oblig.d.§.pupillus. Proindéque quibusdam videtur surdum non omnino à stipulatione repelli: cùm ex Celsi sententia, dicat Iustinianus, nullum esse, qui penitus non exaudiat, si quis supra cerebrum eius loquatur.l.discretis.§.sin autem.C.qui test.face.pos. Sed certè aliud est, sermones,& colloquia tardius exaudire, & aliud exaudire, quæ magna voce supra cerebrum pronuntiantur.

Infans. e *Neque infans.* Quoniam † infans, quo verbo propriè minores septennio de- 4 monstrantur.l.j.§.sufficit.ff.de admi.tutorum, fari, id est, loqui non potest.l.seruo. §.si pupillo. ff. ad trebel.l. cùm quasi. §.si plures. ff.de fideicom. liberta. stipulationem contrahere nequit: vt hîc,& l.mulier.hoc tit. Qui igitur supra septimum ætatis annum sunt, tametsi infantiæ proximi, quia fari possunt, rectéque loqui incipiunt, vtiliter sibi stipulantur. l.seruum. ff. rem pupilli saluam fore. §. pupillus.de inutili stipulatione.

Contractus qui inter absentes cõtrahantur. f *Nec absens.* Possunt † cæteri contractus inter absentes confici.l.j.§.fin.ff.de 5 contrahen. empt. l.consensu. ff.de actio. & oblig. adeò quidem, vt sponsalia, nuptiæque inter absentes legitimè contrahantur.l.sufficit. ff.de sponsal.l.denique. ff.de rit.nupt. Sola verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est: vt hic, & §.item verborum. de inutil.stipul. quoniam oportet in ea (vt diximus) ex contrahentibus alterum alterius verba exaudire.d.l.j.§.fin.ff.de act.& oblig.atqui absentes se inuicem exaudire nequeũt: vt hîc. Neque obstat, quod Vlpianus scribit, sponsalia à spondendo dicta esse, quòd solerent veteres stipulari, & spondere sibi vxores futuras.l.ij. ff. de sponsal.quæ tamen inter absentes iure contrahuntur.d.l. sufficit, & d.l.denique. Tametsi enim in more veterum fuerit, per stipulationes contrahere sponsalia: nudũ tamen consensum ad ea constituenda sufficere posteà receptum est.d.l.sufficit,& l.fin.de sponsal. Licet autem non possit per internuntium, aut epistolam confici stipulatio, vt hic. & d.§.item verborum. iure tamen contracta, potest per epistolam, & literas probari.l.ea, quæ. ff.de donatione inter virum & vxorem.

g *Ex his.* Personis, quas stipulationem contrahere non posse diximus: veluti, mutum, surdum, infantem,& absentem.

Capacitas serui an reguletur à capacitate domini. h *Per seruum.* Negotium facere videtur regula, † quæ vult eius actus incapa- 6 cem esse seruum, quem explicare dominus prohibetur.l.si mihi,& tibi.§.regula.ff. de leg.j.atque ideo eum, qui suo nomine vsucapere nequit, ne quidẽ per seruum posse.l.Labeo.ff.de vsucapio. Quæ præsertim obtinere debet in stipulatione, quæ iuris ciuilis est.l.ea, quæ.ff.de acquir.rer.domi.§.de constituta, de actio. Cùm enim respectu eorum, quæ iuris ciuilis sunt, serui pro mortuis habeãtur.l.quod attinet. ff.de reg.iur.persona domini necessariò spectáda venit. l.non minus. ff.de hæred. instit. Vbi dominus itaque stipulari non potest, videretur ex iam dicta regula, nec quidem per seruum stipulationem contrahere posse.d.§.regula.& d.l.non minus. Sed considerandum est, domini personam ad hoc tantùm inspici, vt acquisitionis capax sit.l.debitor. §.seruo.ff.de leg.ij. Ideóque ex persona serui, tum vires accipiet dispositio, cùm dominus defectu naturæ similí, actum concipere prohibetur, effectus

effectus eius nempe acquisitionis nihilominus capax.l.Antistius.§.fi.ff.de acquir. hæred.& hic,licet vbi dominus deportatus est, aut simili ratione incapax,ne quidem per seruum acquirere posit.l.si deportati seruo. ff. de leg.iij. & d.l.non minus.ne quod vna via prohibitum est,per obliquum permittatur.

i Ex stipulatu actionem. Directam, scilicet.l.quoties.ff. de admi.tutor. Ex verborum porrò obligatione duas actiones proficisci constat: condictionem certi,si in stipulationem certum deductum est.l. si quis certum. ff. de reb.cred. si verò incertum,ex stipulatu.§.j.de vebor.oblig.& in rubrica pleniùs exposui. *Actio duplex ex stipulatione.*

k Obligari. Hoc ad infantē referri non potest, qui cùm fari nequeat.l.j.§.sufficit. ff.de admi.tuto.l.seruo.§.si pupillo. ff.ad Treb. voluntarémque furiosi exemplo, nullam habeat.§.pupillus.de inutil.stipulatio.nec sine tutoris auctoritate obligetur.l.pupillus,& l. obligari.ff.de aucto. tut.iubendo non potest obstringi, nisi, tutore auctore,iusserit.l.j.§.si pupillus.ff.quod iussu. Quocirca vel tutoria auctoritas exaudienda est:quod non facilè crediderim.l.quæcunque. §.fin.ff.de publicia. vel hæc verba ad infantem referri minimè debent:quod verius puto.

l Iubeat. Iubebit surdus verbis, mutus verò absens, scripto, aut per nuntium. l.j.§.fin.ff.quod iussu.

7 *m Quod iussu obligatus.* Si seruus iubentem dominum obligat,vt hic, † cur non & eum acceptilatione liberat. l.penul. ff. de acceptila. cùm ad liberationem propensiores esse debeamus.l. Arrianus.ff.de actio.& oblig. Difficile est profectò differentiæ rationem proferre: nisi dicas,seruum iussu domini acceptum facere posse,si præcedat stipulatio,animo nouādi,aliter non.d.l.penul.vbi Accurs. Sic enim in tutoribus, & curatoribus furiosorum, prodigorúmue, Vlpianus respondit, ne his quidem acceptum fieri, cæterùm nouatione facta, posse eos liberari per acceptilationem.l.& per iusiurandum.§.tutor.ff.de acceptilatio. *Serui acceptilatione, cur non liberetur dominus.*

5. QVI PRAESENS.

1 *Mox dictio.*
2 *Interuallum magnum.*
3 *Discessus solus stipulationem non vitiat.*

Qui præsens interrogauit, si antè, quàm responderetur, mox[a] discessit,inutilem efficit stipulationem[b]. Si verò præsens interrogauit, & antequàm responderetur,discessit, & reuerso[c] responsum est,obligat. Interuallum enim medii temporis modicum[d],non vitiauit obligationem[e].

1 MOx.[a] Hæc † dictio,mox,in veteribus,& castigatis codicibus,non habetur. *Mox.*

b Inutilem efficit stipulationem. Cùm non sit ad interrogata responsum,aut, si responsum est, sequuta est responsio, stipulatore absente: cùm tamen vtrunque & in interrogatione, & responsione præsentem esse oportet:vt hinc perspicuè probatur.

c Reuerso mox,id est statim. Accurs.in l.momentariæ.C.vnd.vi.Et ita meliùs multò congrueret huic loco, dictio Mox, à nescio quibus ex antiquis, temerè principio textus iniecta.vt sic hæc verba legeremus, *Et mox reuerso.* Neque enim sufficit, eo reuerso, responsum esse, nisi incontinenti stipulator redierit.l. continuus, in princip.hoc tit.&l.duo.§.fin.ff.de duob.reis. Eo nanque ex interuallo reuerso, si præsertim ad alia negotia sit discessum, vitiatur stipulatio.d.l. continuus, & d.l. duos.§.fina.l.si ex duobus.ff.de duo.reb.vnde,& eorum sententiam veram hîc aliquando probauimus, qui longum temporis interuallum, vitiare stipulationem censent.

2 d *Interuallum enim medii temporis modicum.* Veteres Codices habent † *Interuallum* *Interuallū magnū & modicum.*

L.iii.

enim medium. Sed cur à vulgata litera recedamus, non video: cùm in non abſimili ſpecie ſcripſerit alibi Iuriſconſul. modicum temporis interuallum, teorum conſtitutionem non impedire l. duos. §. fina. ff. de duobus reis. Sanè magnum temporis interuallum, Doctor. communiter vnius diei intercapedinem putant. l. cõtinuus, in prin. hoc tit. & l. ſi ex duobus. ff. de duob. reis. Nec tamen deſunt, qui aliter atque aliter ſentiant. Nos verò in commentariis noſtris, quia diſtinctio hæc temporis à lege præſcripta non eſt, rem totã iudicis arbitrio dirimendã cenſuimus: qui ex re in ſtipulationem deducta, ex perſonarũmque qualitate, ac congrua verborum ſignificatione, æſtimabit, quodnam modicum, longúmve interuallum dici debeat. l. j. ff. de iur. delib. l. ſi ita quis. §. Seia, hoc rit.

e Non vitiauit obligationem. Solus † itaque diſceſſus, cùm ſtipulationẽ non vitiet, 3
non cenſetur extraneus actus ad obligationem. l. continuus, in princip. hoc titul. l. duos. §. final. & l. ſi ex duobus. ff. de duob. reis.

§. SI QVIS ITA.

1 *Quid ni? & cur non?*
2 *Vtique.*
3 *Annuere propriè quid.*
4 *Annuens an conſentiat.*
5 *Conſenſus præſumptus non parit naturalem.*

Si quis ita interroget, *dabis?* & reſponderit, *quidni*[a]? is vtique[b] in ea cauſa eſt, vt obligetur: contrà, ſi ſine verbis annuiſſet[c], non tantùm autem ciuiliter[d], ſed nec naturaliter[e] obligatur, qui ita annuit. & ideo[f] rectè dictum eſt, non obligari pro eo, ne fideiuſſorem quidem[g].

Quidni. *Vidni?*[a] Id eſt, † Cur nõ? Cuiuſmodi locutiones planè demonſtrãt, eũ, 1
qui reſpõdet, cõſentire interrogationi. l. teſtamẽto. ff. de ali. & cib. leg.
Vtique. *b Vtique*. Id eſt, † certè: qđ tametſi leue, non cẽſui prętereundũ, ne quis 2
Accurſij expoſitione deceptus, hãc voculã implicare putet. Vult igitur Vlpianus ratam eſſe ſtipulationẽ, ſi quis interrogauerit, *Dabis?* & alter reſpõderit, *Quidni?* Quo palam fit ante conſtirurionẽ Leonis. l. omnes. C. de contrah. & cõmit. ſtip. quæ veteres illas verborum formulas, *Spondes? Spondeo. Promittis? promitto*, & alias id genus à Iuſtiniano memoratas. §. in hac re, de verb. obli. nominatim antiquauit hanc verborum ſuperſtitioſam obſeruationem aliqua ſaltem ex parte remiſſam fuiſſe: cùm ſatis habuerit Vlpianus hîc, ſi conſtet vtcunque de cõtrahentium conſenſu qualibuſcunque verbis. Ad quæ notandum Impp. frequenter ſe eorum auctores prædicare, quæ veteres anteà Iuriſconſulti prodiderant. Cuius rei rationem diſſerui lib. v. Miſcel. c. xvij.

Annuere. c *Annuiſſet*. Inclinato, putà, capite. † Sic enim propriè annuere dicimur, cùm nu- 3
tu, hoc eſt, capitis ſigno, aliquid affirmamus: vnde & annuere, pro concedere vſurpatum. Virgil. lib. x.

Annuit his Iuno, & mentem lætata retorſit.

d Non tantùm autem ciuiliter. Non ſat puritati Vlpiani congruit hæc verborum collocatio. Quocirca cum emendatioribus codicibus legendum puto, *non tantùm enim non ciuiliter*.

e Sed nec naturaliter. De ciuili obligatione, res extra omnem erat cõtrouerſiam, eam videlicet non naſci, cùm deficerent ex parte promiſſoris verba, ſine quibus ſtipulatio confici non poteſt, hac l. in princip. & l. j. § verbis. l. obligamur. §. verbis.
Annuens an conſentiat. ff. de actio. & oblig. † Cæterùm naturalis orta videbatur: cùm eam pariat conſen- 4
ſus. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolutio. & receptum ſit, eum conſentire, qui interrogatus annuit, Accurſ. §. quia verò. vt ſponſ. larg. col. ix. Sed ipſe nuſquam, niſi apud Accurſ. legi, eum, qui annuit, conſentire. † Et ſi quis conſenſus ex nutu colli- 5
gi poteſt, is non verus, ſed præſumptus eſt, & figuratus, qui ad productionem naturalis

turalis obligationis non sufficit.l. ij.§.voluntatem.ff.solu.mattim.

f Et ideo. Quia constat eum, qui annuit, nec ciuiliter, nec naturaliter obligari.

g Ne fideiussorem quidem. Fideiussor enim ei non obligatur, cui reus promittendi nullo iure obstrictus est.l.fideiussor obligari.in princ.ff.de fideiusso.quanuis soli naturali obligationi, fideiussor accedat.l.j.& l.Marcellus.ff.illo tit.

§. SI QVIS SIMPLICITER.

1 *Simplex, simpliciter, simplicitas.*
2 *Vsure, in calendas solita stipulari.*
3 *Calendæ.*
4 *Nonæ.*
5 *Idus, Iduare.*
6 *Diuersitas responsionis vitiat stip.*
7 *Ilico.*
8 *Complacentiæ in stip. virtus.*

Si quis simpliciter [a] interrogatus, sub conditione [b] responderit, *si illud factum erit, dabo*: non obligari eum constat [c]. Et si ita interrogatus, *intra Kal. quintas* [d] *dabis?* responderit, *dabo Idibus* [e]: æquè [f] non obligatur: non enim sic respondit, vt interrogatus est [g]. Et versa vice, si interrogatus sub conditione, responderit purè [h], dicendum erit eum non obligari. Cùm adiicitur aliquid, vel detrahitur obligationi [i], semper probandum est, vitietam esse obligationem [k]: nisi stipulatori diuersitas responsionis, ilico [l] placuerit [m]: tunc enim alia stipulatio contracta esse videtur [n].

1 *a Simpliciter.* Id est, † purè, & apertè, sine vlla quãtitatis, aut cõditionis admistione: vt, *promittis centum.* Simplex enim dicitur purus, & apertus, nihil tectũ, aut simulatũ habens: à quo simpliciter, purè, & apertè, & simplicitas, quæ puritatem ipsam, omni simulatione carentẽ notat. *Simpliciter. Simplex. Simplicitas.*

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundissime Martialis, hæc sunt:
Res non parta labore, sed relicta.
Non ingratus ager, focus perennis,
Prudens simplicitas, pares amici.

b Sub conditione. Quæ re ipsa non insit.l.interdum.hoc tit.cùm enim expressa conditio, quæ tacitè inest, actum conditionalem non faciat: l.iij.de leg.j. non vitiaretur stipulatio, si putè interroganti responderetur sub conditione, quæ tacitè inest: veluti si simpliciter stipulanti fructus nascituros, responderim, promitto, *si nascantur* l.j.§.fin.ff.de cond.& demon.d.l.interdum.

c Non obligari eum constat. Licet enim responderit, non tamen sic, vt interrogatus est.§.pupillus: de inutil.stip.& hoc §.vnde inutilis est stipulatio.cùm interrogationem non sequatur congrua responsio.l.obligamur.§.j.ff.de act.& obli.

2 *d Intra Kal. quintas,* Hoc est, intra quinque mẽses, vt & apud Celsum † intra tertias Kal. id est, intra tres mẽses.l.liber homo.§.si ita scriptum.ff.de hæred.inst. Qui loquendi modus ductus est à fœneratorum consuetudine, qui in singulas Kalendas vsuras solebant stipulari.l.lecta.ff.de reb.cred. Vnde Horat. *Kalendæ quintæ.*

Hæc vbi loquutus, fœnerator Alphius,
Omnem relegit ædibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

e Idibus. Diuisi sunt à veteribus menses, in Kalendas, Nonas, & Idus. tres ita singulis mensibus dies constituentes: quos sacros, solennes, & festos haberent, tanquam dies superis dicatos.

3 † Kalendæ initia sunt mẽsium. † Nonæ quatuor illi dies *Kalendæ.*
4 vocantur, qui Kalendas sequuntur, præterquam in Martio, Maio, Iulio, & Octo- *Nonæ.*
5 bri: in quibus sex dies primum sequentes, Nonæ appellantur. † Idus verò sic dictæ *Idus.*
sunt, quòd mensem partiantur, & diuidant. Iduare nanque apud Hetruscos, diui- *Iduare.*

dere est. Eóque die, qui mensem diuidit, elapso, numerum dierum supputamus, quatenus à Kalendis sequentibus distant: veluti, quinto, & sexto Kalendas Ianuarii dicimus, pro die quinto & sexto ante Kalendas Ianuarii mensis.

f Aequè, id est, similiter, & sicut superiore casu.

Responsionis diuersitas stipul. vitiat. *g Vt interrogatus est*. Hincque dici solet, †ex diuersitate interrogationis, & responsionis stipulationem vitiari: si tamen ea diuersitas sit in qualitate, aut substantia obligationis, vt hic, & §. præterea, de inutil. stipul. Nam si in quantitate, cùm respectu minoris summæ, vniformis sit consensus: l. inter stipulantem. §. si stipulante, hoc tit. & l. diem. §. inde quæritur. ff. de arbitr. secùs dicẽdum esset, §. si stipulanti. huius. l. Singulare quoque putant, in duorum reorum cõstitutione, vt per diuersitatem responsionis non vitietur obligatio, idque ex Florentini responso, l. ex duobus, ff. de duob. re. In cuius interpretatione plerósque omnes fœdissimè lapsos ostendi: cùm illic duo rei, non vno structu sermonis, sed singuli separatim, & diuerso modo interrogati fuissent, vnus purè, & alter in diem, vel sub conditione. Nam si purè simul interrogati, diuerso modo respondeãt: alter purè, videlicet, alter in diem, aut sub conditione, corrumperetur dubio procul stipulatio, vt hic, & d. §. præterea, & ita duorum reorum constitutio, quæ sine stipulatione confici non potest. §. j. de duo. re. 6

h Responderit purè. Si modò, scilicet, apertè id exprimat, quia stipulatori in diem, vel sub conditione interroganti se præsenti die daturum spoponderit. Nam si hoc solum responderet, *promitto*, videretur in eandem diem, vel conditionem, qua interrogatus est, spopondisse: hoc enim verbum promitto, refertur ad omnia, quæ in interrogatione continentur. §. præterea, de inutil. stipulatio.

i Obligationi. Id est, interrogationi, præparanti causam obligationis, respectu tamen qualitatis, aut substantiæ: nam si de quantitate concepta sit stipulatio, & adiiciatur aliquid, vel detrahatur in responso, contracta tamen est obligatio, in minori summa, in qua vtrinque consensum est. §. seq. & paulò antè dixi.

Noua dispositio quã do creetur. *k Vitiatam esse obligationem*. Hæc verba apertè demonstrant, hinc duci falsò argumentum: vbi aliquid additur, vel detrahitur primæ dispositioni, nouam creari. tametsi enim id altero Vlpiani responso iuuari possit: l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. ex hoc tamen loco suaderi nequit: cùm in specie huius textus, prima dispositione subtracta, non formetur noua.

Ilico. *l Ilico*.† Id est, statim, & quod Iurisconsulti dicunt, incontinenti: l. litigatoribus. C. de appellatio. aduerbium enim *ilico* (vt Grammatici dicunt) temporis breuitatem notat: de cuius significatione quædam dixi l. cum quidam & aliis. C. de impub. 7

m Placuerit. facit hæc stipulatoris complacentia, vt responsionis diuersitas stipulationem non corrumpat.

n Videtur. Obstat†, quia non contrahi stipulationem diximus, nisi verba hoc ordine proferantur, vt respõsionem præcedat interrogatio. l. obligamur. §. verbis. ff. de actio. & oblig. l. j. C. de vsur. atqui vbi ex eo stipulatio contracta videtur, quòd diuersitas responsionis stipulatori ilico placuit, interrogationem contra iustum rerum ordinem, respõsio præcessit. Tu dic præcessisse verè interrogationem, quæ tamen sequuta responsi diuersitate omnino vitiata esset, nisi placuisset ilico interroganti diuersitas. Cæterùm complacentia eiusmodi efficit, vt interrogatio de eo facta censeatur, in quod posteriore placito consensum est. 8

§. SI STIPVLANTI.

1 *Diuersitas in summa cur stipulatio non vitiet.*
2 *Iustiniani lapsus.*
3 *Maior summa minorem continet*

Si

Si stipulanti mihi decem, tu viginti spondeas, non esse contractam obligationem, nisi in decem[a], constat. Econtrariò quoque, si me xx. interrogante tu decem respondeas, obligatio, nisi in decem[a], non erit contracta. Licèt enim oporteat congruere summam[b], attamen manifestissimum est in viginti & decem inesse[c].

NISI *in decem*[a]. Cùm in illis tantùm vtrinque sit consensum.l.diem. §.inde quæritur. ff.de arbit.l.inter stipulantem. §.si stipulante.hoc tit. *Diuersitas summarū*
1 † Sed videtur nec respectu quidem minoris summæ, vtiliter contrahi *an stipula*
stipulationem: cùm dixerit Iustinia.inutilem esse stipulationē, si quis *vitiet.*
ad interrogationem congruenter non respondeat. Veluti (inquit) si dicam, *decem aureos mihi dare spondes?* & tu dixeris, quinque aureos dabo, aut si ego quinque sti-
2 pulatus sim, & tu decem promittas. §. prætereà. de inutil. stipula. † Dormitasse *Iustinianus reprehenditur.*
profectò illic Iustinianum video, qui hoc exemplo tam ineptè sit vsus, aduersus iuris ciuilis rationem, & Vlpiani responsum. ex quo tamen regulam à se tractatam desumpsit. quem ne omni excusationis colore prorsus spoliarem, quādoque cum communi intellexi, vt stipulationem quatenus interrogatio, & responsio non concurrunt, vitiari velit, & ita respectu maioris summæ, in qua dissensum est, non etiam respectu minoris, in quam partes vtrinque consenserunt: vt hic. §. si stipulanti.

b Congruere summam. Promissam: cum ea de qua facta est interrogatio. d. §. præterea.

c Et decem inesse. Et generaliter in quacunque maiore summa minor inest. l. diem. §. inde quæritur. ff. de arbit. Vnde videtur in summis, quod minus est, in stipulationem vtrinque deductum. d.l. inter stipulantem. §. si stipulante. Hinc au- *In maiori summa minor inest.*
3 tem, illud Brocardum vulgò iactatur † *In maiori summa, minor inest.* l. iij. §. si plus. ff. de statu lib. & d. §. inde quæritur. non temerè quidem, cùm maior summa considerctur: veluti totum numerale, vt explicuimus in l. iij. ff. de seruituti. & in toto partem esse, iuris sit certissimi. l. si quis cùm totum. ff. de excep. rei iud. l. in toto. ff. de regulis iur. Quinimò & maiori parti minor inest. l. qui concubinam. §. j. ff. de legat. iij. veluti in semisse, quadrans. l. quoties. §. sed si maiorem. ff. de hæred. instit. l. qui quartam. ff. de legat. j. Rectè igitur apud Vlpia. Iulianus respondit, si ex tribus arbitris vnus in xv. alius in x. & alius in v. condemnet, v. ex compromisso præstanda esse: quia in hanc summam omnes cōsenserunt. l. diem. §. si plures, in fi. ff. de arbit. Et Alphenus, cum testator certam summam in funere erogari mandat, non licere minus expendere, plus verò, hæredes consumere posse: quando in maiore summa, minor etiam contineatur. l. cùm in testamento. ff. de verb. signi. Quod tamen doctores aliter, atque aliter declarant, & nos multa in commentariis diximus.

§. SED SI MIHI.

1 *Stipulatio inutilis, an valeat in vim pacti.* 2 *Vtile per inutile an vitietur.*

Sed etsi mihi Pamphilum stipulanti, tu Pamphilum, & Stichum spoponderis: Stichi adiectionem pro superuacuo[a] habendam puto. nam si tot sunt stipulationes, quot sunt corpora[b], duæ sunt quodammodo stipulationes: at vna vtilis[c], alia inutilis[d], neque vitiatur vtilis per hanc inutilē[e].

1 PRO *superuacuo*[a]. Ergo in Sticho adiecto, † nec quidem pactio nuda inducetur: cùm pacti nudi effectus sit multiplex. l. iurisgen. §. igitur nuda. vbi docto. ff. de pact. & hic tex. Stichi adiectionem pro superuacuo habendam dicat. Nec obstat quòd ex simultaneo duorum con- *Stipulatio inutilis, an in vim pacti valeat.*

sensu pactum descendat.l.j.ff.de pact.& in specie adiecta, promissor expresse consenserit, & stipulator tacite,cùm in his, quæ vtilia nobis sunt, tacentes consentire videamur.l.qui patitur. ff. mandati. Nam respondeo, promissorem stipulatione obligari voluisse, non tantùm respectu speciei, de qua interrogatus fuit, verùm etiam eius, quam adiecit. vt æqualis vtriusque copulati fiat determinatio. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Quare cùm adiectio speciei in vim stipulationis non consistat,non consistet etiam, vt pactum nudum:cùm stipulandi, non paciscendi animo factum sit.l.j.§.eum qui.ff.de constitut.pecu.

b Quot sunt corpora. Sic & alibi idem Vlpia.tot stipulationes,quot species stipulatione comprehensas,esse dixit.l.scire debemus.vbi plenè scripsi.§.eod.

c Vna vtilis. De Pamphilo.

Vtile per inutile non vitiatur. *d Alia inutilis.* De Sticho,à promissore adiecto,ad quem interrogatus non fuit.

e Per hanc inutilem. Actus † legitimus per inutilem non corrumpitur, vt hinc 2 tradi solet.Quod in his,quæ sectionem,& diuisionem recipiunt,vtcunque verum sit.l.vsuras.& l. placuit. ff. de vsu.l.siue generalis. ff. de iure dot. & similib. In aliis, quæ inseparabilia vocant, nequaquam obtinet. l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donat.inter virum & vxor.l.j.§.item quæritur. & §. Trebatius. ff. de aqua quotid. & æsti.quod extensiùs in nostris ad hunc locum commentariis,tractauimus.

§. EADEM.

1 *Lingua*
2 *Diuersitas idiomatum stipul. vitiat.*
3 *Latinè, qui actus confici debeant.*

Eadem autem,an alia lingua[a] respondeatur, nihil interest. Proinde si quis Latinè interrogauerit, & respondeatur ei Græcè[b], dummodo congruenter respondeatur, obligatio constituta est. idem per contrarium[c]. Sed vtrum hoc vsque ad Græcum sermonem tantùm protrahimus, an verò, & ad alium, Pœnum fortè, vel Assyrium, vel cuiusuis alterius linguæ: dubitari potest ex scriptura Sabini. Sed verum puto, vt omnis sermo[d] contineat verborum obligationem,ita tamen,vt vterque alterius linguam linguam intelligat,siue per se,siue per verum interpretem.

Lingua. *Lia lingua[a].* Lingua † hic,idiomatum,& sermonum differentiam notat:vt cùm Cic.in Tuscu.dixit, vberiorem esse,& copiosiorem multò Græcam linguam,'quàm Latinam: magis tamen propriè notam oris particulam designat, à ligando cibo, vt Varro putat, sic dictam: ea enim obtritos dentibus cibos colligit, vsque sua conglobatos,ad ventrem transmittit. 1

b Respondeatur ei Græcè. Quia cùm Latinè me interrogasses, *promittis?* ego respondere ὑπισχνῶ.

c Idem per contrarium. Si, videlicet, Græcè fiat interrogatio, & responsio Latinè, quia dixeris ὑπισχνῇ, & responderim, *promitto.*

d Omnis sermo. Hæc verba satis indicant, ante Leoninam constitutionem.l. omnes. C. de contrah. stipul.de vetere illa conceptorum verborum formula, decessum fuisse, quâ potissimum inductum erat, vt iisdem verbis responderetur, quibus interrogatus quis esset, *vt spondes, spondeo.* §.in hac re. de verb. oblig.satis enim lex habuit,si congruenter responderetur.l.obligamur.§.verbis.ff.de actio.& oblig.quocunque sermone id fieret,modò tamen (vt subiicit Vlpianus) alter alterius linguam intelligat. Quocirca verum est, † sola idiomatum diuersitate stipulationem non vitiari.d.§.in hac re.ij.respon. & hoc §.sicuti.nec sentētiam, quæ tam Latina, 2

Idiomatū diuersitas.

Latina, quàm Græca lingua proferri potest. l. iudices. C. de sentent. & interlo.
3 †Quod enim Triphoninus scribit, Decreta à prætoribus Latinè interponenda l. decreta. ff. de re. iudic. alios terminos, aliámque rationem habet: neque enim de sententiis, sed de Decretis prætorum loquitur. Quæ cùm generalia sint, neque tam ad certas personas, quàm ad vniuersos de populo referantur, Latinè, hoc est clarè, & apertè, communique populi sermone, lex interponi voluit, vt de plano ab omnibus legantur, & intelligantur. l. sed & si. §. proscribere. ff. de instito. Qua pariter ratione Iustinianus Constantinopoli existens, se in condendis legibus testatur paterna voce vti noluisse, sed Græca, quæ tunc temporis, omnibus penè nationibus erat notissima: quò magis leges promulgatæ facilem reciperent interpretationem. §. alienationis, de non alienan. re. eccle. col. j. §. sed nostra. in princip. de success. liber.

IOAN. CORAS. VALENT. XII. SEPTEMBRIS. M. D. XLVI.

L. STIPVLATIONVM.

1 *Stipulatio dandi dominij translationem continet.*
2 *Facti verbo, non factum venit.*
3 *Interpretatio propria, in pœnis locum habet.*
4 *Stipulatio, quando in dando, faciendóue consistat.*
5 *Stipulationes mixtæ.*
6 *Mixtum sub simplicibus continetur.*
7 *Comes Palatinus quando legitimet.*

II. IVL. PAVL. LIB. XXVII. AD EDICTVM.

Stipulationum quædam in dando[a], quædam in faciendo[b] consistunt[c].

1 I*N dando*[a]. Vt stipulatio † decem, aut fundum Tusculanum dari, & his similes. §. & harum, quæ hoc continet, vt dominium stipulatoris quoquomodo efficiatur l. vbi autem. §. fin.

b. *In faciendo.* Veluti insulam fieri, domum ædificari, fossam fodi, vacuam possessionem tradi, & aliæ id genus d. l. vbi autem. §. qui id, quod etiam in
2 non faciendo consistentes. §. item si in facto: † cùm facti verbo non factum etiam contineatur. §. si vxor de nupt. Ideóque alibi iurisconf. scribit, in fraudem facere videri, etiam eum, qui nõ facit quod debet facere. l. in fraudem. ff. quæ in fraud. credi. & qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ non facit l. qui non facit. ff. de reg. iur. Quod & de proprietate sermonis obtinet l. facere. ff. de
3 verb. sig. Proinde etiam † in pœnis ille dicitur contra pacta facere, qui ea non implet. l. si quis maior. C. de transactio. cùm in tractatu pœnali, & odioso interpretatio, quæ ex proprio significatu descendit, locum habeat. l. cùm lege. ff. de testam.
4 † Et intellige stipulationes in dando, aut faciendo cõsistere, respectu materiæ, circa quam contrahuntur: nam respectu formæ, nec in datione, nec in facto, sed in ordinato sermone, hoc est, interrogatione præcedente, & subsequente responsione cõsistunt. l. v. §. stipulatio hoc titul. & l. j. §. verbis. ff. de act. & oblig. l. j. C. de vsur.

Facti verbo non factum venit

Propria interpretatio in pœnis.

c *Consistunt.* Et quædam mixtæ, ex dando, & faciendo inueniuntur. l. veteris.
5 C. de cõtrahen. & commit. stipul. † qualis est stipulatio, rationes reddi, quæ ex mixtura quadam dationis, & facti consistit. l. cùm seruus. §. j. ff. de cond. & demonst. & hæc est veritas, quicquid Besut. in contrarium dicat: cuius argumentis abundè Ia-
6 son satisfacit. † Porrò nõ necessum habuit Iurisconf. stipulationem mixtam exprimere, cùm simplices protulisset, & satis sub simplicibus mixtum contineatur l. si ita scriptum. ff. de liber. & posthu. l. Clemens. ff. de hæred. instit. etiam in materia odiosa l. is, qui in puteum. §. hoc interdictum, ff. quod vi, aut clàm. Si non ex vi, & proprietate verborum, ex legis saltem sententia l. quid ergo. §. quod ait prætor. ff.

Stipulatio mixta.

Mixtum sub simplicibus continetur.

de iis,qui not.infam.Sic scriptum legimus,actionum genera duo esse:in rem, & in personam.l.actionum.ff.de act.& oblig.§.omnium.de actio.in Inst. & tamen quasdam actiones mixtam naturam habere expressit ibidem Imperator.§.quædam, de act.in Inst. At verò doctrinæ facilioris gratia, mixtã speciem exprimit quãdoq; legislator.l.j.§.interdictorum.ff.de interdict.†Hæc cùm vera sint,rectissime Bart.& alii censuerunt,vt si Comiti Palatino, summus pontifex cõcesserit potestatẽ restituendi natalibus,seu(vt dicunt)legitimandi procreatos ex adulterio, facultatémque legitimandi ex incestu natos,editum ex incestu simul,& adulterio,Comes legitimare poterit:nam positiones casuum simplicium(vt dixi)mixtum casum comprehendunt. Et hæc concessio beneficium est principis,ideóque latissimè interpretanda.l.penul.ff.de constit.princip. 7

Palatini Comitis potestas.

§. ET HARVM.

1 *Obligatio dandi quantitatem,diuidua.*
2 *Vsura vice pœnæ subijcitur.*
3 *Conditio actum facit indiuiduum.*
4 *Obligatio dandi quæcunque diuidua est.*
5 *Dominium quando transferri dicatur.*
6 *Natura,& lege diuiduum.*
7 *Diuiduum obligatione,petitione,& solutione.*
8 *Seruitutes cur indiuiduæ.*
9 *Actio,quando mobilis,vel immobilis dicetur.*
10 *Obligatio generis est dandi.*
11 *Creditor partem recipiens, an sibi noceat.*
12 *Alternatiua,& generis obligatio æquiparantur.*
13 *Obligatio generis an speciei in obligatione habeat.*
14 *Improbata communis sententia.*
15 *Pacti de non petendo virtus.*

Et harum omnium[a],quædam partium præstationem recipiunt: veluti cùm decem dari stipulamur[b].Quædam non recipiunt:vt in iis, quæ natura diuisionem non admittunt[c]:veluti cùm viam, iter, actum[d] stipulamur. Quædam partis quidem dationem natura sui recipiunt[e],sed nisi tota dantur stipulationi satis non fit[f]: veluti cùm hominem generaliter stipulor, aut lancem,aut quodlibet vas.Nam & si Stichi pars soluta sit,nondum in vlla parte stipulationis liberatio nata est[g]: sed aut statim repeti potest[h], aut in pendenti est[i], donec alius detur.Eiusdem conditionis est[k] hæc stipulatio,*Stichum,aut Pamphilum dari.*

Et harum omnium.[a] Stipulationum scilicet, quæ vel in dando, vel in faciendo consistunt.

[b] *Decem dari stipulamur.* Obligatio†ergo dandi quantitatem omnino diuidua est,contractu,obligatione, petitione, & solutione, vt hîc, & l.in executione.§.j.Quocirca partem soluere potest debitor,nolente etiam creditore:vt hîc text.cõtra doct.apertissimè probat, quem sine intolerabili calumnia intelligere non possumus in sponte recipiente. Alioqui dicendum, obligationem generis diuiduam : in qua constat, solutionem partis vnius ex speciebus, volenti creditori factam,debitorem liberare:ex quo aliud pro alio, consentiente creditore,solui potest l.ij.§.mutui.ff.de rebus cred.& quod text. noster in fi.negat, debitorem hominis in genere,soluendo Stichi partem,liberari:intelligendum necessariò,si pars illa, inuito creditore soluatur.quò fit manifestum, hunc text.loqui de solutione, quæ fit creditore nolente. Verius est igitur obligationem quantitatis, etiam inuito creditore,diuiduam : & ita,eum,qui decem debet, quinque soluere posse: tametsi creditor nolit. §.item per acceptilationem. quibus mod. toll.oblig. in Institut. Si enim in fisco particularis solutio sufficit. l.fina. C. de apo.pub.lib.x. & l. 1

Obligatio dandi diuidua.

An inuito creditore.

& l.pen. C. de col.fund. patrimo.lib.xj. multò magis in priuato l.j.& ij. ff.in quib. cau.pig.tac.cont. Nec obstat, quòd Modestinus iij.responso.libro scripsit, non retardari totius debiti vsurarum præstationem, si cùm creditor paratus esset totum suscipere, debitor, qui in exsolutione totius cessabat, solam partem deposuit l.tu-
2 tor. §. Lucius. ff.de vsur. illic enim de vsura agitur, † quã vice pœnæ subiici certum est l.qui sine. ff.de nego.gest. vnde sicut pœna obligationem facit indiuiduam. l.v. §.fin.& l. in executione. §. pen. vtrunque enim & pœna & vsura sub conditione
3 promittitur, si sors præscripta die soluta non sit. l.lecta. ff.si cert.pet. † conditio autem actum indiuiduum reddit. l. cui fundus. ff.de conditio.& demon. l.si ita fuerit, in princip. ff.de manu testa. Porrò quemadmodum stipulatio quantitatis, partis præstationẽ recipit, vt hic, ita stipulatio certæ speciei l.si ita stipulatus. §. qui de-
4 cem. ff.de solut. † & generaliter quamcunque obligationem dãdi, certam tamen, & simplicem, siue quantitatis, siue speciei, cuiuscunqueue corporis, diuisionem admittere constat d.§.qui decem. Qui enim promittit dare, dominium transferre
5 promittit. l. vbi autem. §. fin. hoc tit. §. sic itaque. de action. † Dominium autem etiam transfert, qui non in totum, sed in partem, alterum dominum facit. l.j. §. domini. ff.ad Syllania. l. pupillus. §.fin. ff.de verb. significa. quare si sim obligatus tibi dare fundum, equum, aut hominem, certam partem fundi, equi, aut hominis, soluendo, me à parte liberabo. Quod respectu fundi, de quauis parte accipiendum est, siue pro diuiso, siue pro indiuiso, respectu verò hominis, aut equi, de parte indiuisa, quæ in intellectu consistit: nam huiusmodi corpora diuisione actuali interimuntur, & corrumpuntur.

Vsura vice pœna.

Conditio facit actum indiuiduũ.

Omnis obligatio dãdi diuidua.

6 c *Natura diuisionem non admittunt.* Diuiduum, † & indiuiduum, vel natura, vel lege, dicitur l.non amplius. §.cum bonorum. ff.de legat.j. Natura id diuiduum dicitur, quod in partes discretas, hominis facto secari potest, vt lignum, vestis, & res quæcunque corporales. Quæ verò res nec videri, nec tangi possunt, vt iura, actiones, & seruitutes l.j. §.fi. ff.de re.diuis. natura dicuntur indiuiduæ: vt hic. Lege indiuiduum est, cuius sine damno diuisio fieri nequit. Et ita quod commodè diuidi potest, lege diuiduum dici debet d.l.non amplius. §.cum bonorum. Qua consideratione, iura & actiones, inter hæredes, & actiuè & passiuè, pro rata, per legem diuiduntur. l.pacto successorum. C. de pact. ea quæ. C. famil.erciscun. l.j. C. si cert. petat. non enim tam ius ipsum, quàm iuris ipsius effectum, & commoditatem lex attendit: qua spectata, diuisionem meritò à lege recipiunt. l.pro hæreditariis. C.de hæred. actio. l.j. C. de exceptio. licet in seruitutibus, contra l.hæredes. §.an ea. ff. famil. ercisc. cùm nec respectu iuris, nec respectu vsus diuidantur l.vsus pars. ff.de
7 vsu, & habi. † Rursus in hac salebrosa materia considerantur tria. Obligatio, petitio, & solutio. Sunt enim res quædã, quæ horum omnium respectu diuiduæ sunt: possunt quippe pro parte in obligationẽ deduci, pro parte peti, & pro parte solui: vt causa pecuniæ certæ, seu quantitatis. l.in executione. §.prima species. Contra, quædã indiuiduæ, vt seruitutes. l.viæ. ff.de seruitu. l. hæredes. §.an ea. ff.fa.ercis.& hic. Huius item generis sunt operæ. l.libertus qui. ff.de ope.liber. licèt numero, & æstimatione, opera quandoq; diuisionẽ recipiat. l.in stipulationibus. §.operarum. hoc tit. vbi pleniùs dico. l.si quando. ff.de oper.liber. Quædam verò res, licèt obligatione diuisionem admittant, quia pro parte in contractum deduci possunt: peti tamen pro parte nequeunt, nec solui, nisi in totum, vt facta d.l.stipulationes, vers. idem puto, & l.in executione. §.secunda. hoc tit. l.ij. §.præterea. ff. de aqua pluu. l. locus. ff.de acquir.pos. Aliæ denique sunt, quæ cùm obligatione, & petitione diuisionem recipiant, pro parte tamẽ præstari non possunt: vt promissio generis, & alternatiua, hoc §.ne cõtingat, in diuersis rebus fieri solutionem, & ita creditorem, quod stipulatus est, non consequi. d.l.in executione. §.pro parte. Sunt postremò res quædam non obligatione modò, sed solutione diuiduæ: partis quippe solutio affert liberationem. Cæterùm petitione indiuiduæ, cùm non, nisi in solidum agi

Diuiduum & indiuiduum.

Natura.

Lege.

Obligatio, petitio, solutio.

poſſit: veluti, cùm de euictione aduerſus plures hæredes venditoris agendum eſt.
d.l.in executione.§.in ſolidum.

Seruitutes indiuiduæ.

d Viam, iter, actum. Via, iter, actus, aquæductus, cæteræq́; ſeruitutes † indiuiduæ 8
ſunt.d.l.ſtipulationes,& natura.l.viæ.ff.de ſeruit. & lege.l.hæredes.§.an ea.ff.fam.
erciſc.neque enim parte ſeruitutis vti commodè poſſumus. l. vſus pars.ff.de vſu,
& habita.l.ſi quis duas.§.ſi quis partem. ff.commu.præd.vt meritò ſcripſerit Pom-
po.vſum ſeruitutum indiuiſum, ideóque eas, pro parte, in obligationem deduci
non poſſe.l.viæ.alleg. A ſeruitutibus autem excipitur vſusfructus. l. j.§.ſi vſusfru-
ctus.ff.ad leg. Falc. qui licet ſeruitus ſit.l.j. ff. de ſeruitu. diuiſionem tamen admit-
tit.l.vſusfructus ab initio.ff.de vſufructu: cuius rei rationem, in d.l.ſtipulationes.
excutio. ergo ſtipulationes earum rerum non diuiduntur. d.l.hæredes.§. an ea, &
d.l.ſtipulationes. actus nanque diuiduus, vel indiuiduus iudicatur ex natura rei in

Actio mobilis & immobilis.

eum deductæ: vt hic, & l.iiij.§.Cato.j.eo. † quemadmodum & actio mobilis, vel 9
immobilis, ſecundum rem in eam deductam.§.j.de non alie.col.ij.

e Natura ſui recipiunt. Quia corporales res in ſtipulationem deductæ ſunt, quæ
cùm facto, & opera hominis ſecari poſſint, † Diuiduæ natura dicuntur: vt prædo- 10
cuimus, & quia obligatio generis, eſt obligatio dandi, quæ per naturam diuidua
eſt: etiam ſi non quantitas, ſed ſpecies promiſſa ſit.l.ſi ſtipulatus.§.j.ff.de ſolutio.

Partem ſoluens, an liberetur.

f Satis non fit. Etiam pro parte ſoluta, in qua etiam ſtipulationis liberatio, non
naſcitur: vt nunc ſubiicit Iuriſconſ. alioqui in diuerſis rebus, rectè partes ſolueren-
tur: & ita non conſequeretur creditor, quod ſtipulatus eſſet. d.l.in executione.§.
pro parte. Qui partem igitur ſoluit, non liberatur. d.l.ſi ſtipulatus.§.j. ſed in pen-
denti eſt, inquit Iulius Paulus, donec alius detur: ſi enim debitor generis, qui iam
partem ſoluit, reſiduum in eadem ſpecie præſtet, aut debitor alternatiuus, qui de-
cem, vel Stichum debebat, quíque iam quinque exſoluerat, alia quinque præſti-
terit, liberatum eum dicimus: alioqui ſecùs.l. ſi non ſortem. §. ſi decem. ff. de
cond.indeb.

Creditor partem recipiens, an ſibi præiudicet.

g Liberatio nata eſt. Huius doctrinæ rationem iamiam prodidimus. verùm ob-
ſtat, † quia cùm creditor prioris partis ſolutionem ſponte receperit, reſpectu eius 11
liberatio cõtingere debet: ſicuti dicimus, cùm volenti creditori aliud pro alio ſol-
uitur.l.ij.§.mutui.§.de reb.cred. Sed dic, eum, qui partem rei in genere, aut ſub al-
ternatione debitæ ſuſcipit, accipere ea lege cenſeri, ſi reliquum in eadem re præ-
ſtetur: vnde quandiu reſiduum in illa ipſa re non datur, non contingit liberatio.l.
cedere diem. ff.de verb.ſign. At verò dixerit quiſpiam, quatenus hoc dictum ad
obligationem alternatiuam refertur, vt ſolutio partis, vnius ex rebus alternatis, in
parte ſoluta, non inducat liberationem, repugnare videri.l.qui hominem. ff. de
acceptilatio. vbi per acceptilationem facta partis ſolutio ex rebus alternatiuè de-
bitis liberat in ea parte debitorem. Tu breuiter dic, in acceptilatione diuerſum,
cùm non poſſit in diuerſis rebus ſolutio contingere.d. §.pro parte, licèt ſolutionis
exemplo, acceptilatio liberet. l. non ſolùm j.§.j. ff. de lib.leg.l.in diem. ff. de acce-
ptila.§.item per acceptilationem.quibus mod.tol.oblig.

h Repeti poteſt. Per condictionem indebiti, ſequuta tamen poſteriore ſolutio-
ne, quæ comprobabit, an primò ſolutum, debitè, vel indebitè præſtitum ſit.l.ſi
non ſortem.§.ſi decem.ff.de condic.indeb.

Obligatio quando ſuſpendatur.

i In pendenti eſt. Qui partem rei in genere, aut ſub alternatione debitæ ſoluit,
in pendenti eſt, an liberetur: & ita, vtrum poſſit ſequi repetitio, quæ exerceri non
poteſt, donec alia res detur. Declarabit igitur poſterior ſolutio, vtrum prior, iure,
vel indebitè facta ſit.d.§.ſi decem: & ita, an debitor liberetur.l.ſi ſtipulatus.in fin.
ff.de ſolutio.licet ſubſtantia obligationis primæ non ſit in pendenti. Neque enim
reſpectu ſubſtantiæ ſuſpenditur obligatio. l.cùm hic ſtatus. §. ſiue autem.ff.de do-
nat.inter virum & vxor.quanuis effectus nonnunquam ceſſet, & pendeat.l.pecu-
niam.ff.de reb.cred.l.qui res.§.aream.ff.de ſolutio.

12 *k Eiuſdem conditionis.* Æquiparantur †à lege obligatio generis,& alternatiua,
vt hic, & l.cùm quis.§.fin. ff. de condict.indeb. non tamen per omnia, inquiunt
doct. nam in alternatiua vtrunque eſt in obligatione,electiuè licèt,& diſiunctiuè.
13 †quoniam, vno perſoluto, extincta eſt in alio obligatio.l. non vtique ad princip.
ff.de eo, quod cert.lo.l.ſi ex toto. §.j. ff.de leg.j.l.ſi illud, aut illud. ff. de leg.ij.&l.
illud,aut illud.ff.de conſti.pec.In obligatione vero generis,nullam ſpeciem in ob-
ligatione eſſe volunt: licèt omnem in ſolutione eſſe fateantur. cùm ex omnibus
ſpeciebus ſolutio fieri poſſit.l.cùm incertus.ff.de leg.j. Accurſ.in l.Mæuius.§.duo-
14 bus.ff.de leg.ij.& in d.l.cùm is.§.fi. † At ego pari iure nos vti,in vtraque obligatio-
ne,hac etiam in re,firmiter exiſtimo: cùm dicat hic Iulius Paulus,eiuſdem condi-
tionis eſſe alternatiuam cum generis obligatione. Verius eſt itaque, vt quemad-
modum vtraq; ſpecies in alternatiua eſt in obligatione; ſub diſiuncto tamen, hoc
eſt, ſalua eligendi facultate.l.ſi in emptione. §.penult. ff.de contra.empt. In obli-
gatione quoque generis,omnes ſpecies in obligatione eſſe dicamus.cæterum ele-
ctiuè. d.l.cùm incertus. & quoniam, dicit Papinia. in legato,aut promiſſione ho-
minis, orationis compendio, ſingulos homines contineri. d.§.duobus, & legato
genere, ſingulas ſpecies generis, ſub conditione legatas videri Gaius ſcripſerit.l.ſi
optio.ff.qui & à quib.Ineſt porrò conditio vtrique promiſſioni: vt ſi vnus non de-
tur, præſtetur alius:& ſi vnus non detur, ne reus in cæteris teneatur. Cenſeo igitur
eorum ſententiam veram eſſe, qui illam duntaxat differẽtiam conſtituunt, quòd
in alternatiua ſpecierum,obligatio expreſſa ſit, patens, & aperta, atque ideo non
modicam creduntur habuiſſe affectionem contrahentes erga ſpecies declaratas:
in obligatione verò generis; ſpecies contectæ ſunt, & latentes: cùm nulla ſit facta
eorum expreſſio,ſed tantùm generis, ſub quo infinitæ ſpecies compræhẽduntur:
15 in quas ideo parum affecti,contrahentes fuiſſe videntur. Hinc patet, †cur pactum
de non petendo, vnam ex rebus alternatiuè debitis, reum in vniuerſum, eximat
tota obligatione,licet in obligatione generis ſecùs.l.ſi vnus.§.ſed ſi ſtipulatus.ff.de
pactis:& cur in hac obligatione promiſſor,dando ſpeciem vnam,quæ erat ſtipula-
toris tempore contractus, vi ipſa liberetur: in illa verò, non item. l.qui decem.§.
Stichum,aut Pamphilum.ff.de ſolutio.Nam quia expreſſæ fuerunt in alternatiua
obligatione ſpecies,illas conſiderauit ſtipulator ab initio,erga quas ſe pariter affe-
ctum præmonſtrauit, ideo ſi alteram promiſerit non petere, liberabitur reus.d.§.
ſed ſi ſtipulatus.alioqui abſurdè dicendum pactum de non petendo, quod in gra-
tiam rei factum eſt, efficaciùs eum obligare, diſiunctiuam obligationem, puram
reddens, contra l.quod fauore.C.de legib. Quod in obligatione generis dici non
poteſt: quanuis enim hominem ſtipulatus, Stichum non petere pactus ſim, non
ideo reddetur præciſa,aut pura obligatio in vno. Eadem quoque ratione, qui Sti-
chum,aut Pamphilum promiſit, non liberabitur dando Pamphilum, qui tempo-
re contractus ſtipulatoris fuit, licet eius eſſe deſierit.d.§.Stichum: cùm enim erga
hos duos ſeruos,ſtipulator ſemper affectionem habuerit,nec potuerit in Pamphi-
lo conſiſtere ſtipulatio: quòd rem ſuam nemo ſibi dari vtiliter ſtipuletur.l.nemo,
& l.exiſtimo. Stichum ſolum ſibi dari, dominus Pamphili ſtipulatus intelligitur:
cuius mens propter expreſſionem ſpecierum, ad tempus contractus eſt referen-
da. In obligatione generis, ſecùs: ex quo enim nominatim ſpecies deſignatæ non
ſunt, in nullam poteſt dici affectus fuiſſe ſtipulator, tempore contractus: ſed vim
totam conuentionis ad tempus ſolutionis retuliſſe. Qui igitur promiſit hominem
Pamphilum, qui ſtipulatoris erat contractus tempore, ſoluere poterit eum, &
rem noſtram nobis dari ſtipulari poſſimus; quo caſu amplius noſtra non ſit dicta.
l.exiſtimo.

Obligationes alternatiua,& generis æquiparata.

Communis ſententia improbata

Pacti de non petendo vis.

§. EX HIS.

1 *Obligationis generis, & alternatiuæ natura.*
2 *Hæredis persona non immutat obligationem.*
3 *Personale beneficium cum persona extinguitur.*
4 *Alteratur quandoque ex hæredum persona obligatio.*
5 *Ignorantia proprij facti & alieni.*
6 *Hæredes cur ad solidum, in indiuiduis teneantur.*
7 *Familiæ erciscundæ iudicium an post diuisionem detur.*
8 *Declarata l. per fundum.*
9 *Neg. gest. actio in quo à famil. erciscun. differat.*
10 *Victoria quando prosit cohæredibus.*
11 *Difficultas præstationis in quo versetur.*

Ex his igitur stipulationibus[a], ne hæredes quidem[b], pro parte soluendo, liberari possunt[c], quandiu non eandem rem omnes dederint[d]. *Non enim ex persona hæredum, conditio obligationis immutatur*[e]: & ideo, si diuisionem res promissa non recipit, veluti *via*[f], hæredes promissoris singuli insolidum tenentur[g]. Sed quo casu vnus ex hæredibus solidum præstiterit[h], repetitionem habebit à cohæredibus[i], familiæ erciscundæ iudicio[k]. Ex quo quidem[l] accidere posse Pomponius ait, vt & stipulatoris viæ, vel itineris, hæredes singuli insolidum habeant actionem[m]. Sed quidam hoc casu extingui stipulationem putant[n], quia per singulos[o] acquiri seruitus non potest: Sed non facit[p] inutilem stipulationē difficultas præstationis[q].

Tipulationibus [a] generis, scilicet, & alternatiuis.

b Ne hæredes quidem. Nedum promissores.

Natura obligationis generis, & alternatiuæ. *c Liberari possunt.* Est enim † huius naturæ obligatio generis, & alternatiua, vt tametsi pro parte peti, nisi totum tamen solui non possit: ne in diuersis rebus solutionem fieri contingat l. in executione. §. pro parte. quæ solutionis diuersitas, magis quàm in promissore, in pluribus hæredibus timetur, propter naturalem hominum ad dissentiēdum facilitatem l. item si vnus. §. principaliter. ff. de recep. arbit. vt non mirum, si quemadmodum in promissore, in hæredibus quoque constitutum sit, ne partem soluendo liberentur. 1

d Omnes dederint. Et sic est in præcedenti, an liberetur cohæres, qui pro parte soluit: nam si reliquas partes alii hæredes in eadem re dederint, retrò vsque à principio intelligetur liberatus. alioqui non. l. si non sortem. §. si decem. ff. de condic. indebiti, & dixi §. præcedenti.

Hæredis persona, quādo mutet obligationem. *e Immutatur.* Quoniam nostris visum est legibus, † vnam quodammodo esse personam hæredis, & defuncti, qui in eum transmisit hæreditatem. §. j. de iureiur. à morien. præstito. col. v. parem quoque habendam esse fortunam vtriusque voluetunt. l. ij. in fine, C. de fruct. & lit. expen. eiusdem potestatis, iurisque, cuius fuit defunctus, facientes hæredem. l. hæredem. ff. de reg. iur. nihil de defuncti obligatione ex hæredum persona immutantes: vt hic, & l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pign. act. l. prætoriæ. j. §. incertam. ff. de præto. stipulat. sed omnem numerum hæredum, pro singulari persona habentes. l. cui fundus, in fin. ff. de condit. & demon. Quæ omnia procedunt, vbi subest eadem, vel maior ratio, in persona hæredum. Alioqui suadente noua ratione, nouum non est, vt aliud in hærede, quàm in defuncti persona constituamus, veluti in iuribus, † & beneficiis personalibus, quæ cùm personæ cohæreant, & cum ea extinguantur: hæredi non sunt præstanda. l. maritum, cum l. seq. ff. sol. matr. l. non solùm. §. tale. ff. de liber. leg. l. vnica. C. de priuil. dot. † Hac ratione vsusfructus vsufructuarij morte finitus in hæredem non transfertur. l. sicut in annos §. fi. ff. qui. mod. vsusfruct. amit. §. finitur, de vsufruct. in 2

Personalia beneficia. 3

Vsusfructus. 4

Instit.

Instit.& actiones pœnales, nedum contestatæ, neque hæredi, neque in hæredem dantur.l.iniuriarum actio,in princ.ff.de iniur.l.vnica.C.ex delict.defuncto.Similiter quæ facti sunt, ad hæredes nequaquam transeunt.l.idem Iulianus.§.si quis.ff.de leg.j.l.cum hæredes.ff.de acquir.pos. Vnde cum animus sit facti.l.pro hærede.ff.de acqui.hæred.l.bonæ fidei.ff.de acquir.rer.dom.hæredis voluntas non exquiritur.l.iij.ff.de ser.expor.cuius ideo declaratio.ad eum non transfertur, Accurs.in l.idem Pompo.§.fin.ff.de rei vendica.Eo fit, vt assertio ingratitudinis non ad hæredem pertineat.l.omnimodo.C.de inoffic.testam.l.fin.C.de reuo.dona.c.fin.illo tit.Ex contrario,in his,quæ non ex defuncto, sed ex propria persona hæres consequitur,plus habet ipse securitatis.l.fin.C.de euictio. Quemadmodũ etiam ratione ignorantiæ, quam in facto proprio defunctus prætendere non potuit.l.plurimum.ff.de iur.& fact.ignor.l.cum falsum.ff.de acquir.hæred. † Cùm tamē in alieno sit tolerabilis.l.fin.ff.pro suo.atque ideo hæres, qui in alterius locum successit, iustam habeat causam ignorãtiæ.l.qui in alterius.ff.de reg.iur. Obligatio quoque de persona defuncti,in hæredes transfusa,suadente diuersa ratione, alteratur.l.legatarius.in princip.ff.de leg.j.vbi tametsi non licuerit defuncto legatario,pro parte legatum acquirere, & pro parte repudiare: quòd absurdum sit in partem iudicium testantis comprobare, & in partem euertere.l.nam absurdum.ff.de bon.liber.l.quidam elogio.C.de iur.delib.hæredes tamen eius possunt, ita, vt eorum alter partem suam quærat, alter repudiet: non enim sicut in principali, in plurium hæredum persona,eadem est obligatio, cùm inter eos lex xij.tabularum obligationem diuiserit.l.ea quæ.C.famil.ercisc.l.j.C. Si cert.pet.Ex quibus, si alter eorum repudiet,approbare pro parte defuncti iudicium non videtur.ex quo agnoscẽdo, non amplius consequi potest.Hac quoque ratione in §.Cato,in fi.traditũ est, promissionem facti diuidui, factum pro parte explicantem, totius pœnæ commissionem non effugere:licet hæres,pro parte sua implens,pœnam euitet.

Actio pœnalis. *Voluntatis declaratio non transmittitur.* *Ignorantia in facto proprio & alieno.*

f Veluti via. Viam,iter actum,aquęductũ,cæterásque seruitutes,præter vsumfructum,indiuiduas esse notius est, quàm vt pluribus oporteat probari, hac l.§.& harum,& l.stipulationes.non diuiduntur, hoc tit.l.viæ.ff.de seruitu.l. fideicommissa.§.penul.ff.de leg.iij. Qua autem ratione lex vsumfructum dicat diuiduum.l.j.§.si vsusfructus.ff.ad legem Falcid.dico in d.l.stipulationes.

6 *g Insolidum tenentur.* Quæ † enim in partes diuidi non possunt,solida à singulis hæredibus debentur.l.ea quæ.ff.de tegu.iur.vt, via, cæteræque seruitutes.l.viæ.ff.de seruitu.id quod statuere lex necessum habuit, cùm res huiusmodi diuisionem non recipiant,atque ideo per l.xij.tab.non sit diuisa.l.hęredes.§.an ea.ff.fam.ercisc. Sed cur non saltem lex constituit,vt collectim omnes hęredes, insolidum,non etiam singuli,tenerentur:cum hæredes omnes collectiuè defunctum repræsenrēt, singuli autem non, nisi pro portionibus hæreditariis.l.cum à matre.C.de rei vendica.l.si ab eo.C.de nego.gest. Alcia.non ineleganter rationem putat, vt quisquis hæredum nactus sit ex diuisione fundum, in quo defunctus seruitutē promiserat, conueniri posit,& compelli seruitutem ipsam præstare,constituerẽque:quod nisi stipulator eum insolidum haberet obligatum,fieri non posset.

Hæredes quãdo insolidum teneantur.

h Solidum præstiterit. Totam,puta,viæ seruitutem, quam stipulator petierat ab eo solo,quod fortasse ex diuisione extraiudiciũ facta fundus in quo promissa erat
7 seruitus,ad eum peruenerat. † Nec tumultuetur quispiam ex eo, quod dici solet, iudicium familiæ erciscundæ,post diuisionem nõ competere.l.si filia.§.fin.ff.fam. ercisc.nam hoc obtinet, vbi diuisio iudicialiter facta esset, non etiam si extraiudicium.l.j.vbi Accurs.& reliqui.C.illo tit. Alioqui fundo existente communi, vnum ex hæredibus seruitutem constituere non posse, sed omnium consensum desiderari, notissimum est.l.ij.ff.de seruitu.l.per fundum.ff.de serui.rusti.l.fi.ff.commu. prædio. Quo casu hæc verba, *Solidum præstiterit*,ad litis æstimationem, necessariò sunt referenda.l.hæredes.§.an ea.ff.fam.ercisc. Sunt tamē, qui non insubtiliter pu-

Familiæ erciscundæ iudicium quãdo post diuisionem detur.

tenet, vnum ex cohæredibus, etiam ante diuisionem conuentum, in fundo communi seruitutem rectè constituere, vt liberetur.l.is consequenter.§.fina.ff.fam. ercis.quemadmodum fideiussor condemnatus rem debitoris tradit, eiúsque dominium transfert, quod tamen non habet.l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff. manda.nam & eorum, quæ pro parte expediri non possunt, quilibet hæredum dicitur habere insolidum administrationem.l.si cum vno.ff.si ex nox.cau.aga.l.

Declarata l.per fundum.

hæredes.§.si vnus.ff.famil.ercis.† Nec obstat.l.per fundum.& similes, quæ nõ procedunt in specie huius.§.cùm vnus tantum fuit debitor, cui hæredes plures successerunt: tunc enim sicut in fauorem creditoris lex multiplicat obligationes, quod est maius: permittit quoque vnum ex hæredibus constituere seruitutem, quod minus est: nec cohæredibus fit iniuria, cùm non nisi verè debitum soluatur, & disponat hæres de re communi, ad vsum in quem fuit à testante destinata, quod etiã inuitis sociis facere posse videtur.l.in tantum.§.pen.ff.de re.diui.l.si communes. ff.commu.diuid. 8

i A cohærede. Vnde alibi idẽ Iul.Paulus, *Igitur* (inquit) *quia singuli hæredes insolidum tenentur, officio iudicis cautiones interponi debent, vt si quis ex his conuentus, litis æstimationem præstiterit, id pro parte à cæteris consequatur.* d.l.hæredes.§.an ea ff.famil. ercis.

Negotiorum gest. actio.

k Familiæ erciscundæ iudicio. Quoniam vellet, nollet, vt ostendimus, solidũ præstare coactus est: † & ita pro parte negotium non potuit expedire, iudicium familiæ erciscundæ ad repetitionem habet.d.l.hæredes.§.si vnus.& l.si quis putans.§.j. ff.commu.diuid.nam si non cogente necessitate fecisset, actioni neg.gest.fuisset locus.l.si communes.ff.de neg.gest.l.iij.C.illo tit. 9

l Ex quo quidem. Quia hæredes promissoris viæ, singuli insolidum tenentur.

m Insolidum habeant actionem. Quam si vnus proposuerit, & in ea obtinuerit, non proderit eius victoria aliis: actum quippe duntaxat fuit actione personali, ad constitutionem seruitutis. Secus igitur, si pro seruitute iam constituta, confessoriam intendisset.l.loci.§.si fundus.ff.si serui.vendi.† Sed an saltem in specie nostra qui vicerit, sibi ipsi proderit, vt possit vti seruitute? & quantum ad ius seruitutis, nequaquàm: cùm fundo communi sine sociorum cohæredũ voluntate non possit seruitutem acquirere.l.si vnus.ff.de serui.rustico.prædio.l.fin. ff.commu. prædio. Respectu verò commoditatis eiusdem, quia victus victorem prohibere non poterit, vti seruitute proderit.l.per fundum.in fin.ff.de seruit.rustic. 10

Victoria an prosit cohæredibus.

n Putant. Et malè. Ratio autem qua adducebantur, statim explicatur.

o Quia per singulos. Arguta erat eorum ratio, qui putabant, mortuo stipulatore, qui plures hæredes reliquerat, stipulationem extingui: vnus enim ex sociis seruitutem stipulari, aut alio modo acquirere non potest: l.si vnus.ff.de serui.rustico. quia pro parte domini non quæritur seruitus. l. pro parte.ff. de seruitu. Cùm itaque mortuo testatore, cuius fundo promissa fuerat seruitus, fundus ille communis omnium hæredum efficiatur: vnóque ex eis insolidum agente, incidit obligatio in eum casum à quo non poterat incipere, ideóque debet vitiari.l. pluribus.§.& si placeat.

p Sed non facit. Hîc argumento proposito argutissimè respondet, sed difficulter: arguebat quippè Iuriscons.de impossibilitate ex parte acquirentis, *quia* (inquit) *per singulos acquiri seruitus non potest.* Et hîc respondens, de difficultate ex parte promissoris loquitur, vt euidens facit vltimum illud verbum, *Præstationis*: quod nisi ad debitorem referri non potest.

Difficultas præstationis.

q Difficultas præstationis. † Quoniam non de acquirenda noua seruitute, sed de quæsita confirmanda tractatur, l.pluribus. §. & si placeat. Interpretantur autem communiter scriptores difficultatem præstationis huiusmodi, in consensu creditorum consistere, eos quippè omnes consentire oportet: aliàs inutilis est constitutio.l.fin.ff.commu.præd. Est autem naturalis hominum, ad dissentiendum facilitas.l.item si vnus.§.principaliter.ff.de recept.arbit. Quæ interpretatio nec verbis, 11

nec

nec sensui Pauli conuenit. Quocirca probabilior est eorum sententia, qui literæ fidelius subseruientes, existimant difficultatem præstationis versari in æstimatione, in qua venit id, quod interest eius, qui experitur. l.loci.§.si fundus.ff.si serui. vendic.cuius probationem, plerunque difficilem Venuleius scripsit. l. fina. ff. de præto.stipula. Itaque respondens Iulius Paulus obiectioni propositæ, stipulationem respectu seruitutis in eum casum incidere,à quo non poterat incipere, summo iure fatetur: ex quo per singulos seruitus acquiri non potest. At quoniam iniquum esset quodammodo ob hanc iuris subtilitatem, agendi potestate singulos hæredes priuari,constituit lex æstimationem, seu id quod interest, vni ex hæredibus agenti (cui soli seruitus præstari non potuit) exsolui. d.l.loci.§.si fundus. Præstatio igitur, & si respectu seruitutis sit impossibilis, respectu tamen eius, quod interest,est possibilis,licet difficilis.dict.l.fina. Et ita vtilis tandem fit, etiam in solius agentis persona,stipulatio,l.si vnus,in fi.ff.de ser.rusti. tantum abest,vt difficultas præstationis,eius quod interest,eam vitiet.

§. SI TAMEN.

1 *Explicatus noue hic.§.*
2 *Diuisio an inducatur per petitionem ab vno ex correis.*
3 *Receptio partis an præiudicet creditori.*
4 *Solui non nisi totum potest in obligatione generis.*
5 *Acceptilatio,est donatio.*
6 *Obligatio pro portionibus hæreditariis diuiditur.*

Si tamen [a] hominem [b] stipulatus cum vno ex hæredibus promissoris egero [c]: pars duntaxat cæterorum obligationi supererit,vt exsolui posit [d]. Idémque est,si vni ex hæredibus acceptò latum sit [e]. Idémque est in ipso promissore [f], & in fideiussoribus eius,quod diximus in hæredibus.

I tamen [a]. Hunc text. commentatores peruersè accipiunt, intelligentes eum velle absoluto vno ex hæredibus promissoris generis, qui à creditore conuentus fuit, reliquos cohæredes liberari, soluendo partem:in eadem tamen specie pro portionibus hæreditariis:neque enim, inquiunt, tunc timetur deueniri ad absurdum.§. pro parte:vt diuersæ partes soluantur, cùm absolutus nihil præstiterit.Qua ratione idem à iureconsf.responderi putant,si vni ex cohæredibus in eadem generis obligatione partem contingentem creditor acceptò tulisset. Et diuersum, si conuentus hæres fuisset condemnatus, esset tunc quippe periculum, ne diuersæ partes soluerentur, ideo verbum, egero, & succubuero exponendum *Noua interpretatio huius §.*
1 necessariò autumant. † Sed hæc expositio diuinatoria est,quò fit, vt licèt hic sensus verus sit, non tamen verbis iureconsf.conueniat, quem si sequamur, sententiam & eam quidem iniustè latam insolenter nimis diuinamus. l. Herennius.§. Caia.ff.de euictio.c.sicut.de re iudica. Nec verisimile est,creditorem imparatum & probationibus defectum litem instruxisse,cùm in sua potestate habuerit, quando suo iure vteretur.l.purè.§.fin.ff.de excep.do. Congruètius igitur est,& verius, vt hunc text.planè, & ad literam, vt iacet, intelligamus velle mortuo promissore generis si creditor contra vnum ex hæredibus ad partem hæreditariam egerit, sequuta maximè litis contestatione sibi præiudicare, censérique inter omnes cohæredes (qui ante non nisi totum in eadem specie soluendo liberari poterant) per partes diuisisse solutionem. Præsenserunt hunc intellectum Ias.& posteriores:cui
2 duo implacabiliter obstare dicunt,& in primis † quod quoniam sola petitione inter duos reos debendi, non censetur facta diuisio. l.reos. C. de fideiu. deinde quoniam in obligatione generis, de qua agimus, creditor partem ab vno ex sociis re- *Petitio partis,an inducat diuisionem.*

M.iiii.

cipiendo, non inducit diuisionem solutionis, nec quoquomodo sibi præiudicat. §. & harum, & §. præcedenti, & l. si non sortem. §. si decem. ff. de cond. indebi. multominus igitur simplici petitione. l. si creditores. C. de pac. Sed neutrum me de mea demouet sententia: nam quòd ex pluribus reis, nullus electione liberetur, ideo est: quia hi omnino insolidum sunt obligati petitione scilicet, & solutione. l. si ex toto. §. j. ff. de legat. j. proinde difficilius eximuntur obligatione scilicet simplici petitione: quàm hæredes promissoris, qui obligatione diuidua tenentur, pro portionibúsque suis duntaxat obstringuntur, licet solutio sectionem non admittat, illa consideratione, ne in diuersis rebus solutionem fieri contingat. d. l. in executione. §. pro parte. † Minus me mouerit quod de receptione partis obiectum est: vt si ea 3

Receptio partis quãdo præiudicet.

diuisionem non inducit, nec creditori præiudicat, minus multo solutio, consequens enim propter ingentem rationem differentiæ, fortiter nego. l. ij. C. de pactis, iunctis not. per Bart. in l. solutionem. col. ij. ff. de solutio. ideo enim receptio partis creditori non præiudicat, quia ad eam cogi potuit, cùm quælibet obligatio dandi, vt in §. & harum diximus, obligatione petitione, & solutione, etiam inuito creditore diuidua fit. † Nec obstat quod leges dicunt in obligatione generis, non 4

Obligatio generis nõ admittit particularem solutionem.

nisi totum solui posse. §. & harum, & §. pro parte: nam hoc verum in principali promissore, sed & in hæredibus: vt inde liberatio statum sequi possit, quandiu non eandem rem omnes dederint. §. ex his. in princ. At quin possit vnus ex hæredibus partẽ sibi contingentẽ creditori, vel inuito soluere, leges nõ negant. l. si stipulatus. §. j. ff. de solut. Quare cùm recipiendo non sua sponte, sed coactus recepisse videatur, ex eo actu nihil in fauorem debirorum induxisse censebitur. l. rem legatam. ff. de adit. leg. Sed quando agit contra vnum, hoc facit voluntariè nulla adactus necessitate. l. vnica. C. vt nemo inui. aget. vel accusa. cog. Quare facilè interpretatur lex, eum censeri his, quæ pro se introducta sunt renunciare. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. Qua ratione adducitur mox iureconsul. vt in acceptilatione (quæ cùm sit donatio, à mera voluntate & liberalitate creditoris pendet) idem constituat.

b Hominem. In genere promissum.

c Egero. Simpliciter sequuta præsertim contestatione. l. ex duobus. ff. de duo. re. l. si reus. ff. de fideiu. neque enim cum Accurs. subaudire placet, & obtinuero, partémque accepero, neque cum communi insolentius diuinando, & succubuero: vim siquidem, vt familiariter exposui in simplici, & sola petitione actionísque propositione facio.

d Vt exolui. Et sequuta eius partis solutione cæteri liberentur, stipulationíque satisfiat, contra naturam obligationis generis. §. & harum in resp. Mirabilis igitur est effectus actionis propositæ à stipulatore generis, contra vnum ex hæredibus promissoris, pro rata, vt inducat diuisionem inter omnes cohæredes: qui tametsi ante omnes simul ad solutionem totius vrgeri poterant, nunc partem suam, in eadem tamen specie soluendo non considerata parte, eius contra quem actum est, liberentur: qui sensus, cæteris postpositis, ad hunc. §. verissimus est.

e Acceptolatum sit. Pro parte sua, secus si simpliciter vni totum debitum acceptò latũ sit. l. si pluribus. ff. de acceptila. Ergo, si vnus ex hæredibus promissoris, pro parte hæreditaria stipulator per acceptilationem liberauerit, cæteri cohæredes similiter pro parte remanent obligati, sicuti superiore casu. Eadem quippe est ratio, cùm ad acceptilationem nulla adactus necessitate creditor processerit. † Est enim 5

Acceptilatio est donatio.

acceptilatio, donatio & ita mera liberalitas, quæ nullo iure debetur. l. j. ff. de donat. ad quem ideo vrgeri nemo potest. l. nec emere. C. de iure delib. Eum actum igitur voluntarium faciens, creditor debiti diuisionem inducere, atque his, quæ pro se introducta sunt, renuntiare videtur. d. §. si necessaria.

f Idémque est in ipso promissore. Vult breuiter hic text. quod dictum est in promissore, & eius hæredibus, esse quoque recipiendum in promissore, & eius fideiussoribus:

iussoribus: sicut enim, si contra vnum ex hæredibus promissoris generis actum sit sola petitione, inducitur diuisio debiti inter eos, qui cùm antea non nisi totum soluendo liberarentur: nunc ob propositam ad partem actionem contra vnum partis duntaxat præstatione onerantur, sic si contra vnū ex fideiussoribus ad partem actum sit, licet hi mero iure insolidum obligati sint, efficit illa partis petitio, vt cæteri in partem solummodo teneantur, eandémque præstando liberentur.

6 † Nam & quemadmodum lex xij. tabul. inter hæredes diuidit obligationem, pro portionibus hæreditariis. l. ea quæ. C. famil. erciscun. l. pro hæreditariis. C. de hæred. actio. l. j. C. si certum pet. ita & inter fideiussores epistola diui Adriani. §. si plures. de fideiusso. in Institut. *Obligatio l. xij. tab. diuiditur inter hæredes.*

§. ITEM SI IN FACTO.

1 *Stipulatio habere licere, an in facto consistat.*
2 *Hæredis persona, quando in cōtractu excluditur.*
3 *Cohæres, an ex cohæredis facto teneatur.*
4 *Familiæ erciscundæ iudicium, quando locum habeat.*
5 *Pœna non respicit id quod interest.*
6 *Hærede vno prohibito, an cæteri prohibiti censeantur.*
7 *Stipulatio facti, in id quod interest, committitur.*

Item si in facto [a] sit stipulatio, veluti si ita stipulatus fuero: *Per te non fieri* [b], *neque per hæredem tuum* [c], *quominus mihi ire agere* [d] *liceat*? & vnus ex pluribus hæredibus prohibuerit: tenentur quidem cohæredes eius [e], sed familiæ erciscundæ iudicio [f] ab eo repetent, quod præstiterunt, hoc & Iulianus & Pomponius probant. Contrà autem, si stipulator decesserit, qui stipulatus erat, sibi hæredique suo ire agere licere, & vnus ex hæredibus eius prohibeatur [g]: interesse dicemus, vtrùm insolidum stipulatio cōmittatur: an pro parte eius, qui prohibitus est. Nam si pœna stipulationi adiecta sit: insolidum committetur [h]. Sed qui non sunt prohibiti: doli exceptione submouebuntur [i]. Si verò pœna nulla adposita sit: tunc pro parte eius tantùm, qui prohibitus est, committetur stipulatio. [k]

1 ITem si in facto [a]. Hactenus tractauit iureconsf. primum membrum diuisionis: hoc est, stipulationes, quæ in dando consistunt. † Quare nunc opportunè de consistentibus in faciendo agere incipit. Sed hîc à fronte ingerit se scrupulus: nam infra Iulius Pau. adfert exemplum stipulationis habere licere, in quo, non factum, sed ius vertitur. l. stipulatio ista. §. hi qui. solu. in facto consistit proculdubio hæc stipulatio, quatenus factum opponimus dationi, qui enim habere licere promittit, non dationem: hoc est, dominij translationem promittit, sed factum. Quatenus verò factum iuri opponimus, ius ipsum in eiusmodi stipulatione, non factum vertitur: hoc est, non de facto habere licere, sed de iure promissum intelligi debet, stipulatori, & suis hæredibus controuersiam non fieri. *Stipulatio habere licere, an factū sit.*

b Per te non fieri. Sentit hic tex. apertè, quod initio huius l. verum docuimus, sub facto non factum contineri: tractaturum nanque se pollicetur Iul. Pau. de stipulationibus quæ in facto consistunt, statimque exemplum proponit stipulationis in non faciendo consistentis, per te non fieri, &c.

c Per hæredem tuum. Sed nónne hæc hæredis expressio otiosa est, & superflua: 2 † cùm & sine ea hæres cōprehendatur. l. veteris. C. de contra. & cōmit. stipul. nec modò in stipulationibus, sed & in aliis quibuscunq; dispositionibus. l. si pactū. ff. de proba. l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pigno. act. l. postulante, in princip. ff. ad *Hæredis persona, semper continetur.*

Treb.ratione illa expedita, quòd vnà cũ defuncto legis interpretatione persona in telligatur.§.j.de iuretur.à morien.præsti.col.v.Respõdeo hæc vera esse, præterquã in pactis in personam conceptis, quæ cùm personalia sint, ad hæredes non extenduntur.l.iuris gentium.§.pactorum.ff.de pactis.l.quia tale.ff.solu.matri. Cuiusmodi est conuentio, per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat, quæ simplex factum personale continet: vt hic, & propterea ad hæredem non extenditur: nisi eius specialis mentio fiat.l.stipulatio ista.§. si quis ita.Idémque in promissione facti cohærentis personæ, cuius industria est electa.l.vni.§.ne autem.C.de cad.tol.Magna quippe solet esse inter artifices differentia.l.inter artifices.ff.de solu.

d *Ire agere.* Solet hæc stipulatio pro seruitutis iam constitutæ conseruatione interponi: veluti, cùm constituta mihi à te seruitute eundi agendi per fundum tuum ad fundum meum, conuentionẽ præstandæ patientiæ adiicimus. Quia stipulatione solenni mihi promittis, neque per te, neque per hæredẽ tuum fieri quominus mihi ire agere liceat. Ex quo euidens est, stipulationem hanc non ius seruitutis, sed simplex, & merum factum personale continere, atque ideo ad id solam obligationem personalem competere.

Cohæres quando ex alterius facto, teneatur.

e *Et cohæredes eius.* Pro portionibus tamen hæreditariis.l.iiij.§.Cato. non autem insolidum, vt iuniores existimant. † Alioqui non cohæredibus omnibus, sed vni tantùm insolidum conuento damnum sarciendum esset: cùm tamen.§.item si in facto, & l.in executione.§.quod si stipulatus, cohæredes omnes habituros familiæ erciscũdæ iudicium dicant, vt repetant. Nec pugnat.l.hæredes.§.in illa.ff.fam.ercisc.quãdo non sit nouum, vt ea verba in solidum teneri, ad hæredes relata, vnumquemque hæredem significent, pro ea tantum parte, qua hæres est, conueniri.l.ad ea.ff.de reg.iur. Tenentur autem ex vnius contrauentione cæteri cohæredes, quoniam ex defuncti contractu descendit obligatio.l.in commodato.§.si ex facto.ff.commoda.& tantum præiudicij affert vnius prohibitió, quantum si omnes prohiberẽt. Vnde non potest, nisi in solidum peccari.l.iiij.§.Cato, & l.in executione.§.quod si stipulatus. Vno itaque prohibẽte, perinde est, atque si defunctus ipse prohibuisset. Quo casu in solidum commissa fuisset stipulatio, contra eum: transfusa que in hęredes pro portionibus hæreditariis. Eo factum est, vt si non proueniat ad defunctos stipulatio, solus teneatur, qui deliquerit, neque noceat alterius factum ei, qui nihil fecisset.l.de pupillo.§.si plurium.ff.de no.ope. nunciat. Et tametsi ex contractu defuncti descendat obligatió, si tamen non damnificetur creditor, vno ex hæredibus delinquente, respectu cæterorum solus delinquẽs conueniatur: veluti in actione depositi, in qua si vnus hæredum dolum committat, ipse solus in solidum conuenitur, nec aduersus cohæredes eius, qui dolo carent, actio competit.l.in depositi, cum.l.seq.ff.depos. Neque enim in ea specie præiudicatur creditori respectu cohæredum, aduersus quos salua est depositi actio ad rem restituendam. 3

Fam. erci. actio.

f *Familiæ erciscundæ iudicio.* †Sed contra hæredes, vt vulgò traditum est, pro portionibus tantùm hæreditariis tenentur: vnus igitur ex eis si soluat totum, non cogente necessitate: sed voluntariè facit, ergo famil.erciscun.iudicio locus non est.l.hæredes.§.si vnus.ff.famil. ercis.l.si quis putans.§.j.ff.commu.diuid.sed potius negotiorum gestorum.l.iij.C.de neg.gest.fatigantur hoc contrario Areti.& alii multi, nec quicquã boni ad eius dissolutionem scribunt, cùm veritas sit in aperto. Etenim, vt dixi, hæc stipulatio in solidum committitur, vno prohibente.d.l.hæredes.§.idem iuris. Sed & communi interpretatione defensa, non oberit hæc ratio. non enim hic text.dicit, hæredem conuentum pro omnibus soluisse, sed tantùm pro parte sua. Planè quod præstitit repetit, non quidẽ ab omnibus cohæredibus. quod tamen faceret, si pro omnibus soluisset.§.ex his, sed ab eo, qui prohibuit, ex cuius facto, non item ex proprio delicto conuentus est. Aequissimum est autem, ei succurri, qui alienam culpam præstat, vt, quod eius causa præstiterit, à delinquento repetat.l.v.§.fin. 4

g Pro-

g Prohibeatur Ire agere.

h Insolidum committetur stipulatio. Ad vtilitatem omnium hæredum stipulatoris etiam non prohibitorum, qui omnes actionem ad pœnam habent, pro hæreditaria tamen portione, vt doc. satis durè profectò interpretantur.

i Submouebuntur. Dolo malo quippe faciunt hæredes non prohibiti: qui cùm
5 nihil dãni perpessi sunt, de pœna nihilominus certant. † Quocirca agẽtes doli ex-
ceptione, summa æquitate repelluntur: nam & exemplo iniquissimum esset, pœ-
nam ei committi, qui læsus non est, cuiúsque non interest. l. aduersus. ff. de recept.
arbi. Nec tumultueris, quòd alibi traditum sit committi pœnam ei, cuius nihil in-
terest: pœnam enim, inquit Vlpia. cum stipulatur quis, nõ illud inspicitur, quid in-
tersit eius, sed quæ sit conditio stipulationis. l. stipulatio ista. §. alteri. Nam hoc ve-
rum, vbi recta quis læsus esset, vnde, & in hoc. §. qui prohibitus fuit, tametsi nihil
eius interesset, pœnam consequeretur. l. cum pœna. ff. de recep. arbit. cæteris ve-
rò non prohibitis, quia nec offensi sunt, nec eorum interest, in effectu, pœna nun-
6 quam committitur, vt hic. † In eadem porrò stipulatione per te non fieri, si cum
procurator aut alius stipulatoris, vel hæredis nomine itineris commodo vteretur
prohibitus sit, stipulatio proculdubio committitur. l. si stipulatus fuero per te. In-
de Bart. & alii tradunt, quod si vnus ex hæredibus, cùm iret ad fundum commu-
nem hæreditarium, prohibitus sit, quoniam tunc cæterorum quoque nomine ire
agere videtur, omnes prohibitos cẽseri dicta l. si stipulatus. Quod nos verum non
putamus, vt verbis text. nostri repugnans: qui eo nominatim casu loquitur, quo
prohibitus est, qui ad fundum communem ibat: nam paulò antè ad repetitionem
familiæ erciscundæ iudicium dari dicit, quod post factam inter hæredes diuisio-
nem cessat. l. si filia. §. fin. ff. famil. erciscun. Et quoniam verisimilius est euntem, sui
non item aliorum causa, ad fundum communem ire. l. & magis. ff. de solu.

Pœna non respicit id quod interest.

Hærede vno prohibito, an omnes &c.

7 *k Committetur stipulatio.* Quia cùm † hæc stipulatio sit facti, in id quod interest,
committitur. l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus. redigitúrque condem-
natio ad æstimationem in pecunia numerata. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic.
eius autem qui prohibitus est, non amplius interest, quàm pro parte sua, pro qua
ideo tantum obstrictus erit. l. si duo. ff. de pos. l. si procurator. ff. rem ra. habe.

Stipulatio facti, in id quod interest, committ.

IOANNES CORAS. VALENTIAE DIE XVII. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. IDEM IVRIS.

1 *Hærede vno prohibente, an cæteri teneantur.*
2 *Stipp. habere licere, & per te non fieri, an similes.*
3 *Stipulatio habere licere, an diuidua.*
4 *Stipulationis habere licere, origo.*
5 *Exceptio tua non interest.*
6 *Pœna, an id quod interest respiciat.*

III. VLPIANVS LIB. XVIII. AD SABINVM.

Idem iuris[a] est, & in illa stipulatione, *mihi hæredéque meo habere licere*[b]? Sed hæc differentia[c] illam habet rationem, quòd vbi vnus ex hæredibus prohibetur, non potest cohæres ex stipulatu agere cuius nihil interest[d], nisi pœna subiecta sit: nam pœna subiecta efficit, vt omnibus committatur: quia hic non quærimus cuius intersit[e]. Enimuerò vbi vnus ex hæredibus prohibet, omnes hæredes tenentur: interest enim prohibiti à nemine prohiberi.

1 *IDem iuris*[a]. Quod iuris diximus, in stipulatione per te hæredémque
tuum non fieri, † vt vno ex hæredibus promissoris prohibente, cæte-
ri cohæredes nihilominus teneantur, cùm intersit prohibiti à nemi-
ne prohiberi, & vno ex hæredibus stipulatoris prohibito, vbi pœna

Hærede vno prohibente, an omnes.

ſtipulationi adiecta eſt, inſolidum mero iure committi ſtipulationem: etiam ad v-
tilitatem non prohibitorum, cùm in pœnis non quæramus, an interſit: licet de æ-
quitate doli exceptione repellantur. Si verò nulla pœna inſerta eſt pro parte tan-
tùm eius, qui prohibitus eſt, committi ſtipulationem: cùm ea, in id quod intereſt

Stipulatio habere licere, & per te nõ fieri.

detur, nec amplius eius interſit. † Hoc idem iuris eſſe dicit Vlpia. in ſtipulatione 2
mihi hæredíque meo habere licere, & ita æquipatat has duas ſtipulationes habe-
re licere, & per te non fieri: cùm tamen alibi idem Vlpia. dicat eas contrariam ha-
bere naturam, in hac quippe non ius, ſed factum verſari dicit: in illa verò, non fa-
ctum, ſed ius verti. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui, quod magis auget difficultatem, quan-
do hîc Iurecon. tradat ſtipulationem illam habere licere, in facto conſiſtere. Ad-
de quòd cùm ſtipulatio habere licere, contineat non moueri de iure controuer-
ſiam. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis fortè, & ita idem fermè, quod ſtipulatio amplius nõ
agi, quæ diuiſionem recipit. l. iiij. §. Cato. ad inſtar huius diuidua dici debebat, non
exemplo ſtipulationis per te non fieri indiuidua: cùm non habeat cum ea affini-
tatem aliquam, aut modicam. Tanta difficultate & ſubtilitate rei attonitus Pla-
centinus, cuius verba vſurpat hîc Accurſ. velut per admirationem dicere ſolebat,

Stipulatio habere licere, indiuidua.

miranda nouitas, ſubtilis ſubtilitas, quis eam raminabit? † Sciendum igitur hanc 3
ſtipulationem habere licere, diuiſionem regulariter nõ recipere, propterea quòd,
vt plurimùm accedat venditioni, cuius indiuiſa eſt natura. l. cum ex cauſa. Quo-
circa ſi rei diuiduæ accederet, in eam ſententiam itum eſt, vt diuidua cenſeatur.
Cur autem dixerit Vlpia. in hac ſtipulatione non factum, ſed ius verſari ad prin. §.
item ſi in facto, expoſuimus.

b Habere licere. Solebant veteres ad contractus geſti, ſed præſertim emptionis

Stipulationis habere licere, origo.

conſeruationem, interponere ſtipulationem hanc, † Mihi hæredíque meo habere 4
licere. l. emptorem. §. fin. ff. de actio. empt. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis fortè, hoc tit. qua
illud continebatur, vt nemo controuerſiam faceret, hoc eſt, neque ipſe reus, ne-
que ſucceſſores eius. l. ſtipulatio iſta, in princ. & §. ſed quatenus, & ita liceret em-
ptori, ſeu alteri ſtipulatori rem ſine interpellatione, & controuerſia obtinere. l. ha-
bere licere. ff. de euictio. l. habere duobus. ff. de verb. ſig. pérque reum, neque per
hæredem cæteróſve ſucceſſores ſuos fieri, quominus ſtipulatori eam rem habere
liceat. d. l. ſtipulatio iſta, in princip.

c Hæc differentia. Scripta in §. item ſi in facto, inter hæredes promiſſoris, & ſti-
pulatoris, vt vno ex hæredibus ſtipulatoris prohibito, ſi ſtipulationi pœna ſubiecta
erat, ex ſtipulatu omnes agant, alioqui non. Vno verò ex hæredibus promiſſoris,
prohibente, cohæredes etiam qui non prohibuerunt, teneantur.

Exceptio tua non intereſt.

d Cuius nihil intereſt. Non agit, cuius nihil intereſt: quo optimè confirmatur
practica vulgaris aduocatorum, & quòd vulgò dici ſolet † (Exceptionem) tua non 5
intereſt agẽtem repellere. l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. ff. ad Trebel. l. ſed
nec legatarius. ff. de condic. furt.

Pœna non reſpicit id quod intereſt.

e Cuius interſit. Simile eſt quòd idem Iureconſ. alibi ſcripſit. † Pœnam enim 6
cùm ſtipulatur quis, non inſpicitur illud, quid interſit eius, ſed quæ ſit quantitas,
quæque conditio ſtipulationis l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Ergo pœna committitur,
etiam ſi non interſit. l. cùm pœna. ff. de recep. arbit. Si tamen contra ſtipulationem
directò delinquitur. d. §. alteri. Videtur quippè tunc fides contemni, nam ſi per o-
bliquum contra fieret, non committeretur: niſi intereſſet. l. aduerſus. ff. de recep.
arbit. In effectu ſaltem oppoſita doli exceptione. §. præcedenti. Si pœna prætere a
nuda duntaxat pactione promiſſa ſit, non petetur: niſi interſit. l. ſeruus ea lege. ff.
de ſeruis exportan. In iudiciis quoque, & prætoriis ſtipulationibus non debetur
pœna ei, cuius non intereſt. l. ij. §. fi. ff. ſi quis in ius voc. hæc enim ab æquitate re-
guntur. l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod certo lo. Iniquum eſt autem, eum, qui nihil
mali paſſus eſt, de pœna certare. d. l. aduerſus. IOAN. CORAS VALEN.
XVIII. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. Ea-

L. EADEM.

1 *Clausula, dolum malum abesse.* 2 *Stipul. doli malum, an in hæredes transeat.*

PAVLVS LIB. XII. AD SAB. L. IIII.

Eadem dicemus[a] & si *dolum abesse*[b] *à te, hærede'que tuo* stipulatus sim, & aut promissor, aut stipulator pluribus hæredibus relictis decesserit[d].

D *Icemus*[a]. Quæ diximus in stipulatione, per te non fieri, & in stipulatione, habere licere.

b Abesse. Solebant veteres in contractibus adiicere hanc clausu-
1 lam, † *dolum malum abesse, absuturúmque.* l. si id quod aurum. l. doli. l. ex ea parte, in princ. qua promissor non tantùm factum suum, sed & hæredũ promittere videbatur. l. nouissima. ff. iudica. sol. Sed & amplius subdita pœnali stipulatione, factum extranei. l. stipulatio ista. §. si quis dolum. Quemcunque præterea dolum, & verum, & præsumptum continebat. l. si fine. §. si in stipulatione. ff. rem ra. hab. Quod Vlpi. ad edictum indicat: *hæc verba* (inquit) *cui rei dolus malus aberit, generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio interposita fuit.* l. hæc verba. ff. de verb. & re. signi. *Clausula dolum malum abesse.*

2 *c Hærede'que tuo.* Superfluere videtur hæc hæredis mentio, † cùm stipulatio dolum malum abesse, hæredis quoque personam contineat. d. §. si quis dolum. & d. l. nouissima. Quod doct. futiliter, faciliter, & inconsideratè admittunt. Ego hanc stipulationem dolum malum abesse, si nihil adiiciatur, ad hæredes transire fortiter nego: ideo hæredis mentionem non temerè adiicit hîc iurisc͡of. verbum enim abesse ad contrahentium personas, tempúsque præsens referatur. l. si ita. ff. de auro & argen. lega. Quod si concipiatur in rem doli mali mentio, quia adiiciatur dictio absuturum, tunc quia & in futurum permanens factum demõstratur, & ad omne tempus verbum refertur, hæres quoque continebitur. d. l. stipulatio ista. §. si quis dolum, & l. nouissima. ff. iudic. sol. l. huic stipulationi. ff. vsusfruct. queád. caue. *Stipulatio dolum malũ an transeat in hæredes. Abesse.*

d *Decesserit.* Etenim vtemur distinctione, qua in stipulatione per te hæredémque tuum non fieri, in §. item si in facto vsi sumus.

§. CATO.

1 *Obligatio secundaria duplex.*
2 *Cato Vticensis.*
3 *Stipulatio pœnalis quando contrahatur.*
4 *Incertitudo quos actus vitiet.*
5 *Pecuniæ verbum latissimè patet.*
6 *Pœna quando ex contractu debeatur.*
7 *Hæredes omnes quando vno contrafaciente teneantur.*
8 *Hæres an ex collega facto teneatur.*
9 *Iter facere.*
10 *Iter fieri seruitus.*
11 *Facta cur indiuidua.*
12 *Facta diuidua.*
13 *Pœna facto, vel dationi adiecta quomodo committatur.*
14 *Ornatus loquendi modus.*
15 *Hæredum persona quandoque immutat obligationem.*
16 *Ratum, an pro parte dominus habeat.*

Cato[a] lib. xv. scribit pœna[b] certæ[c] pecuniæ[d] promissa[e] si quid aliter factum sit, mortuo promissore si ex pluribus hæredibus vnus contra quàm cautum sit, fecerit, aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria[f], aut ab vno pro portione sua. Ab omnibus[g] si id factum

de quo cautum est indiuiduum sit, veluti *Iter fieri*[h], vel *non fieri*[i]? quia quod in partes diuidi non potest, ab omnibus quodammodo factum videatur. At si de eo[k] cautum sit quòd diuisioné recipiat[l], veluti, *Amplius non agi*[m]? tum eum hæredem qui aduersus ea fecerit, pro portione sua solum pœnam committere[n]. Et differentiæ hanc esse rationem[o], quòd in priore casu omnes fecisse videantur, quòd nisi insolidum peccari non potuerit[p], illam stipulationem, *Per te non fieri*[q] *quominus mihi ire agere liceat*[r]? Sed videamus[s] ne non[t] idem hic sit[u], sed magis idem quod in illa stipulatione *Titium hæredémque eius ratum habiturum*[x]? Et Paulus respondit non esse[y]. Nam hac stipulatione[z] & solus tenebitur[a], qui non habuerit ratum, & solus agget[a] à quo fuerit petitum. Idque & Marcello videtur, quamuis[b] ipse dominus[c] pro parte ratum habere non possit[d].

Obligatio principalis & secundaria.

CATO[a]. De obligatione †principali, & in dando, & in faciendo consistente, quando ea diuisionem recipiat, à §. & harum, ad hunc vsque locum præcipuè, tractauit iurisconsult. in summáque docuit stipulationes dandi regulariter diuiduas, faciẽdi verò indiuiduas. Secundariam verò obligationem nondum plenè attigerat, quæ dupliciter consideratur, vel respectu eius, quod interest, quod faciendi stipulationibus subrogatur. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. & ea diuisionem recipit, tam in persona promissoris. l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus. quàm hæredum. l. ij. §. fina. vel respectu pœnæ, quod hîc Iul. Paulus prosequitur ex Catonis sentẽtia, distinguentis, an facto diuiduo, vel indiuiduo pœna sit adiecta. †Catonem autem Vticensem Bolog. hîc perperam intelligit, cùm is nunquam fuerit iura professus. Nos grauiores hac in re authores sequuti, de filio Marci Porci Catonis Iulium Paul. hoc loco sensisse, in quarto Miscellaneorum libro probauimus. Huius Catonis dictum, ad vsque vers. sed videamus durare, aduersus Bartol. & sequaces verius est, quod vel ex grammaticorum regula notum facimus: cùm illa infinita pœnam promittere posita in fi. vers. At si de eo, & verba illa, differentiæ hanc esse rationem, non aliud verbum habeant, à quo regantur, quàm quod initio text. positum est Cato scribit. 1

Cato Vticensis. 2

Pœnalis stipulatio quádo cõtrahatur.

b Pœna. Hinc plerique notant, vbi quantitas promissa est, si ita factum non fuerit, non cõtrahi pœnalem stipulationem† nisi additum sit pœnæ nomine dari. §. non solùm. de verb. obli. in Inst. sed censeri promissam quantitaté loco eius quod interest, quod ea summa taxatur, atque ita, vt nisi tanti intersit, peti nequeat. l. si ita. ff. de oper. liber. l. fi. de præto. stipul. ff. Quorũ sententia & meritò reiicitur. l. in executione. §. quod si stipulatus, hoc tit. l. j. §. item si ita. ff. ad leg. Falc. l. duo societatem. ff. pro socio. l. sancimus. C. de fideiussoribus. Nec ferendum est, quod illi dicebant subditam promissioni facti stipulationem non committi: nisi quatenus interest, hæc enim stipulatio, promittis Titio dare cẽtum? facti est. l. liber homo. §. fi. in qua promissa quantitas, si ita factum non sit, quanuis non intersit, committitur. l. stipulatio ista. §. alteri. 3

Incertitudo quos actibus vitiet necne.

c Pœna certa. Id est, pœna certa. Sic ab Accursio & cæteris exponuntur hæc verba, vt sic velit text. †stipulationem pœnalem, ob incertitudinem vitiari. Quod & argumento vsurarum comprobatur, quarum stipulatio, si certus modus non adiiciatur, nullius est momẽti. l. quod in stipulatione. ff. de vsur. Feréque in omnibus iuris partibus traditum legimus, actum incertitudine destrui: nam vitiat stipulationem incertitudo. l. triticum. & l. ita stipulatus libellum. l. si in rem. ff. de rei vendic. c. significantibus, de libel. obla. & sententiam. l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de recep. arbit. nisi per relationem ad acta certa fieri possit. l. pen. C. de sent. quæ sine certa quan. Certos casus esse, non ignoro, quibus lex adeò fauet, vt nolit eos 4

incer-

incertitudine vitiari, vt dotis. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. legati ad refectionem viæ publicæ. l. quidam in testamento. ff. de leg. ij. vel ad edifcendū artificium. l. Stichus. ff. de leg. iij. Alimentorum. l. si cui. ff. de annu. leg. l. cùm alimenta. ff. de ali. & cib. leg. Ecclesiæ pauperum, aut alterius cuiusuis piæ causæ fauor. Accur. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccles. & in l. si cui. ff. de annu. leg. Addunt generalius quidam ex æquitate canonica quancunque dispositionem incertam sustineri Archid. in c. sunt nonnulli. j. q. j. But. in c. ex parte. de deci. Qua in re amplius deliberandum censeo.

5 *d Pecuniæ.* Pecuniæ † verbum in stricta significatione, pecuniam duntaxat numeratam continet. l. j. ff. ad Maced. l. j. C. de proba. Paulò latius acceptum, res, quæ constant pondere, numero, vel mensura comprehendit. l. ij. §. creditum. & l. singularia. ff. si cert. peta. l. talis scriptura. ff. de leg. j. Quòd si ad latissimam significationem referatur, omnes res pecuniæ verbo veniunt. l. pecuniæ verbum. ff. de verb. sig. l. pen. §. fin. C. de const. pec. c. totum. j. q. iij. Cuius rei rationem in Miscellaneis prodidimus. In hoc extensissimo significatu pecuniæ nomen, Scriptoribus communiter ita exponentibus, hîc accipiendum est, vt sic velit Iul. Paul. siue promissa sit quantitas, siue species pœnæ nomine nostri text. traditionem obtinere. l. litigatores. §. j. ff. de recep. arbit. Cui sententiæ sunt qui opponāt absurdum. §. pro parte. l. in executione. Sed immerenter. cùm inconueniens illud volente stipulatore toleretur, creditori enim non inuito aliud pro alio solui potest. l. ij. §. mutui. ff. de reb. cred. Atqui hoc casu illi absurdo locus non erit: nisi stipulator consentiat. Finge enim te promisisse amplius non agere, & si ageres, domum, téque mortuo vnum ex duobus hæredibus experiri, competet mihi proculdubio exceptio ex stipulatione, qua agentem submonere possum, neque inuitus pœnam accipere cogor: licet, si dimissa viæ exceptionis malim pœnā petere, possim. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pac. quo tamen casu, ad pœnam agendo tacitè consentire videor, vt pars pœnæ ab hærede non implente, pars verò facti diuidui ab alio præstetur. Quare est, quod mihi soli imputetur. l. quod quis. ff. de reg. iur. c. si clericus. de præbend. in vj. Quod & diffusiore tractatu recentiores hîc explicant. *Pecunia verbum.*

6 *e Promissa.* Non igitur ex contractu debetur pœna, † nisi nominatim promissa sit. l. fina. ff. de præto. stipul. §. non solum. de verbor. oblig. in Instit. Sicut nec pœna legis alicui infligitur, nisi expressim imposita reperiatur. l. at si quis. §. Diuus. ff. de relig. & sumpt. fune. §. cùm igitur, de non elig. secun. nub. col. j. *Pœna quā do debeatur ex contractu.*

f Pro hæreditaria portione. Aliud respectu principalis obligationis, cùm indiuidua sit, & in indiuiduis hæredes singuli ex necessitate (quoniam in his diuisio non cadit) in solidum teneantur. l. ij. §. ex his, nisi ea solutione duntaxat indiuidua essent, vt obligatio in rem restitui. l. si duo. ff. deposi. in qua hæres pro parte tantum, qua hæres est, conuenitur: nisi fortè facultatem totius rei restituendæ haberet, nec faciat, quo casu in solidum condemnatur. l. iij. §. hæres. ff. commod. Itaque argumento dicti §. ex his. rectissimè creditum est, vt si pœna in indiuiduo facto consistat, vno hæredum contrafaciente in solidum singuli teneantur. Hinc porrò. §. Item si in facto. §. Quod si stipulatus. l. in executione, cæteráque omnia iura, quæ dicunt: vbi pœna adiecta est facto indiuiduo, si per vnum ex hæredibus promissoris contra fiat, omnes teneri, declarationem recipiunt: vt non singulos in solidum ad pœnam conueniri posse, sed vnicuique pro parte hæreditaria præstationem iniungi velint. Et hæc est veritas. l. inter cohæredes. §. quod si ex facto. ff. famil. ercisund. licet nouissimi contra. nam vtrobique Iurisconsultus dicit, & in d. §. quod si stipulatus, & in §. item si in facto, cæteros omnes cohæredes, quod præstiterint familiæ erciscundæ iudicio ab eo, qui contra fecerit. quòd si singuli in solidum tenerentur, vni tantum ad solidum conuento, non item aliis damnum sarciendum esset, & cùm iuris authores demonstrare volunt, ex pluribus vnumquemque in solidum obstringi, singulos in solidum teneri dicunt. l. ij. §. ex his. hoc *Hæredes quādo vno contra faciente tenea̅tur.*

titul.l.ij.ff.de duob.reis.§. ex huiusmodi.illo tit.in Instit. & cum simpliciter insolidum obligationem tantum pro rata intelligunt. l. ad ea. ff. de reg.iur. Vnde nequicquam nos mouerit.l.hæredes.§.in illa.ff.fam.ercisc und. dum insolidum committi stipulationem dicit: nam hæc verba Vlpianus bellissimè interpretatur, vt vnusquisque pro rata, hoc est, pro ea parte, qua hæres est cōuenia tur.d.l.ad ea.§. fin.ff.de reg.iur. † Porrò subintrat hîc altera difficultas, nam licèt cohæredes, qui 8 non prohibuerunt, non nisi pro hæreditariis portionibus teneantur: hoc tamen iniquum videtur, hæredem ex collegæ sui culpa in damnum vocari.l. fina. ff. ad Syllan.atque ita innocentē puniri,eúmque teneri, qui nihil mali fecit.l.supra iter. §.apud ferocem. ff. de aqua pluuia arcen. Quare æquius lex ipsa constituisset (vt prima fronte videtur) eum, qui contrà fecit ad solidam pœnam conueniri: quàm iter cohæredes omnes etiam innocentes, licet pro rata pœnam diuidere, cùm ille insolidum peccauerit, & pœna suos sequi debeat authores. l.sancimus. C. de pœn. nam & sic in lucro decisum est, vt si pluribus factum aliquod sub spe lucri committatur, vno solo faciente, is quoque solus lucrum consequatur.l.si ita fuerit seruus. §. quæstio. ff. de manu. testat. Lucri autem & damni, vt oppositorum eandem esse rationem conuenit. l. fina. ff.de leg.iij. Cæterum sic statuere lex necessum habuit, nec aliter potuit sine iniuria stipulatoris.l.sequ.§.fin.cùm à defuncto cœperit obligatio, cuius conditio ex hæredum persona non debuit immutari. l.ij. §. ex his. In eos igitur transfunditur pro rata obligatio, quæ in defuncto vna fuit: quo fit, vt vno contraueniente, cùm non nisi insolidum peccari possit, tantúmque damni vnius contrauentione stipulatori irrogetur, quantum si omnes contra facerent, quoniam testator ipse contra fecisse videtur, mero iure hæredes omnes (qui defuncti personam repræsentantes, pro vno habentur) incidant in pœnam.l.si necessarias.§.si vnus.ff.de pign.action. Solum autem qui contra fecit, pœnæ obstringere ipsum ius non potuit, cùm is defunctum pro parte duntaxat sua referret. l.cùm à matre. C. de rei vend. Ne autem resultaret aliqua iniquitas, adhibuit vulneri, quam potuit medelam: vt qui deliquisset hæres, cæteros indemnes redderet.l.ij. §. item si in facto.l. in executione. §. Quod si stipulatus. Ergo à cessante ratione, si ab hæredibus sumpsisset initium obligatio, hæres propter collegæ culpam, nullatenus teneretur.d.l.fin.ff.ad sylla.& dicto §.apud ferocem.

Heres ex collega sui culpa an teneatur.

g *Ab omnibus.* pro portione sua scilicet, pœna committitur.

h *Iter fieri.* Hoc est iri, ire licere, seu ineundi facultatem non impediri.l.j.ff.de his qui deiece.vel effude. †Nam Latino sermone, vt nemo nescit, iter facere, idem 9 est quod ire.l.j.§. Iulianus.ff.de itinere, actúque pri. & sexcenta Ciceronis loca demonstrant.†vnde hæc verba, *iter fieri*, contracto sermone loquendi sensum habent 10 eius stipulationis, per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat. Sicuti cùm stipulor habere licere, perinde est, atq; si stipularer, per te non fieri quominus mihi habere liceat.l.stipulatio ista.in prin.& §.hi qui.hoc tit.l.habere licere. ff.de euict. l.habere duobus.ff.de verb.sig.vt probatius mihi sit nō his verbis itineris seruitutē significari, sed merū & simplex factum, vt ire liceat ad certū locum, neq; per promissorē contra fieri. hanc siquidē stipulationē.§.noster.facti esse dicit:atqui in seruitutibus non factū,sed ius vertitur. Et cùm de seruitute itineris lex agit,nō verbo fieri,sed cōstitui,aut dari, vtitur.l.si vnus ex sociis.l.via cōstitu.ff.de ser.rust.præd.

Iter facere.

Iter fieri seruitus.

h *Vel non fieri.* In antiquis,& inemendatis libris, hæc verba adiecta deprauatè legebantur: cùm recentiores & castigatiores codices ea & meritò non habent, attestante etiam ipso Angelo Politiano in Miscell. qui Laurentij medici iussu, ex ipso archetypo literam huius §.Cato, excerpsit. Non dubitandum igitur, quin hæc verba subdititia sint, & adulterinè supposita, quæ tamen dici potest ab interprete aliquo non temerè inexploratéue addita fuisse. Sed vt palam faceret stipulationem (iter fieri) breui sermonis compendio illam comprehendere, per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat.

i Atsi de eo. Scilicet, facto.

k Quod. Factum, scilicet, vt interim expositionem Accurs. reiiciendam moneam, qui infantilirer nimis quod, pro quia exponit: neque enim quod coniunctio est, hoc loco, sed ad factum refertur.

11 *l Diuisionem recipit.* Facta † sui natura, indiuidua sunt. l. stipulationes non diuiduntur. vers. idem puro. & l. in executione. §. j. l. fideicommissa. §. pen. ff. de leg. iij. quòd ex continuatione recipiant formam. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falcid. & forma sectionem non admittat, fortioremque rationem habet respectu principalis obligationis, ne solutionem in diuersis rebus fieri contingat, quod lex horret. l. in executione. §. pro parte. Cùm autem in factis obligatio succedat, in id quod interest. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. si pars facti præstari posset, in parte non soluta ad æstimationem in pecunia numerata, deueniendum esset. d. l. stipulationes. in fi. princ. Respectu verò stipulationis pœnalis, quoniam nisi in solidum peccari non possit, vt hîc. Atque ideo, vno ex hæredibus non faciente, non in partem, sed in totum contra fiat, tantúmque eius contrauentione damni stipulator sentiat, quantum si omnes contrafacerent. l. idem iuris, & l. in executio- *Facta cur indiuidua.*

12 ne. §. quod si stipularus. † Hoc, cùm cessat factum diuiduum, leges dixerunt, vt Amplius non agi, & Rem ratam haberi. in vtroq; enim vnus hæredum contrauenniens, non nisi in partem stipulatori præiudicat, vt hîc Iul. Paul. ostendit.

m Amplius non agi. Ex testamento: puta, deposito mutuo, aut alia actione, siue ea ad quantitatē, siue ad speciem, Stichum videlicet, fundum, domum, vel equum agatur. Nec nos mouerit, quòd tunc incidere possimus in absurdum. §. pro parte, vt in diuersis rebus partes soluantur: pars speciei scilicet ab eo, qui impleuit, & pars pecuniæ, pœnæ nomine, siue eius quod interest ab eo, qui contrauenit. Nam hoc non continget, nisi volente stipulatore, in cuius potestate est agentem conuentionis exceptione repellere. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. quo casu inconueniens. §. pro parte, non consideratur. Illud enim lex horruit in fauorem stipulatoris, cui volenti nulla fit iniuria, sicut dicimus, cùm ei non inuito aliud pro alio soluitur. l. ij. §. mutui. ff. de reb. cred. *Facta diuidua.*

n Pœnam committere. Hoc est, in pœnam incidere. l. sequenti. §. vlt. Atque hinc *Pœna quā do cōmittatur.*

13 clarè colligitur, † pœnam facto diuiduo subditam, contra non facientem, pro portione sua hæreditaria, tantum committi. Quo & aliud Iul. Paul. responsum explanatur, dum illo docuit in stipulatione rem ratam haberi, solum hæredem teneri, qui non habuit ratum. l. inter cohæredes. §. si stipulatus. ff. fam. ercisc. intelligēdum enim est ex hoc text. vt non insolidum, sed pro parte sua duntaxat teneatur: neq; enim sustinet personam defuncti in aliis partibus, respectu quarum non hæres, sed extraneus intelligitur. l. cùm à matre. C. de rei vendi. In pœna adiecta dationi diuersum. Ea nanque cōmittitur contra omnes hæredes pro rata, vno tantum non dante. l. v. §. fi. & l. in executione. §. item si ita. qua de re dico in dicto §. fin.

o Rationem. Differentiæ rationem hanc breuiter ex verbis iurisconsf. colligo, quia cùm pœna est subdita facto indiuiduo, sub conditione promissa intelligitur: si contra fiat. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ab vno autem in partem contra fieri non potest. l. in executione. §. quod si stipulatus, neque enim, vt Iul. Paul. hîc docet, in factis indiuiduis, nisi insolidum peccari potest. vno itaque hæredum contra faciente, omnes tenentur: pro portione tamen hæreditaria, tanquam conditio stipulationis hæreditariæ extiterit, d. §. quod ex facto, in factis verò diuiduis, quoniam in partem peccatur, qui contra facit, solus & pro parte sua tenetur.

p Peccari non poterat. Veteres Codices vidi, & alios plerosque recens excussos, in quibus hæc, & sequentia verba aliter leguntur, in hunc scilicet modum: *Præstari non potuerit, vt in illa stipulatione per te non fieri quominus mihi ire agere liceat.*

q Per te non fieri. Quam ante celeriori locutione, *iter fieri*, vocauit, hîc extensè & magis explicatè appellat, *per te non fieri quominus mihi ire agere liceat.*

r Sed videamus. Hactenus Cato rationem vtcunque imperfectam relinquens, neq; enim eã, nisi de facto indiuiduo proposuerat. Nunc Iul.Paul.author huius §. explicatius, & perfectius loquitur, breuiter docens stipulationem Amplius non agi, magis similem stipulationi, rem ratam haberi, quàm stipulationi, Iter fieri, seu per te non fieri, quominus ire mihi & agere liceat.

Ornata locutio.

s Ne non. Hoc † ornato loquendi modo à Iurisconsultis etiam frequentato, 14
proposita dubitatio deciditur, vt & alibi apud eundẽ Paulum, *Videamus ne nil tibi debeam.* l.venditor ex hæreditate. §. j.ff. de hæred. vel actio. vend. & apud Vlpian. *Videndum nunquid non debeat pro iudicato haberi.* l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. sic & in l.in rebus, in fin.prin.ff.commod.in l.cum fundus. §. seruum tuum.ff. de reb.cred. & in sexcentis aliis locis iuriscõsul. Hac igitur elegãti dubitationis figura decidit iurisconsul. ex duabus stipulationibus, quas proposuerat, iter fieri: scilicet, quam postea per te non fieri nuncupat, & amplius non agi, posteriorem magis similem stipulationi rati, quàm stipulationi, iter fieri.

t Idem sit hîc. In stipulatione: scilicet, Amplius non agi, cuius postremo loco meminerat, quámque Cato exequutus non erat. Planè nemo nescit, nisi omnino Latini sermonis expers, secundo loco propositum, pro nomine hîc venustissimè enunciari proferrique.

v Ratum habiturum. Quam stipulationem constat diuiduam esse, vt iam demonstratum est.

x Et Paul. respondit non esse. Hæc verba adulterina sunt: vnde nec in Florentinis Pandectis, nec in aliis emẽdatis Codicibus leguntur, & tametsi Codicũ omnium deesset authoritas, verisimile vnicuique fieri debet: cùm hæc constitutio sit Pauli, qui de seipso non diceret, Paul.respondit. Sed dicebã, aut ad alium modũ, non ad alterius, sed ad suiipsius personam relatã responderet: huius meæ sentẽtiæ authorem præclarum habeo Politianum, qui (vt iam diximus) totam hanc legem ad vnguem exscripsit de Pandectis, quæ olim fuerunt Pisanæ, nunc Florentinæ sunt.

y Nam hac stipulatione. Confirmat hîc decisionem Iul.Paul. quòd scilicet dixit, stipulationem amplius non agi, affinitatis plurimum habere, quàm stipulatione rem ratam haberi: vt enim, inquit, in hac stipulatioue rati solus hæres, qui ratum non habuerit, tenebitur, solúsque experietur, à quo fuerit petitum, idem iuris erit in stipulatione, Amplius non agi.

z Et solus tenebitur. Ex hæredibus promissoris, qui rem ratam haberi sub pœna promiserat, solus, inquam, & pro portione hæreditaria ad pœnam conuenietur.

a Et solus aget. Ex hæredibus stipulatoris, qui rem ratam haberi sub pœna stipulatus erat, si enim ab vno hæredum stipulatoris aliquis ex hæredibus promissoris egerit, minimè ratum habens, quod defunctus promiserat, atque ita contrauenіens stipulationi, Titium hæredémque eius ratum habiturum à defuncto Titio interpositæ, solus aget ad pœnam is, à quo fuit petitum, quòd is tantummodo sit offensus, aduersus quem ratum habitum non fuit.

Obligatio quãdoque mutatur ex hæredũ persona.

b Quãuis. Antipophora vtitur hîc Iurecõs. tacitã obiectionẽ remouens: quippe videretur, quòd cùm dominus pro parte tantũ ratum habẽdo, in totã incidat pœnã, sic etiã vno ex hæredibus, licet pro parte non ratũ habente, pœna aduersus oẽs
cõmitteretur, sed in hæredibus diuersum statuit lex: † cùm obligatio, quæ vna fuit, 15
defuncto inter hæredes per l.xij.tab. diuisa sit. l.ea quæ. C.fa.ercis. atq; ideo immutetur ex hęredũ persona cõditio obligationis, vt in l.ij. §. ex his diximus. nam & idẽ in legatario, & eius hæredib[9] respõsum est: licet enim ille partẽ legati acceptare, & alterã respuere nequeat, hęredes tamẽ eius possunt. l.legatarius. in prin. ff. de leg. j.

c Ipse dominus. Id est, principalis promissor.

Ratum an pro parte dominus habeat.

d Non possit. Sed contra, † quòd imò dominus pro parte ratum habeat, de l.si 16
procurator. ff. rem rat. hab. quo loco Põponius tradit, si dñs pro parte ratũ habuerit, pro parte non habuerit, nõ vltra, quàm in partem cõmitti stipulationẽ ratam,

rem

rem dominum hæredémve eius habiturum, à procuratore interpositam. Sed ille, text. in eo quod interest loquitur, nos in pœna. Differentiæ ratio, aliis neglectis, hæc mihi videtur, quia id quod interest: cùm condemnatio in eò redigatur ad pecuniam numeratam, diuiduum est. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. Si ergo pro parte tãtum stipulatoris intersit, non in plus committetur stipulatio: in pœna diuersum, in qua nõ quærimus, an intersit. l. idẽ iuris. & l. stipulatio ista. §. alteri. Proinde committitur pœna in totum, tametsi pro parte duntaxat præiudicetur stipulatori. Quocirca, si in specie. d. l. si procurator, promisisset procurator dominũ ratum habiturum, sub pœna, nec nisi pro parte dominus ratum habuisset, insolidum tamen stipulatio ad pœnam committeretur. Idque creberrimè receptum est.

§. SI IS QVI DVPLAM.

1 *Dupla quid.*
2 *Duplæ stipulatio quando committatur.*
3 *Duplæ cautio quando in contractu veniat.*
4 *Agitur quandoque ad factum, pro parte.*
5 *Fructuaria cautio.*
6 *Damni infecti stipulatio.*
7 *Nunciatio noui operis.*
8 *Restitui peculiaris significatio.*
9 *Vtilitas, quid in Iure.*
10 *Autem, dictio.*
11 *Nouè explicatus hic §.*

Si is qui duplã[a], stipulatus est, decesserit pluribus hæredibus relictis, vnusquisque ob euictionem suæ partis[b] pro portione sua[c] habebit actionem[d]. Idémque est in stipulatione quoque fructuária[e], & damni infecti[f], & ex operis noui nunciatione[g]. Restitui[h] tamen opus ex operis noui nunciatione pro parte non potest[i]. Hæc vtilitatis causa[k] ex parte recepta sunt[l] stipulatorum. Ipsi autem promissori[m] pro parte neque restitutio[n], neque defensio[o] contingere potest[p].

a DVplam. Si res pretiosa vendatur, margarita fortè, vestis serica, vel
1 quid aliud non contemptibile, oportet † duplam emptori à vendito- *Dupla.*
re promitti, hoc est, duplum pretij, si res euincatur. l. emptori. ff. de euictio. Idémque in venditione serui citra discrimen, an pretiosus sit necne: idque propter hominum dignitatem. l. iustissimè. ff. de ædilit. edict. Differentia tamen est inter duplam, quæ de re pretiosa, & eam, quæ de seruo vendito promittitur: nam hæc ab ædilitio edicto, illa à iudice venit. l. seq. in fin. princ.
2 † Committitúrque tũc stipulatio duplæ, cùm res restituta est euincenti, vel dam- *Dupla stipulatio,*
natus est emptor in litis æstimationem, vel possessor ab emptore conuentus abso- *quando cõmittatur.*
lutus est. l. euicta. §. j. ff. de euictio. Licet autem stipulatio duplæ interposita non sit, ex empto tamen emptor agere poterit, dupliqúe reus condemnabitur. l. quod si
3 nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edict. l. ij. ff. de euictio. † In aliis rebus, non pretiosis *Duplæ cautio, quãdo*
venditis, nõ venit duplæ cautio, ex natura contractus, nisi de ea nominatim con- *veniat.*
uentum sit d. l. emptori

b Ob euictionem suæ partis. Sequutam, subaudi: nam antè stipulatio duplæ non committeretur. l. euicta. §. j. ff. de euictio.

c Pro portione sua. Habet actionem vnusquisque hæredum stipulatoris pro parte sua, siue ad duplum illud pretij, de quo cautum est, agatur: vbi enim stipulamur pecuniam, si quid factum fuerit, vel non fuerit, diuidirur in hoc genere stipulatio. l. stipulationes non diuiduntur, ad fi. prin. siue ad defensionem, vt scilicet hæredes venditoris subsistant, venditionem defensuri. l. j. C. de excep. l. ea quæ. C. famil. ercis. quo tamen casu, hæredes venditoris, omnes insolidum conueniendi sunt, & licet vno duntaxat defugiente, reliqui tenerentur, quòd non videatur res defensa,

quæ non insolidum sit defensa.l. ex clausula. ff. iudica.sol. vnicuique tamen pro parte hæreditaria præstatio incumbit.l.in executione.§.insolidū.& l. cùm ex causa.† Erit itaque hîc speciale, vt ad factum, pro parte agatur contra.l. in executione.§.j.quod *vtilitatis causa*,hoc est,contra stricti iuris regulas,vt seruiamus voluntati contrahentium,receptum esse mox refert iurisconsul. 4

Factum quandoq; petitur pro parte.

d *Habebit actionem.* Familiariter explicanda veniunt hæc verba satis obscura. Finge igitur, te mihi vendidisse Tusculanum fundum, centum, méque stipulatum duplum precij, si non defenderetur venditio,aut hunc fundum tertius euinceret,euictúmque tādem me mortuo, duobus aut pluribus hæredibus relictis per Titium petitorem:hic dicitur,singulos hæredes meos, pro portionibus hæreditariis actionem habituros ob euictionem partis suæ. Itaque cùm centum pretium fuerint, & duplum pretij stipulatus sim, si res non defenderetur, & per tertium euinceretur, re ab hæredibus meis euicta,ager quisque (si duos duntaxat hæredes reliqui) ad centum: sed & ad defensionem vtilitatis causa receptū est,vt pro parte agere possint,licet promissori defensio pro parte contingere nequeat, vt in fi. dicitur.

Fructuaria cautio.

e *Fructuaria.* † Habet hæc cautio (quæ cùm à fructuario præstari debeat, fructuaria appellatur) duas causas.hoc est, de duobus fructuarium cauere oportet, in primis boni viri arbitratu perceptum iri vsumfructum, hoc est, non deteriorem causam vsusfructus se facturum, cæteráque facturum,quæ in re sua faceret. Deinde cùm vsusfructus ad eum pertinere desinat, quod inde extabit,restituturum.l.j. in prin.& §. cauere.ff. vsusfr. quemad.ca. Docet hoc loco iurisc. idem in stipulatione fructuaria, quod in dupla, dicendum. si enim tibi fortè à patre meo Tusculani fundi vsusfructus relictus sit, cautionémque duas illas causas continentem mihi præstiteris, & contingat te contra boni viri morem vsum,quia fortè arbores fructiferas excidisti, culturam neglexisti, operáque rustica, quæ suo quoque tempore facienda sunt, non curasti, me mortuo duobus hæredibus relictis, cùm desinet vsusfructus ad te pertinere, habebit vnusquisque hæredum actionem contra te pro parte sua: commissa namque est stipulatio respectu deteriorationis in id quod interest, cuius petitio, æstimatio & condemnatio, ad pecuniam numeratam redigitur.l. si quis ab alio.§.fin.ff.de re iudic. in quo genere stipulationem diuidi constat.l.stipulationes non diuiduntur.in fi. princ. 5

Dāni infecti stipulatio.

f *Et damni infecti.* Quæ † cautio petitur,non quia iam damnum datum sit,sed vt ne detur: veluti, si domus tua mihi vicina tam vitiosa, putridáque sit, vt ruinam minetur,iudicis officio implorato cogeris solenni stipulatione cauere damni infecti nomine,hoc est, te sarciturum damnum,quod ex ruina vel ædium vicio continget. Quæ stipulatio damni infecti appellata, in id quod interest committitur.l.prætoris.§.fin.& l.in hanc.ff.de dam.infec. Ideóque scinditur inter hæredes stipulatoris.l.ij.§.incertam.ff.de præto.stipul.ratione,qua iam sæpe sum vsus,ex d. l.stipulationes,quia in eo genere diuiditur stipulatio. Quocirca singulis pro parte sua agentibus, tantum præstabitur, quanti vniuscuiusque intererit.l. stipulatio. §.fina.ff. de noui ope.nuncia. 6

Nunciatio noui operis.

g *Et ex operis noui nunciatione.* † Tibi ædificanti si nouum opus nunciauerim, non vltrà procedes ad ædificium, quàm si caueris te demoliturum opus, si appareat te cōtra ius ædificasse,hæc stipulatio noui operis nunciati dicitur,ante quam interpositam quicquid ædificaueris, interdicto restitutorio destruere cōpelleris. l.non solum.§.fin.l. stipulatio.in princ.§.j.ff. de no.ope.nuncia.cùm in id commissa stipulatio, vt opus scilicet boni viri arbitratu destrueretur, & si non faceres, in id quod interest tenereris,si hoc stipulator ipse maluerim.d.l.stipulatio.§. siue autem. In hac quoque stipulatione constitutum dicit Paul. vnumquenque hæredum pro portione sua actionem habiturum, vt opus demoliatur, quod vtilitatis causa receptū esse, statim dicit iureconsult.licet non contingat liberatio ex parte 7

promisso-

promissoris, aut hæredum eius, operis parte extructa, vt mox subiicit, & in l.ij.in princ.ff.de præto.stipula.

8 *h Restitu.* †Id est destrui, peculiari, sed frequentata locutione Iurisconsultis, qui verbum restituere, pro destruere, in tractatu præsertim noui operis nuntiati, non semel vsurpant.l.prætor cum suis §§.ff.de nou.oper.nuncia. *Restituo, id est, destruo.*

i Pro parte non potest. Agere potest pro parte vnus ex hæredibus ad demolitionem, quod vtilitatis causa receptum esse statim dicit Iuriscon.& tamen non nisi in totum destrui potest opus, vt stipulationi satisfiat.l.stipulatio.§. quæsitum.ff.de no.oper.nunc.ne in diuersis rebus solutionem fieri contingat.l.in executione.§. pro parte. Posset autem euenire, vt partes diuersarum rerum soluerentur, cùm ob moram promissoris non demolientis id quod interest, si magis hæredi petitori placeat, peti & exigi possit.d.l.stipulatio.§.siue autem. Proinde vni hæredum satisfieri contingeret in pecunia. & alter in operis destructione, quod lex horret.d.§.pro parte.

9 *k Vtilitatis causa.* †Elegans loquendi modus, & Iurisconsultis peculiaris, cùm nonnihil constitutum significare volunt, ad tuendam ciuilem hominum societatem, contra stricti iuris regulas, vt contrahentium voluntati maximè deferatur, *Vtilitatis*(inquiunt)*causa*, aut, *propter vtilitatē receptum est*.l.oratione.ff.de ser.l.seruitutes.§.si sublatum.ff.de serui.vrba.l.sed an viæ.ff.de pign.&.l.seruum.ff.rem pupil. sal.for.l.ita stipulatus.§.idque.hoc tit. Nec dissimile est admodum quod Iustinianus scribit, ne facultas probationū angustetur propter necessarii vsus vtilitatem, Hæreticorum testimonia sine vlla distinctione permitti.l.quoniam.C.de hæret. vt interim Bart. Ang.& sequacium futilem & ineptam expositionem reiiciamus, qui hæc verba(vtilitatis causa)exponūt, id est, gratia consequēdi id quod interest. *Vtilitatis causa.*

l Recepta sunt. Quoniam stricto iure hæredes stipulatoris pro parte agere non possent, cùm in duabus ex prædictis stipulationibus factum indiuiduum deductū esset in obligationem, in dupla, scilicet, defensio, & opere nouo nunciato demolitio, ad quod regulare est: vt non nisi insolidum agi possit, cùm nec pars præstetur.l. in executione.§.secunda, hoc tit.&.l.fideicommissa.§.pen.ff.de leg.iij.

10 *m Ipsi autem promissori.* Dictio†(autē) qua plus æquo scriptores hîc turbantur, coniunctio est ordinis subiunctiui collocata frequenter, vel ipso Valla in ij.docente, vt sententiam tantum à sententia distinguat. Eam doc. nostri, & in iure & in facto præcedentibus aduersari volunt.l.hoc amplius.§.j.ff.de dam.infect. Quod & 11 hîc fieri aduersus eos dilucidè palam feci, apertiúsque statim dicā.† Huius itaque versiculi breuiter hic est sensus: vt licet in dupla, & nouo opere nunciato ad factū defensionis, & destructionis vtilitatis causa vnusquisque hæredum pro parte agere possit, promissor tamen pro parte, neque possit destruere, neque defendere: & ita partem præstando liberari, cùm restitutio & defensio sectionem in solutione non admittant.l.stipulatio.§.penult.ff.de no.ope.nunc.l.cum ex causa, hoc tit. & l.ex clausula. ff.iudi.sol. *Dictio autem.* *Nouus sensus.*

n Restitutio. Id est, destructio operis noui. verbum quippe restituere apud iurisconf. vt ante dixi, pro destruere non semel ponitur.

o Neque defensio. In causa euictionis.l. cùm ex causa. restitutionem autem ad nouum opus, & defensionem ad causam euictionis constringo, neque ad alios casus refero, quod in cautione fructuaria, & damni infecti, neque de operis destructione, neque de rei defensione tractetur.

p Contingere potest. Cùm tamen respectu hæredum stipulatoris destructio noui operis in stipulatione operis noui nūciati, & defensio in causa euictionis pro parte contingat, vt ostendimus: sicque aduersatur hic versi. superioribus in iure, nedum in facto, tametsi alij contra. Et ita facilè, aduersus tamen aliorum sententiam est tibi adamussim declaratus hic §. quē nonnulli æquè difficilem ac §. cato. prædicant. IOAN. CORAS. XXII. SEPTEMB. M. D. XLV.

L: STIPVLATIONVM. II.

1 *Stipulationum quot species sint.*
2 *Iudiciales stipulationes.*
3 *Merum imperium, ius, & factum.*
4 *Cautio iudicialis.*
5 *Aediliciæ actiones.*
6 *Iurisdictio.*
7 *Reus.*
8 *Stipulatio, an propriè contractus.*
9 *Communis stipulatio.*
10 *Iudicialis, & prætoriæ differentia.*

V. POMPONIVS.

Stipulationum[a] aliæ iudiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes[b], prætoriæ & iudiciales. Iudiciales sunt[c], quæ duntaxat à mero iudicis officio[d] proficiscuntur, veluti de dolo cautio[e]. Prætoriæ[f], quæ à mero Prætoris officio[g] proficiscuntur, veluti damni infecti[h]. Prætorias autem stipulationes sic exaudiri[i] oportet, vt in his contineantur etiã ædilitiæ[k]. Nam & hæ à iurisdictione[l] veniunt. Conuentionales sunt, quæ ex conuentione[m] reorum[n] fiunt, quarum[o] totidem genera sunt, quot penè dixerim rerum contrahendarum[p]: nam & ipsæ[q] ex verborum obligatione fiunt[r], & pendent ex negotio contracto. Cõmunes[s] sunt stipulationes, veluti, *rem saluam fore[t] pupillo*: nam & prætor iubet rem saluam fore pupillo caueri, & interdum iudex[v], si aliter expediri hæc res non potest. Item duplæ stipulatio[x] venit à iudice[y], aut ædilitio edicto[z].

Stipulatio nũ species. Ottoma. 128.

STipulationum a. Hîc ponitur altera diuisio stipulationum.

b Aliæ communes. Ergo† quatuor sunt species stipulationis in genere cõsideratæ. §.j. de diuis. stipu. in Inst. Licet prætoriarum tres sunt duntaxat l.j. ff. de præto. stipul. In quarum declaratione nõ sequar vulgarem illam scriptorum quorundam differentiam, seu potius errorem: an principaliter vel incidenrer iudex adeatur: hoc enim contingit ex accidenti meritò non attendendum. l. siquis posthumos. ff. de libe. & posth. Accur. in l. vendicatio. ff. de rei vendic. Sequemur itaque genuinam stipulationum naturam, cum iurisconsulto sacris prophana nullatenus miscentes. 1

Iudiciales.

c Iudiciales. Alia ratione stipulationes quãdoque dixit † iudiciales Vlpianus, quòd propter iudicium interponerentur, vt ratũ fiat l.j. §.j. ff. de præto. stip. sed illud in stipulationibus prætoriis, nos hîc agimus de stipulationibus in genere consideratis, sub quibus & prætoriæ continentur. 2

Merum

d Mero † iudicis officio. Id est, puro & simplici, actioni accusationíve, aut edicto authoritatíque prætoris non admixto, sed ab ea protinus separato. Nam & ad hunc sensum dixerunt iureconsulti merum imperium pro eo, quod à iurisdictione seiunctum est. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudic. Meram pœnam, pro ea quæ ei quod interest, non est permixta, nullámque continet rei persecutionem. l. vnic. §. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. Merum ius gentium, quod est ab omni alia lege segregatum. l. bona fides. ff. depos. & merum factum, quod darionis nullam habet mixturam. l. qui res. §. mihi Romæ. ff de solutio. & meram voluntatem pro ea, quæ ab omni æquitate, & iustitia seiuncta est. l. si sic, in princ. ff. de leg. j. Hoc sanè Merum Iudicis officium nostrates interpretes Nobile vocant Barr. & alij in l.j. ff. de iurisd. omni. iud. Addentes Mercennarium, & Aduersarium: cum nullum horum in iure legatur, ego alibi ostendi quod illi Nobile dicunt, à Iurisconsultis Merum atit Extraordinarium iudicium dici, & quod Mercennatium vocãt, Mixtum purius appellari: quasi actioni coniunctum permixtúmque. Porrò verò quandoque descendunt huiusmodi stipulationes ex edicto prætoris: cæ- 3

cæterum

terum quia spectare possunt ad notionem & officium cuiusuis iudicis, non ideo minus iudiciales cēsentur.l.si cum exceptione.§.quod si homo.ff.quod met.caus. vt in cautione,de dolo mox dicemus.

4 *e De dolo† cautio.* Quam quicunque iudex etiam delegatus, vbi legitima suspicionis causa subest,interponi iubet à reo, qui alioqui nullo iure, nullaque obligatione,ad promittendum actori tenebatur: vt puta,cùm creditor pignus reddit, veluti prædium pignoratum,debet quippe stipulatori promittere de iure prædij, id est,de seruitute.l.creditori.ff.de ope.no.nunc.ne fortè cessante vti creditore, seruitus amissa sit.l.creditor.ff.de pigno.actio.Huic item stipulationi locus est,si reus actione in rem conuentus pendente iudicio serui,de quo agebatur, vsucapionem compleuerit,& victus sit.Ideóque seruū actori tradere debeat, etenim periculum est ne factus dominus, eum pignorauerit, vel manumiserit.l.si post acceptum.ff. de rei vendicar.§.j.de diuisio. stipula. Nec hanc duntaxat (licet eius tantùm meminerit Pompo.) iudicialem esse putes. Sed & aliam quamcunque, ad quam interponendam ex iusta causa iudex condemnationem facere potest, veluti, in iudiciis bonæ fidei, si nondum pecuniæ præstandæ dies venit, debitórque non soluendo efficiatur.l. in omnibus.ff.de iud. Vel cum soluto matrimonio mulierem cauere iudex iubet, marito,qui damni infecti nomine cauit.l.cùm mulier.ff. sol. matr. Et generaliter vbicunque æquitas suggerit, quæ iudicem semper mouere debet, etiam in casu à lege non prouiso, vt cautionem iubeat interponi.l. quod si ephesi.ff.de eo quod cert.lo. Exempla autem dispositionem non restringunt, in hac.l.præsertim, à qua omissa pleraque per Imper.in tit. de diuis.stipu.& alias. ll.supplentur. *Iudicialis cautio.*

f Prætoriæ. Quæ & iterum subdiuidūtur.Quædam enim sunt iudiciales, quædam cautionales,aliæ communes: explicatæ omnes ab Vlpiano accuratè,in.l.j.ff. de prætor.stipulatio.

g Mero prætoris officio. Hoc est,puro simplicíque eius edicto non admixto iudicis iurisdictioni,sed ab ea prorsus separato, quod prosequere, vt antè mox dixi,de mero iudicis officio. *Merum.*

h Damni infecti. Naturam huius stipulationis explanaui in §.fi.legis præcedentis.Quam à mera prætoris iurisdictione profectam, præter hunc text.cōmonstrāt leges omnes.tituli.ff.de damno infect.Et ratio manifesta: quia prætor qui eam iurisdictioni suæ reseruauit,non etiam alius iudex potest eam cautionem iubere, & imperare.l.iiij.§. duas.ff.de damn.infect. adeoquidem vt nō nisi summis premātur necessitatibus, aut allatura sit mora periculum,possit eam alteri demandare, huiuscemodi stipulatio est,& ea, quæ legatorum dicitur.d.§.j.de diuisio.stipula. qua hæredem oportet legatario sub conditione repromittere etiam datis fideiussoribus,legatum vbi conditio extiterit præstitum iri.l.j.ff.vt lega.no.ca. *Dāni infecti cautio.*

i Exaudiri. Id est intelligi.l.j.in princip.& l.quicquid astringendæ.§.fin.

5 *k Aedilitiæ.* In numero prætoriarum stipulationum habentur† & ædilitiæ.Nā & hæ à prætoris iurisdictione proficiscantur, vt hic, & edictum ædilium curulum factum sit,portio iuris prætorii ac cohæreat edicto amborum prætorum vrbani,& peregrini: quibus omnibus iuris constituendi potestas præcipua data est.§. prætorum,de iure nat.in Instit. Est autem iis ædilitiis cautionibus locus, cùm mancipia vēduntur,repromittere quippe venditorem oportet,sed si quid occulti vitij morbiue in seruo vendito inuentum fuerit,duplum (verbi gratia) præstaturum.l.si venditor.& l.ita que.ff.de ædil.edict. *Aedilitia stipulationes.*

6 *l Iurisdictione.* †Id est,prætoris edicto: in qua significatione frequentissimè apud Iurisconf. iurisdictionis verbum offendimus.l. quamuis. ff.de in ius vocan.l. j.§.an autem.ff.de postul.l.postquam.§.imperator.ff.vt leg.no.ca. *Iurisdictio.*

m Conuentione. Hoc est, neque iussu prætoris,neque iudicis,sed ex simultanea vtriusque partis voluntate.§.conuentionales.de diuis.stipula.in Instit. *Conuentionalis.*

Reus.

n Reorum. †Id est, contrahentium seu litigatorū.Cic.in ij.de Orator, Reos, inquit,non modò eos appello,qui arguuntur, sed & omnes de quorum re disceptatur: inde rei stipulandi & promittendi.l.j.& toto tit.ff.de duo.re. 7

o Quarum. Stipulationum conuentionalium,scilicet.

p Rerum contrahendarum. Hoc est,rerum super quibus contrahi potest, vt interim exclusæ sint res sacræ,religiosæ,publicis vsibus destinatæ,liberi homines,& cętera id genus de quibus non contrahitur.l.si in emptione.§.hominem. & .l.liberi. ff.de contrahen.emp.Ideo nec super his stipulatio concipi potest.l.inter stipulantem.§. sacram. Habes de his rebus, & negotiis confici stipulationem, super quibus contrahi potest, vt hoc text.probatur. † sed & amplius,vt quidam putant,stipulationem propriè cōtractum non esse:cùm hæc inter se similia dicat hic Pomp. & nullum simile idem sit.l.quod neruam.ff.depo,c.capitalium.de rescrip. Et quoniam contractum propriè vocamus, qui vltrò citróque obligat.l.Labeo.ij.§.contractum.ff.de verb.signi.Sed hæc est nimia iuris subtilitas, strictissimique iuris rigor,sub cuius authoritate dicebat Celsus adolescens perniciosè nonnunquam errari.l.si seruum,§.sequitur. Ergo cum iurisconsf.& aliis iuris authoribus non verebor stipulationem contractus nomine exornare.Quamuis non ignorem,hoc contrahendi genus magis ad firmādas alias obligationes, quàm propter se proditum, vt ex Iulio Paulo in v.sentent.in rub.docui. Nec hic similitudo aliqua inducitur inter stipulationem & cōtractus, sed traditur duntaxat certa regula diffiniri non posse conuentionales stipulationes, totidem quippè sunt, quot res super quibus contrahi potest. 8

Stipulatio an propriè cōtractus.

q Nam & ipsæ. Stipulationes.

r Ex verborum obligatione fiunt. Hoc est ex conuentione partium solennibus verbis facta oriuntur,& robur accipiunt,atque ita ex contracto negotio pendent, id est ab eo quod à partibus gestum est,proficiscuntur, sicut & cæteri contractus. l.si stipulatus.de vsur.l.qui pendentem.ff.de act.emp.

s Communes. Alio respectu dicuntur communes, quæ sub prætoriis continentur.l.j.§.communes.ff.de præto.stipul.

t Rem saluam fore. Prætor eum,qui tutor,aut curator constituitur datis fideiussoribus cauere iubet saluas,incolumes, & integras res eorum fore,qui in tutela ipsius & curatione sunt.l. de die.§.tutor.ff. qui satisd. cogan.§.j. de satisd. tuto. Quo loco excepit Imper.ex tutoribus testamentarium,& ex inquisitione datum,quod hunc idoneum esse, vel ipsa magistratuum inquisitio argumento sit. Illum verò fidum ac diligentem futurum in administrando, testatoris testimonio satis sit probatum.d.§.j.& l.j.& ij.& iij.C.de tut.qui non satisd. Extat de hac stipulatione *Rem pupil.sal.fo.*hoc eodem libro specialis tractatus.

Cōmunis stipulatio.

v Interdum iudex. Atque† ideo dicitur cōmunis hæc stipulatio,hoc est, & prætoria,& iudicialis,quoniā ex prætoris iurisdictione & iudicis officio simul nōnunquam pendet,cùm,scilicet,res aliter expediri non poterit, vt hîc,& §.fin. de diuis. stipula.verbi causa, cùm ante satisdationem præstitam debitor pupilli conuentus à tutore, iudicium suscipere recusat, quòd needum tutorem alleget satisdedisse. tunc enim quia aliter non potest procedere iudicium, aditus iudex tutori iubebit,vt satisdet debitori pupilli, *Rem pupilli saluam fore:* & ita inuenietur hæc stipulatio cōmunis iurisdictioni prætoris & officio iudicis: ex iurisdictione nanque prætoris ea res in vniuersum descendit, iudex præterea vt procedat iudicium, hæc fieri procurat. 9

x Duplæ stipulatio. Cuius vim in.§.fi.legis præcedentis explicuimus.

y A iudice. Iubet iudex à venditore rei pretiosæ duplam emptori repromitti. l.emptori.ff.de euict.

z Ab ædilitio edicto. Per edictum ædilium curulium, quod pars iuris prætorij esse probauimus,etiam de seruo vendito emptori venditor cauere iubetur, dicta l.em-

l.emptori.§.j.& l.quòd si nolit.§.quia assidua.& l.quæro.§.item quæro,& §.fina.ff. de ædil.edic. Cùm itaque in hac stipulatione interdum iubeat prætor, interdum iudex, in numero communium habetur. Idem in stipulatione, Ratam rem dominum habiturum, licet hoc Pomponius hîc non exprimat. §.finali, de diuis.stipul. in Institu. Quoniam prætor alieno nomine agentem satisdationem præstare iubet. Et si contingat aliquem vt procuratorem mecum agere, me dubitationem de mandato interiiciente, iubebit iudex actorem repromittere, dominum ratam rem habiturum: & ita communis est iurisdictioni prætoris, & officio iudicis hæc stipulatio, de qua plenè à iurisconsu.in titu.ff.rem ratam habe. † Vtilitas porrò tam exactæ disputationis an stipulatio iudicialis sit, vel prætoria sit, non est modica, cùm prætoriæ, vt plurimum satisdationem exigant, hoc est, cautionē cum fideiussoribus.l.j.§.penult. ff. de præto. stipul. iudiciales nudam duntaxat habent repromissionem. l. illud quæritur. ff. de euict. l. sancimus. C. de verb.significa. Deinde quia prætoria non nisi anno durat, nam nec longiori tempore prætoris authoritas concluditur, iudicialis verò perpetua.§.j.de per.& temp.act. *Iudicialis & prætoriæ fructus.*

§. STIPVLATIO.

1 *Stipulationis finitio.* 3 *Amatorum in puellas impostura.*
2 *Verborum obligatio quæ.*

Stipulatio [a] autem est verborum conceptio [b], quibus is qui interrogatur [c], daturum facturúmque [d] se [e], quod interrogatus est [f], respondet.

1 *Stipulatio a.* † Hic ponitur definitio stipulationis, atque ita substantialia eiusdem, alioqui non esset bona: cùm finitio rei definitæ substantiam continere debeat. Continet præterea hæc finitio genus & differentias, vt optima meritissimè iudicatur. *Stipulatio quid.*

b Verborum conceptio. Neque enim sine verbis vtrinque solenniter prolatis contrahitur.l.j.in princip. Licet alij actus regulariter verborum adminicula non desiderant.l.j.C.si quis alte.vel sibi. Cùm autem hîc dicitur *Conceptio*, notat Pompo. non tantum solennem & velut formulatem verborum subordinationem l.iuiurandū & ad pecunias §.si de quali.& §.pen.vbi Bud.ff.de iureiuran. sed etiā continuum actum interrogantis & promittentis esse debere l.j.§.j.& l. continuus.in
2 princip. Cæterum, videtur † quòd non verborum conceptio, sed verborum obligatio dici debeat, toto hoc tit. Et quoniā verborum conceptio est facti l.consilio. ff.de cura. furi. obligatio autem verborum iuris.§.j. de obligat. Tu dic stipulationem, vt in actu deducitur, esse verborum conceptionem: vt verò in actu deducta est, effectum parere obligationis, quæ cùm ex verbis solenniter prolatis oriatur, verborum obligatio dicitur. Itaque sicut contractus se habet ad obligationem, ita verborum conceptio ad obligationem verborum. *Verborum obligatio.*

c Interrogatur. Interrogatio quam congrua responsio subsequatur, necessaria est, vt verborum obligatio contrahatur.l.j.§.verbis.l.obligamur.§.verbis.ff.de act. & obli.l.j.C.de vsur.

d Daturum factúrùmve. Vt stipulatio vtiliter concipiatur, aliquid in futurū dari, vel fieri continere debet, vt hîc, & §.j.hoc tit.in Inst. Nec idcirco per verba præsentis, aut præteriti temporis rectè concipietur, veluti si dicerem, Promitto quòd dedi, aut quod do centum, seu facio domum. Vitiosa quippe esset stipulatio. vnde
3 Bald.in l.j.C.de sponsa.scribit puellas frequēter decipi, † quibus amatores quandoque promittunt, quòd eas desponsarunt iis verbis, Promitto quòd desponsaui te, quibus sponsalia nulla inducuntur, nulláque nascitur obligatio. Quandoque tamen stipulatio præsentis temporis, vtilis est, si verborum effectus ex verisimili partium voluntate in futurum protendatur: vt cùm venditor serui eum sanum esse, aut furem, vespertilionémve non esse emptori promittit *Amatorum in puellas impostura.*

O.i.

l.si ita quis.ff.de euictio.l.quoties quis.hoc tit.l.tale pactum.in princ.ff.de pact.

e Se. Se ideo dixit, quia alienum factum inutiliter promittitur.l.stipulatio ista. in prin.hoc tit.l.sicut reus.ff.de fideius.l.eum qui.§.Iulianus.ff.de const.pecu.

f Id quod interrogatum est. Si enim non de eo responderet, de quo interrogatus esset, nihil ageretur.l.j.§.si quis simpliciter. Et generaliter traditum est, diuersitatem stipulationem vitiare.§.præterea.de inutil.stipul.in Instit. Quam rem ego diligentius sum exequutus in dicto §.si quis simpliciter.

§. SATIS ACCEPTIO.

1 *Satisfacere, & satisdare.*
2 *Expromissor.*
3 *Adpromissor.*
4 *Fideiussor non nisi stipulatione obligatur.*
5 *Constitutum cur actionem pariat.*

Satis acceptio [a] est stipulatio quæ ita obligat promissorem [b], vt expromissores* [c] quoque ab eo accipiantur: id est, qui idem promittant. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere [d]. Nam quia id quo quis contentus erat, ei præstabatur [e], satisfieri dictum est: & similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur, vt verbis obligarentur [f]: satis accipi dictum est.

** alias adpromissores*

Satisfacere Satisdare.

a Satis acceptio. † Quemadmodum satisfacere dicitur, qui creditoris 1
desiderium adimplet, eúmque contentum reddit.l.j.ff.qui satisd.cog.
l.item liberatur.§.j.ff.quib.mod.pig.vel hypothe.sol.veluti, qui pignora dat; aut fideiussorem.l. promissor.§. fin.ff.de const.pec.l.rescripto. §.planè.ff.de mune.& honor.l.quod si non soluere.ff.de pig.act.licet non idoneũ.l.iij.ff.de fideius.cùm pro solutione sit satisfactio, quæ voluntate creditoris processit, licet non sit solutum.l.satisfactio.ff.de solu.l.si rem,§.omnis.ff.de pig.act. Ita satisdare dicitur debitor, qui creditorem datis fideiussoribus securum facit, d.l.j.in fin.qui satis.cog.& l.j.§.pen.ff.præto.stipul. Sed & satisdationis verbo nuda repromissio venit sua is, cui satisdari debebat, sit contentus.l. satisdationis.ff.de verb.sig. l.fi.§.si legatarius.ff.quo lega. Creditor verò qui fideiussores accipit, satis accipere dicitur.l.cùm quis.ff.de act.& oblig.nam, vt inquit hîc Pompo.satisaccipere eodẽ modo dictum est, quo satisfacere, vt satisfieri dictũ est, quia creditori, id quo contentus erat, præstabatur, pignori nempe, aut fideiussores similiter: quia fideiussores quibus contentus erat creditor dabantur, qui verbis obligarentur, satisaccipi dictum est. Hinc satisacceptionem deffinit Iuriscon.vt stipulatio sit, quæ ita promissorem obligat: vt ab eo adpromissores quoque accipiãtur, qui idem promittãt. Satisfactio igitur, & satisdatio ex parte debitoris dicuntur, satisacceptio ex parte creditoris.

b Promissorem. Id est, reum principalem.

Expromissor.

Adpromissor.

c Expromissores. † Hunc locum Alci.in 1.parergon.ca.ij.deprauatum audacter 2
affirmat, ex antiquísque Codicibus & Eutriscis Pandectis, non vt vulgò habetur,
expromissores, sed † *Adpromissores* legendum: consentiúntque Holoandrini Codices. 3
Dictio autem *adpromissor*, eadem ratione qua *adstipulator* dicitur. Adstipulatorem autem eum esse constat, qui stipulatori accedit, vt cùm Cicer.in Academ. Antiochum Stoicorum adstipulatorem dixit: igitur Adpromissor erit, qui promissori accedit, id est, qui idem promittit, vt hic Pompo.explicat, si non corruptè legatur, præter quem & Festus grauis author similiter docet, adpromissorem eum dici, qui ab altero promissum, idem promittendo confirmat. à verbo adpromitto, quod est idem suo nomine promittere, quod alter promisit. Cicero pro Ameri. Cúmque id ita futurum T.Roscius Capito, qui in decem legatis erat, adpromitteret, crediderunt,

derunt, Amoriam reinorata reuerterunt. Expromissor verò is propriè dicitur, qui pro eo promittit, qui ipse efficaciter obligatus non est. l. si quis acceptò. ff. de condic.cau.da.l.qui libertinus.§.fin. ff.de oper.liber.veluti, qui pro seruo centum domino promittit, si eum manumittat.l.eleganter.§.seruus.ff.de dol.l.aliquando. ff.ad Velleia. Ego, si vt Alcia. affirmat, & Haloander indicat in Florentinis Pandectis *Adpromissores* legatur, non repugno, sed nec nouum existimo expromissoris verbo, eum quoque venire, qui pro efficaciter obligato intercedit, & ita fideiussorem.l.quod si non soluere.ff.de pign.actio.l.quamuis.§.si conuenerit.ff.ad Velleia. *Expromissor.*

d *Quo satisfacere.* Hoc enim tantum interesse videtur, quòd satisfacit debitor, satisaccipit creditor, vt iam dictum est.

e *Praestabatur.* Veluti pignus, aut fideiussor, quemadmodum ipse voluit. l. si rem.§.omnis.ff.de pig.actio.

4 f *Verbis obligaretur.* Ergo † non obligatur fideiussor, nisi solenniter per stipulationem promittat: vt hic, & l.j.§.verbis. ff. de actio.& oblig.l.blanditus. C.de fideius. quorum textuum argumento passim ab omnibus id receptum est, praeterquam in fideiussore dotis.l.fina.in fi.C.ad Velleia. Dotis quippe causa semper, & vbique praecipua est.l.j.ff.solut.matrimo. cuius fauor efficit vbique, vt ex pactione quacunque, licet nuda, actio detur.l.ad exactionem. C.de dot.promiss. Et in fideiussione quam lex ex aequitate, sine expressione verborum nonnunquam inducit.l.cùm ostendimus. §. fina. ff. de fideius.tuto. l. ij.in princip. ff. ad municip. Sed cur diuersum in constituto, quod nulla stipulatione fulcitum actionem parit.§. de constituta. de act. in Instit. cum illud effectum habeat fideiussionis. l.j.in fin.ff. *Fideiussor verbis tantùm obligatur.*

5 de constit.pec. † variant doctor. Receptius tamen est, vt dicamus, quoniam inductum est à praetore constitutum, in quo maximè naturali aequitate praetor fauere voluit, d. l.j. vnde non attendens ad exquisitam illam solennitatem verborum, quam lex ciuilis induxerat, sed ad meram & simplicem aequitatem: quam ob oculos semper habet, l.quod si ephesi.§.fin. ff.de eo quod cert. loc.ex pactione constituti, licet nuda, actionem dedit. Quae ratio in fideiussione nequaquam obtinet, nam cùm eam lex ciuilis induxerit, stipulationem quoque à se inuentam, vt nudas conuentiones tutissimè vestiret, voluit adhiberi, sine qua inutiliter fideiussorem obligationi rei accedere constituit. Ex his illud quoque constat, verum esse fideiussorem, qui verbis obligatur, ex contractu debitoris, pro quo intercedit non teneri, sed ex proprio illius tamen nomine, non suo.l.j.§.verbis.ff.de actio.& oblig. & l.& magis.ff.de solutio. *Constitutum cur actionem pariat.*

§. SI SORTEM.

1 *Poena quādo adiecta in fraudem vsurarū.*
2 *Poena reddit obliga.indiuiduam.*
3 *Dominium quandoque transfert, qui non habet.*
4 *Socius quando re communi vtatur inuito socio.*
5 *Compromissum an vnius morte soluatur.*
6 *Arbiter qui.*
7 *Poenae partem offerēti quandoque succurritur.*

1 Si sortem promiseris, & si ea soluta non esset, poenam[a], etiam si vnus ex haeredibus tuis portionem suam ex sorte soluerit, nihilominus poena committetur[b], donec portio cohaeredis soluatur[c]. Idémque est[d] de poena ex compromisso si vnus paruerit[e], alter non paruerit sententiae iudicis[f], sed à cohaerede ei satisfieri debet[g]. Neque enim aliud in his stipulationibus[h] sine iniuria stipulatoris constitui potest[i].

Pœna in fraudem vsurarum adiecta.

OEnam. Intra tamen legitimum modum: nam si egrederetur legitimas vsuras, † pœna vsurarum loco fraudulenter apposita præsumeretur, ideo quatenus excederet, non procederet contractus. l. Iulianus. §. ibidem. ff. de actio. emp. l. cùm allegas. C. de vsur. 1

Pœna redditur oblig. indiuiduã.

b *Pœna committitur.* † Ab omnibus hæredibus, pro portione tamẽ hæreditaria. §. Cato, etiam iis, qui partem suam soluerunt: nam licet hæc obligatio per l. xij. tab. diuidatur inter hæredes. l. ea quæ. C. famil. ercifcund. l. j. C. si cert. pet. l. j. C. de except. nihil tamen prodest ad pœnam euitandam partem suam soluere. l. hæredes. §. idem iuris. ff. fam. ercifcun. & ita licet obligatio dandi diuidua sit. l. ij. §. & harum, hoc tit. l. si stipulatus. §. qui decem. ff. de sol. si tamen pœna ei adiiciatur, minima parte non soluta, competit actio ad totam pœnam, siue sit danda quantitas: vt hîc & d. §. idem iuris. siue species. l. in executione. §. item si ita. Præterea licet respectu principalis obligationis diuidua sit, respectu tamen pœnæ est indiuidua. Pœna quippe contractui subditur sub conditione, si non detur. Conditio autem (quam in specie impleri oportet. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de cõd. & demon.) non scinditur. l. cum fundus. ff. illo tit. ideóque actum indiuiduum reddit. Sed cur non idem, si pœna facto diuiduo adiiciatur? §. Cato, ij. respon. quo loco traditum est, vno ex hæredibus promissoris facti diuidui contra faciente solum teneri, & pro rata ad pœnam. Solut. quia in factis, quæ vt plurimum personis cohærent, per alium non explicantur. l. si statulibera. §. fin. ff. de statulib. non est quod imputetur cohæredi factum pro parte sua implenti, ex quo fecit quod potuit: at datio verò per alium nobis etiam inuitis, & ignorantibus fieri liberè potest. l. soluendo. ff. de neg. gest. l. solutionem. ff. de solut. Hæredi igitur, qui pro portione quoque cohæredum dare potuit, culpæ vertendum est, si totum quod dari debebat, non dederit, nec tumultuetur hîc quispiã de specie: puta, fundo, sticho, & similibus, in qua cessare videtur

Dominiũ quandoq, sine facto nostro trãsfertur.

dationis facilitas: † cùm vnus ex sociis non possit transferre dominium rei communis, nisi pro parte sua. l. nemo ex sociis, in princ. ff. pro soc. & id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium non transferatur. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. nam respondeo, hæc vera in iis, qui nullo iure, nullàque æquitate suadente rerum alienarum dominium transferre cupiunt, alioqui ex iusta causa non est nouum, vt quis dominium rei alienæ transferat, veluti, ob causam redemptionis captiuorum. auth. si captiui. C. de episc. & cler. Iustior autem causa esse non potest, quàm vt quis se, defunctúmque liberet obligatione. Exemplo est fideiussor, qui vt sese liberet, rem debitoris tradendo in creditorem, dominium transfert. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. & quod ab Vlpia. in nostris ferè terminis alibi scriptũ est, vnum ex hæredibus totam rem legatario soluere posse. l. his consequenter. §. fi. 3

Socius quãdo re communi vtatur.

ff. fam. ercisc. † Nec possunt in specie nostra quæri cohæredes. Licet enim vsus fuerit re communi qui totam dedit, vsus tamen est secundum destinationem testantis. Atqui non ignorantibus modò sociis, sed eis inuitis potest vnus eorum vti re ad eum vsum, in quem est destinata. l. intantum. §. fi. ff. de re. diuisio. maximè cùm pro parte vti commodè non potuit, vt in casu nostro, ea quippe, quæ per partes expediri non possunt, hæredum vnusquisq; insolidum administrat. l. si cum vno. ff. si ex noxa. cau. aga. l. hæredes. §. si vnus. ff. famil. ercisc. 4

c *Soluatur.* Portione autem cohæredis soluta, commissio pœnæ desinit, & ita mora purgatur: quod lex, si insulam, declarat ante litis contestationem fieri posse, non item post, ibi nos plenè tractabimus.

d *Idémque est.* Vt pœna insolidum committatur contra omnes hæredes, pro portione tamen hæreditaria.

Cõpromissum quando finiatur

e *Vnus paruerit.* Hæredum scilicet litigatoris, † & quòd dicimus morte cuiusuis ex litigatoribus solui compromissum. l. sed interpellatus. §. fin. ff. de arbit. c. fin. illo tit. procedit respectu instantiæ. Effectus autem sententiæ, quam laudum vocant, ad hæredes extenditur. l. diem proferre. §. j. ff. de recep. arb. 5

f *Iudicis*

6 *f Iudicis.* Id est, † arbitri. Nam Arbiter quia iudicis partes suscepit. l. quid tamen. §. recepisse. ff. de arbit. iudex quoque nonnunquam appellari solet. l. si minor. §. j. ff. de mino. Etenim Arbiter iudex est communi partium consensu delectus, vt hic, & l. si quis in conscribendo. §. fin. C. de pact. Et sunt redacta ad instar iudiciorum arbitria. l. j. ff. de recep. arbit. Potest hic quoque locus de Iudice dato intelligi, hoc est, de eo qui à Prætore ex consensu etiam quandoque litigatorum constituebatur. l. ij. §. j. ff. de iud. l. ex consensu. ff. de appella. *Arbiter qui.*

g Satisfieri debet. Quoniam iniquum nimis esset ex facto, & negligentia alterius prægrauari eum qui nihil mali facit. l. supra iter. §. apud ferocem. ff. de aqua plu. arcen. & ita hæredem ex delicto cohæredum in damnũ vocari. l. fin. ff. ad sylla. cùm constituisset lex (neq; enim, vt sequitur aliter facere potuit) vnius cessatione in cohæredes omnes pœnam committi: sanctissimè quoque decreuit, eis qui moram non contraxere, à negligentibus satisfaciendũ esse, vt quod ex ipsorum culpa præstiterunt, ab iisdem iudicio familiæ erciscundæ consequantur. l. ij. §. ex his. & §. item si in facto, & vtrobique posui. Ius pontificium circuitum effugere voluit. l. dominus. ff. de condic. indeb. Quocirca tradidit, tam in obligationibus dandi, quàm facti diuidui non committi pœnam, nisi pro parte, pro qua est contrauentum. c. suam. de pœn. *Pœna quãdoque pro parte committitur.*

h Stipulationibus. Conuentionalibus, & extra iudicium factis, secus in stipula-
7 tionibus iudicialibus: † in quibus licet pœna integra mero iure committatur, pro rata tamen offerens pœnã doli saltem exceptione adiuuabitur. l. si seruus, §. si plurium. ff. si quis cautio. communem ad eam promissionem ex necessitate cogeretur reus. in d. §. si pluriũ faciliùs lex ei succurrit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. Præterea debet obuersari semper æquitas ante oculos iudicis. l. quod si ephesi. §. interdum. ff. de eo quod cert. loc. vnde in iudiciis non hoc summo iure, quo in stipulatione conuentionali vtendum: sed omnia ex bono & æquo moderanda veniunt. Eadem ratione eiusdẽ interpretationis esse volo omnes stipulationes prætorias. l. pœnales. §. Iulianus. ff. ad leg. Falcid. *Pœna quãdo pro parte rectè offeratur.*

i Constitui potest. Hæc verba explicanda sunt ex his, quæ scripsi in §. Cato. in verbo, pro hæreditaria.

IOAN. CORAS. VALEN. XXIIII. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. IS CVI BONIS.

1 *Interdicere bonis.*
2 *Quibus interdicatur.*
3 *Prodigus quis.*
4 *Prodigus alium sibi obligat.*
5 *Prodigus an delinquendo obligetur.*
6 *Prodigus an ante interdictionem administret.*
7 *Prodigus an natura obligetur.*
8 *Prodigus quibus casibus furioso assimiletur.*

VI. IVLIANVS.

Is cui bonis interdictum est[a], stipulando sibi acquirit[b]: tradere verò[c] non potest[d], vel promittendo[e] obligari[f], & ideo nec fideiussor[g] pro eo interuenire poterit, sicut nec pro furioso[h].

1 INterdictum est[a]. † Quoniam publicè semper interfuit, ne quis re sua malè vteretur. §. fin. de his qui sunt sui vel alien. iur. in Inst. Moribus ab initio introductum scribit Cice. in Catone maiore, vt patriis bonis malè rem gerentibus (quorum non parum multos fert ætas nostra) interdiceretur. † Quæ consuetudo tam sancta Priscis Romanorũ visa fuit, vt eam in xij. tab. describerẽt, in quibus constitutum refert Vlpia. vt prodigo ad instar furiosi interdiceretur bonorum suorum administratione. l. j. in prin. ff. de cura. furio. Aequissimum nanque lex existimauit etiam iis prospicere, qui tametsi in sermo- *Interdicere bonis.* *Quibus bonis interdicatur.*

O. iii.

nibus mentis cōpotes esse videantur, tam perdite tamen bona sua tractant, vt nisi eis subueniatur, deducantur in egestatem, & ita quod ad bona pertinet, furiosum faciunt exitum. l. is cui. §. fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Eius legis verba hæc erant, *Prodigo bonorum suorum administratio interdicta esto.* Adolescenti quoque perdito, & luxurioso, mulierique luxuriosè viuenti bonis interdici potest. l. si verò. §. si adolescens. ff. mand. l. & mulieri. ff. de cura. furio. Quæ tamen interdictio non temerè, sed plenè causa cognita à prætore fieri debet. l. obseruari. illo tit. vnde citari debet is, cui interdictionem prætor facere vult. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. l. si

Prodigus quis. deserta. C. si prop. pub. pensita. † Quis autem sit prodigus à Commentatoribus 3
verbosè disceptatum est. Mihi breuiter videtur Vlpianum in d. l. j. venustissimè prodigum descripsisse, vt is dicatur, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dissipando, & dilapidando profundit: veluti, quia aleæ, epulis, scortationibus, & inutili ludorum venationúmque apparatu, aliisque incontinentiæ modis pecunias profundit in eas res, inquit Cice. in secundo Officiorum, quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino est relicturus. Scitè quoque admodum monet Aristoteles, prodigum eum dici, qui intempestiuè bona sua eatenus profundit, vt aliquando eorum desiderio pòst esuriens ducatur. Quod & Euclio ille senex apud Plautum in Aulularia, in hæc verba indicat, *Deinde egomet mecū cogitare inter vias occepi, festo die si quid prodegeris, pro festo egere liceat, nisi peperceris.* Equidem bonorum suorum decoctores, si suæ potestatis essent, Adrianus Imperator catamydiari in amphytheatro, & sic dimitti iubebat, quo risu & sibilis à populo exciperentur. nam Catamydiari verbum ex Græcis fontibus sumptum, derideri & exhiberi significat: Spartia. in Adriano.

b Sibi acquirit. Diminutio quippe bonorum ei fauorabiliter est interdicta. l. Iulianus. ff. de cura. furio. † Non itaque acquirere prohibitus intelligi debet, ne ad 4
Prodigus quærere potest. vnum effectum inducta, & in fauorem eius, contrarium operentur facta in odium retorquitione. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. l. quod fauore. C. de legib. Acquiret igitur. l. ex castrensi. §. j. ff. de castren. pecul. & per acceptilationē se liberabit. l. ij. ff. de acceptila. licet promissione non obligetur, vt hic. Simile est in pupillo, qui aliū sibi obligare etiam sine tutoris authoritate potest: acquirere autem ex omni contractu, tutore etiam non interueniente, non prohibetur. l. obligari. in princ. ff. de autho. tuto. l. pupillus. ff. de acquiren. rer. dom. §. pupillus. de inutil. stipulat. Vnde claudicant contractus cum huiusmodi personis, nam alterum sibi obligant, ipsi autem alteri non obligantur. l. Iulianus. §. si pupillus. ff. de actio. emp. l. non eo minus. C. de procura. Imputandum est contrahentibus, qui cum personis prohibitis contraxerunt.

c Tradere verò. Rem, scilicet, super qua contraxit, vt ita dominium aut vsucapiendi conditionem transferat. l. Iulianus. ff. de cura. furio. Solo contractu ad eas causas non sufficiente. l. si ager. ff. de rei vendica. l. clauibus. ff. de contrah. emptio. & l. traditionibus. C. de pact.

d Non potest. Quia in bonis nihil habet, vtpote, eorum diminutione ei interdicta. l. Iulianus. ff. de cura. fur.

e Promittendo. Aut alio modo in sui præiudicium contrahendo. l. interdum. ff. de condictio. indeb. nisi iusta & honesta causa esset promittendi: puta, vt liberos, parentes, aut fratres ab hostibus redimeret. l. quamuis. ff. solut. matrimo. † Sed 5
Prodigus, an obligetur delinquendo. nunquid delinquendo obligentur, & videretur quòd non, cum ex voluntate & animo delicta meriamur. l. qui iniuriæ. & l. verum. ff. de furiosis. eius autem, vt Pomponius scribit, nulla sit voluntas. l. furiosi. ff. de regulis iuris. Ego verò cum cæteris communiter contrà sentio, cùm prodigus delinquendi & iniuriæ faciendæ capax sit, vt de pupillo scriptum est. l. impuberem. ff. de furiosis. l. pupillum. ff. de regulis iuris. §. in summa, de obligat. quæ ex delict. ideóque tenetur si delinquat. c. j. de delic. puero. malorum quippe mores infirmitas animi non excusat.

l. j. C.

l.j.C.si aduer.delic.nec fauore dignus est, qui delinquit.l. relegatorum.§.fin.ff.de interdic.& releg. in fauorem autem prodigorum lex constituit ne obligentur, & quod Pompo.dixit,eius cui bonis interdictum est,nullam esse volũtatem : verum est circa bonorum diminutionem, vt hîc,cùm ea sit illi interdicta.l. Iulianus.ff.de cura.furio.Cuius rei nomine lex ei subueniendum putauit, non etiam in delictis. l.auxilium.§.j.ff.de mino.l.sed & si ex parte,in fin.prin.ff.quod cùm eo. Rectè itaque sentiunt,qui prodigum homicidam pœna mortis plectendum,seu,vt dicunt, decapitandum,vt & aliũ quemunis censent.Bald.in l.furiosum.in fin.C.qui testa. fac.pos.Sunt fateor delicta quædam,quæ non ex animo,sed extra veniunt.l.j.C.si aduer.delict. vt quæ per iniuriam seu negligentiam committuntur, à quibus ob nimiam hominis facilitatem optima ratione excusari.eum cui bonis interdictum est, crederem.l.fulcinius.§. planè.ff. qui.ex cau.in pos.ea.veluti, vt ne in pœnam Syllaniani ob non vindicatam defuncti necem incidat, facilitas quippe eius veniam mereri debet.l.j.§. impuberes.l.iij.§. ignoscitur.ff.ad Syllan. Aut ne ob non petitum tutorem mater filij successione priuetur.l.fin.C.Si aduer.delict.

f Obligari. Quid si nondum ei bonis à iudice interdictum erat, cùm tamen
6 verè prodigus esset,†an tunc promittendo, vel aliter in sui damnum cõtrahendo
obligetur? vetus est quæstio diffusissimo tractatu, & vsque ad nauzeam à com-
mentatoribus nostris agitata.Ego breuiter, cum illis sentio,qui putãt,ante inter-
dictionem à iudice factam prodigum bonorum suorum administratione nõ pro-
hiberi.l.j.ibi,sed hodie solent prætores, & l.Iuilanus.in princ.ff.de cura. fur.l. pa-
tri pro filio.in fi.prin.& l.iij.§.necnon.ff.de in rem ver. Alioqui frustra fieret à iu-
dice interdictio,si sola l.xij. tab. authoritas sufficeret, præterquàm eo casu, quo
prodigus tam notorius esset,& manifestus, vt neminem verisimiliter lateret pro-
fusioris suæ vitæ incontinentia, quia talis erat,qui heluendo, ludendo,scortando
aliı̃sque dissipationum modis quotidie pecuniam profundebat,& vltra quàm re-
rum facultas suppeteret.l.si quis cùm sciret.ff. pro empt. tunc enim in dolo esse
videtur, qui cum vno contrahit.l.quod si minor.§.restitutio.ff.de mino.l.si.verò.§.si
adolescens. ff.mand.l cum qui.ff. de annu.leg. Ex fraude autem & dolo quem lu-
crum reportare perquàm esset indignũ.l.ne ex dolo.ff.de dol.c. sedes.de rescript.
& clamitant vbique leges,hominum malitiis indulgendum non esse.l. in fundo.
ff.de rei vend.c.plerunque.de rescrip.c.significante.qui ma.accus.pos.Cur autem
hoc casu expectaretur sententia,quæ non aliò tendit, quàm vt prodigum perdi-
tis esse moribus declaret, cùm hoc iam omnibus palàm sit, & certum non opor-
teat certiorem fieri.l.j.§.fin.ff.de act. emp.eiusdémque virtutis sit hac in re noto-
rium, & sententia.l.si verò.§. qui pro rei.ff. qui satisd.cog.l.emptorem. in prin.ff.
de act.emp.c.fin.de cohab.cleri.vel mul.

Prodigus an admini stret ante interdictionem.

g Nec fideiussor. Hinc patet eum cui bonis interdictum est,nec natura quidem obligari, alioqui fideiussor,qui omni obligationi etiam naturali tantum excedere potest.l.j.l.stipulatus, in fi.& l. fideiussor obligari.§. fideiussor.ff.de fideius. Huic quoque obligationi rectè adhiberetur l.j.§.si quis ita, quod tamen hic text.negat, & ita lex naturalis obligationis natiuitatem impedit, quam tamen ortam tollere non posset.§.sed naturalia.de iure natur. pro pupillo tamen obligato, vel ex suo contractu ante interdictionem,vel ex persona eius cui successit, fideiussor iure interuenit.l. Marcellus.ff.de fideius.

Prodigus an obligetur natura.

7 *h Sicuti nec pro furioso.* Ostendunt vbique † iurisconf. statum prodigorum non
multùm abhorrere à furiosorum conditione, vt hîc,& l.si prædia ff.de reb.eo.l.j.ff.
de cura.furio.& l.fulcinius.§.planè. ff.quib. ex cau.in pos.ea.l. furiosi. ff.de reg.iu.
§.& hæc dicimus.in authen.vt ij qui oblig.se hab. per res minu.coll.vj. Licet enim
compotes mentis sint prodigi, quod tamen pertinet ad eorum bona furiosum fa-
ciunt exitũ.l.his qui.§.fin.ff. de tuto.& cur.Respectu tamen acquisitionis lex pro-
digis magis fauit,quos hac in re pupillis non furiosis comparans.l.certi condictio.

Furiosus, & prodigus quando æquiparentur.

§.quoniam.ff.de reb.cred.stipulando,aut alio modo acquirere, rémque suam auctiorem reddere posse voluit,vt hic.Quod tamen furiosis, nisi subsistente singulari quadam æquitate.l.si à furioso.ff.de rebus cred.l.j.§.furiosum.ff.de act.& obli. denegauit.l.in negotiis.ff.de reg.iur.cùm nec sensum,nec animum habeant, quò vel damnosè,vel vtiliter negotium contrahere possint.l.qui ad certum.ff.loc.Et licet alibi Pompo.eius quoque,cui bonis interdictum est,nedum furiosi, nullam dixerit esse voluntatem.l.furiosi.ff.de reg.iur.hoc tamen respectu diminutionis bonorum accipiendũ est,quæ sola eis interdicta intelligitur.l.Iulianus.ff.de cura.fur.

IOAN. CORAS. VALENTIAE XXV. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. IMPOSSIBILIS.

1 *Impossibilis conditio.*
2 *Perplexa conditio.*
3 *Impossibilis conditio quando contractum vitiet.*
4 *Impossibilis conditio, cur testamentis non obstet.*
5 *Impossibilis conditio negatiua.*
6 *Doctorum insignis error.*
7. *Credita pecunia.*

VII. IDEM.

Impossibilis conditio [a] cum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat [b], aliter atque si talis conditio inseratur stipulationi, *Si in Cælum non ascendero,* [c] nam hæc vtilis & præsens est [d],& pecuniam creditam [e] continet.

Impossibilis cõditio.

Mpossibilis conditio. †Quæ propriè ea dicitur, cui natura est impedi- 1
mento, quominus existat: veluti,si digito cælum attigero, si mare ebibero, & his similes.§.si impossibilis.de inut.stipul.vt & possibilis, quæ per rerum naturam euenire potest.Quoniam autem id tantum posse dicimur, quod de iure & honestè possumus.l.nepos proculo. ff.de verb.signifi. Quæ verò contra leges,& bonos mores fiunt,nec facere nos posse credendum est l.filius.ff.de condi.instit.inserta conditio, cui ius,honestas, seu boni mores repugnant, impossibilis existimatur, licet de facto euenire possit.l.facta.§.si sub conditione.ff.ad Trebel.veluti,si patrem ab hostibus non redemero,si parentibus alimẽta non præstitero,hominem occidero, si adulterium commisero, & cætera id genus.l.conditiones.j.& ij.&.l.quidem.ff.de condit.instit.l.reprehendenda.C.de in- 2
sti.†Sub hac rectissimè collocauerim conditionem,quam doct.perplexam vocant:

Conditio perplexa.

quæ ita in sese recurrit, & reuoluitur, vt iuris regulis repugnantibus existere non possit: veluti,si Titius hæres erit,Seius hæres esto: si Seius hæres erit, Titius hæres esto.l.si Titius.ff.de cond.insti.Est præterea conditio quædam,quæ licet euenire, & honestè possit:quia tamen cum difficultate maxima,impossibilis iudicatur: veluti,si seruus(quem nihil habere certum est)liber esse iussus sit, si mille aureos hæredi dederit,aut post annos octoginta,aut cùm morietur.l.cùm hæres.§.j.ff.de statu lib.l.continuus.§.illud.&.§.seq.hoc ti.

b Stipulationibus obstat. Hoc est,vitiat stipulationem.l.certi condictio.§.quoniã,
penult.respons.ff.de reb.cred.§.si impossibilis allegato.†Idémque de cæteris con- 3
tractibus dicendum:vt impossibili conditione interposita nullius sint momenti.l. non solum.ff.de act. & oblig.adeò, vt nulla neque quidem naturalis oriatur obligatio.l.impossibilium.ff.de reg.iur.ideóque nec accedit fideiussor.l.si sub impossibili.ff.de fideius.cuius rei rationem prodit Martia.in d.l.non solum, quia contrahentes,quorum omnium voluntas in contractibus spectatur,conditionem impossibilem adiicientes, non censentur in eam consensisse.l.fin.ff.Quæ sen.sine ap.rescind.nec seriò quicquam agere, sed magis iocari,& ludere voluisse.l.cum hæres.
§.j.ff.de stat.lib.l.an inutilis, in princ.ff.de acceptila.d.l.non solum.†At verò dixe- 4
rit quispiam, cur non æquè obstat institutionibus, & legatis io quibus non vitiat,
sed

Impossibilis cõditio, quãdo contractũ vitiet.

Impossibilis conditio cur nõ obstet in testamentis.

sed vitiatur habetúrque pro non scripta.l.j.ff.de cond.insti.l.si mihi & tibi.§.Proculus.ff.de leg.j.§.imposibilis.de hæred.instit.in Inst.cùm & in iis præsumat quoque lex testantem conditionem impossibilem adiicientem relinquendi animum nō habuisse l.cùm hæres.§.j.ff.de statu lib.Difficilis est hic nodus, quē ex Iurisicon. verbis,in d.l.nō solū. extricare nos oportet. Itaque dicendū in cōtractibus omniū contrahentiū,voluntatē spectandā,quibus imputandū est,qui clarius & apertius legem non dixerunt.l.veteribus.ff.de pact. Nec verisimile est quicquam eos agere,qui conditionem apponunt,quam sciunt impossibilem,d.l.non solum: in vltimis verò voluntatibus,latiorem facimus interpretationem, pleniúsque mentem testantium interpretamur.l.in testamentis.ff.de reg.iu.c.cum dilecti. de donatio. vt volūtatem quoquo modo effectum habere voluerint, propter publicā vtilitatem,cui expedit suprema hominū iudicia exitum habere.l.vel negare.ff.quemad. testa.aper. Vnde tametsi conditionem impossibilem testator adiecerit, perinde tamen erit,ac si purè disposuisset.d.l.j.ff.de cond.inst.& §.imposibilis,de hære.instit. Neque enim credendum est aliquem quidquam testamento suo adiicere ad impugnandum suum iudicium.l.iij.ff.de mil. test. Quod cū ea limitatione recipitur, si non testator eam conditionem possibilem putauerit.l.seruo manumisso.ff. de conditio.inde. Vbi tamen conditio à testatore adiecta impossibilis non esset, licet difficilis supra modum non reiiceretur. d.l cum hæres.§.j. Propter fauorem quoque nuptiarum adiectæ matrimonio cōditiones impossibiles, præterquam si contra substantiā actus inserantur,pro non scriptis habentur.c.fin.de cond.appo.

5 c *Non ascendero.* Conditio, Si in cœlum ascendero, † affirmatiua impossibilis est:ergo contraria,si non ascendero,de qua hic, est necessaria. Vnde sub ea concepta stipulatio purè facta intelligitur,l.quod si sub ea.ff.de cond.indeb.l.si pupillus, §.qui sub conditione.ff.de noua. Atque ideo quod promissum est præsenti die, hoc est,statim peti poterit,vt hic,& §.quod si impossibilis,de inutil. stip.in Inst.

Impossibilis conditio negatiua.

d *Vtilis & præsens est.* Hoc est,purè facta obligatio intelligitur. Hinc meritò colligunt omnes,obligationem puram remanere, cui conditio impossibilis negatiuē concepta adiicitur: veluti, quia si Cœlum non ascendero, centum mihi promisisti.d.l.quod si sub ea,& d.§.qui sub conditione.& d.§.si impossibilis.Quod ex præ-
6 dictis in vltimis voluntatibus præsertim obtinet.l.seruū.§.j.ff.de hære.insti. † Hoc autem doct.hic interpretantur in conditione negatiua impossibili per naturā: secus si de iure,quia turpitudinem contineat: veluti,quia c.mihi promisisti, si hominem non occidam.l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff.de pact.nam vtrobique siue affirmatiuē conditio concipiatur, vt maleficium fiat, siue negatiuē, vt non fiat turpitudo saltem ex parte recipientis versatur: ideóque nullius est momenti cōuentio.l.generaliter. & l.si plagij. Deinde si conditio impossibilis negatiua stipulationi pœnali adiiceretur,inutilis esset stipulatio: veluti,si hominem mortuum sistere, aut dare promiseris, & si datus,aut status non esset, pœnam,l.si homo mortuus. Cùm enim principalis obligatio, vt cōtinens impossibilitatem nulla sit,neo pœnalis accessoria subsistet.l. non dubium. C. de legib.hic non possum non mirari has conditiones, si cælum non ascendero, si mare non ebibero, si hominem mortuum non stetero, & similes impossibiles ab omnibus dici. quando in iis nulla sit, vel naturæ, vel facti, vel iuris impossibilitas: imò maximè possibiles dici debent, cùm sint necessariæ, & omnino extituræ.d.l.si pupillus.§. si sub conditione.ff. de noua. & imposibiles conditiones eas generaliter definiat Iustinianus,quibus natura est impedimento quominus existāt.§. si impossibilis. de inutilib.stipul.Nec obst.l.seruum §.j.ff.de hæred.inst.nam ille tex.loquitur de impossibili conditione in non faciendo expressa,non de conditione negatiua imposibili. Congruentiora itaque exempla conditionum impossibilium negatiuarum, hæc mihi videntur.Si non moriar, si sol nō luceat,& aliæ huiusmodi,quarum contrariæ omnino existunt,quas adiectas,verissimè puto contractum vitiare.d.l.non so-

Doctorum lapsus.

lum.ff.de actio.& oblig. vt & affirmatiuas, cùm nulla ſubſit differentiæ ratio.d.l. non ſolum,& hic. Contráque in teſtamentis, ab identitate etiam rationis, non vitiare diſpoſitionem, ſed ipſas tantum vitiari.l.j.ff.de condi.inſtit.l.ſi mihi & tibi.§. proculus.ff.de leg.j.

Credita pecunia.

7 *e Pecuniam creditam continet.* Hoc eſt,† obligationem pecuniæ in ſtipulationem deductæ, quæ credita rectè dicitur: cùm vt idem Iul.Pau.alibi dicit, verbis quoque credamus, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito: veluti, ſtipulatione.l.ij.§.fin.in fi.ff.de reb.cre. Et ita hæc verba declaranda, ſunt à nemine ante nos explicata. IOAN. CORAS. VALENTIAE, XXVI. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. IN ILLA.

1 *Dies an in pœna repetita intelligatur.*
2 *Pœna ante diem peti non poteſt.*
3 *Solutio rei in conditione poſitæ, in diem confertur.*
4 *Cauſa dilationis ceſſante, ceſſat dilatio.*
5 *Pœna quando ante diem committatur.*
6 *Agi non poteſt ante diem.*
7 *Conditionem de facto ſatis eſt impleri.*

VIII. PAVLVS.

In illa ſtipulatione, *Si Calendis Stichum non dederis, decem dare* [a] *ſpondes?* mortuo homine quæritur, an ſtatim ante cal. agi poſsit [b]. Sabinus & Proculus expectandum diem actionis putant: quod eſt verius [c]. tota enim obligatio [d] ſub conditione & in diem collata eſt [e], & licet ad conditionem committi videatur [f], dies tamen ſupereſt [g]. Sed cum eo qui ita promiſit, *Si intra Calendas digito cœlum non tetigerim*, agi protinus poteſt [h]. Hæc & Marcellus probat.

Dies quādo cenſeatur repetita.

Decem dare. a Calendis, ſcilicet, † adiecta quippe dies conditioni poſſibili, & à facto promiſſoris pēdenti in pœna repetita intelligitur, cùm ea in locum defectæ conditionis ſubrogetur. Quare illius naturam & qualitates retinet l.ſi eum.§.qui iniuriā.ff.ſi quis cautio. Quinimo nec diuerſa re ipſa cenſeri debet, vt hec intereſſe.l.ſtipulatus.ff. de fideiuſ. 1

b. Agi poſsit. Quod primum videbatur.l. hoc iure, iam quippe certum eſt Stichum præſtari non poſſe.l.ſi homo mortuus.& fruſtra expectatur dies, cuius nihil operatur euentus, ſed dicta l. hoc iure. in aliis terminis loquitur, vt ſuo loco dicemus, nec fruſtra dies expectatur, cùm hoc maximè ſit gratioſum & vtile debitori, in cuius gratiam dies adiecta fuit.

Pœna non petitur ante diem.

c Quod verius eſt. Vt expectari dies debeat, † neque ante (licet exploratum ſit Stichum dari non poſſe, atque ideo pœna mero iure committatur. l cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo) pœna peti poſſit, quàm dies veniat. Tota nāque ſtipulatio, vt Iul.Paul.vbique docet, in diē collata eſſe videtur l.ſi eum.§.j.ff.ſi quis caut. & hinc regula ſumitur. pœnam ex conuentione, quæ conditionē & diem habet, nō antè peti, quàm dies præterierit, licet prius exploratū ſit fieri, aut dari non poſſe. 2

d Tota enim obligatio. Id eſt, tota virtus obligationis, & eiuſdem effectus, qui in eo quod debetur conſiſtit.

Solutio in diē dilata.

e In diem collata eſt. Non diſſimiliter idem Iuriſcon. in d.l. ſi eum.§.j.ff.ſi quis cautio. *Homo, inquit, ſiſti promiſſus ante diem dolo promiſſoris periit, certo iure vtimur non ante pœnam peti poſſe, quàm dies veniat: tota enim ſtipulatio in diem collata eſſe videtur.* Hoc eſt, vt vtriuſque loci familiariter verba exponam, omnis omnino effectus ſtipulationis dilatus fuiſſe videtur in diem †: & ita ſolutio Stichi in conditione poſiti, & 3
pœnæ promiſſæ ſi Stichus non daretur. Hoc autem non niſi gratia promiſſoris factum intelligi poteſt, ob cauſam ſcilicet differendæ ſolutionis, vt & in dubio præſumen-

sumendnm est.l.eum qui.ff.de annu.leg. Licet igitur Stichus promissus ante diem moriatur, nō tamen ad pœnam vrgeri poterit promissor priusquàm dies veniat: cùm ante eum diem non conueniri maximè eius intersit, in cuius vtilitatem, gratiam & fauorem dies adiecta est, cúmque mitius cum lege, vt vulgò dici solet, quàm cum homine agatur. l. Celsus. ff. de recept.ar. hoc multo magis in pœna legis obseruabimus. c. commissa, de rescript. in vi. Quare diuersum non iniuria constitutum refert idem Iul. Paul. in hærede, qui intra certum tēpus, puta tres menses, hæreditatem adire iussus erat: & si non ita adiisset, alius ei substitutus, eo quippe ante diem mortuo statim, substitutus ex substitutione venire poterit, non expectato vltimo die aditionis. l. si quis hæres. ff. de acquir. hæred. quoniam is in cuius gratiam dies fuerat apposita, hæres nempe primus mortem obierat, & ita non amplius eius intererat spectari diem, quæ fuit. Ratio itē Scæuolæ, in l. à filia. §. fin. ff. ad Trebel. & Paul. Iurisconf. in l. si in lege. §. si domus. ff. loca. permittentis domino statim agere ad pensionem totius quinquennii, in quod domus locata erat, si antè inquilinus habitationem deseruisset: cessabat quippe causa, quæ differebat solutionem in finem cuiuslibet anni. Ea autem erat vtendi patientia, quam præstare oportebat locatorem conductori, priusquàm agere possit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. quæ nūc cessat: conductor nanque rem conductam deserens

4 tacitè agit, se re illa amplius vti nolle: frustra ergo dies expectaretur. † Cessante quippe vel finita causa dilationis, & dilationem ipsam cessare conueniens est. l. j. §. si intra. ff. de succe. edict. l. si maritus. j. §. si negauerint. ff. ad l. Iul. de adulte. *Dilationis causa cessante, dilatio cessat.*

5 *f Committi videatur.* † Pœna mero iure ante diem committitur, vbi cōstat quod promissum est præstari non posse. l. cum stipulatus sim, & l. ita stipulatus. §. j. & hic quod in pœna conuentionali intelligo, non etiam in pœna legis. c. cōmissa. iuncto c. licet canon, de elect. in vj. humaniùs autem tractamur à lege, quàm ab homine. l. Celsus. ff. de recept. arbit. Ea ratione idem dicendū respectu eius quod interest, quod pœna legis dicitur. l. fin. ff. de eo quod cer. lo. l. nouissima. ff. iud. sol. Neque enim stipulatio, in qua nulla pœna ab homine adiecta, id quod interest venit ante diem, committitur, tametsi certum esse cœperit, residuo tempore stipulationi pareri non posse. l. si insulam. j. *Pœna, quādo ante diē committatur.*

6 *g Dies tamen superest.* † Ante quem in effectu agi non potest: dies enim in quem concepta est stipulatio, sicut summa pars est stipulationis. l. j. §. diē. ff. edend. Quare sicuti ad maiorem summam quàm debeatur, stipulator inutiliter agit, ita ante diem. §. plus autem, de actio. in Instit. Sed videtur, quòd nec quidem post diem agere possit stipulator: cùm perierit Stichus, & mortua specie debita, ante moram debitor liberetur. l. quod te. ff. de rebus cred. l. si ex legati, hoc tit. Tu dic mortuo Sticho, qui in obligatione fuit; quia legatus, aut promissus debitorē liberari, cùm eū præstari impossibile sit. l. si homo mortuus. & ad impossibile lex neminē obligari velit. l. impossibilium. ff. de reg. iur. Hic autem nō erat, in obligatione Stichus, quia tantum in conditione positus. Quæ autem sunt in conditione, non disponunt. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. Sed fuit contracta præcipuè obligatio ad decem, sub conditione tamen, si Calen. Stichus non daretur. Licet igitur intereat Stichus, non ideo peribunt decem, cùm quantitas perire nō possit. *Agi non potest ante diem.*

7 l. incendium. C. si cer. pet. † Et conditionem quoquomodo etiam de facto impletam sufficit. l. qui hæredi. ff. de cond. & demonst. *Conditionē de facto saetis est implere.*

h Protinus potest. Id est, statim & ex continenti non expectatis Cal. cum hæc conditio omnino extitura sit, atque ideo purè stipulatio facta intelligatur. l. si pupillus. §. j. ff. de noua. l. quod si sub eam. ff. de condic. §. si impossibilis. de inut. stip. & l. præced. vbi diximus. Quare secus si conditio non necessaria apposita fuisset: vt si intra biennium Capitolium non ascenderis: eo quippe casu, non nisi prætérito biennio peteretur. l. veluti, & l. quicquid. §. fin. IOAN. CORAS VALENTIAE, XXVII. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. HOC IVRE.

1 *Conciliatio noua l.in illa.cum hac l.* 3 *Diploma felix.*
2 *Neque, dictionis natura.*

IX. POMPONIVS.

Hoc iure vtimurvt, ex hac stipulatione, *si Lucius Titius ante Cal. Maias in Italiam non venerit, decem dare spondes*, non antè quidquam peti posit, quàm exploratum sit ante eam diem in Italiam Titium venire nō potuisse[a], neque venisse[b], siue eo viuo[c], siue mortuo id acciderit.

Noua declaratio.

Enire non potuisse [a]. Ergo à contrario, cùm exploratum erit, Lucium Titium antè Calen. Maias in Italiā venire non posse, agi poterit, quod ex professo contradicit, l.in illa. quam antè statim declarauimus. Hic est fortis nodus, qui multos contorsit & malè habuit. † Mihi videtur 1 hunc rex. rectè, & nouè intellectum non pugnare cum.l.in illa: vult namque hic Pompo. non antè quicquam peti posse, quàm exploratum fuerit Titium non potuisse venire, neque venisse: & sic cùm dictio neque, copulatiuæ vim habeat, vt infra dico, nō solum lex desiderat, vt agi possit Titium venire non potuisse, sed vltra quod non venerit. & ita in effectu diem expectari vult. Licet enim ante diem constet Titium non potuisse venire, non tamen ante diem exploratum erit, eum non venisse. Quocirca dies expectanda erit, vt agi possit: vt & in.l.in illa. dicitur, quæ lex cum nostra sic declarata intensissimè concordat, vt dissideat. Tantum abest, quod si cui dissolutio communis magis arrideat, ea ita explicanda venit, harum legum termini dispares sunt. Nanque agitur in.l.in illa, de conditione diem habente, in qua vertitur factum promittentis quo casu dies solutioni & eius differēdæ gratia additus intelligitur, cùm & antè si voluisset, conditionem implere potuisset. Hic de conditione in qua factum tertij vertitur, cuius ideo implementum in potestate promissoris positum non erat, sed in tertij, nempe Lucij Titij voluntate. Idcirco eius euentum & implementum partes duntaxat considerasse videntur. Quare non quæritur, quando, sed an contingat. l.cum seruus, cum dies conditionis & committendæ stipulationis gratia adiectus intelligatur. l.cum tale. §. Mæuiæ. ff. de cond. & demonst. Stipulatio autem mero iure committitur statim, cum exploratum est cōditioni pareri non posse. d.l.cum stipulatus sim mihi ô Procule.

Neque, dictio.

b Neque venisse. Id est, & non venisse. † Etenim dictio Neque, quod & gram- 2 maticorum doctissimi docuerūt, in copulatiuam, & negationem resoluitur: id est, in & non. l.stipulatio. §. habet. ff. de ope. no. nuncia. Quæ res ita sensum meum confirmat, vt Apollinis pithij responsum, non magis verum putem.

c Eo viuo. Quia fortasse graui valetudine oppressus, aut marina tempestate in extremas orbis regiones delatus, vt nulla vel medicorum, vel itineris diligentia fieri posit: † etiam si felici diplomate, hoc est, diebus ac noctibus, & omni tempe- 3 state contempta iter continuaret, vt in Italiam veniret. Tractant porrò in hac.l. commentatores ampliter materiam negatiuæ, & quomodo probetur: rem (vt vides) à Pompo. Respōso prorsus alienam. Quare non est mihi animus eam perstringere. Tu hic doct. & in locis communibus videto.

Diploma felix.

IOAN. CORAS. VALEN. XXVII. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. SI TITIVS.

1 *Finis.*
2 *Iudicium accipere.*
3 *Iudicium à contestatione incipit.*
4 *Actionem non habens, non experitur.*
5 *Stipulatio, an per contestationem committatur.*
6 *Perplexitas quando actum vitiet.*
7 *Occupare quis dicatur.*

X. IDEM

X. IDEM.

Si Titius & Seius separatim[a] ita stipulati essent, fundum illū si illi nō dederis, mihi dare spondes, finem dandi[b] alteri fore, quod iudicium acciperetur[c], & ideo occupantis[d] fore actionem.[e]

Eparatim. [a] Titius à te fundum Tusculanum stipulatus est, si eum Seio non dedisses, deinde separatim seipsus à te ipso eundem fundum stipulatus, si eum Titio non dedisses.

b Finem dandi. Id est facultatem. l. filius emancipatus. ff. de colla.
1 do. datione enim finitur stipulatio. † Planè finis est id, quo vnaquæque res terminatur. Vult igitur Pompo. promissorē facultatē dandi fundū alterutri stipulatorū quē elegerit, habere, vsque quo litē cum eo alter contestetur: nam si vnus ex stipulatoribus Titius, puta, contra promissorem egerit, tandemque ad litis contestationem deueniatur, hic erit finis, & terminus electionis, facultatisque dandi, eam quippe promissor deinceps non habebit, cogetur quippe actori Titio, qui occupauit fundū promissum dare. *Finis.*
2 *c Iudicium acciperetur.* † Id est, litis contestaretur. l. si is qui Romæ. ff. de iudi. l. is qui se obtulit. ff. de rei vendi. l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edic. Licet enim lata quadam, & impropria significatione ante contestationem litis, quandoque dicatur iudicium, vnde confessio facta in iudicio, dicatur etiam, quæ initio litis emanauit. l. voluit. l. si defensor. ff. de interrog. actio. Propriè tamen vt & communi- *Iudiciū accipere.*
3 ter traditum est: † iudicium à litis contestatione incipit. d. l. is qui se obtulit. & d. §. item sciendum, & quæ antea fiunt præmia, & præparatoria iudicij dicuntur. §. si. in auth. in med. lit. non fie. sa. iuss. col. viij. vnde citationem actionum instituendarum principium esse dixit Imp. nō etiam iudicij initium. §. fin. de pœn. tem. litig. in Inst. Verùm enimuerò ad hoc Pompo. Responsum opposuerit aliquis, quî fieri potest, vt hîc ad litis contestationem deuentum fuerit, cùm in conditionalibus stipulationibus quales sunt de quibus agimus, antè conditionis euētum neque veniat dies, neque cedat. l. cedere diem. ff. de verb. sig. Ideóque iudicium stipulator accipere nequeat. l. certi condictio. in prin. ff. de reb. cred. & §. ex conditionali. de verb. obli. *Iudiciū à cōtestatione litis incipit.*
4 in Instit. vt enim in vanum laborat, qui sine pedibus currere pergit: † ita, qui vult in iudicio aduersus alium sine actione experiri. l. si pupilli. §. fin. ff. de neg. gest. l. quoties. §. item si temporali. ff. de admi. tuto. l. si quid. §. sicut. ff. de petit. hæred. & est regula iuris decantatissima, quæ vt nobis officiat nihil ita ex hoc text. temperanda est, nisi speretur actionem oriri in contestatione litis: cùm enim ea mox petitionem sequi debeat, de facto experiri debebit. Idē quippe iudicamus de potentia propinqua ad actum, quod de ipso actu. l. filiusfam. ff. de milit. test. & ita communiter existimatum est, sed fortasse alia est huius. l. ratio, quia debilis iuris nostri confirmandi gratia, vt efficacem actionem quæramus: néue conuentio deludi possit sine actione, & ita de facto experiri licet. l. nuda. C. de cōtra. & commit. stipulat. Túmque facit ius superueniens, vt quod initio inutiliter erat gestū, cōualescat, l. mulieri. §. j. ff. de cond. insti. Redderetur autē inutilis stipulatio, in l. nostra, si non de facto agi posset: cùm sola litis contestatio actionem tribuat, meritò facultas conueniendi in iudicio data est ei, qui nullā actionem habet: neque nouo libello opus erit, sed ex eadē instantia sequetur condemnatio, cùm pendente iudicio ius super- *Nemo experitur sine actione.*
5 uenerit. l. si rem. §. fina. ff. de pig. actio. l. si mandauero. j. ff. manda. † Planè adhuc obstat: quia videtur non cōmitti stipulationē, per contestationē litis factā per vnum, sed expectari debere, vt desinat alteri posse dari. l. ita stipulatus. §. Sabinus. Ego hac in re verissimum puto, quod & alij multi præsenserunt, in hoc quoque textu desiisse fundum promissum, alteri dari posse, non natura: sed lege ipsa ita propter perplexitatem, quæ hîc vertitur, interpretante. Id autē sic explico, si in specie textus nostri, vni tantum, puta Titio, fundi promissio facta fuisset, si non alteri, nempe *Stipulatio an cōmittatur per contestationem.*

Seio daretur, optimo iure procederet dispositio. l. ita stipulatus: vt non ante committeretur stipulatio, quàm desiisset posse fundus dari Seio. †At hîc vtrique facta 6
fuit promissio sub perplexis, intricatis, & contrariis conditionibus, si alteri non daretur, quæ cùm ad voluntatem promissoris referantur, vix vnquam exitum inuenirent. l. stipulatio non valet. & l. à Titio. in fin. neque enim est verisimile, quem obligari alteri, aut dare velle. l. cum de indebito. ff. de probatio. Quam perplexitatem lex dissoluere cupiens, tempus præscribit litisconteſtationis. l. ex duobus, ij. ff. de duo. re. Quo interpretatur desinere alteri posse dari. Nec tumultuetur hîc quispiam, quòd si vlla erat perplexitas, debebat actus vitiari. l. si Titius. ff. de cond. inst. nam fateor, vbi ea est indissolubilis: quia conditiones ita essent perplexæ, vt existere non possent. l. fin. §. Titius. ff. de vulg. velut in d. l. si Titius. in qua fieri vlla ratione poterat, vt duo insolidum domini, & hæredes essent. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. At hîc facile dissolui poterat perplexitas, cum desitum esset alteri dari posse, quod multis modis contingere potest: vt, quia mortuus sit. l. pater Seuerinam. §. socrus. & l. hoc genus. ff. de cond. & demonst. vel quia ob delictum relictus incapax acquisitionis. l. si deportati seruo. ff. de leg. iij.

Perplexitas quando vitiet actum.

Occupare quis dicatur.

d Occupantis. Occupat † ergo, & conditionem suam meliorem facit, qui litem 7
contestatur. l. inter eos. ff. de re iudic. quod ex professo Vlpiani & Caij responsis contradicit, quibus traditũ est, non qui prior litem contestatus est, occupare videri: sed qui prior ad sententiam iudicis peruenit. l. si à multis. ff. de nox. act. l. si verò. ff. de pecul. Hic doct. variant. Mihi breuiter videtur id, de cuius occupatione quæritur, perspicacissimè inspiciendum, vt per actum qui est eius rei initium, dicamus induci occupationem, veluti respectu iurisdictionis sola citatione dicemus induci præuentionem & occupationem. l. si quis posteaquam. ff. de iudic. c. proposuisti, de foro compe. cum citatio sit initium exercitij iurisdictionis. §. si. de pœna tem. lit. in instit. Respectu verò litis occupare is dicitur, qui contestatur: vt hîc, & l. pluribus. ff. de procur. l. si pluribus. ff. de leg. j. & l. ex duobus, ij. ff. de duo. rei. cum lis propriè à contestatione incipiat. l. litis nomen. ff. de verb. sig. c. ex parte. ij. illo tit. Præterquàm ad effectum litigiosi auth. litigiosa. C. de litigio. ad perpetuandam iurisdictionem delegati. c. gratum. de offic. deleg. & vt ne quidquam lite pendente innouetur. clem. fin. vt lite pen. Quibus casibus, vt illa iura docent, lis etiam ante contestationem dicitur, dixi in l. postquam liti. C. de pact. Respectu verò executionis occupabit tantùm, qui ad sententiam perueniet. d. l. si à multis. ff. de noxa. & d. l. si verò. ff. de pecu. Cum totius litis processus, & iudicij finis, effectus, & executio sint in sententia. l. j. ff. de re iudic.

e Actionem. Ad fundum, qui initio tam perplexè, & intricatè vtrique conditionaliter promissus erat, si alteri non daretur. IOAN. CORAS. VALEN. XXVIII. SEPTEMB. M. D. XLVI.

L. FILIVS.

1 *Filius stipulando, quando patri acquirat.* 3 *Stipulatio an ex præsenti vires accipiat.*
2 *Postliminium.* 4 *Fictio idem quod veritas operatur.*

XI. PAVLVS.

Filius dum in ciuitate est[a], si stipuletur, patri reuerso[b] ab hostibus videtur acquisiisse[c].

N *ciuitate est[a].* Patre hostibus capto.

Patri quãdo stipulan do filius quarat.

b Patri reuerso. Patre verò, apud hostes mortuo, †si simpliciter, aut si- 1
bi filius stipuletur, ipsi acquisitũ erit: quòd mortuo patre, tunc paterfa. fuisse intelligatur, cùm pater eius in hostium potestatem peruenerit. l. bona. §. quod filius. ff. de cap. & postli. reuerso. Quòd si patri suo stipulatus fuisset, nullius

nullius momenti stipulatio videbitur fuisse, quoniam alij, non sibi stipulatus est. l.
si seruus communi. §. seruus capto. ff. de stipul. seruo.
2 c *Videtur acquisisse.* † Propter postliminium, quod fingit captum ab hostibus re- *Postliminium.*
uersum semper in ciuitate fuisse. l. retro. & l. postliminium. ff. de capt. §. si ab hosti-
3 bus. quib. mod. ius pa. po. sol. † Ita non obstat, si dicas stipulationē ex præsenti vires *Stipulatio ex quo tēpore vires capit.*
accipere, hoc est, ex tempore contractus. l. vsusfructus. ff. de stipul. seruo. & in sti-
pulationibus id tempus spectari, quo contrahimus. l. si filiusfam. in prin. Quocirca
videri patri ab hostibus reuerso acquiri non posse, si cōtractæ stipulationis tempo-
re filium in potestate non habuerit. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acquiren. re. do.
nec alium in potestate sua habere possit, qui non est suæ potestatis. l. sic euenier. ff.
ad l. Falcid. de adult. Nam respondeo fictionem efficere, vt retro credatur in ciui-
4 tate fuisse, qui ab hostibus aduenit. l. retro. ff. de capt. & dicto §. si ab hostibus. † Nec *Fictio idē operatur quod verum.*
minus ea legis fictio operabitur, quàm si verè omni tempore in ciuitate fuisset. l.
filio quem pater. ff. de liber. & posthum. l. j. §. domini. iij. ff. ad Syllan.

L. SI ITA STIPVLATVS.

1 *Minus promissum intelligitur.*
2 *Alternatiua an vtrunque habeant in obligatione.*
3 *Affectio cadit in speciebus.*
4 *Lex nihil frustra inducit.*

XII. POMPONIVS.

Si ita stipulatus fuero, *decem aut quinque dare spondes?* quinque debentur[a]: & si ita, *Calendis Ianuariis* vel *Februariis dari spondes*, perinde est quasi Calendis Februariis dari stipulatus sim[b].

Q*Vinque debentur*[a]. Semper in summis id quod minus est, spondери vi-
1 detur. l. inter stipulantem. §. si stipulante. ij. respon. † Cùm enim in al- *Minus promissum censetur.*
ternatiuis promissoris sit electio. l. plerunque. in fi. ff. de iur. dot. Veri-
simileque sit eum minorem partem electurum. l. qui concubinam. §.
cum ita. ff. de leg. iij. quod minus est in obligatione duntaxat esse lex voluit: vt hîc,
non etiam quod est maius, ne frustra induceret obligationem, quæ verisimiliter
nullum esset habitura effectum. l. stipulatio non valet. l. centesimis. §. fin. & l. à Ti-
tio. in fin. Quæ ratio etiam sequenti responso de tempore conuenit.

b *Stipulatus fuerim.* Quia in stipulationibus id seruatur, vt quod minus, quódque longius & remotius est, deductum videtur in obligationem. l. si ita stipulatus fuero decem. Vnde fideiussor qui solidum, aut partes viriles fide sua esse iussit, ab initio non nisi viriles partes promisisse intelligitur. l. inter eos. ad princip. ff. de fideius. nam & generaliter traditum est in obscuris dispositionibus, quod exiguum est, & minimum sequendum esse. l. si ita scriptum sit. in fin. & l. idem Iulianus. §. scio. ff. de leg. j. l. si ita relictum fuerit. in princ. ff. de leg. ij. l. qui concubinam. §. cum ita, & l. minus, ff. de leg. iij. & l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. cum in minorem partem verisimiliter consensum intelligatur. l. diem proferre. §. si plures. ff.
2 de recep. arb. nec porrò contradicit legi nostræ illud vulgare, † In alternatiuis *In alternatiuis vtrūque in obligatione.*
vtrumque est in obligatione. l. si duo. hoc tit. l. illud. ff. de const. pecu. cùm id in al-
ternatiua specierum, aut corporum obtineat, nos de alternatiua quantitatis aut
3 temporis tractamus. † Differentiæ ratio est, quia in speciebus cadit affectio. l. cùm *Affectio cadit in speciebus.*
seruus. ff. mand. quò fit, vt sæpenumero res viles sint nobis acceptiores, & chario-
res multo pretiosis. §. huic autem. in fi. de actio. in Inst. quia confines nostri sunt. l.
si cui fundus. ff. de leg. ij. aut maiorum fuerunt. l. si in emptione. ff. de mino. vel in
his sunt sepulchra, vel imagines maiorum. l. libertus qui non soluendo. ff. de bon.
liber. l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. in quantitatibus verò nulla affectio con-
siderati potest. l. nummis. ff. de in lit. iur. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc. Sed vt ante

dixi verisimile est promissorem, qui electionem habet.l.plerunque.in fi.ff.de iure dot.quod minus est electurum.d.l.qui concubinam.§.cum ita.Quare quod maius est in obligatione lex non posuit, † cùm non frustra quidquam inducat.l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.vt leg.no.cauea.& certa sit promissorem non tam suorum commodorum immemorem, vt maius præstet. Quoniam igitur nulla sequi posset eius obligationis executio, noluit eam lex producere.l. stipulatio non valet,& l.centesimis.§.fin. Eo factum, vt cùm in summis probabilis aliqua affectio verti potest in alternatiua summarum, sicut specierum, vtrunque sit in obligatione.l.si is cui.ff. de noua. Veluti si alternatiuæ quantitatis sit immixtum tempus, vel econtra, aut alteri sint immixtæ personæ, vel etiam loca, quia promiseris mihi dare decem hîc Valentiæ, aut quinque Tholosæ, vel hodie quinque, aut post annum decem, vel mihi quinque, aut decem Titio: fieri quippe potest, vt commodius sit tibi Valentiæ decem soluere, quàm Tholosæ quinque, & magis tua intersit soluere post annum, aut Titio decem, quàm hodie, vel mihi quinque.l.qui res.§.mihi decem.ff. de solutio. Bart. in l. si duo. hoc titul. quo loco si electio in alternatiuis creditoris esset, cùm eligere possit, quod minus est.l. planè.j.§.si ita Titio. ff.de leg.j.vtrunque in obligatione esse tradit: facilius autē remittitur quod nobis debetur, quàm præstemus quod nostrum est. IOAN. CORAS. VALEN. XXIX. SETEMB. M. D. XLVI.

Lex nihil frustra. 4

L. QVI ANTE CALENDAS.

1 *Calendis, & ante Calendas stipulatio.*
2 *Ante & post dictio.*
3 *Tempus in dubio fauore debitoris.*

XIII. VLPIANVS.

Qui ante Calendas proximas stipulatur, similis est ei, qui Calendis stipulatur[a].

Calēdis & ante Calendas stipulari.

Calendis stipulatur[a]. Paria sunt † Calendis, & ante Cal. promittere: 1 adeò, vt has stipulationes nihil differre Iul.dixerit.l.cū qui.ij §.qui ita stipulatur.ij. Vtroq; quippe casu tota obligatio in diem Calēdarum collata esse videtur.l.in illa.hoc tit. & l.si eum. §.homo sisti.ff. si quis cautio.vnde sicut qui Calēdis promisit ante diem Calendarum conueniri nequit, ita neq; qui ante Cal.l.stipulationes non diuidūtur.§.fi. & vtrobiq; si Calendis soluatur, in termino solutū videtur.l.j.§. si intra. ff.de succes. edic. Deniq; promissor neutro casu ipso die Calendarū cōueniri poterit, vt communiter existimatum est.d.l.stipulationes.§.fin. Quod ego verum non inficior in eo, qui Calendis aut intra Calēdas dare promittit.l.j.§.quod dicimus.ff.de succes. edic.l.si quis sic dixerit.ff.de verb.& re.sign. debent quippe esse omnes partes Calendarum præteritæ, vt agi rectè quis possit.l.qui hoc anno. At in eo, qui dare aut soluere promisit ante Calend.contra doct. verissimum puto, eum mox conueniri posse, postquam Calendæ incipiunt, & ita statim cum vltimus dies mensis præteriti exiuit, quod & Accurs. (ab aliis perperam improbatus) prænotauit in d. §.qui ita,& hîc. Neque eius rei ratio euidentior desumi potest, quàm ex verborum sonitu, & significante. Denotat † etenim dictio ante, tempus quod præcedit.l.si quis 2 id quod.ff.de iurisd.om.iudic.l.ij. Ne de stat.defuncto.C.vt & dictio post tempus, quod sequitur.l.quod de pariter, cum l.seq.ff.de reb.dub. Quis autem, nisi absurdissimè dixerit, eum qui stipulatus est decem, dari ante mensem Octobris initio eius mensis agere non posse, nec nisi toto Octobrio mense exacto? Nec obstat hæc lex quæ has stipulationes Calendis,& ante Calend.similes esse dicit. nam nullum simile est idem.l.quod nerua.ff.depos.vnde satis est, in pluribus simile conuenire, licèt in aliquibus differant.l.qui liberis.in princip.ff.de vulg.l.quæritur.ff.de statu homi.

Ante, & post dictiones.

homi.l.j.C.de iure emphyt. Sic etiam tollitur d.l.cum qui.§.qui ita. dum illic docet Iurisconsul.cum qui ante Cal.proximas stipulatur,nihil differre ab eo,qui Calendis stipulatur. Nam verum est regulariter, vt & hîc, & illic scriptores interpretantur, nouum non esse docentes has stipulationes inter se respectu debitoris differre.Nam qui promisit soluere ante Calendas,liberè potest quandocunque ante diem Calendarum soluere.l.si ita fuerit.ij.§.fina.de manu.testa.non item, qui promisit soluere Calendis, si vel vtriusque gratia tempus adiectum sit.l.qui Romæ.in princ.vel etiam gratia creditoris tantum.l.in fideicommissi. §.cum Pollidius.ff.de
3 vsu.l.si ita relictum.§.Pegasus.ff.de leg.ij. † Quanquam & in dubio debitoris gratia adiectum intelligatur.l.cùm tempus.ff.de reg.iur. Denique non obstat.l.stipulationes non diuiduntur. §. fin.qui cùm dicit in hac stipulatione,si ante Cal.Martias primas opus perfectum non erit, quanti id opus erit, tantam pecuniam dari, diem promissionis post Martias Calen.cedere intelligit, de Martiis Cal.inceptis, non etiam finitis, vt & ratio sequens demonstrat:quia (inquit Vlp.)nec conueniri ante Cal.Martias reus promittendi poterat.Licet aliud si Calendis,aut hoc anno, vel hoc mense promissio facta esset, quo casu omnes partes Calendarũ anni mensisque præteritas esse oporteret.l.qui hoc anno. IOAN. CORAS. VALENTIAE, DIE XXX. SEPTEMB. M. D. XLVI.

Dies adiecta censetur gratia debitoris.

L. SI ITA STIPVLATVS. II.

1 *Operis stipulatio duo requirit.*
2 *Tempus in stipulationibus tacitè inest.*
3 *Ante tempus quando agi possit.*
4 *Fideiussor quomodo obligationi facti accedat.*

XIIII. POMPONIVS.

Si ita stipulatus sim abs te, *domum ædificari*[a]? vel si hæredem meum damnauero[b] *insulam ædificare.* Celso placet, non antè agi posse ea causa, quàm tempus præterisset, quo insula ædificari posset[c]: nec fideiussores dati[d] ante diem tenebuntur[e].

a *Domum ædificari*. Adiecto loco.l.non vtique.§.si quis insulam. ff. de eo
1 quod cert.loc. † desiderantur autem duo, vt effectum habeat stipulatio: operis præsertim ædificij, vt demonstretur, & adiiciatur locus, in quo ædificandum sit, aut faciendum opus.d. §.si quis insulam, & l.ita stipulatus,ad princip.hoc titul.& vt intersit stipulatoris,eo in loco opus fieri.l.qui insulam.nam inuentæ sunt stipulationes, vt quis quod sua interest stipuletur.l.stipulatio ista. §. alteri. vnde nequiret agere stipulator, si non interesset. l. qui insulam.ff.de iudic.

Stipulatio operis duo requirit.

b *Hæredem meum damnauero*. Potest testator hæredem damnare, vt opus faciat, eóque casu tenebitur hæres præcisè facere. l. fideicommissa. §.fin.ff. de leg.iij.licet regulariter obligatus ad factum, præstando id quod interest liberetur. l. si quis ab alio.§.fin.ff.de re iudi.l.stipulationes non diuiduntur.vers.Celsus.hoc tit. Sed hoc illic operabatur fauore vltimæ voluntatis. Aut,quod ego verius puto,fauor Reip. cui hæres opus facere iussus erat, vt Vlpia.cantat in d.l.fideicommissa.§.fin.

2 c *Ædificari possit.* †Nam in stipulationibus tempus actui explicando necessarium tacitè inest: vt hîc,& l.si insulam.l.interdum.in prin.l.insulam,infra l.existimo.§.fi.& l.cùm stipulatus sim mihi.hoc tit.arbitrio tamen iudicis secundũ rationem diligentis ædificatoris,& temporũ locorúmque æstimandum.l.continuus.§.
3 item qui insulam.hoc tit.& l.insulã.§.j.ff.loca.†ante quod tẽpus vult hîc Iurison. non rectè agi,si nondum,scilicet, tantum temporis præterierit, quo ædificare aut opus facere potuerit redemptor: quod intellige, si agatur in id quod interest ratione operis non inchoati, si stipulatoris intersit, id tempus spectandum non est,

Tempus in stipul. inest tacitè.

Agi potest interdum ante tẽpus.

sed statim agi potest: cùm in mora faciendi constitutus est redẽptor.l.stipulationes non diuiduntur.§.fi.Nec, inquit illic Vlpian.si insulam fieri quis stipulatus sit, expectandum est, vt tantum temporis prætereat, quanto insula fabricari possit. Sed vbi iam cœperit mora faciendæ insulæ, fieri tunc agetur, diésque cedit obligationis: veluti si redemptor moram fecisset, ne inciperet ædificium, quo nomine mea iam intersit, quia tigna, trabes, lapides, cœmenta, & alia necessaria, quæ extruendo operi comparaueram, impetuosa pluuia interim fœdentur, & corrumpantur. Eo quippe casu, quia nunc mea ratione non cœpti operis, interest, statim agere potero, non expectato die, quo fieri potuit.l.continuus.§.item qui insulam.

Fideiussor nõ accedit obligationi facti. d *Fideiussores dati.* Oritur hic scrupulus, quia pincipalis factum promiserat † & 4 obligationi facti fideiussor non accedit.l. sicut reus. ff.de fideiusso. cùm factum alienum inutiliter promittatur. l.stipulatio ista, in princ.& l.inter stipulantem, in prin.hoc tit.l.eũ qui.§. Iulianus.ff.de const.pecu.Sed salua ampliore huius articuli disputatione, quæ in communes locos relegatur, quãtum ad hunc text. pertinet, dic, hic tractari de obligatione secũdaria, in id qđ interest. Quo nomine fideiussor sine dubio in obligationibus facti potest, & videtur accedere.l. stipulatus es opus ff.de fideius.

e *Tenebuntur.* Cum non in plus teneantur, quàm principalis.l.græcè.§.illud.ff. de fideius. Atqui in plus tenerentur, si antequàm principalis obligatus esset, ipsi tectè conuenirentur.§. plus autem.de actio.in Instit. IOAN. CORAS. VALENTIAE, XXIX. SEPTEMB. M. D. XLVI.

1 *Faciens partem operis, non liberatur.* 3 *Incendia cuius periculo contingant.*
2 *Periculũ quãdo ad conductorẽ pertineat.* 4 *Tempus integrum an redintegretur.*

XV. IDEM.

Et ideo hæsitatur, si aliqua pars insulæ facta sit, deinde incendio consumpta sit, an integrum tempus computandum sit. Rursus ad ædificandam insulam, an verò reliquum duntaxat expectandum quod deerit. Et verius est vt integrum ei detur a.

Partẽ operis præstãs nõ liberatur.

Ntegrum ei detur a. Ex hac l.tria notabis.† Primò quod partem operis 1 faciens, etiã respectu eius partis nõ liberatur. l.ij. ad princ.ff.de præt. stipu. facta enim indiuidua regulariter sunt l.stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & l.in executione. §.ij. & in indiuiduis nihil fecisse videtur, qui non totum facit.l.furiosum. C.qui testa.fac.pos. & nihil actum esse credit lex, dum aliquid agendum superest .l. penul.§.fin. C. de iis qui vt indign. 2

Fortuiti casus, cuius periculo contingant. † Deinde collige periculũ incendij, & ita casus fortuiti, ad redemptorem operis, seu cõductorem pertinere. Cui sententiæ implacabiliter obstat l. Martius.ff. loca. doctor. dicunt vtrobique, conductorem operis teneri ad reficiendum, nec vllo pacto fuisse liberatum, etiam in parte per prædicta. Cùm enim ad indiuiduum teneretur, nempe ad factum, fecisse non videtur, qui non totum fecit, facta nanque ex consummatione formam recipiunt.l.si is qui quadringenta.§. quædam.ff. ad l.falc. Cùm autem redemptor non fuerit in culpa, expẽsis stipulatoris reficiet. d.l.Martius, quod nec hic text.negat. Cæterũ hæc solutio diuinatoria mihi nunquam placuit. Sed nec aliorum dissolutiones, quæ tot sunt ferè, quot capita scriptorum. Ego nouè dicerem periculum casus fortuiti, vi naturalis contingentis: puta, terræmotus, ad redemptorem non pertinere, cùm ei nulla culpa, nec vera, nec præsumpta impingi possit.d.l.Martius, quæ in his terminis expressissimè loquitur.† Periculum verò incendij, aut alterius casus fortuiti ad eum spectare, cùm 3 in culpa sit, saltem præsumpta, ex quo incendia, non nisi culpa inhabitantium,

Incendij periculum ad quem spectet.

aut

aut eorum qui operis custodiam habent, redemptorum puta, ferè semper contingant, l.iij.§.cognoscit.ff. de off.præfect.vigil.l. si vendita.ff. de pericul. & commo.
4 rei vend. † Tertiò nota integrum tempus redintegrandum esse, cùm totum commodum propter particulare impedimentum aufertur. Huic quippe ædificatori non satis esset, quod supererat temporis restituere: cùm eo non posset de nouo exædificare in vniuersum, meritò totum tempus ei reponitur, quòd si non absorberet omnem dilationem impedimentum, hoc est, non auferret totius temporis vtilitatem, tantum temporis restitueretur duntaxat, in quanto fuisset impeditus. l.sed si per prætorem.§.sed cùm feriæ, & §.quoties.ff.ex qui.cau.maio. cle.vnica de in integ. restitutio. quod ad sexcentas quæstiones protrahunt hic doctores, quos video. IOAN. CORAS. VALENTIAE. XXIX. SEPTEMB. M. D. XLVI. *Tēpus an redintegretur.*

L. SI STICHVM.

1 *Alternatiua vnum habet in solutione.*
2 *Lucratiuæ causæ quando concurrant.*
3 *Alternatiuus debitor vnius morte an liberetur.*

XVI. IDEM.

Si Stichum aut Pamphilum mihi debeas, & alter ex his meus factus sit ex aliqua causa [a]: reliquus debetur [b] mihi à te. *Stipulatio huiusmodi in Annos singulos*, vna est [a], & incerta [b], & perpetua [c]: non autem quamadmodum simile legatum [d] morte legatarii finitur [e].

1 E*X aliqua causa* [a]. Alia tamen quàm ex illa stipulatione alternatiua. † Ex hac nanque sequuta solutio in vna re promissorem proculdubio liberat, etiam respectu alterius.l.iij.ad princ.ff.de eo quod cert.lo.nam licet vtraque res sit in obligatione.l. si duo, hoc titu.l.illud, aut illud. ff.de const.pecu.in solutione tamē vna est.l.si illud, aut illud.ff.de legat.ij.qua electà à debitore soluente tota obligatio extinguitur.l. si ex toto.§.j.ff.de leg.j. Quòd si ex alia causa fiat altera res stipulatoris, hîc traditū est, alteram nihilominus deberi: etiam si illa noua causa esset lucratiua: puta, donationis, aut legati.l. non
2 quocunque.§.fi.ff. de leg.pri. † Licet enim duæ causæ lucratiuæ in eandem rem non concurrant.l.Mæuius.§.duabus. ff.de leg.ij.§. si res deleg. circa tamen diuersas, earum concursus non prohibetur. d.§.fina.& l.Titia Seio.in princ.ff. de leg.ij.
3 † Idem dicimus altera re ex alternatiuis mortua seu perēpta: vt in superstite, tota remaneat obligatio.l. Stichum aut Pamphilum. §.j.ff.de solutio.l. si in emptione. §.si emptio.ff. de contrah.emp. cum enim, vt diximus, in obligatione sit vtraque res in alternatiuis, si vna ab obligatione eximatur, totum ius obligationis in altera permanere conueniens est: ne sit in potestate debitoris, an debeat: dum non vult vnum præstare, quem solum debet.l.non vtique.in princ.ff.de eo quod cer. lo.nisi post moram stipulatoris res interiisset, quo casu debitor liberaretur.l. stipulatus sum Damam. Sed & superiore casu debitor peremptæ rei æstimationem soluendo liberabitur.l.cùm res.§.sed si Stichus.ff.de leg.j. *Alternatiuæ natura.* *Lucratiuæ causæ quādo concurrant.* *Alternatiuis debitor vnius peremptione an liberetur.*

b Reliquus debetur. Aut alterius (qui meus ex aliqua causa factus erat) æstimatio.l.cùm res.§.sed si Stichus.ff.de leg.j.eius enim, vt fortasse longè vilioris, si malit promissor pretium soluere stipulationi satisfiet. Quod in fauorem & gratiam pro missorum summa ratione lex induxit, ne is qui culpa caret, in damnum vocaretur.c.ij.de constit. Quare si facto eiusdem res interiisset, æstimatio offerri non posset.l.Stichum aut Pamphilum.§.j.ij. respon.ff.de solutio. Et ideo, cùm species rectè soluatur, vbi propter speciem debetur æstimatio.l.si verò.§.fina.ff.sol.matr.l. fideiussor. ff.de excep.dol.si altera ex rebus alternatiuè debitis ex aliqua causa effecta

ſtipulatoris,eiuſdem ex alia eſſe deſiiſſet,factáque fuiſſet de nouo promiſſoris, ab eo ſtipulatori præſtari poſſet,& ſolui. Nec obſtat,quod ſemel deſierit eſſe in obligatione,& in perpetuum ſublata obligatio reſtitui non poſſit.l. quo res.§. aream. ff.de ſolu.l.eius qui delatorē.§.fina.ff.de iu.fiſ.quod & in terminis expreſſum videtur in l. qui decem.§.Stichum.ff.de ſolu.Nam hoc obtinet, vbi nunquam illa res fuiſſet in oblatione,vt,quia tempore contractæ ſtipulationis ad ſtipulatorem pertinuiſſet,in quibus terminis loquitur d.§.Stichum. Hoc quippe caſu,non conſtitit initio obligatio l. nemo rem ſuam.j.& ij.& l. exiſtimo.ſicuti cùm neutra res ex alternatiuis fuit ſtipulatoris,quo tempore contractum eſt.

§. STIPVLATIO.

1 *Stipulatio in annos ſingulos vna.*
2 *Singulos dictio diſtributiua.*
3 *Incerta ſtipulatio.*
4 *Annua ſtipulatio vna.*

Stipulatio in annos ſingulos.

Na eſt a. Id eſt, † ſola eſt ſtipulatio plurium tamen penſionum, & 1
præſtationum l. ſi à colono. in princ.ff.de fideiuſ. licet prima fronte videretur his verbis in annos ſingulos plures contractas ſtipulationes, tum quòd plures res in contractum deductæ videtentur l.j.§.ſed ſi mihi.& l.ſcire debemus,tum etiam quòd in permultos annos,& diuerſa tēpora fuiſſet diſtributa ſtipulatio, quod facit plures cenſeri ſtipulationes, vt de ſtipulatione annua,bima,trima die Iul.Pau.reſpondit.l.pluribus.ad prin. Cæterum in d. l.ſcire debem⁹:hoc ideo,quia plures res ſpecialiter,& expreſſè dinumeratæ erāt à cōtrahentibus:ſic & in l.pluribus.ij.reſpō.ad expreſſam temporū dinumetationē deuentum erat, quia argenti certam quantitatē quis ſtipulatus erat annua, bima, trima die,hoc eſt,primo,ſecundo,& tertio anno.l.iij.vbi not.ff. de annu.leg. Qua ratione auth.expreſſio plurium rerum facit diuerſas conſeri ſtipulationes.d.§. ſed ſi mihi.d.l.ſcire debemus.& l.quod dicitur. Eadem diſcretio plurium temporum l.ſancimus.§. ſi quis autem. C.de dona.& rectè nos argumentari de re ad tempus,

Singulos, verbū diſtributiuum.

iuris eſt certiſsimi.l.miles ita hæredē,ad princ.ff.de teſta.mil.†. Nec obſtat, quod 2
quidam opponunt, verbum ſingulos, quod eſt diſtributiuum l.huiuſmodi.§. quibus.ff.de leg.j. vim habere ſpecialis dinumerationis annorum.l. ſicut in annos.ff. quibus mod.vſuſ.amit.l.fin.C. de impub. nam fateor, quantum ad præſtationes, quas propter naturam diſtributiui multiplices eſſe oportet, ſtipulatio tamen in ſe,& eius omnino virtus,hoc eſt,actio & obligatio vna erit,pro toto tempore l. ſi à colono. in princip. ff.de fideiuſſo. niſi eadem ſtipulator ad factum perſonæ cohærens obligaretur l. ſi ſeruus communis. ij.§. fin.ff.de ſtip. ſeruo l.ſi ſterilis.§. fina.ff. de act.emp.Quocirca à doct.ſapienret reſponſum eſt,ſtipulatione, qua annua decem medico promittuntur,non vnā eſſe,ideóque ad hæredes non tranſire l. Seia. ff.de abnu.leg.

Incerta ſtipulatio.

b *Incerta.* † Incertam ſtipulationem in hoc ipſo tractatu noſtro obligationis 3
verborum Iuriſconſulti dixerunt, vbi ex ipſa pronunciatione non conſtat, quid, quale,quantúmque ſit in ſtipulatione.l.vbi autem non apparet. in prin.veluti, vt illic Vlpianus ait, ſi quis fundum hominémve ſine propria appellatione, aut vinum vel frumentum ſine qualitate dari ſibi ſtipuletur. Cùm itaque ſtipulatio in ſingulos annos propter incertitudinem futurarum præſtationum, quas in futurū infinitè fieri oportet,non planè oſtendat,quid, quantúmque debeat præſtari, incerta meritò dicitur,quia incertum in eam deductum eſt.d.l.vbi autem, in princ. &.§.fundi,&.§.qui illud,hoc titul.&.l.certum.ff.de reb.cred.Quod nihil verius dici poteſt,licet alij aliter ſentiant.

c *Perpetua,* Id eſt, nullo tempore peritura, atque tranſitoria ad hæredes.§ at ſi ita,de verb.oblig.in Inſt.& hoc text.in fin.Iuxta aliarum ſtipulationum naturam. l.veteris.C.de contra.& commit.ſtip.Nec enim minus hæredibus noſtris, quàm

nobis

nobis ipsis cauere intelligimur.l.si pactum,in fin.ff.de probat. Nec habet hæc sententia,tametsi communi repugnet,dubitationem:licet enim vita stipulatoris hæc stipulatio annua ex partium conuentione concluderetur,quia *quoadvuam*,decem annuos aureos quis esset stipulatus,mero tamen iure trāsiret in hæredes, ad quos excludendos, pacti exceptio necessaria esset.l.eum qui ita.§.qui ita, hoc ti.& d.§. atsi ita.quare vbi tempus vitæ appositum non est, sed simpliciter concepta est annua stipulatio,nemo sanæ mentis dixerit,morte stipulatoris finiri,atque ita in hæredes non transferri.

d *Simile legatum,* Hoc est,in annos singulos relictum.

4 e *Finitur.* †Stipulatio in singulos annos non est similis legato, in annos singulos relicto:vt hîc Pompon.eleganter docet.nam stipulatio annua vna est, non multiplex,atque ideo perpetua, hoc est,transitoria ad hæredes.d.§.& si ita. Nec in ea conditio eius cui expromissum est, nisi semel spectatur.l.senatus.§.fin.ff.de don. cau.mort.proinde si filiusfam.in singulos annos stipularetur, patri etiam post emancipationem quæreret.l.si filiusfam.in legato verò annuo plura sunt legata.d. l.senatus.§.fin.& primi anni purum,sequentium conditionale.l.si in singulos,& l. cum in annos.ff.de annu.leg. Videtur enim hæc inesse cōditio(si viuat legatarius). Quare mortuo eo ad hæredem non transit.d.l.si in singulos, cùm mortuo legatario pendente conditione legatum non trāsmittatur.l.vnica.§.sin autem.C.de cad. tol.nisi testator hæredis mentionem fecisset.l.in annalibus.C.de lega.aut dies legati cessisset,quod contingeret cōditione impleta.l.si post diem,ad princ.ff.quan. di.lega.ced.vel legatum Reip.templo, monasterio, sacerdoti,aut alicui sub dignitatis nomine relictum esset.l.annua.§.Attia, & l.pen.ff.de annu.leg. Hæc enim non pereunt, non extinguntur, nunquam moriuntur.l.proponebatur.ff.de iud. c.quoniam abbas,de off.de leg.c.si gratiosè.de rescrip.in vj.Et ita habes hunc text. familiariter expositum,in quo Bald.in Pomp.plus æquo sæuiens,& vsque ad summam impudentiam elatus dicere ausus est iurisconsultum stultum, & vnam bestiam fuisse. IOAN. CORAS VALEN. I. OCTOB. M. D. XLVI.

Annua stip. vna

L. STIPVLATIO NON VALET.

1 *Stipulatio collata in arbitriū promissoris.* 3 *Stipulatio collata in arbitriū stipulatoris.*
2 *Remedia lex parat in casibus necessarijs.* 4 *Verba arbitrij,& voluntatis.*

XVII. IDEM.

Stipulatio non valet in rei promittendi arbitrium collata conditione[a].

1 *Collata conditione* [a].†Veluti promitto decem,si volam,cum volam,aut si voluero.l.centesimis.§.fina.Pro non dicto enim est, quod dare, nisi si
2 velim cogi non possim.l.sub hac.ff.de act.& obli.†Lex autem naturæ imitatrix,nihil frustra, superuacuóque inducere voluit.l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.vt leg.no.cauea.l.postliminij.in fin.ff.de capt.nec nisi in casu necessario, sua adhibere remedia.l.j.§.ex hoc rescripto.ff.de vent.inspi.vnde nec obligationē nasci, quæ nullum verisimiliter effectū esset habitura, ne verbis imposita dici possit.l.ij.in fi.C.commu.de lega.atque ita ludibrio haberetur cap.commissa.§.porrò.de elect.in vj.Cùm itaque nemo præsumatur voliturus quod sibi est oneri,& damno.l.cùm de indebito.ff.de probat.lex stipulationem consistere noluit,si eius conditio in meram promissoris voluntatem conferretur,& l.à Titio.§.
3 fin.†Quæ ratio cùm cesset, collata conditione in arbitrium stipulatoris:præsumitur siquidem vnusquisque acquirere velle, non esset tunc inutilis stipulatio.l.si quis sic stipulatus sit Stichum,hoc tit.l.Stichum aut Pamphilum,in princ.ff.de solutio.& legatum collata conditione in legatarij voluntatem.l.si ita legatum.§.j.ff.

Stipulatio collata, in promissoris arbitrium.

Lex nihil frustra.

Stipulatio collata in stipulatorem.

Arbitrij & voluntatis verba.

de legat.j.l.si ita expressum.ff.de conditio.& demonstra.Inter contractus tamen,
& vltimas voluntates,vbi confertur conditio in voluntatem debitoris differentia
est:quia in contractibus,siue per verba liberæ,& absolutæ voluntatis,vt,si voles, si
volueris:siue per verba arbitrij boni viri,vt,si æstimaueris,si æquum putaueris,si sis
arbitratus:conditio conferatur,non consistit obligatio:vt hîc verbo arbitrium, &
l.quod sæpè.§.j.ff.de contrahenda empt.At in vltimis voluntatibus,licet conditio
in meram,& absolutam hæredis voluntatem conferri non possit.l.senatus.§. legatum.ff.de legat.j.per verba tamen arbitrij boni viri potest.l.si sic.in prin.ff.de legat j.l.fideicommissa.§.quanquam.ff.de leg.iij.Cur autem promissio,cùm volam,
si volam,& si voluero inutilis sit,stipulatio autem,cùm voluero, consistat.l.centesimis.§.fina.ibi dico,vbi locum magis proprium doct.commentariis suis fecerunt.

IOAN. CORAS. VALEN. II. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. QVI BIS.

1 *Ipso iure.*
2 *Stipulatio secunda idem continens cur nulla.*
3 *Obligationes duæ quandoque concurrunt.*

XVIII. POMPONIVS.

Qui bis[a] idem promittit[b], ipso iure[c] amplius quàm semel non tenetur[d].

B*Is.*[a] Idem si ter,quater,& pluries promittat,omni nanque casu semel tantum promissor tenebitur, eadem quippe est ratio: cùm non intersit stipulatoris, & tunc magis videatur promissor sæpius loqui, quàm sæpius idem promittere.l.Mæuius.§.eum qui.ff.de leg.ij.

b *Idem promittit.* Siue ex interuallo,siue ex continenti, hoc tamen casu, magis semel,quàm bis promissum intelligemus,cùm quæ incontinenti repetuntur, pro vno habeantur.l.illud.§. fin.ff.ad leg. Aquil.l.non ad ea,ad fin.ff. de cond. & demonstra.

Ipso iure.

c *Ipso iure.*† Hoc est,iure ciuili.l.inter fideiussores.ff.de fideius.§.non autem,de 1
perpe.& temp.actio.in Inst.sine aliquo hominis ministerio operante.l.j.§. penult.
ff.de cur.furios.l.in suis.ff.de suis,& legiti.Sic enim hæc verba aduersus receptam
expositionem interpretanda esse probauimus.l.seruitutes.ij.ff.de seruitu.

Stipulatio secũda continens idẽ, cur nulla.

d *Non tenetur.*† Stipulationes namque inuentæ sunt, vt quod nostra interest 2
consequamur.l.stipulatio ista.§.alteri, hoc ti.& §.alteri,de inut.stipulat. Cùm igitur quod nostra interest,ex prima promissione consequutus sit stipulator,& ita eius interesse desierit, non potest de eodem posterior consistere.l.si pupillus. §.fi.ff.
de nouat.nam nec duæ causæ lucratiuæ circa idẽ concurrũt.l.Mæuius.§.duorum.
ff.de leg.ij.§.si tes delega.Planè quod interesse potest ratione longioris vitæ, quod
posterior stipulatio magis sit duratura, breuioréque tempore prior tollatur lex,
non considerat.l.pater.§.filius, in fin. ff.de cast. pecul. Tractus siquidem futuri
temporis,non sunt in consideratione.l.non quemadmodum.ff.de iud.l.i.§.j.ff. de
vsu.Eu factum videmus, vt si prior inutilis sit in effectu: quia exceptione tutus sit
promissor,efficax sit secunda.l.si dari,& quod dicitur interesse nostra plures actiones habere,vt latior sit agendi facultas.l.cùm filius.§.variis.ff.de leg.ij.§.sic itaque.
de actio.in actionibus diuersarum specierum obtinet.l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributo.§.sed si vxori.de leg.in Instit.Quare non negamus,vbi conuentiones non vnius formæ essent, sed diuersi generis: vt cùm emptioni aut alteri contractui bonæ fidei addita esset stipulatio, ex vtraque ageretur.l.duo societatem.ff.
prò soc.quod maximè obtinet, si sumpsissent in diuersis personis initium obligationes, deinde fortè fortuna in vnius personam resoluerentur. l. si mandauero.§.

Obligationes duæ quando concurrunt.

interdum.ff. mand.†. Nec est nouum duas obligationes in eiusdem persona, de 3
eadem re concurrere.l.non est nouum.ff.de act.emp. quia tamen bona fides non
patitur vt bis idem exigatur.l.bona fides.ff.de reg.iur.exactione ex vna sequuta ope exce-

ope exceptionis, altera tollatur. l. prædia. ff. de act. emp. l. pro socio. in fi. & l. si actū. ff. pro socio. Hinc quoque puto, quòd cùm stipulatori maximè expediat pignora accipere, in quibus plus est cautionis, & securitatis. l. plus cautionis. ff. de regu. iur. si ad secundam stipulationem adiecta esset hypotheca, crederem, quicquid alij dicant, posteriorem efficacem reddi, propter commodum hypothecæ. l. hæres à debitore. §. j. ff. de fideiusf. d. l. si dari: licet ideo prior non nouetur. l. iiij. §. si ex conuentione. ff. de re iud. l. fin. C. de nouat. Nec dissimile est in legato: nam si promissor rem promissam stipulatori leget, valet legatum, propter commodum, quod sentire videtur stipulator, quòd dominiū nanciscatur statim, nec expectet ex stipulatu actionem. l. si mulier. §. si rem. ff. de leg. iij. & vbicunque creditoris interesse potest, valet legatum debiti. l. si creditori. ff. de leg. j. IOAN. CORAS. VALEN. II. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SI ITA STIPVLATIO.

1 *Pœnæ nec nuptijs nec diuortijs irrogandæ.*
2 *Pœna legis sufficit.*
3 *Arræ quando duplicentur.*
4 *Diuertentium pœna.*

XIX. IDEM.

Si stipulatio facta fuerit, *Si culpa tua diuortium factum fuerit, dari?* nulla stipulatio est [a]: quia contenti esse debemus pœnis legum comprehensis [b]: nisi & si stipulatio tantundem habeat pœnæ, quāta lege sit cōprehensa [c].

1 *Nulla stipulatio est [a].* † Quia non secundum bonos mores interposita: vt enim inhonestum est, vinculo pœnæ matrimonia obstringi. l. Titia. in prin. hoc tit. l. Titio c. §. j. ff. de condit. & demonstra. c. Gemma, de sponsa. Ita moribus non conuenit, pœnas irrogari ei, qui diuortium fecisset. l. ij. C. de inut. stipul. matrimonia quippe, & in contrahēdo, & in retinendo, & in dissoluendo libera esse oportet: vt hic, & d. l. ij. & l. neque ab initio. C. de nupt. & l. fin. in fin. C. de sponsa. *Pœna omnis ex parte in nuptijs prohibita.*

2 *b Comprehensis.* Sic † & alibi Imp. Potes (inquit) legis beneficio contentus esse. l. liberti. C. de oper. liber. hoc quia prima fronte generaliter nimis à Pōponio traditū videmus: cùm passim in iure legamus posse cōtrahētes vltra pœnas legis, alias ex conuentione adiicere, vt in obligationibus facti, id quod interest præstatur, l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudica. quod est pœna legis. l. fin. ff. de eo quod cert. loc. l. nouissima. ff. iud. sol. & tamen addunt nihilominus contrahentes pœnam, si non fiat. l. final. ff. de præto. stipulat. & si seruum meum apud te deposui, conuentionalem pœnam adiicere possum: si eum corrumpas. l. non impossibile. ff. de pact. & tamen in corrumpentem lex pœnam statuit. l. j. & toto tit. ff. de seruo corrupt. Quocirca restringēda est hæc ratio iurisconf. ad casum nostrum & similes, quando scilicet sumus in actibus, qui ex libertate arbitrij pendêre debent: vt in nuptiis contrahendis & dissoluēdis. l. neque ab initio. C. de nupt. l. iij. C. de inut. stipul. in quibus constituit hic Pompo. nos debere esse pœnis legis contentos. Quod in sponsalibus, hoc est, in repromissione futurarum nuptiarum. l. j. ff. de sponsal. non obtinet: nam licet in iis pœna legis sit, *Pœna legis esse debemus cōtenti.*

3 † vt Arræ sponsalitiæ duplicentur: inter contrahentes tamen de pœna quadrupli conueniri potest. l. fin. §. fina. C. de sponsa. vnde clamitant vbique Canonistæ, sed præsertim in d. c. gemma. legem ciuilem pœnas in nuptiis prohibentem, & in sponsalibus arras permittentem, verbis non rebus impositam, contra l. ij. in fi. C. communia de leg. Sed manifesta est differentiæ ratio, quam ego aliorum ordinem sequutus, in l. Titia, in prin. perpulchrè tracto. Illud denique non omittendum, quòd licet nuptiæ, aut earum dissolutio, vinculo pœnæ non obstringantur, potest tamen diuortium impediri, per amissionem lucri. l. ea quæ. ff. de dona. inter vir. & vxor. Quod præsertim si ad authorem redeat, *Arræ sponsalitiæ duplicandæ.*

propriè pœna non est.l.damnum, & l Proculus.ff.de damn.infect. Quare,vt mihi videtur,eo casu non auferunt libertatem matrimonij dissoluendi contrahentes, sed potius ad matrimonium retinendum certa lege, certóque præmio inuitant: quod etiam in contrahendo matrimonio lex promittit.l.vtet ex fratribus.ff.de condi.instit.l. Titio centum.§.j.ff.de condi.& demonst.l.ij.C.de insti. Ad quæ videndus est omnino Oldrad.consil.xvj.

Diuertentiū pœna. c *Comprehensa.* †Pœna diuertentis, sine causa lege comprehensa, est amissio 4
dotis, & donationis propter nuptias.Sed & in muliere hoc amplius est: quia nubendi denuò,intra quinquennium non habet potestatem, vt interim careat connubio,quo se monstrauit indignam.l.consensu.§.vir quoque.C.de repud.Quod si mulier indotata fuerit, atque ita, neque dos neque donatio ante nuptias interuenerit,pœna quartæ partis bonorum, quæ tamen centum libras auri non potest egredi,culposus plectitur alteri coniugi applicanda.l.fin.C.de repud.

IOAN. CORAS. VALEN. TERTIO OCTOB. M. D. XLVI.

L. HVIVSMODI

1 *Numerus pluralis pro singulari.*
2 *Debitor quot modis quis desinat.*
3 *Præscriptio triginta anno.lege fforum incognita.*
4 *Quasi dictio.*
5 *Alius dictionis,natura.*

XX. VLPIANVS

Huiusmodi Stipulationes[a] non sunt inutiles,*quod tibi*[b] *Titius debet,cùm*[c] *debitor esse desierit*, *dare spondes*[d]? nam valet stipulatio[e] quasi[f] sub quauis alia conditione[g] concepta.

Numerus pluralis pro singulari. STipulationes.[a] † Cùm pluralis locutio duorum numerum exigat.l.vbi 1
numerus.ff.de test.l.fi.ff.ad Treb.c.pluralis. de reg.iur.in vj.& hîc Vlpia. vnam duntaxat stipulationem expresserit, Quod tibi Titius debet,cùm debitor esse desierit, dare spondes?mirum est, quod stipulationes huiusmodi inutiles nō esse,sub numero plurali dixerit. Sed scito hoc non esse nouum iurisconſ. vt numerum pluralem pro singulari accipiāt.l. diuus.§.fi.in fi.ff.de pet.hæred.l.gallus.§.quod si is.ff.de lib.& posth. vnde nō sunt verba legum captāda.nam vt Cicero pro Cæcinna ait,Sermo herclè familiaris, & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur.

b *Tibi.* Sic communiter Codices habent. Sunt tamen qui *mihi* legant. cæterum quoniam prima lectio est frequentatissima: adeò vt nullum hactenus librum viderim,in quo, *mihi*,legatur,secundum eam literam prosequemur.

Debitor quando quis esse desinat. c *Cum debitor esse desierit*[a]. † Quod significātissimè solutione contingit.Quare 2
hæc stipulationis verba, *Quod tibi Titius debet,cùm debitor esse desierit,dare spondes*, hūc sensum habent:vt quantam pecuniam à Titio exegeris, tātam mihi dare promittas.l.si sic.§.j.in fi.ff.de legat.j.l.si Titius.§.j.ff.de legat.ij. Potest autem quis multis modis desinere esse debitor: solutione præcipuè qua tollitur omne obligationis vinculum.§.j. quib.mo.tol. obli.in Instit. nouatione,quæ priorem obligationem statim perimit.l.j.ff.de nouat.& effectū solutionis habet.l.si tē.§.fin.illo tit.delegatione,cùm cōsentit creditor,vt alter debitor delegetur.l.delegare.illo tit. Tēporis lapsu.l.si quis postquā. ff.de fideiusso.veluti,in eo qui actione tēporali tenebatur. atqui natura,in princ.ff.de nego.gest. & hodie in actionibus perpetuis, quæ lege Codicis triginta annis tolluntur.l. sicut. & l.omnes. C. de præscript. xxx. vel xl.

Præscriptio tricennalis.l. fforum incognita. anno.†qui tamē modus præscribendi cū hoc fforū iure cognitus non esset Accur. 3
in l.qui occidit.ff.ad leg. Aquil.minimè potest ad legem nostrā pertinere. Praterea acceptilatione.Soluisse quippe videtur,qui acceptilatione liberatus est. l. si ex pluribus.ff.de acceptil.Paupertate itē,& inopia:quia efficiatur debitor nō soluēdo,
in esse-

in effectu saltem, inquiunt docti, desinit quis esse debitor, nullam quippe videtur habere actionem, cui propter inopiam aduersarij agendi facultas inanis est. l. nam & si. ff. de dol. cap. Edoardus. de solutio. Constat autem euidentissimè debitorem desiisse esse soluendo, qui bonis cessit. l. is qui bonis. j. & ij. & l. qui bonis. ff. de cessio. bon. §. fi. de action. in Inst. Sed hunc inopiæ casum, licet alij contra putent, *Inopia casus.* vix est, vt ad legem nostram referendum putem: cùm tametsi non possit soluere debitor, quod promisit, non ideo desinat debere. l. continuus. §. illud, licet non soluendò efficiatur. l. si ab arbitrio. ff. qui satisdare cogan. l. tres tutores. §. quod autem. ff. de admin. tut.

d *Dare spondes* Ita stipulatus sum à te, quia fortassè prædixeras te nec mihi, nec alteri quidquam antè promissurum, quàm Titius debitor tuus esse desiisset, neque amplius quàm ab eo exegisses.

e *Valet stipulatio.* Et ideo quantam pecuniam à Titio exegeris (aut si aliter debitor esse desierit) exigere potuisti, mihi dare ex hac stipulatione, teneberis.

4 f *Quasi.* Id est, † ita, vt, & quemadmodum. l. nec emptio. ff. de contrahen. *Quasi dictio.* empt. l. cùm hic status. in fin. princip. ff. de donat. inter vir. & vxor. Est enim dictio, quasi, aduerbium similitudinis: sic apud Terentium in Adelphis, Ita vita est hominum, quasi cùm ludas tesseris.

5 g *Alia conditione.* Alius, † alia, aliud, dictiones sunt similium repetitiuæ. l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. quo fit euidens hanc promissionem, cùm debitor esse desierit, & similem conditionalem esse: sicuti si dictum esset, Si debitor esse desierit: quod & clarius exprimit idem Vlpia. in l. quodcunque. §. non solùm. *Alius, dictionis natura.*

IOAN. CORAS. VALEN. IIII. OCTOB. M. D. XLVI.

L. SI DIVORTIO.

1 *Donatio coniugalis morte consummatur.*
2 *Nouatio non præsumitur.*
3 *Promißio præsumitur erranter facta.*
4 *Falsa causa quando vitiet contractum.*
5 *Argu. de contractibus ad vltimas voluntates.*

XXII. PAVLVS.

Si diuortio facto[a] ea quæ nihil in dotem habeat, dotis nomine centum dari stipuletur[b]: vel quæ centum duntaxat habeat, ducenta dotis nomine dari stipuletur: Proculus ait, si ducenta stipuletur, quæ centum habeat: sine dubio centum quidem in obligationem[c] venire, alia autem centum actione de dote[d] deberi[e]. Dicendum itaque[f] est, etiam si nihil sit in dote, centum venire tamen in stipulationem[g], sicuti[h] cùm filiæ, vel matri, vel sorori, vel alii cuilibet dotis nomine legaretur[i] vtile legatum esset.

1 a *Diuortio facto.* Aliud † est constante matrimonio: quoniam non tenet eo tempore facta promissio dotis animo donandi: quòd moribus apud nos sit receptum, ne consistant inter virum & vxorem donationes. l. j. ff. de donatio. inter virum & vxorem. licet ea morte mariti durante matrimonio mortem obeuntis confirmetur. l. quod de suo. C. de donatiô. caus. non nu. nam & quæcunque maritales, & vxoriæ donationes silentio donatoris firmæ fiunt. l. donationes quas. C. de dona. inter vir. & vxor. l. cùm hic status. in princ. ff. de dona. inter vir. & vxor. *Donatio coniugalis morte confirmatur.*

b *Nomine stipuletur.* A marito sciente se non teneri, & simpliciter, non animo *Nouatio non præsumitur.*
2 nouandi: † nec in dubio presumetur hîc nouatio fauore dotis, ob quam præcedens obligatio priuilegiis multis suffulta est. l. ij. ff. de priuil. cred. l. assiduis. C. qui pot.

Q.i.

in pig.hab. Licet aliàs regulare sit, vt stipulatione sequenti plus continente, nouetur præcedens.l.qui vsumfructum.

c *In obligationem.* Nouam ex prædicta stipulatione.

d *Actione de dote.* Id est, ex stipulatu, per quam rei vxoriæ actione sublata, omnes hodie dotes exiguntur.l. vnic.in princip.C. de rei vxo. actio. §. fuerat.de actio.in Inst.

e *Deberi.* Si tamen à marito sciente mulier stipulata fuisset. Ex quo enim sciens,prudens,sine causa promittit,donare videtur.l.campanus.ff.de oper.libert. Nec potest idcirco causari se promisisse sine causa, vt mulierem exceptione doli repellat, iuxta l.ij. §.circa. ff. de doli ma. & me. excep. nanque promissio causam, licet falsam: vnde cùm à sciente processisset, donationis effectum habet.l.j. ff. de cond.indeb.& d.l.Campanus. Ergo secus, si ab errante.l.penult.§.mulier.ff.solut. matrimo.cùm errantis nulla sit voluntas.l.sed hoc ita. ff. de aqua pluuia.arcend.l. si per errorem. ff. de iurisdict.omn.iudic. l.nihil. §.fina.ff.de reg.iur. † præsumitur 3
Promissio censetur in dubio, errontè facta autem in dubio ab errante, & ignorante facta promissio: cùm neminem prodigere, & iactare suum verisimile sit.l. cùm de indebito. ff. de probat. nec donationis coniecturam capiamus,sicubi alia præsumptio intercedere potest.l.si cùm aurum. ff.de solut. præterquam in casu huius.l.in honorem, & reuerentiam bene transacti matrimonij.Bald.in rub.C.de confess.

f *Dicendum itaque.* Respondet quæstioni initio propositæ.

Falsa causa quando vitiat. g *Venire in stipulationem.* Contra videbatur, † cùm falsa causa contractum vitiet. l.si quis fundum.ff. de contrahen. emption. Sed illud, vbi circa substantiam contractus versetur: veluti in venditione circa pretium, quod sine dubio est, de substantia.l.ij.§.j.ff.de contrahen.emptio. §.pretium.illo tit.in Inst. Alioqui regulare est, vt falsa causa scienter emissa, non vitiet, siue in contractibus, vt hic: siue in vltimis voluntatibus.l.cùm tale. §.falsam. ff. de cond. & demonst.l.iij. C. de fal. cau.adiect.lega.Si tamen quantitas adiecta sit.l.si sic.§.si mihi.ff.de leg.j. 4

Argu. de contra. ad testamenta. h *Sicuti.* † Argumentatur hic Iurisconsultus de contractibus, ad vltimas voluntates, vt & in l: successori. ff. de neg.gest. l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg.j. E diuerso alibi ratiocinatur, de vltimis voluntatibus, ad contractus.l.non est mirum. ff.de pignor.action.l.quæ de legato. ff.de legat.j.l.à duobus. ff. de oper.liber. Sed quoniam innumeræ sunt inter contractus, & vltimas voluntates differentiæ, bonam partem quarum Ias. accuratè coniecit in d.l.quæ de legato. non putauerim,nisi vbi eadem esset per omnia ratio, argumentationem huiusmondi procedere.l.Iulianus.ff.si quid in fraud.patrò.l.si stichum.§.fin.hoc tit. 5

i *Legaretur.* A patre, filio,fratre,aut alio quolibet extraneo, vt singula singulis referamus.

k *Vtile legatum esset.* Si pater legauerit filiæ, aut filius matri, frater sorori, vel etiam extraneus extraneo centum dotis receptæ nomine, quæ verè non est recepta:valet nihilominus legatum, nec falsa demonstratio illud perimit.l.si sic.§.j.ff. de leg.j.l.si non designata. C. de fal. caus.leg.§. sed si vxori, de leg.in Inst. Quare idem, inquit Pomponius, in contractibus dicendum, cùm eadem omnino ratio vtrobique versetur,fauor scilicet,dotis. IOAN. CORAS. VALEN. IIII. OCTOBRIS. M. D. XLVI.

L. SI ID QVOD AVRVM.

1 *Aes,genus metalli.*
2 *Aurichalchum.*
3 *Aes quomodo mauretur.*
4 *Error in materia non vitiat contractum.*
5 *Clausula doli mali, quando actionem det.*

XXII. PAVLVS.

Si id quod aurum putabam, cùm æs esset[a], stipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris nomine, quoniam in corpore consenserimus[b]: sed ex doli mali clausula[c] tecum agam, si sciens[d] me fefelleris.

1 *Vm æs esset[a].* Deauratum puta: alioqui cùm † æs genus sit metalli obtusum, & aurum metallum sit fulgens, splendens, & lucidum: non video, quo pacto posset quispiam aurum putare, quòd æs esset: † in aurichalco tamen, quod colorem aureum habet, facilè hic error in hominis animum inseuiret. l. Labeo. ff. de contrahen. empr. † Inauratur autem æs, argento viuo, inductis ad id bracteis auri, eo tamen in primis criniato, accensóque, sale, aceto, & alumine restincto, deinde exarenato: vt splendore deprehendatur, an satis recoctum sit, quique iterum exhalato, vt edomirum possit pumice, alumine, & argento viuo admixtis inductas accipere bracteas: author est Plinius lib. xxiij. cap. lj. in fin. Quo modo nemo est, nisi & ipse Bractearius, & inauratot esset, cui non facilè imponarur.

Aes metalli genus. *Aurichalchum.* *Aes quomodo inauretur.*

4 *b In corpore consenserimus.* Licet in materia sit erratum. † Sic & in contractu pignoris ab Vlpiano responsum est, si quis cùm æs pignori daret, affirmauerit hoc aurum esse: quia in corpote consensum est æs pignori esse. l. j. §. fina. ff. de pign. act. Ergo dicendum in substantia, & materia, licet erretur, si tamen in corpus consensum est, super quo contrahitur, non vitiari contractum. Quod in stipulatione de qua hic, & in pignore, de quo in d. §. fina. recipiendum est: cùm stipularoris & creditoris maximè intersit, & expediat valere saltem obligationem in corpore, in quo consenserunt: cùm nihil pro eius acquisitione præstare debeant. Qua ratione idem in legaro respondit Vlpianus. l. si quis in fundi. ff. de leg. j. l. demonstratio. in princ. ff. de cond. & demonstr. Idémque in donatione putarem. l. ad res donatas. ff. de ædil. edic. l. Aristo. §. fina. ff. de donatio. At vbi damnosum esset recipienti æs, pro auro accipere, eum errorem in materia, & qualitate substantiali contrauitiare verius est: vt in contractu emptionis. l. in venditionibus. §. fina. l. cum ab eo. §. fina. ff. de contrahen. emp. Habet quippe necessum emptor pro re, quæ venditur, pretium numerare, vnde quod commodissimum est, ei lex eligens venditionem nullam facit, si æs, pro auro, aut plumbum pro argento veniat: venditorémque teneri vult, quanti interest emptoris deceptum non esse. l. si sterilis. §. quanuis. ff. de actio. empt. nisi æs auri aliquid haberet, quia inauratum esset. l. quod tamen. in fi. ff. de contrahen. empt. quando tunc non omnino in materia erratum dici possit. Similiter, si quis aurum debens æs pro auro soluerit, non liberatur: licet in corpore creditor consenserit. l. si cùm aurum. ff. de solutio. Si enim solutio effectum haberet, damnificaretur grauissimè creditor, liberato inde debitore. l. elegáter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. Ergo in omni contractu vtilitatem eius qui æs pro auro recipit, spectandam censeo, vt si contractum valere ei vtile sit eum ratione, quia in corpus consensum est, lex defendat: vt hic, & d. l. j. §. fina. ff. de pign. actio. si verò magis expediat nullum fieri contractum, qui pro ære recepto nonnihil, & ad auri æstimationem ab eo præstandum esset, nullus sit contractus. d. l. in venditionibus. §. fin. d. l. quid tamen. & d. l. cùm ab eo. §. fin. & d. l. si cùm aurum.

Error, qui cõtractum vitiet.

5 *c Doli mali clausula.* † Quæ solebat olim cõtractibus inseri. l. eadem. in prin. vbi plenius dico. l. stipulatio ista. §. si quis dolum. & l. inter stipulanté. in prin. hoc tit. l. nouissima. ff. de iud. sol. *Ea dolum mali abesse abfuturumque* cõtrahentes promittebãt.

Clausula doli mali.

d Si sciens. Secus, si ignorans: cùm enim dolum non adhibueris, iniquũ esset de dolo contra te agi posse. l. aristo. §. fi. ff. de donat. l. ad res donatas. ff. de ædil. edic. etiam in cõtractibus bonæ fidei, quicquid alij dicãt: licet enim tunc in id quod interest agi possit. l. si sterilis. §. quanuis. ff. de act. emp. aut speciali alio remedio suc-

Qui,

curratur.l.ij.C.de rescind.vend.nullibi tamen legi, ex clausula doli mali agi posse de dolo contra eum, qui neque verè, neque præsumptiuè dolum adhibuit, nisi dolus præsumptus esset.l.si fine. §. si in stipulatione. ff.rem ratam habe.l. hæc verba. ff.de verbor.significatio. IOAN. CORAS. VALENTIAE. V. OCTOBRIS. M. D. XLVI.

L. SI EX LEGATI CAVSA.

1 *Genus non perit.*
2 *Periculum quantitatis ad quem pertineat.*
3 *Debitor speciei ante moram liberatur.*
4 *Interpellatio diei, & hominis.*
5 *Occidens seruum quando liberetur.*

XXIII. POMPONIVS.

Si ex legati causa, aut ex stipulatu hominem certum[a] mihi debeas, non aliter post mortem eius teneberis, quàm si per te steterit[b] quominus viuo eo eum mihi dares. Quod ita fit, si aut interpellatus[c] non dedisti, vel occidisti[d] eum.

Genus non perit. *Quantitatis periculum ad quē spectet.*

Hominem certum[a]. Secus ergo, si homo generaliter sine proprio nomine promissus esset: † cùm genus ipsum perire non possit.l.in ratione. 1
ij. § incertæ. ff. ad l.Falcid. † Qua ratione debitor quantitatis, cùm 2
quantitas genus sit, nullo interitu liberabitur.l.incendium. C.de reb. cred.nisi moram fecisset creditori oblatam quantitatem opportuno loco, & tempore recusando, túmque ex æquitate opposita doli mali exceptione.l.qui decem. in princ.ff.de solution.l.si opera.ff.de dol.mal.except.l.interdum.§.fin.hoc titulo. Liberatur quoque debitor quantitatis, si propter speciem quantitatem debeat perempta specie.l.electio.§.si is.ff.de noxal.l.in naue.ff.locat.Quam rem ampliore tractatu dignam suo loco fusius sum exequutus. Alia quoque ratione, non abs re dixit Iurisconsult. hic hominem certum, vt demonstraret non idem esse, si duo homines alternatiuè promissi essent: vno quorum etiam ante moram perempto, non liberatur debitor, sed in superstite manet obligatio. l. non vtique.§.j. ff.de eo quod cert.loco.l.Stichum aut Pamphilum.§.j.ff.de solunonib.

Debitor speciei quā do liberetur.

b *Quàm si per te steterit.* †Ergo debitor speciei eius interitu ante moram libera- 3
tur. Idemque si res debita extet, sed dari posse desierit, quia seruus manumissus est, aut fundus religiosus sacérue factus.l.is qui alienam,& l.si quis seruum.§.j.cùm hæc omnia præstare impossibile sit.l.si homo mortuus.hoc tit.l.j.& l.intantum.§.j. ff.de rer.diuis.& ad impossible neminem lex obligari velit.l.impossibilis.hoc tit.& l.impossibilium.ff.de reg.iur. Sed nec ad rei peremptæ æstimationem, cùm culpa careat reus, & ideo in damnum vocari non debeat.c.ij.de constit.post moram verò tenetur.l.quod te.ff.de reb.cred.cùm tunc in odium moroſi, lex rem extare interpretetur. l.si seruum.in prin.§.sequitur.& §.fin. Culpa autem ante moram non sufficeret, licet interitus sequeretur, cùm ea ad interitum ordinata non esset. l.is qui.ff.de action.& obligat.

Interpellatio duplex.

c *Interpellatus.* Opportuno †loco & tempore.l.si soluturus. ff. de solut.alioqui 4
non faceret moram debitor.l mora. ff.de vsur.ideóque nec teneretur perempta re debita: veluti si ante diem sit interpellatus.l.cùm filiusfamilias.§.fin. Dies autem satis pro homine interpellat.l.magnam.C.de contrahen.& commit. stipul. Interpellationem porrò ab homine extra iudicium fieri sufficit. l. denuntiasse. ff.ad l. Iul.de adul.& passim Accur.& cæteri docent, præsertim in iis quæ non iure actionis, sed officio iudicis implorato petuntur. l. cùm postulassem. in princip. ff. de damno infecto.

Occidens seruum quā do liberetur.

d *Vel occidisti.* Nisi merentem:puta in facinore depræhensum occidisses. l.qui seruum.hoc tit.l. quid ergo.j. §.si hæres. ff.de legat.j. neque enim in culpa est, qui seruum

seruum pro maleficiis coercet, vincit, & pro magnitudine admissi enecat.l.eleganter. §.fin.ff.de pign.actio. l.seruum, quem.in fin. ff.de pigno. quid enim si promissor hominis eum vxorem stuprantem deprehendat, an non excusabitur, cui difficillimum fuit iustum temperare dolorem?l.si adulterium. §.Imperatores.ff.ad l.Iul.de adult. IOAN. CORAS. VALEN. VI. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SED SI EX STIPVLATV.

1 *Pupillus quis.*
2 *Pupillus quando interpellari possit.*
3 *Tutoris mora quando pupillo noceat.*

XXIIII. PAVLVS.

Sed si ex stipulatu [a] stichum debeat pupillus [b], non videbitur per eum mora fieri [c], vt eo mortuo teneatur, nisi si tutore authore, aut solus tutor [d] interpelletur.

X stipulatu [a]. Aut alia causa.
b Pupillus. Quia pater defunctus cùm viueret, aut alius cui pupil-
lus hæreditario iure successit, stichum stipulatori promiserat.l.magis
puto.§.si pupillus stipulanti. ff. de reb. eo. nam pupillus ipse ex stipu-
latione obligari non potest.l.Iulianus. §.si quis à pupillo. ff.de act.empt.l.obligari.
1 ff.de authorit.tuto. §.pupillus. de inutil. stipulat. † Pupillum autem eum propriè *Pupillus*
dici, qui cùm impubes est, desiit in patris esse potestate, morte, puta, aut eman- *quis.*
cipatione.notius est, quàm vt pluribus demonstrari debeat.l.pupillus. ff. de ver-
borum signific.
c Mora fieri. Cùm ab eo solo peti non possit, sed tutor ipse, aut pupillus tutore
authore interpellari debeat.l.defendente. ff.de auhor.tut. vbi autem nulla est pe-
titio, ibi nulla mora.l.si pupillus.hoc tit.l.lecta.§.dicebam.ff.de reb.cred.l.nulla.ff.
2 de regul.iur. † Vno casu potest pupillus sine tutore interpellari: cùm tutor non ap- *Pupillum*
paret, & tutoris authoritatem, aut pupilli pubertatem expectare creditori damno *quadoque*
esse potest.l.si dictum. §.fi.ff.de euictio.vbi emptor, qui solenniter emit à pupillo, *potest in-*
potest soli pupillo ex duplæ stipulatione denunciare, vt de ea re agenda adsit, *terpellari.*
emptorémque defendat. nam nisi hanc denuntiationem faciat, neque actionem
ex empto, neque ex stipulatu, ne de dupla contra venditorem haberet.l.emptor.
C.de euiction. Vnde perquàm damnosum esset ei expectare, vel pubertatem, vel
tutorem: cùm interim re euicta iure suo priuari posset, meritò soli pupillo denun-
tiari potest.l.apud Iulianum. §.j.ff. quib.ex cau.in poss. ea.magisque tunc emptori
certanti de damno, quàm pupillo tractanti de lucro (vt & omnis suadet æquitas)
fauendum est.l.dolus.ff.quan.ex fac.tuto. neque par est lucri & damni ratio.l.fin.
§.licentia.C.de iur.delib.l.fin.C.de codicil.
3 *d Aut solus tutor.* † Qui si moram faciat nocebit pupillo, vt hic textus manife- *Tutoris mo*
stè sentit. Sed hoc eatenus accipiendum est, cedere duntaxat actionem, quam ha- *ra an no-*
bet contra tutorem, teneatur: nec in plus facto tutoris obligetur. l.iij. §.fina.ff.de *ceat pupil-*
trib.act.l.fin. §.penult.vbi scriptores copiosè. ff. de admin. tutor. nisi quatenus ad *lo.*
eum ex dolo, aut culpa tutoris prouenit.l.iij.ff.Quan.ex fac.tutor.

IOAN. CORAS. VALENT. VII. OCTOB. M. D. XLVI.

L. SI DARI.

1 *Ignorans non donat.*
2 *Stipulatio ipso iure operatur.*
3 *Bis idem promittens quando obligetur.*
4 *Secunda stipulatio quando obliget.*

XXV. POMPONIVS.

Si dari stipuler id, quod mihi iam ex stipulatu debeatur[a], cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor obligabitur[b] ex posteriore stipulatione: quia superior quasi nulla[c] sit exceptione obstante.

Debeatur[a]. Et ita bis idem, qua ratione videbatur ex posteriori stipulatione promissorem non obligari. l. qui bis idem.

b *Obligabitur*. Cum effectu, quoniam remittere exceptionem videtur, qui scienter repromittit: & ita similis est ei qui donat. † Secus 1
Ignorans non donat. ergo si per ignorátiã id fecerit. l. si quis delegauerit. ff. de nouatio. l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cautio. vt autem tollatur omnis erroris præsumptio, inserunt quotidie in instrumẽtis hanc clausulam Tabelliones, Et promisit dictus Titius, ex certa scientia, sciens se ad infrà scripta non teneri: de cuius clausulæ virtute permulta hic doc. scribunt.

c *Quasi nulla*. Propter exceptionem, vt subiicit Iurisconf. quæ si opponatur, efficit vt ea prior stipulatio effectum non habeat, atque ideo nulla existimetur. l. fi. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. ex his. ff. de cond. indeb.

Stipulatio ipso iure operatur. d *Exceptione obstante*. Pacti, puta non de petẽdo, & si † dicas stipulationẽ præcedentem, non iure exceptionis, sed ipso iure tollere. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. fateor: nec hîc dicitur contrarium, sed ostendit Pompo. duntaxat primam stipulationem propter sequens pactum, de non petendo effectum habere non potuisse: quod fuit necessarium, vt posterior idem continens ad prioris confirmationem interposita ab eadem non impediretur, nec præterea ad vnum effectum inducta, ad augendam, scilicet vim prioris eius necem operarentur. Stipulatio porrò secunda primæ contraria, aut ad eius destructionem subiecta, primam tollit. d. §. 2
Bis idem promittens quando obligatur. pactus, qui in his terminis loquitur: † Et ita non obstat, quod ab eodem Pompo. paulò antè traditum est, eum, qui bis idem promittit, ipso iure amplius quàm semel non teneri. l. qui bis: nam, vt verba eius indicant, apertè procedit, vbi prima stipulatio effectũ habere potest: tunc enim, quia desiit interesse, secunda inutilis est, cùm stipulationes inuẽtæ, vt stipulemur quod nostra interest. l. stipulatio ista. §. alteri. nõ aliter consistãt quàm si nostra intersit. §. alteri. de inur. stip. atqui in hac lege stipulatio prima opposita exceptione pacti nulla redditur, & ita perinde est, atque si facta nõ fuisset. l. quanuis. §. si conuenerit. ff. ad Vellei. l. nulla. ff. de auth. 3
Stipulatio secunda quando obliget. ruto. cum vulg. † Quare secunda promissorẽ obligabit, cùm prima effectum non habeat, & cùm exceptio pacti perpetua primæ stipulationi obstaret, non censetur repetita in secunda, ne facta hac repetitione reddatur inutilis. l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ij. hoc titul. & ne ea ad prioris stipulationis confirmationem interposita eius destructionẽ operetur. l. quod fauore. ff. de leg. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Licet alioqui sequens stipulatio repetat qualitates prioris. l. qui sic stipulatur. IOAN. CORAS. VALEN. VIII. OCTOBR. M. D. XLVI. 4

L. GENERALITER.

1 *Turpes stipulationes.* 3 *Meretrix an turpiter faciat accipiendo.*
2 *Turpitudo ex cuius parte sit attendẽdum.*

XXVI. VLPIANVS.

Generaliter nouimus turpes stipulationes[a] nullius esse momenti.[b]

Turpes stipulationes. Turpes stipulationes[a]. Quales illæ sunt, quibus homicidium, adulterium, aut sacrilegium fieri promittitur. l. sequ. & l. plagij, & §. quod turpi, de inutil. stipul.

b *Nullius esse momenti.* l. iurisgentium. §. si paciscar. in fin. l. si vnus. §. pa-

§.pacta.ff.de pact.l.non dubium. C.de legib.l.pacta quæ contra. C.de pactis. Quia
1 impossibiles, † quæ enim non nisi turpiter fieri possunt, nec facere nos posse credendum est.l.filius. ff.de condi.instit.& id duntaxat posse dicimur, quod de iure possumus.l.nepos Proculo.ff.de verb.sign.& quæ de iure prohibita sunt, impossibilia existimantur.l.idem Iulius.§.fi.ff.de legat.j.impossibilium autem, nullam esse obligationem cantat vtraque iuris regula.l.impossibilium.ff.de reg.iur.c.nemo potest.eo.ti.in vj.præterea, quia huiusmodi pactionibus contrahentes ad delinquendum inuitantur.l.si vnus.§. illud. ff.de pact.l.conuenire, ff.de pact.dotal.& quia quæ contra bonos mores fiunt, siue in pactum, siue stipulationem deducantur, nullius sunt momenti.l.ex eo.ff.de inutil.stipul. tametsi conuentioni iurisiurandi religio addita sit, d.§.si.pacisca, d.l.non dubium. neque enim iusiurandum oportet iniquitatis esse vinculum.c.inter cætera, xxij.quæstion.iiij. Et placet Deo magis transgressiones hac in parte, quàm superstitiosæ obedientiæ, §.j. Scenicas
2 non solùm, col.v.† Doctrinam autem Vlpiani hoc loco, vt nullius momenti sint turpes stipulationes, intelligo, si ex vtriusque stipulatoris, scilicet & promissoris parte turpitudo versetur, vt lex sequens declarat, veluti, vt maleficium fiat d.§. quod turpi,& l.iurisgentium.§.si vt maleficium fiat. Ita enim legendum, non si ob maleficium ne fiat, emendati codices admonent, ff.de pact.aut de præda inter fures diuidéda.l.si à reo.§. fi.ff.de fideiusso. nã si ex stipulatoris persona dũtaxat turpitudo versaretur, quia promissum esset, ne fieret maleficium, valeret mero iure stipulatio, quanuis agens stipulator doli mali, aut in factum exceptione submoueretur.l.penul.in princ.ff.de conditio.ob turp.caus.nec diuersum censeo vbi versaretur ex parte promissoris tantum turpitudo, quia Titius fingens se cœlibem: cùm vxorem domi reliquisset, ei, quam ad nuptias sollicitauerat ignoranti eius conditionem nonnihil, vt sponsæ promisisset.l. ea quæ. C.de donat.an.nup.aut adoles-
3 cens meretrici, † quæ licet turpiter faciat, quòd sit meretrix, non tamen turpiter accipit, cùm sit meretrix.l.idem.§.j.in fin. ff.de cõdit.ob turp. caus.atque ideo nec turpiter stipulatur.l.fin.C.ad l.falc.rectéque ei donatur, licet inhonestè l.affectionis.ff.de dona.mero iure tenebit promissio, agique poterit: licet non cum effectu. l.ea quæ.C.de donatio.an.nupt.opposita nanque in factum, aut doli exceptione repelletur agens.d.l.pen.ff.de condict.ob turp.caus.l.dolo.C.de inutil.stipul.nam licet stricto iure non dicatur turpiter facere meretrix, accipiendo, aut stipulando: negari tamen non potest, quin inspecta veritate & re ipsa contra honestatem faciat, emungendo pecunia adolescentes, eorúmque non miserendo, quia perniciosum Syræ anus improbissimæ consilium sequuta spoliet, mutilet, laceret, quenquem nacta sit. argu.l.ij.ff. de obseq. à liber.pat.præst. IOAN. CORAS. VALEN. DIE VIII. OCTOBR. M. D. XLVI.

Turpitudo ex cuius parte consideranda.

Meretrix quomodo turpiter faciat.

L. VELVTI.

1 *Turpis stipulatio, omni iure nulla.* 2 *Obligatio quandoque contractum notat.*

XXVII. POMPONIVS

Veluti si quis homicidium vel sacrilegium promittat [a] se facturum [b] sed & officio quoque prætoris [c] continetur, ex huiusmodi obligationibus [d] actiones denegari. [e]

PRomittat. [a] Hæc exempla euidenter faciunt legem præcedentem lo-
1 qui, † cùm turpitudo vtrinque versatur, tã ex parte stipulatoris quàm ex persona promissoris, vt & in illo Papinia responso, si plagij, inquit, aut (vt alij legunt) flagitij faciendi causa concepta sit stipulatiò ab initio non valet.l.si plagij.

Turpis stipulatio.

b Factĩurum. Idem etſi quid promittatur flagitij iam facti nomine.d.l.ſi plagij, quippe nimis indignum eſſet patratum facinus præmio donari,& ita malitiis hominum indulgeri.l.in fundo.§.fi.ff.de re vend.eoſdémque animoſiores ad delinquendum in poſterum facere.l.conuenire.ff.de pact.dot.

c Officio quoque prætoris. Nedum lege ciuili:ita ſignificans ſtipulationes turpes, non ſolùm de iure ciuili,ſed etiam prætorio nullius eſſe momẽti. Quare cùm prætoris partibus iudex pro Tribunali ſedens fungatur, aditus ipſe de ea re agentem, tametſi ei nihil opponatur, repellet. Accurſ.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.& in.l.vbi pactũm.C.de tranſact.cùm in iudicio ſit ſine actione.l.ſi pupilli.§. videamus.ff.de neg.geſt.l.quoties.§.item ſi temporali.ff.de adm.tuto.

d Huiuſmodi obligationibus. Id eſt,ſtipulationibus, ne videatur ſibi parum conſtare Iuriſconſul.†cùm initio dicat has ſtipulationes nullius eſſe momenti, atque ideo nullam ex his naſci obligationem:hic autẽ ex eis produci obligationes, quãuis ex iis actiones denegentur. nec eſt nouum obligationis verbo contractum in iure ſignificari. 2

Obligatio notat quãdoque contractum.

e Actiones denegari. Prætoris enim officium eſt actiones dare, Cicer. pro Cecinna,& iij.in Verrem, ergo & denegare. Eius enim,inquit Vlpianus,eſt actionẽ denegare,qui poſſit & dare.l.qui vetante.§.fi.ff.de reg.iur. Dabat autem actiones & iudicia prætor, cùm actori faciebat agendi poteſtatem,eum ad certam præſcriptámque actionem proponendã admittens: Cicero vbi ſupra dixi.l.j.ff.de iuriſd. omni.iud.Quare iudex ſtipulatorem agentem de facto,reo etiam non opponente, poterit repellere,vt mox diximus.

§. SI STIPVLATVS.

1 *Temporis vltimum momentum ſpectandum.*

Si ſtipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium capitolium non aſcenderis dari*,non niſi præterito biennio rectè petam[a].

Vltimum temporis momentũ ſpectandũ.

Rectè petam.[a] †Nam & ſi verba ambigua ſunt[b], inquit Celſ.ſic tamen exaudiantur,ſi immutabiliter verum fuerit te capitolium non aſcendiſſe.l.quicquid.§.final.Immutabiliter autem antè verum eſſe nõ poteſt,quàm vltimum biennij momentum præterierit, cùm potuerit eo etiam extremo momẽto conſcendere Capitolium.l.fi.ff.de cond.inſti. Sed & amplius dicendum, quòd tametſi conſtaret te in Capitolium aſcendere non poſſe, non tamen ante expletum biennium rectè peterem.l.in illa. totus enim effectus ſtipulationis in eum diem collatus intelligitur.l.ſi eum.§.j.ff. ſi quis caut.licet mero iure ſtatim cùm certum eſſe cœperit, ſtipulatio committatur.l.cum ſtipulatus ſim,&.l.ita ſtipulatus.§.j.quod latius ſum exequutus in l.in illa. 1

JOAN. CORAS. VALEN. IX. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SI REM TRADI.

1 *Tradere,& præſtare.*
2 *Cauſa bonorum.*
3 *Vacuam poſſeſsionem quis tradere dicatur.*

XXVIII. POMPONIVS.

Si rem tradi[a] ſtipulamur, non intelligimus, & proprietatem[b] eius dari ſtipulatori[c],ſed tantùm tradi rem.

Tradi,

1 a *Radi*, † Vel præstari: nam hæc verba tradere, & præstare eundem effectum habent, vt scilicet promissor non teneatur rem facere stipulatoris: sed tantum nudam rei possessionem contradere. l. datio. §. j. & l. ex empto. in princ. ff. de act. empt. l. si fundum certa die, hoc tit. tradere quippe facti est. l. consilio. ff. de cura. furio. Diuersum in verbo dari. l. vbi autem. §. fin. §. sic itaque, de actio. in Instit. *Tradere, Præstare.*

b *Proprietatem.* Nec possessionem vllam, siue ciuilem, siue naturalē: cùm vtraque iuris sit, sed nudam duntaxat, quam asininam detentationem vocamus, hoc enim significat verbum tradere, quod est meri facti. d. l. consilio.

c *Dari stipulatori.* Hoc est, dominium eius transferri. d. l. vbi autem. §. fina. Et ista stipulatio rem tradi, non translationem dominij, sed nudum factum continet, cui
2 doctrinæ ex professo Vlpiani verba repugnant. l. in cōuentionalibus. §. fin. † Si quis inquit, vacuam possessionem tradi promiserit, non nudum factum hæc stipulatio continebit, sed *causam bonorum*, hoc est, vt interpretor ipse, effectum per traditionē dominij transferendi. l. si stipulatus. ff. de vsu. aut aliud quod sit loco dominij: puta, conditionis vsucapiendi: etenim effectus bonorum est dominium directum, vel vtile aut conditio vsucapiendi, qua ad dominium peruenimus bona fide posidentes. l. traditionibus. C. de pact. Ideo Vlpianus in bonis nostris ea esse scribit, quæ dominij nostri sunt directò, vel vtiliter, aut à nobis bona fide posidentur. Nec aliter enim nos bearent, seu nobis prodessent bona. l. bonorum. §. j. ff. de verb. sign. sic verba (causam bonorum) accipienda sunt, licet quandoque plenius pro subiecta materia ab eodem Vlpiano interpretantur. l. j. §. hæc actio. ff. si quis testam. lib. esse iu. fue. Continet autem causam bonorum, in d. l. in conuentionalibus. §. fi. stipulatio rem tradi, quia subiecta erat contractui, de cuius natura veniebat domini trāslatio. si promissor dominus erat. l. ex empto. in prin. ff. de actio. emp. Quod licet diuinatorium tenendum est, inquiunt doc. nec enim quicquam tutius dici potest. Ego vtriusque text. verba sequutus, malo dicere, differentiam cōstituendam inter stipulationem rem tradi, de qua hîc, & vacuam possessionem tradi, de qua in d. §. fin. vacuam namque possessionem non dicitur tradere, nisi qui eam liberam ab *Causa bonorum.* *Opinio authoris.*
3 omni possessore, & cum aliquo iure tradit. l. ij. §. j. ff. de act. empt. † Vnde vacua possessio ad nudam traditionem referri nequit. Nec obstat, si cum Pompo. dicas, qui fundum tradi stipulatur, vacuam quoque possessionem tradi oportere, intelligitur. Nam illud ibi est in consequentiam præcedētis contractus emptionis: in quo, vt diximus, venit translatio dominij, vendens dominus erat. d. l. ex empto. stipulationem autem huiusmodi, & aliam quamuis emptioni subditam ab ea regulari interpretationémque recipere notisimum est. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. damni infecti. quidam. ff. de damno infecto. *Vacuam possess. tradere.*

IOAN. CORAS. VALEN. IX. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SCIRE DEBEMVS.

1 *Stipulationes tot, quot res.*
2 *Venditio plurium rerum, vna.*
3 *Collatiua non distributiua.*
4 *Nouatio quando inducatur.*
5 *Generalis expressio quando idem quod specialis operetur.*
6 *Absurdum huius l. vnde nascatur.*
7 *Legata an tot quot res legatæ.*
8 *Vniuersale, Generale, Numerale.*
9 *Quadrigæ.*
10 *Lectica, Lecticarij.*

XXIX. VLPIANVS.

Scire debemus, in stipulationibus tot esse stipulationes quot summæ sunt, tótque esse stipulationes, quot species[a]. Secundum quod[b] euenit, vt mixta vna summa[c] vel specie[d], quæ non fuit in præcedenti stipulatione,

non fiat nouatio[e],sed efficiat duas esse[f] stipulationes. Quamuis autem placuerit tot esse stipulationes, quot summæ: tótque esse stipulationes, quot res: tamen si pecuniam quis, quæ in conspectu eius est, stipulatus sit, vel aceruum pecuniæ, non tot sunt stipulationes, quot nummorum corpora, sed vna stipulatio[g]: nam per singulos denarios, singulas esse stipulationes absurdum est[h]. Stipulationem quoque legatorum[i] constat vnam esse[k], quáuis plura corpora sint[l], vel plura legata[m]: sed & familiæ, vel omnium seruorum stipulatio vna est[n]. Itémque quadrigæ[o] aut lecticariorum[p] stipulatio vna est[q]. At si quis *illud & illud*[r] stipulatus sit, tot stipulationes sunt, quot corpora.

Tot stipulationes, quot res.

Q*uot species* [a]. Regula qua nihil tritius efferri solet,† tot sunt stipulatio- 1
nes, quot res, aut summæ in stipulationem deductæ.l.j.§. sed si mihi.l. vbi autem.§. pe.l. Titia.§.fin. & l.pluribus, in prin. licet vna sit verborum conceptio: sed eius vis multiplicatur propter res multiplicatas. Similiter Callistratus, tot esse voluit euictionum actiones, quot & species rerum emptione comprehensæ.l. cùm plures, ff. de euictionibus. Et tot sententias, quot capitula esse certum est.l.quædam mulier.ff.fam. ercisc.l.fin.ff. de iure patron. tótque compromissa, quot res de quibus separatũ compromissum est.l.quid tamen. ad prin.ff. de recep.arbit.& tot donationes, quot res donatæ.l. sancimus.§.si quis autem.C.de dona. nec dixerit quispiam res plures coniunctim copulatas, loco vnius haberi.l.si hæredi plures.ff.de condi.institu.hoc enim obtinet, vbi plures res respectu alterius copulantur: nam si propter se fieret singularum, licet cõiunctim, enumeratio: pro eo accipiendum esset atque si singulæ separatim expressæ fuissent.l.falsa.§.final.ff.de cond.& demonst. † Sed cur nõ idem in venditionis cõtra- 2
ctu dicimus, vt tot venditiones sint, quot res venditæ.l.cum eiusdem ff. de ædil.edict. Responde, plurium rerum venditio, non multiplex est, sed vna propter vnitatem pretij, respectu cuius plures illæ res enumerantur. l.si duos.ff. de cont. empt. l.cùm duo.ff.de in diem addic.licet propter vtilitatem receptum sit, vt ad singulas res emptor agere possit.l.& si vno.ff.de act.emp.modò res illæ separatæ sint.l.in commodato.§. duobus.ff. commod. Planè quod per manus traditum est, tot stipulationes quot res, ibi locum habet, vbi res distinctim exprimuntur, stipulatione puta, promitto decem, Stichum, equum, & bouem. † Cæterum si non fuerint expressæ, licet plures res vno collectiuo nomine contineantur, non erit nisi vna stipulatio: veluti, si promitterem familiam seruorum, supellectilem, gregem, quadrigam, aut peculium.l.quod dicitur.Idémque in legatis dicimus.l.quoties.& l.grege.ff.de leg.ij.Ea quippe collectionis nõ distributiuæ natura est, vt cõcta sub se ad coniunctum & inseparabilem vnitatem redigat. l. proponebatur.ff. de iudiciis.l.ædiles.§.familiæ.ff.de ædil.edict. Manat inde non parua vtilitas: quia si plures intelligantur stipulationes, sæpius ex stipulatu agi poterit.l. quia dicitur, in fi. 1
ff.de euiction.promissórq; vnã ex rebus promissis creditori vel inuito soluit, ab eadémque liberatur.l.fi.ff.qui.mod.pig.vel hypor.solui.Si plura legata vnum agnosci, aliud repudiari.l.legatarius. ff.de leg.j.l.sed duobus.ff.de leg.ij.

Venditio plurĩũ rerum vna.

Collectiuæ dictionis natura.

b Secũdũ quod. Quia tot sunt stipulationes quot sũt res in stipulationẽ deductæ.

c Mixta vna summa. Veluti quia cùm stipulatus essem viginti primò, nunc viginti & decem stipuler.

d Vel specie. Verbi gratia, stichum in primis, deinde stichum & Pamphilum sum stipulatus.

Nouatio quando inducatur.

e Non fiat nouatio. †Etenim vbi summa vna, vel species quæ non fuit in præce- 4
denti stipulatione admiscetur, nihil additur primæ stipulationi: sed noua stipulatio in eo pluri creatur. Et ita duæ sunt stipulationes. Nouatio autem non fit, nisi

cùm

cùm secunda plus continet.l.qui vsumfructum: veluti, si cùm mihi promisisses viginti, ex eadẽ causa postea triginta vno verbo promittas, dum constet in his prima decem te inclusisse: secus autem si separatim, vt dixi, primo viginti, deinde decem promisisses, possem quippe petere vtranque quantitatem: cùm sint duæ & diuersæ promissiones: idémque si primùm viginti, deinde viginti & Stichum stipulatus essem.

f Duas esse. Lege diuersas. At verò dices, Quî fieri potest, vt plures & diuersæ sint stip. si ex duabus vltimis vna idẽ cõtinet: quod prima vt in specie à nobis proposita, si primũ viginti, deinde viginti & decẽ, aut viginti & Stichũ stipulatus sum: nã in viginti secũdo loco promissis, cùm idẽ primò promissum fuisset, nulla contrahitur stipulatio, l.qui bis idẽ. Solutio, plures & diuersas dicit esse stipulationes, cõsiderato primo cõtractu, & quãtitate, vel specie nouè addita: quæ prima facie videbatur operari nouationẽ præcedẽtis stipulationis. Quod negat hîc Vlpia. dicẽs stipulationem illam de superaddita specie, aut quantitate diuersam à prima. Et ita non fieri nouationem.l.fundum Cornelianum.ff.de nouatio.

g Sed vna stipulatio. Nam quod supra dictum est, tot esse stipulationes, quot res obtinet: vbi res plures nominatim, & disiunctim diuersis appellationibus exprimuntur. Secus si vno nomine plures comprehendantur.l. quod dicitur. vt in specie huius tex. cùm aceruum pecuniæ, aut pecuniam in cõspectu existentẽ non facta particulari assium dinumeratione stipulatus sum, nec dicatur demonstrationẽ proprij nominis vice fungi.l. certum.ff.de reb. cred.l.quoties.§.si quis nomen.
5 ff.de hære.instit.l.nominatim.ff.de cond.& demonst. † idémque operari generalem dinumerationẽ, quantũ singularũ rerum particularẽ expressionem.l.si chorus, in princ.ff.de leg.iij.l.omnes.C.de præscri.xxx.vel xl.annor. Expressis autem distinctim singulis denariis demonstratis, multiplex redderetur stipulatio: vt in princ.huius.l. nam respondeo demonstrationem, vim habere proprij nominis, quantum ad inducendam certitudinem rei, vt certi scilicet esse dicamur, si digito aut vocabulis quibusdam res demonstretur, perinde atque si proprio nomine, d.l. certum, cum simil. Præterea vt omnes res in obligationem deductæ intelligantur, sicut si specialis facta fuisset singularium expressio.d.l.si chorus, in princ.ff.de leg.iij.nõ item quantũ ad actuum multiplicationem.l.quoties.ff.de lega.ij. aliósque similes effectus, respectu quorum plus ferè semper potest specierũ singularis enumeratio, quàm expressio generis.l. sed & si quis.§.quæsitum, ff.si quis cautio.

Genus idẽ quod species operatur.

h Absurdum est. Si pecunia in conspectu posita, vel aceruus pecuniæ promittatur, quanuis denariorum multa sint corpora, vna tamen erit stipulatio: quod absurdum sit, inquit Vlpia. per singulos denarios, singulas induci stipulationes.
6 †Cæterũ in quo versetur hæc absurditas, nemo ponit, nec facilè discerni potest. Eo factũ est, vt audaculè nõnulli hãc rationẽ Iurisconsul. frigidã, & ieiunã dixerint. Ego puto absurditatẽ inde nasci, quòd lex stipulationem nunquam frustra inducat, nec nisi quã expedire videt stipulatori.l. stipulatio nõ valet, vbi diximus. Atqui hîc si nasceretur pro singulis denariis stipulatio, hoc referri non posset ad stipulatoris vtilitatem: sed potius eius damno maximo contingere posset, cùm de singulis denariis, & sic ob rem modicissimam singulatim experiri eum oporteret.

Absurditas huius l. in quo versetur.

i Stipulationem quoque legatorum. Qua legata omnia (erunt quippe plures res mihi vno cõtextu, aut separatim legatæ) stipulatus sum generaliter mihi præstari.
7 *k Vnam esse.* †Quoniã res legatæ in ea nõ singulariter exprimũtur, sed generaliter dũtaxat legatã, aut quod legatũ erat, præstari sibi legatarius stipulat⁹ est. Quare licet respectu obligationis perinde sit atq; si specialiter oẽs fuissẽt designatæ. d.l.si chorus.ff.de leg.iij.eo tamẽ generali sermone, actus propter rerũ nõ nisi in genere expressarũ pluralitatẽ, nõ multiplicãtur.l.quoties.ff.de leg.ij.l.quod dicitur, hoc tit. Et si dicas hãc stipulationẽ, quũ ad plura legata referatur, secũdũ numerũ legatorũ multiplicẽ cẽseri: cũ relata sit in referẽte.l.asse toto.ff.de hær.inst.l.si ita

Legata tot, quot res legata.

ſcripſero.ff.de cód.& demóſtra.& expreſſum videatur,in l.Titia,§.fi.& l.pluribus, in princ.Quæ iura docent ob præcedentem ſpecierum enumerationem ſubiectá ſtipulationem mulriplicari.Reſpondeo illic ideo, quia ſpecierum expreſsio ad effectum cõtrahendæ ſtipulationis facta erat.Quod in ſtipulatione legatorum, quæ ex legis diſpoſitione interponit', ex illo edicto, vt leg.no.caueat.cõſiderari nequit.

l Plura corpora ſint. Sub vno legato, quia grex, ſuppellex,familia ſeruorum, inſtrumentum,fundi peculium,quadriga,aut aliud quiduis vno nomine collectim, plura continens corpora,legatum eſt:nam vnum tunc eſt, vt Iul.Paul.ſcribit,legatum.l.quoties.ff.de legat.ij.

m Vel plura legata. Quia nominatim plures res in legaro expreſſæ ſunt: veluti, ſi legauerit mihi teſtator fundum,Stichum ſeruum,& equum ſuum,eo quippe caſu plura conſtat eſſe legata.d.l. quoties.j.reſp.propter expreſsionem plurium rerum.l.quod dicitur.† Secus autem ſi collectiuo nomine ſiue vniuerſali.d.l.quoties. 8

Vniuerſale, generale, numerale.

quod illud appellamus, quod ex proprio ſui ſignificatu abſque adiuncto corpora plura comprehendit, vt ſuppellex,grex, peculium, hæreditas: ſiue generali,quod ex adiectione ſigni vniuerſalis plura continet, vt legatum omnium ſeruorum.Siue numerali,vt legatum octo ſeruorũ.l.ſi ex toto. §.fi.ff.de leg.j. his quippe omnibus caſibus vnum eſſet legatum.

n Vna eſt. Quod enim dicitur tot eſſe ſtipulationes,quot res: ibi locum habet, vbi res nominatim ſtipulatione exprimunrur. Alioquin ſi ſub collectiuo tantùm nomine contineantur, nec ad eorum ſingularem expreſſionem deueniatur vna, aut(vt ſæpè diximus)ſtipulatio.d.l.quod dicitur.

Quadriga.

o Quadriga. † Quadriga,currus vnus eſt à quatuor equis,quibus cõiungebatur, 9
ſic appellatus.

Lectica Lecticarius.

p Lecticariorum. † Lectica propriè dicitur ſedes ad inſtar cubiculi: in ea quippe 10
puluinar,& lectulus ſtratus,ſpecularia quoque ad arcendos ventos,& lucem accipiendã adhibitaun eáque geſtari ſolent, tam primores viri, quàm matronæ, quæ in gallia ex corio cocto conficitur,adhibitis, vt dixi, ſpecularibus vitreis. ferũt autem eam duo equi mediã lecticam intercipientes,cùm olim ſerui lecticam humeris geſtarent, qui inde lecticarij dicti ſunt: vt hîc,& l.ſi ex toto.§.final.ff.de legat.j.

q Vna eſt. Ratione qua vſi ſæpè ſumusex d.l.quod dicitur.

r Illud & illud. Secus ſi diſiunctiuo modo illud aut illud quis ſtipulatus ſit,quo caſu vna erit ſtipulatio,quantùm ad ſolutionem & præſtarionis vnitatem: nec illa plurium rerum enumeratio diſiunctim comprehenſa plures faciat ſtipulationes.l.ſi illud.ff.de leg.ij.l. cum illud.ff.quan. dies leg. ced.lic. reſpectu nominationis rerum diuerſarum duplex dici poſſit, duæ quippe res ſunt in ſtipulationem deductæ, vt & in ſimili.Iul.Paul.duas res legatas dicit,licet alrera legatarium contentum eſſe oporteat.l.ſi quis ſeruum.§.j.ff.de leg.ij. quo in loco ſemper aduerſus interpretes exiſtimaui dictionem legata, nomen eſſe,non verbum.

IOAN. CORAS. VALEN. X. OCTOBR. M. D. XLVI.

5. SI A FVRE.

1 *Fures quatuor actionibus tenentur.*	4 *Condictionis furtiua natura.*
2 *Mouere quæſtionem.*	5 *Fur quando moram purget.*
3 *Rem ſuam quandoque quis ſtipulatur.*	6 *Fur quando condictione liberetur.*

Si à Fure[a] hominem[b] ſim ſtipulatus[c], quæſitum eſt an ſtipulatio valeat? Mouet queſtionem[d], quòd ſtipulatus hominem meum videor: non valet autẽ huiuſmodi ſtipulatio,vbi quis rẽ ſuá ſtipulatus eſt[e], & conſtat ſi quidem ita ſtipulatus ſim. *Quod ex cauſa condictionis dare facere oportet*[f], ſtipulationem valere[g]. Si verò hominẽ dari ſtipulatus fuero,nullius momenti

menti esse stipulationem[h]. Quod si postea[i] sine mora[k] decessisse proponatur seruus, non teneri furem condictione[l] Marcellus ait: quandiu enim viuit condici poterit[m], ac si decessisse proponatur, in ea conditione est, vt euanescat condictio propter stipulationem.

1 A *Fure*[a]. Contra quem, is cui furtum factum est, † quatuor actiones habet. l. si pro fure. §. furti. ff. de cond. fur. furti ad pœnã dupli vel quadrupli: dupli, si furtum est non manifestum: quadrupli, si furtum est manifestum. §. in duplum. & §. quadrupli. de actio. in Instit. & hæc infamiam irrogat. l. j. §. qui furti. ff. de his qui no. infa. condictionem furtiuam ad rem ipsam. l. j. in fi. & toto tit. ff. de condic. furt. & hoc in odium furis inductum est, quo magis pluribus actionibus teneatur. §. sic itaque. de act. in Instit. nam ab alio nemo rem suam condicere potest. l. fi. ff. vsufru. quemad. caue. l. si quis nec causa. §. fina. ff. de rebus credit. Hæc porrò actio non infamat, (cùm in conductionibus quibuscunq; esset ignominia licet ex famosis causis pendeant. l. cessat. ff. de act. & oblig.) infamia iuris scilicet. nam reuera qui hac actione conueniuntur, non effugiunt infamiæ notam. l. honori. ff. de obseq. Datur quoque in furem vendicatio, & ad eam præparatoria ad exhibendum. d. l. si pro fure. §. furti. At earum neutra infamiæ notam inurit, cùm ex his neque perfidia, neque fraus accusetur. l. furti. §. fin. ff. de his qui not. infam. *Fures quatuor actionibus tenentur.*

b Hominem. Stichum puta, quem mihi surripuerat.

c Sim stipulatus. Simpliciter, ita enim crudè quæstio proponenda est, vt sequenti distinctioni locus esse possit.

2 *d Mouet quæstionem.* † Elegans modus loquendi mouere quæstionem, pro eo quod est façere difficultatem, & dubitationem. *Quæstionem mouere.*

3 *e Rem suam stipulatus est.* † Quia qui rem suam dari sibi stipulatur, vt eius dominium acquirat, stipulatur. l. vbi autem. §. fin. dominium autem non potest, nisi ex vna causa contingere. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acqui. poss. nec quod proprium est stipulatoris, eius amplius fieri potest. §. sed si rem, de legat. §. sic itaque. de actio. in Inst. Licet autem nemo rem suam vtiliter stipuletur, eam tamen restitui rectè stipulari potest. l. nemo. j. in princ. propter commodum possessionis. l. ij. ff. de cond. tritic. l. si in emptione. §. rei suæ. ff. de contrahen. emp. Eadem ratione sub conditione rem propriã stipulari licet, si conditionis existentis tempore propria non sit. l. si rem meam: vel etiam si res irreuocabiliter non sit stipulatoris. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. vt & in legato dicimus. l. non quocunq;. §. si ex bonis. ff. de leg. j. *Rem propria quandoque quis stipulatur.*

4 *f Dare facere oportet.* † Ex causa condictionis furtiuæ debet reus rem restituere, item præstare id quod interest agentis. l. iij. & l. si pro fure. §. fin. ff. condict. fur. & eo nomine dici potest eum teneri dare, cùm æstimatio eius quod interest ad pecuniam numeratam redigatur. l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudic. quam dari oportet. l. stipulationes non diuiduntur. in fi. princip. Rursus re perempta, fur ad dandam eius æstimationem tenetur. l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran. *Condictionis furtiuæ natura.*

g Valere stipulationem. Cum ex condictione, vt ostendimus, furem & date & facere oporteat.

h Esse stipulationem. Tanquam impossibilem, cùm nulla ratione fieri possit, vt res quæ stipulatoris est, magis eius fiat. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. & dd. §§. sed si rem, & sic itaque. Atqui res furtiua propter furtum non desijt esse stipulatoris. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.

i Quod si postea. Hoc est, postquam stipulatus sum à te fure, quod ex causa condictionis te facere oportebat.

k Sine mora. Qui fieri potest, vt seruus surreptus sine mora furis decedat: cùm dicant vbique iure furem, qui rem inuito domino contrectauit, semper in restituenda ea quam nec debuit auferre, moram facere. l. in re furtiua. §. penult. & l. fin.

R.i.

ff.de condi.furt.l.fina. C.de condic.ob turp.cauſ. ideóque ad eum omni tempore periculum interitus pertinere.d.l.ſi.ff.de condi.fur. † Tu dic per illam ſtipulationem *quicquid furem dare, facereue oportet*, moram furis purgatam.l.parui.ff.de cond. fur.l.ſi Stichum, in princ.ff.de nouat. perinde atque ſi oblatum à fure ſeruum ſurreptum dominus arripere recuſaſſet.l.qui decem. §.idem reſponſum.ff.de ſolutio. Vnde non tenebitur deinceps fur de interitu, niſi nouam moram feciſſet: ideóq; expones ita hæc verba *Sine mora*, ſcilicet, noua, poſt ſtipulationem quæ priorem moram purgauit, commiſſa. 5

Fur quomodo moram purget.

l Condictione. Qua fur liberatus fuit per eam ſtipulationem: Quicquid furem pare facere oporteret.l.qui decem.§.idem reſponſum alleg.

m Condici poterit. Obſtat implacabiliter, quia per dictam ſtipulationem, vt ſtatim dominus fur condictione liberatus eſt.d.l.qui decem.§.Idem reſponſum. Tremunt hic, & fluctuant ſcriptores, quonam pedem figant neſcientes. Mihi videtur Vlpianus hoc loco difficultatem tollere, vt ſcilicet condictione liberatus ſit fur, poſt mortem hominis promiſſi. † Si necdum moram nouam contraxerat, mora 6 quippe facit furem de interitu teneri.l.ſi. ff.de condic. fur. quæ per ſtipulationem prædictam purgata eſt, vt hic, & l.parui.ff.de condi.fur.& l.qui decem.§.idem reſponſum.& ff.de ſolutio.quandiu autem ſeruus ſurreptus viuit, furem teneri condictione, æquum eſt, cùm fur ſemper ſit, nec iniuſtam furti notam aſperſámque & impreſſam vitij maculam ſuſtulerit ſtipulatio. An autem referat præſens ſit ſeruus, hoc eſt, in prouincia ſtipulationis interpoſitæ tempore, vt effectus moræ præcedentis tollatur, quoniam Iuriſconſ.ea in re non ſibi conſtitiſſe videntur, anceps eſt quæſtio, quam doct.alibi ampliter excutiunt. Ego video hanc rem aliter finiendam, quàm autumẽt ipſi, vt videlicet ſi purè cõcepta ſit ſtipulatio, non referat an præſens ſit, vel abſens: vtrobique enim mora finitur, d.l.parui. Secus ſi ſub conditione. Eo quippe caſu non liberabitur condictione, niſi ſeruus præſens fuerit, hoc eſt, in prouincia, cùm intercedebat ſtipulatio.d.l.qui decem.§.item reſponſum.ff. de ſolut.& l.ſi rem.ff.de noua. IOAN. CORAS. VALENT. XI. OCTOB. M. D. XLVI.

Fur quando condictione liberetur.

L. SCIENDVM.

1 *Interrogatio in ſtipulatione præceſſiſſe præſumitur.*
2 *Solennitas intrinſeca, & extrinſeca.*
3 *Intrinſeca ſolennitas.*
4 *Extrinſeca ſolennitas.*
5 *Solennitas quæ præſumatur.*

XXX. IDEM.

Sciendum eſt generaliter, quòd ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe [a]: videri omnia ſolenniter acta [b].

Ideiuſſiſſe [a]. Quod fideiuſſionis verbum ſtipulationem includit, cùm ea neceſſaria ſit ad fideiuſſionem. l.v.§.ſatis. hoc titul. l.blanditus. C. de fideiuſſor.

b Solenniter acta. Hoc eſt, iuſtam, ſolennémque ſtipulationem interueniſſe, ſine qua fideiuſſio non contrahitur.l.v.§.ſatis.hoc tit.l.blanditus. C.de fideiuſſ. Et ita interpretatur lex eum, qui ſe fideiuſſiſſe ſcripſit vt fideiuſſorem interrogatum eſſe & ipſum conuenienter promiſiſſe.§.fina.de fideiuſſ.in Inſt. † præ- 1 ſumitur nanque ex reſponſione, quæ conſcripta eſt in inſtrumento, & interrogationem in re agenda præceſſiſſe.l.j.C.de contrah.ſtipulation.§.ſi ſcriptum, de inutil.ſtipulat.quãdo ſine hac ſolennitate, inutiliter fieret fideiuſſ.l.v.§.ſatis acceptio. hoc tit.l.j.§.verbis.ff.de act.& obligatio. Secus igitur ſi verbum ad hoc aptum ſcriptum non reperiretur.l.j.C. de vſur. vnde qui à pupillo emit, probare debet ſe tutore authore, & lege non prohibente emiſſe.l.quæcunque.§.final.ff.de public. Ad quod (vt interpretor) ipſe non tenetur, ſi ſcriptum nonnihil eſſet in inſtrumẽto,

Interrog. in ſtipulatione præcedere veriſimile eſt.

quod

quod tutoriam authoritatem necessariò includeret, veluti si in eo scriptum lege-
2 retur tutorem præsentem de euictione promisisse. † Et hæc est vera ad hunc & il- *Solennitas intrinseca & extrinseca.*
lum text. declaratio, licet Doctor. nostri omnes commenti fuerint nescio quam
3 intrinsecæ & extrinsecæ solennitatis distinctionem. † Intrinsecam appellantes, *Intrinseca.*
quam verborum prolatorum natura comprehendit non subintellecta extranea
persona in stipulatione, & fideiussione, quæ sui natura interrogationem præcessisse, & responsionem subsequutam fuisse comprehendunt, cùm neutra sine hoc consistat. l. j. §. verbis. ff. de actio. & obligatio. l. j. §. j. l. v. §. stipulatio, & §. satisacceptio. hoc tit. vnde posita stipulatione necessario fit illatio præcedentis interrogationis
4 & responsionis inter præsentes & incontinenti sequutæ. † Extrinsecam verò di- *Extrinseca.*
cunt, quæ vi sola verborum non comprehenditur, sed vltra forma quædam desideratur, admixta plerunque extranea persona: vt in interuentu tutoris, decreto
5 iudicis, consensu capitali, authoritate episcopi, † & aliis id genus, hanc solenni- *Solennitas quæ præsumatur.*
tatem traditum est ab omnibus non præsumi. d. l. quæcunque. §. fina. nisi eius meminerit instrumentum. l. j. de fid. instrum. & iur. has. si. lib. x. C. pro quo semper præsumitur. l. cùm precibus, C. de probationibus, aut qui contrahit. l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulation. & aliis quibusdam casibus, quos infinitum foret omnes persequi: & Interpretes verbosissimè hic congerunt. Solennitatem verò intrinsecam præsumi dicunt hoc textu adducti, & dicto §. fina. de fideiuss. si tamen formalis sit, vt quòd in stipulatione præcedat interrogatio, & responsio subsequatur: ea enim semper vna est, & certa. Diuersum si materialis, vt quod pretium in pecunia numerata consistens in contractu emptionis interuenerit. §. pretium, de emption. & vendition. in Instit. cùm enim pretij solennitas ex contrahentium voluntate variabilis sit. l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam, vt & alia quæuis materialis, super hoc subiecto variabili lex præsumptionem inducere non potuit. Differentiæ autem rationem inter solennia intrinseca & extrinseca, illam esse putant, quòd intrinseca habeant se per modum iuris, vt in stipulatione: quæ licet cum creatur in facto consistat. l. consilio. ff. de curatoribus furios. producta tamen, & enata est iuris. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. Extrinseca verò meri facti sunt, ideo non præsumuntur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, maximè cùm in his persona extranea desideretur, quam nunquam exaudimus, nisi expressa sit. l. si ita stipulatus. §. chrysogonus. Reliqua videto hîc per doct. IOAN. CORAS. VALENTIAE XII. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SI REM MEAM.

1 *Res propria quando in stipulatione deducatur.*
2 *Tempus in stipulatione quod spectādum.*
3 *Contractus principium quando attendendum.*
4 *Finalis causa, contractus vtilitas.*

XXXI. POMPONIVS.

Si rem meam sub conditione stipuler[a], vtilis stipulatio est, si conditionis existentis tempore[b] mea non sit.

Sub conditione stipuler[a]. Cùm purè non possim. l. scire debemus. §. fin. &
1 l. nemo rem suam j. † neque enim rerum nostrarum dominium no- *Rem propriā quando possim in stipul. deducere.*
bis, nisi ex vna causa potest contingere. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir. poss. Et quod meum est, non magis meum fieri potest. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. §. sic itaque, de action. Vnde nec propriæ rei est emptio. l. suæ rei. ff. de contrahen. empt. nec legatum. l. proprias. C. de leg. §. sed si rem. illo tit. in Inst. neque alius quiuis contractus. l. neque pignus. ff. de reg. iur. Cur enim contrahenti super re propria dedisset lex obligationem, quæ non solet, nisi in casibus necess-

satiis prouidere.l.j.§.ex hoc rescripto.ff.de vent.inspic.cum inde nullam sensurus quis esset vtilitatem: quod maximè in stipulationibus consideratur, cùm illæ sint inuentæ, vt quis quod sua interest cõsequatur.l.stipulatio ista.§.alteri. Certi casus sunt, quibus quis rem propriam rectè stipulatur: quos in l.nemo.j.pono. Hic vnus scribitur, quem tantum attingam, cùm scilicet non purè, sed sub conditione stipulatio concepta est, fieri quippe potest, vt existentis conditionis tempore non sit stipulatoris. l. existimo. Sic in emptione scribit Marcel. vt possim quod meum est sub conditione emere, quia fortè speratur meum esse desinere.l.existimo.ff.de contrahen.emptio. † Et in legato Iul. Paul. sed si, inquit, sub conditione res mea mihi legetur, poterit legatum valere, si existentis conditionis tempore mea non sit.l.cætera.§.j.ff.de leg.j. quia in huiusmodi legatis non testamenti facti tempus, sed conditionis expletæ spectari oportet.l.mea res. ff. de legat.j.l.quæ legata.ff.de reg.iur.l.si vxor.C.de conditio.inser.dicam plenè, in l.si filiusfamil.in princ. 2

Tempus in stipulatione quod attendendũ.

b Conditionis existentis tempore. † Sed videtur non conditionis, sed stipulationis tempus quo contrahitur spectandum.l.si filiusfamil.in princip.& l.inter stipulantem.§.sacram.cùm & ex præsenti, non ex futuro vires accipiat stipulatio, quanuis adiecta conditione petitio sit suspensa. l. vsusfructus.ff. de stipul.seruo.vt cum existat, conditio habeatur perinde ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset.l.necessario. §. j.ff.de peri.& commo.rei vend.l.potior. ff.qui pot.in pign.hab.& vulgò dici soleat, actus initium spectandum.l.iiij.§.scio.ff. de minor.l.damni infecti.§. Sabinus.ff.de damn.infect. Solutio, missis his quæ sine iudicio docentes scribunt, respectu causæ efficientis formalis & materialis, & ita respectu personæ contrahentis, solennitatis legis, & rei quæ in stipulationem deducitur, initium, hoc est, tempus contractus inspici. dd.ll. si filiusfam. inter stipulantem.§.sacram.& l.j.§.qui præsens, hoc tit. l. vsusfructus, & l.fin. ff. de stipulat. seruor. Ex his enim tota virtus, & contractus substantia pendet. † Considerata verò causa finali, quæ est in quocunque contractu vtilitas, & id quod interest, quod vt consequamur, stipulationes inuentæ sunt. l. stipulatio ista.§.alteri, si præsens tempus habile non sit, & contrahens sibi quætere possit: quia sui iuris futurum inspicimus.l.stipulatio ista.§.quæsitum. Nec enim quærimus quomodo, aut quando contingat commodum: sed vtrum contingat.l.cùm seruus.si tamen eius vtilitatis habuerunt rationem contrahentes, vt in stipulatione rei alienæ.d.§. quæsitum. aut rei propriæ sub conditione, vt hîc, & l.existimo.alioqui leges non considerarent quod partes in animo verisimiliter non habuerunt, vt cùm res propria in stipulationem deducitur. l. nemo rem suam.j. nam lex pedetentim sequitur contrahentium mentem, & voluntatem. Idem si id sit promissum, cuius dominium lege prohibente nancisci non possimus, quia res sacra sit, religiosa, aut in perpetuum vsibus publicis relicta. d. §. sacram, túncque ob defectum materiæ, & legis prohibitionem. IOAN. CORAS. VALEN. XII. OCTOB. M. D. XLVI. 3 4

Principiũ contractus quãdo spectandum.

Finalis causa stipulationis.

L. SI IN NOMINE.

1 *Error non vitiat, si de corpore constet.* 2 *Error nominis proprij.*

XXXII. VLPIANVS.

Si in nomine serui quem stipularemur dari, erratum fuisset[a], cùm de corpore constitisset[b], placet stipulationem valere.

Rratum fuisset[a]. Quia credebamus eum Pamphilum dici, qui Stichus vocabatur.

b Cum de corpore constitisset. Ratio frequens Iurisconsf. † Error non vitiat, si in corpore consensum est, siue in materia erretur.l.si id quod aurum.hoc tit.l.j.§.fin.ff.de pigno.nisi ex eo error alteri contrahentium intolerabile 1

Error quãdo vitiet.

bile damnum irrogaretur. l.in venditionibus. §.fin.& l.cùm ab eo.§.fin. ff.de contrahen.empt.l.si cùm aurum. ff. de solutionib. dixi plenè in d. l. si id quod, siue in artificio.l.qui habebat.ff.de reb.dub.siue in nomine, túmque non in stipulationibus modò, vt hic,sed & in iudiciis.l.si quis in iudicis. ff.de iudici.l.idem Pompo.§.pen.ff.de rei vend.in legatis.l.si quis in fundi.ff.de leg.j.§.si quis in nomine,de leg. in Instit. & hæredum institutionibus.l.quoties.§.si quis nomen.ff.de hæred.inst.l. si quis in nomine.C.de testament. Nihil enim interest,an proprio nomine res appelletur, an vocabulis quibusdam, certóque signo demonstretur. l.certum.ff.de reb.cred.l.nominatim. ff.de cond.& demonst.& hoc si erratur in nominè rei, super qua disponitur:

2 † error quippe nominis proprij, vt per manus traditum est, cum detegat disponentis socordiam, stultitiam, & fatuitatem, vitiat. l.fina. C. de hæred.instit.quæ hoc mihi non probat: sed illud potius credendum, non esse aliquem tam supinum,vel potius stultum inueniri, qui suum nomen ignoret. idem tamen doct.hic putant,si erretur in nomine proprio filij,patris,& vxoris. *Error nominis proprij.*

IOAN. CORAS. VALEN. XII. OCTOB. M. D. XLVI.

L. SI STICHVS.

1 *Lapsus diei constituit in mora.*
2 *Interpellatio incongrua.*
3 *Brandij astutum responsum.*

XXXIII. POMPONIVS.

Si stichus certo die[a] dari promissus,ante diem[b] moriatur[c],non tenetur[d] promissor.

Erto die[a]. Calend.puta Ianuariis.

b Ante diem. Ante Calend.Ianuarias. Ergo secus si post eum diem

1 decesserit: † cùm lapsus diei in mora promissorem constituat. l. magnam. C. de contrah. & com. stipul. & perempta specie post moram debitor teneatur.l.si ex legati.hoc tit. & l.quod te. ff.de reb.cred.l.cùm res.§.item si res,& §.fina.ff.de leg.j. *Diei lapsu, mora contrahitur.*

c Moriatur. Sine dolo tamen & culpa promissoris. nam si occidisset eum, aut occidi curasset,teneretur.l.si ex legati.l.si seruum.in princip.& §.sequitur. Idem si inimicus eius propter inimicitias occidisset: nam & id culpæ promissoris annumerabitur.l.si merces.§.culpæ.ff.loca.

2 d *Non tenetur.* † Etiam si promissor ante diem in quem promiserat interpellatus à stipulatore fuisset. l. cùm filiusfam. §.fin. nam eiusmodi interpellatio, vt incongruo tempore facta, debitorem in mora non constituit. l. mora. ff. de vsu.l.si *Interpellatio incongrua.*

3 soluturus. ff. de solutio. Quare poterit dicere promissor, quod ferunt † Sebastianum Brandium cuidam mercedem pro filiis ante tempus petenti respondisse, *Præmatura seges nostris non crescit in agris.* Nulla enim mora intelligitur ibi fieri, vbi nulla petitio est.l.si pupillus.hoc tit.l.lecta. vers.dicebam. ff. de reb.cred.l.nulla.ff. de reg.iur. IOAN. CORAS. VALEN. XIII. OCTOB. M. D. XLVI. *Brãdij vafrum responsum.*

L. MVLTVM INTEREST.

1 *Commercium.*
2 *Commercia voluntaria, & Inuoluntaria.*
3 *Res in commerciis hominum existentes.*
4 *Vlpianus hæreticorum princeps.*
5 *Cui bono.*
6 *Nomina ex quo imponenda.*

XXXIIII. VLPIANVS.

Multum interest,vtrum ego stipuler rem, cuius commercium[a] habere non possum[b], an quis promittat. Si stipularer rem cuius commercium

non habeo [c], inutilem esse stipulationem placet [d]. Si quis promittat rem,
cuius commercium non habet [e], ipsi nocere [f] non mihi [g].

Commercium.

Ommercium [a]. † Commercium propriè tractatũ frequentem mer- 1
caturæ significat, & facultatem mercium emẽdi & vendendi. Nec
diuersa est in iure nostro huius verbi significatio. Etenim designat
liberam cuiusuis potestatem, res dominio & vsibus propriis aliquo
modo subiiciendi: vnde cùm hîc Vlpi. res quasdam esse dicit, qua-
rum commercium habere non possumus, significat eas res tales esse, vt compa-
rari, & in dominium vsúsue nostros redigi non possit. l. idem Iulianus. §. si. ff. de leg.
j. l. mortuo. §. Labeo. ff. de leg. ij. §. idem iuris, de inutil. stipulat. † Commerciorum 2
porrò Philosophi alia volũtaria esse dicunt, quia principium eorum voluntarium
est: velut emptio, locatio, commodatum, depositum, & huiusmodi. Alia inuolun-
taria, quorũ initia clandestina sunt, aut violenta: vt furtum, incestus, veneficium,
verberatio, mors, rapina & alia id genus.

Commerciorum duplex ratio.

Res quarũ habemus cõmerciũ.

b Habere non possum. † Res quædam sunt, quarũ commercium hominum nul- 3
lus habere potest, vt earum, quæ non sunt, nec vnquam fuerunt: veluti hypocen-
tauri. §. j. de inutil. stipula. aut quæ fuerunt, sed nunc non sunt: veluti hominis mor-
tui. l. si homo mortuus. aut quæ sunt cæterum priuatorum vsibus non destinatæ,
vt sacræ rei, & religiosæ, aut publicè principis, vel populi vsibus perpetuò exposi-
tæ. l. inter stipulãtem. §. sacram. hoc titu. l. idem Iul. §. fin. ff. de leg. j. Quædam verò
res sunt, quarum commercium homines habent, speciali tamen ratione nonnul-
li prohibentur, propter delictum puta. l. mortuo. §. labeo. ff. de leg. ij. l. moris. §. pen.
ff. de pœn. veluti commercium serui Christiani Iudæo. l. vnica. C. ne Christiana
man. & prædij quod orthodoxa ecclesia habet, hæretico. §. idem iuris. vbi Theo-
phyl. de inut. stip. in Insti. Aut propter vitium corporis. l. filiusfa. §. si quid alicui. ff.
de leg. j. veluti militiæ cursoriæ commercium loripedi, & claudo, & cuiusuis mili-
tiæ, muto, vel etiam propter vitium animi, vt in eo cui bonis interdictum est sua-
rum rerum commercium. l. is cui bonis, aut naturæ rei repugnantem personæ
qualitatem, vt feudi nobilis rustico & seruo. l. fideicommissa. §. si seruus. ff. de leg.
iij. Rerum immobiliũ forensi ex lege singe municipij. l. in quorum ff. de pign. Aut
denique propter aliquã rei qualitatem. l. quædam. ff. de acquir. rer. do. d. §. si quid
alicui, vt quia res propria est. l. nemo rem, hoc tit. l. suæ rei. ff. de contra. empt. aut
à lege prohibita alienari: sicut fundus dotalis. l. j. & toto tit. ff. de fund. dot. res li-
tigiosa. l. j. §. fin. ff. quæ res pign. oblig. pos. l. j. & tot tit. ff. de litigi. Quæ ædibus iũcta
sunt, ne ruina ædificiorum publicus deformetur aspectus. l. Senatus. ff. de cõtrah.
empt. l. cætera, in princ. ff. de leg. j. l. negandi. C. de ædif. pri. & coloni censiti seu ad-
scriptitij, siue prædiis quibus adhærent. l. si quis inquilinos. ff. de leg. j. quemadmo-
dum, de agri. & cens. lib. xj. C.

c Non habeo. Quia fortè propter meum delictum, negotiatione earum rerum
mihi interdictum est. l. moris. §. pen. ff. de pœn. aut vitio corporis impedior, ne res
eiusmodi comparare possim. l. filiusfa. §. si quid alicui. ff. de leg. j. vel municipali le-
ge. l. in quorum. ff. de pigno. † Quæ omnia exempla accommodari possunt ad l. 4
nostram, hæretici exemplo exploso, cui apud Vlpian. authorem huius legis, & o-
mnium hæreticorum facilè principem, Christianæque legis crudelissimum inse-
ctatorem non fuit vllius rei denegatum commerciũ, sed Iustiniani lege noua fuit
inductum.

Vlpianus Christianorum persequutor.

d Placet. Adeò vt nec ex ea quidem naturalis obligatio oriatur, vt omnes cen-
sent, per l. j. §. si id quod. ff. de actio. & obligat. qui text. hoc nõ probat, vt nec etiam
probare potest quod verum non est: cùm simultaneus cõsensus partium interue-
nerit, ex quo consentiunt omnes nasci obligationẽ naturalẽ. l. stichum. §. natura-
lis. ff. de solutio. l. cùm amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. nisi lex resistat. l. cùm lex.

ff. de

ff.de fideiusso.quod hic fieri nulla suadebitur ratione.

e Non habet. Cùm tamen stipulator habeat.

f Ipsi nocere. Aestimationem quippe præstare tenebitur, cùm rem promissam nequeat.l. mortuo boue.§. Labeo.ff.de leg.ij.l. fideicommissa.§.si seruo.ff. de leg. iij.nec debet facere inutilem stipulationem difficultas præstationis.l.ij.§.ex his,in fin.l.continuus.§.illud,si tamen ad promittendũ sit alioqui habilis:nam ineptum, vel potius stultum esset dicere pupillos,furiosos, prodigos, qui vel propter ætatem, vel mentis infirmitatem suarum rerum commercium nõ habet, promittendo res proprias ad eorum æstimationem obligari.l. obligari. ff. de autho.tuto.l.is cui bonis,hoc tit.§.pupillus,de inutil.stipula.

g Non mihi. Stipulatori, cui quæritur æstimatio rei promissæ in promissoris commercio non existentis, & ita vt in iudiciis ius non metimur ex persona reis sed actoris.l.j.§.j.ff.si pars hære.peta.Ita & in stipulationibus non ex parte promis-
5 soris,sed stipulatoris persona, vt hic: † nam cùm in eius vtilitatem concipiatur stipulatio, ille solus facere videtur.l. ij.§. si quis cloacam.ff. ne quid in loc. public.e. constitutus,de testib.Vnde l.Catius,ille quem P.R. verissimum & sapientissimum iudicem putabat,in causis (vt Cic. pro Ros.Ame.scribit) quærere solebat *Cui bono* fuisset,verisimile censens eum occidisse, verberasse, aut quid aliud fecisse,cui bono, id est, commodo id fuisset. meminit quoque huius Cassianæ sententiæ Cic. *Cui bono.*
6 Pro Milone,& in ij.Philippic.† Huc pertinet quòd cùm debeant (vt Plato in Cratylo sensit) ab eo imponi nomina,quod principaliter effe&um respicit,non à promittente sed à stipulante, id est,interrogante stipulationi datum nomen, doctissimi viri credant quòd ad eius vtilitatẽ totus contractus referatur,vt & Emphyteusis,quòd in commodum emphiteutæ principaliter contrahatur. IOAN. CORAS. VALEN. XIII. OCTOBR. M. D. XLVI. *Nomina vnde imponantur.*

L. SI STIPVLER.

1 *Hypocentaurus.*
2 *Spondere vxorem.*
3 *Nuptiarum stipulatio.*
4 *Temporale, & perpetuum impedimentum.*
5 *Stipulari sororem nupturam.*
6 *Præsens & futurum tempus quando inspiciendum.*

XXXV. PAVLVS.

Si stipuler vt id fiat,quod natura fieri non concedit,[a] non magis obligatio consistit, quàm cùm stipulor vt id detur,quod dari non potest[b], nisi per quem [c] steterit, quominus facere possit[d]. Item quod leges fieri prohibent si perpetuam causam seruaturum est, cessat obligatio[e], veluti si *sororem nupturam sibi*[f] *aliquis stipuletur*[g]. Quanquam etiam si non sit perpetua causa, vt accidit in sorore adoptiua[h] idem dicẽdum sit,[i] quia statim contra mores fit[l].

On concedit *a*. Veluti vt cœlum ascendam, aut digito tangam.l. impossibilis,hoc tit.& §.si impossibilis, de inutil.stipul.

1 *b Dari non potest.* Sicuti stichum mortuum.l. si homo mortuus.l. inter stipulantem.† §.stichum,aut Hypocentaurum dari:quia,inquit Impera.esse non potest.§.j.de inut.stip.cùm tamen Claudius Cæsar scribat Hypocentaurum, hoc est, semiequum ,& semihominem in Thessalia natum fuisse, licet eodem die interierit:& nos,inquit Plin.in vij.naturalis hystoriæ, de prodigiosis partibus agens, principatu Claudij Cæsaris allatum , ille ex Aegypto in melle vidimus.Quam rem pluribus in quinto Miscellaneorum attigimus. *Hypocentaurus.*

c *Nisi per quem.* Id est, aliquem, videlicet promissorem.

d *Facere id possit.* Quia stichum promissum, aut interpellatus non dedit, aut occidit. l. si ex legati, & l. inter stipulantem. §. stichum.

e *Cessat obligatio.* Cùm id quoque impossibile censeatur, quod lex fieri non concedit. l. filius. ff. de cond. inst. l. idem Iul. §. fin. ff. de leg. j. & id tantum dicamur posse, quod ex lege possumus. l. nepos proculo. ff. de verb. sign.

f *Nupturam sibi.* Inter fratrem & sororem nuptias non consistere, siue ab eodem patre, eadémque matre nati fuerint, siue ex altero tantùm, notißimum est. §. inter eas, de nupt. inst. quo loco subiicit Imperator in adoptiuis idē esse, quoad tamen adoptio constat: nam alterius emancipatione si dissoluatur adoptio, citra impedimentum procedent nuptiæ. l. per adoptionē. ff. de ritu nupt. l. si quis posthumos. §. fina. in fin. ff. de lib. & posth. c. vnico, de cogna. leg. Proinde Iul. Pau. hîc tradit in sorore adoptiua non esse perpetuam causam prohibitionis, cùm possit adoptione soluta frater eā vxorem ducere, licet in naturali prohibitio legis perpetua sit.

Spōdebantur olim vxores.

Nuptiarū stipulatio.

g *Aliquis stipuletur.* Moribus fuit veteribus stipulari & spondere sibi vxores fu-
turas: † vnde & sponsi, sponsæ, sponsaliorúmque appellatio nata est. l. ij. & iij. ff. de 2
sponsal. licet alioqui homo liber inutiliter stipuletur. l. inter stipulantem. §. sacram.
† quam stipulationem inter personas in quibus nuptias lex inhibuit, nullius esse 3
momenti dixit hîc Iurisc. vt vera sit protrita illa regula, si quid prohibetur, illud quoque prohibitum censeri, quo ad illud vetitum deuenitur. l. quod dictum. ff. de pac. Ideóque nuptijs prohibitis, sponsalia itidem prohibita esse. l. oratio. ff. de sponsa. l. si quis tutor. §. quanuis. ff. de rit. nuptia. In alia porrò muliere, cum qua nuptiæ esse poßint, valeret stipulatio, si promitteret se nupturam mihi, non vt cogi poßit ad matrimonium, cùm mihi desponsata alij nubere nō prohibeatur. l. j. C. de sponsal. etiam si iurata essent sponsalia. c. requisiuit. de sponsa. aut vt in pœnam conuentionalem non incidat, à cuius metu matrimonia libera esse oportet. l. Titia. sed respectu amißionis arrarum. l. fi. C. de sponsa. Aut vt damnum sarciat, si quod passus sim: quia fortasse in torquibus aureis, annulis, vestibus sericis, in alióque sumptuoso, & splendido apparatu, iuxta tamen personarum qualitatem, multam pecuniā expendi: alioqui absurdè dicendū hanc stipulationem sponsaliorum veteres otiosè, & superfluè induxisse. l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. vt legato. no. caueat. cùm non alia ratione, quàm ob causam damni effectum habere poßit. Effectum autem aliquem habere ostendit hîc à contrario Iul. Paul. dum tradit stipulationem nuptiarum prohibitarum inutilem omnino esse, ergo à contrario vbi non sunt prohibitæ nuptiæ, aliqua ex ea stipulatione est obligatio. Nec ob id credendum pœnis obstringi matrimonia, cùm damni petitio rei persequutionē, & id quod interest non pœnam, aut lucrum contineat. l. Proculus. ff. de damn. infect. l. si is cui. §. fi. ff. de fut. quod verißimum puto, licet plerique omnes nullius omnino esse momenti hanc stipulationem existiment.

h. *Sorore adoptiua.* Quam ducere vxorem frater non perpetuò prohibetur, sed quandiu tantum constabit adoptio, vt mox declaraui.

Perpetuū & temporariū impedimentum.

i *Idem dicendum sit.* Vt non consistat stipulatio, † & ita notabis mirabile, æquè 4
potens esse temporale impedimentum ad annulandum actum contra bonos mores, aut legis prohibitionem factum atque perpetuum.

k *Statim.* Cum stipulatur quispiam sororem suam adoptiuam sibi nupturam.

Stipulatio sororē nupturam.

l *Contra bonos mores fit.* Sed si posthumus ex sorore adoptiua potest hæres institui: quia adoptione soluta possunt eam postea ducere vxorem, nec ideo institutio turpis, aut contra bonos mores iudicatur. l. si quis posthumos. §. fi. iuncto. §. j. ff. de
liber. & posth. † Cur non & stipulatio, qua quis sororem adoptiuā sibi nupturam 5
stipulatur, bonis moribus conuenit: cùm pari ratione considerari poßit, adoptione soluta, nuptias iustas contrahi posse? Salebrosus est hic nodus, in quo scriptores non-

nonnulli silere quàm eloqui, aut quidquam effari malunt: & qui scribunt, hone-
6 stius siluissent. † Ego breuiter dico in stipulationibus, in quibus strictissima fit interpretatio.l.quidquid astringendæ, futuri temporis rationem à lege non haberi vllam, nisi contrahentes illud expresserint.l.si rem meam. sed tantum præsentis quo contrahitur stipulatio, quod tantum spectari volunt, vt ex eo vires recipiat stipulatio.l.si filiusfa.in princ.hoc tit.l.vsusfructus, in fi.ff.de stipu.seruor.meritò stipulatio nuptiarum de sorore adoptiua inutilis est. At in testamentis, quæ plenissimam recipiunt interpretationē.l.in testamentis.ff.de regu.iu.c.cùm dilecti, de donation.futurum quoque tempus spectari certum est, non modò si expressè id à testante actum sit.l.in tempus, in princ.ff.de hære.instit. Sed etsi coniectura quadam adduci possumus eius temporis rationem habitā à defuncto.l.fideicommissa.§.si filio.ff.de legat.iij.meritò institutio valet de posthumo ex adoptiua sorore, cùm in futurum contingere possit, dissoluta nempe adoptione, vxorem legitimam sororem fieri, quod tempus non item præsens testantem considerasse verisimile est, ne alioqui absurdè dicamus, eum genus testandi elegisse, ad suam ipsius voluntatem impugnandam.l.iij.ff.de testa.milit.

Temporis cuius habetur ratio in stipulationibus.

§. SI IN LOCANDO.

1 *Sensus nouus ad hunc §.* 2 *Consensu contractus cur firmentur.*

Si in locando, conducendo, vendendo, emendo ad interrogationem quis non responderit [a]: si tamen consentiatur [b] in id quod responsum est [c], valet quod actum est [d]: quia hi contractus non tam verbis, quàm consensu confirmantur [e].

On responderit a. Sed citra vllum interrogationis, & responsionis ordinem locatori & conductori, aut emptori, venditori de re & pretio, siue inter præsentes, siue absentes consenserit, vt sequitur.

b *Si tamen consentiatur.* Locator conductori, conductor locatori, emptor venditori, aut venditor emptori, non seruata interrogationis & responsionis formula.

c *Quod responsum est.* Sine interrogatione, & ita sedatur contrarium: quod tātopere cruciauit hactenus Doct. quibus prima frōte visum est aduersari sibiipsi Iurisconsultus, cùm initio minimè responsum dicat, hic verò responsum fuisse affirmat. nam si est responsum, quomodo dicitur non responderi: si non respondetur, quomodo dicitur responsum? Tu sic & dilucidè explica, principio dicit, non fuisse responsum, scilicet ad interrogationem: hic fuisse responsum, sed sine interrogatione: & hæc est veritas, missis Accur. & aliorum diuinatio.

d *Valet quod actum est.* Quia huiusmodi contractus, nec verborum nec scripturæ solennitatem vllam desiderant, sed solo consensu quoquomodo declarato
1 perficiūtur.l.ij.& l.in quibuscunque.ff.de act.& oblig. † vnde tametsi responsum sit, & consensum nulla interrogatione præcedente in venditionibus, locationibus, & similibus cōtractibus valēt contractus, cùm non ad rem pertineat quibus fiant verbis. l. cōtrahitur. ff.de pigno. veluti si dicam, vendo tibi hunc meum codicem decem. hic nulla est interrogationis solennitas. certè si tu te velle tanti emere, vel verbo, vel literis, vel per nuntium declares, perfecta est emptio ob hoc tuum responsum, quod tamen non est sequutum ad meam interrogationē, cùm nulla præcesserit. Et hic est verus sensus.§.nostri, licet cæteri omnes aliter explicent. LAVS CHRISTO.

Nouus intellectus.

2 e *Quàm consensu confirmantur.* † Ideo contractus isti dicuntur consensu confirmari, & constitui: quoniam neque scriptura, vt in literarum obligatione, neque

Contractus qui consensu firmentur.

præsentia, verborúmque solennitas, vt in stipulatione, neque datio rei: vt in obligatione quæ re contrahitur, necessaria est, vt substantiam capiant: sed satis est eos inter quos negotium geritur consentire, siue inter præsentes verbis, siue inter absentes per nuntium: puta, vel epistolam d.l.ij. & l.in quibuscunque. ff. de actio. & oblig. §.j. de oblig. quæ ex consen. in Inst. IOAN. CORAS. VALEN. XIIII. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SI QVIS CVM ALITER.

1 *Dolus non præsumitur.*
2 *Summum ius, summa iniuria.*
3 *Dicta in præfationibus, quando repetita censeantur.*
4 *Dolus duplex.*
5 *Dolus quãdo contractũ annulet ipso iure.*
6 *Socium fallere nefarium.*
7 *Dolus in fortem virum cadens.*
8 *Spontaneus actus dolum purgat.*
9 *Res quando in se dolum habeat.*
10 *Deceptio quando contrahentibus permissa.*

XXXVI. VLPIANVS

Si quis, cùm aliter eũ conuenisset obligari, aliter per machinationem[a] obligatus est[b]: erit quidem subtilitate iuris[c] obstrictus,[d] sed doli exceptione[e] vti potest[f]. Qui enim per dolum obligatus est[g], competit ei exceptio. Idem dicendum est[h], & si dolus nullus intercesserit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet[i]. Cùm enim quis petat ex ea stipulatione k: hoc ipso dolo facit quod petit.

Doli præsumptio vitanda. P*er machinationem* [a]. Id est, dolum stipulatoris in contractu incidentem, qui in dubio non præsumitur: est enim dolus crimẽ. l.j.§.planè. ff. de tut. & ratio. distra. † cuius præsumptio fugienda est. l. merito. ff. pro socio. Itaque qui dolũ adhibitũ dicit, probare debet. l.iij.§.fin. ff. de tributo. l. quoties. §. qui dolo. ff. de regul. iur. nisi simus in his, quæ sunt de genere prohibitorum. l.j. C. ad l. Cor. de sicca. Dolum autem ex insidiis perspicuis, hoc est, indiciis vrgentissimis probari conuenit. l. dolum. ff. de do. 1

b *Obligatus est.* Conueneramus finge in tractatu stipulationis ineundæ, vt fundũ tuum Cornelianum mihi promitteres, reseruata tibi seruitute itineris per eum fundum, ad aliud tuum prædium: quod tamen ego cupidus te fallendi, nolui coram testibus dici, aut in instrumento contractus exprimi: hócque prætextu fortasse sum vsus, quòd ditior videri volebam, & magis industrius negotiator: nihilominus tibi promittens de præstanda, quam exceperas seruitute, quo nomine meã tibi adstrinxi fidem: quam tu sequutus tantum fiduciæ in ea posuisti, vt facilè consenseris in instrumento contractus fundi, promissionem simpliciter concipi, nulla facta mentione seruitutis: & ita per meam machinationem, fallaciam, & imposturam te aliter obligasti, quàm conuenisset.

c *Subtilitate iuris.* Sub cuius authoritate plerunque, & perniciosè erratur. l. si seruum. §. sequitur, ab his scilicet, qui legum literis superstitiosè hærentes ab æquitate maximè discedunt, ex quo dicebat Cicero in j. offic. factum est iam tritum sermone prouerbium, † *Summum ius, summa iniuria.* 2

Summum ius, summa iniuria.

d *Obstrictus.* Etenim præcessit verborum obligatio, quæ ex interrogatione & responsione, cùm quid dari fieriue nobis stipulamur contracta. l.j.§. verbis. ff. de acti. & obliga. actionem stipulatori parit, l. ex placito. C. de rer. permu. §.j. de ver. oblig. in Insti. † Nec tumultueris cum Doct. ex eo quod dici solet in contractu, & præfationibus contractus dicta in ipso contractu repetita censeri. l. item quia. §. fi. ff. de pact. l. Titia. §. idem respondit, hoc tit. atque ideo prima fronte videri non aliter 3

Dicta in præfationibus.

litet obstrictum promissorem, quàm in præambulis contractus conuentum fuerit: nam brocardum illud in dubio loquitur: at hîc agimus, cùm certum erat conuenta in contractu, partes in contractu non repetiisse, licet dolo stipulatoris, cuius opera factum erat, vt promissor contra dicta in præfationibus obligaretur.

e Doli exceptione. Quam ideò Prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem, & subtilitatem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem prosit. l. j. §. penu. ff. de except. dol. l. dolo. C. de inutil. stip. Dolo autem facere eum, qui contra pactum petit, negari non potest. l. ij. §. circa, & §. item quæritur. j. ff. de excep. do.

f Vt i potest. Et si non fuerit vsus, sed fidem aduersarij sequutus tradiderit, poterit condicere itineris seruitutem. l. sed si ne putem. §. fin. ff. de condict. ind. nam & tutus est promissor exceptione doli perpetua. l. purè. §. fi. ff. de except. do. habēs condicere, sine dubio potest. l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condict. indeb. nec dicitur hæc exceptio in odium creditoris inducta, vt repetitionem debeat impedire sicut Macedoniam. Sed potius in fauorem promissoris de damno vitando certantis, vt Velleian. l. qui exceptionem. illo tit.

4 *g Per dolum obligatus.* † Dolus in contractu interuenire potest dupliciter, vel re ipsa, cùm vterque contrahens fuit in bona fide, neuter habuit animum decipiendi: at res ipsa propter enormem læsionem, & grauissimum damnum in se dolum habet: vt hic, ij. respons. veluti, quia res vendatur duplo minus, quàm valeat. l. ij. C. de rescind. venditio. aut quis sine causa, per errorem puta, aut ignorantiam promittat: vt hic, & l. ij. §. circa. ff. de dol. ma. exceptio. Et hoc casu in venditione paratum est remedium. d. l. ij. in stipulatione exceptione doli succurritur, vt hac. l. licet enim tempore contractus stipulator nihil dolo malo fecerit, attamen nunc petendo facit dolosè, d. l. ij. §. circa. & §. item quæritur, vel interuenit dolus ex proposito

Dolus dupliciter interuenit in contractu.

5 † quod contingit, cùm fallendi animo & ex proposito alium decipiendi contrahimus, quo casu siquidem causam contractui dederit: quia contracturus non eras, nisi dolum adhibuissem: quo doli genere vsum fuisse Pythium Syracusanum aduersus C. Cannium equitem Romanum, euocatis de industria ante hortulos suos piscatoribus, apud Cic. in III. Officio. legimus, nullus est ipso iure contractus bonæ fidei. l. & eleganter, in princ. ff. de dolo. l. in causæ. §. j. ff. de mino. l. iij. §. fin. ff. pro soc. Contractus verò stricti iuris valet: cæterum rescindendus venit actione de dolo, aut doli exceptione opposita, si ex eo agatur petitio submoueri debet. l. dolo. C. de inutil. stipulatione. Quæ differentia licet communis, periculosa est. l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de act. empt. l. si dolo. C. de rescind. vend. l. tres fratres. ff. de pact. l. maioribus. C. comm. vtri. iud. Quæ iura probant euidenter contractū quoque bonæ fidei, cui dolus dedit causam, mero iure valere: & leges quæ dicunt nullam esse venditionem, interpretandæ sunt in effectu, si dolum passus opponat. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla, & §. si ob maleficium. ff. de pact. l. filio præterito. ff. de iniu. rupt. & irri. fac. testa. l. si constat. C. de compē. §. in bonæ fidei, de actio. in Inst. Et quod Iurisconsul. scripsit societatem dolo malo coitam, ipso iure nullius esse momenti. l. iij. §. fina. ff. pro soc. l. in causæ. §. j. ff. de mino. specialiter in eo cōtractu constituit, in quo veteres præ cæteris contractibus, summa ratione bonam fidem desi-

Dolus quando vitiet contractum.

6 derarunt: vt perpulchrè Cice. pro Rosc. Amer. demonstrat: † nam & adeò turpe & nefarium socium fallere, qui se in negotio coniunxit putatum est, vt hoc iudicium summæ existimationis, & pœnæ capitis fuerit, author est idem Cic. pro Rosc. Comœdo. Quam rem totam diligentius alibi exequuti sumus. Si verò dolus non dederit contractui causam, sed inciderit in contractum, quia cùm tu fundum esses mihi vendíturus, ego fraudibus, & fallaciis excogitatis te induxi, vt minoris longè venderes, quàm res esset, aut aliqua mihi indulgeres, quæ non eras, nisi tibi imposuissem, indulturus. In vnum à Doct. consensum est, valere semper contractum, siue is bonæ fidei, siue stricti iuris sit. At in illo per actionem ex eo contractu purgari dolum, & emendari. l. Iulianus. §. si venditor. ff. de act. empt. in hoc verò per actio-

Sociū fallere turpe.

Dolus cadens in fortem virū

nem de dolo, aut doli exceptione: vt hîc, & l.dolo. C. de mut.stipul. † Qui casus 7
omnes ad eum dolum, ex Doctor.sentētia coarctandi sunt: qui constantes etiam, & prudentes homines posset decipere: nec enim, inquiunt, sufficeret talem esse, quo improuidis hominibus, simplicibus, & semifatuis imponatur.c.cùm dilectus, de his quæ vi met. ve cau.fi.c. veniens ij. & c. consultationi. de sponsa. Quod ego verum non puto, cùm simplicitati lex succurrat, & lucro doloso resistat, ne vel his malitia sit lucrosa, inquit Vlpian. vel illis simplicitas damnosa.l.j.in prin.ff.de dol. c.audiuimus, de collu.deteg. & adducta iura in contrariū, loquuntur in spiritualibus, in quibus non facilè prætextu doli succurritur dolum passo. c. ex parte.ij. & cap.veniens.de conuer.coniug. & c.constituit.xx.q.iij.

Dolus quomodo purgetur.

h Idem dicendum est. Vt scilicet doli mali exceptione promissor vti possit, sed hoc casu, quid si cùm potuerit vti, non sit vsus? & veram ea in re eorū sententiam
puto, † qui repetitionem denegant, cùm spontanea solutio dolum verum in 8
contractu adhibitum purget.l.ij.C.de iis quæ vi met.ve caus. fiunt. Quare multò magis præsumptū, aut eum qui re ipsa duntaxat continetur. Et generale sit eum, qui creditorem agentem repellere potuit, soluēdo sibi præiudicare.l. si fideicommissum.§.fi.ff.de iudi.l.sed Iulianus.§.fi.ff.ad Macedonian.l.fin. C.ad legē Falcid.

Res quando in se habeat dolū.

i Dolum habet. Res in se dolum habere dicitur, cùm in ea grauis, † & enormis 9
læsio contingit citra vllam contrahentium fraudem, veluti cùm quis in venditione vltra dimidiam decipitur.l.ij. C.de rescin. vend. aut sine causa promittit.l.ij.§. circa.ff.de dol. except. vel ex causa donationis promittit hæreditatem, aut aliam rem particularem, quasi minimo valente, cùm sit opulenta & multi pretij.l.Lutius.§.fi.ff.ad Treb.

Decipere sese quando contrahentibus permissum.

k Ex ea stipulatione. Quæ re ipsa dolum habet. Quod petit, tametsi inter initia, hoc est, eo tempore quo stipulabatur, nihil dolo malo fecerit. l.ij.§.circa.& §.gene-
raliter.ff.de except.dol. † Et ita, quod vbique dicunt Iurisconsl. licere contrahenti- 10
bus inuicem se circumuenire.l.in causæ.§.idem Pompo.ff.de mino.l.item.ij.§.fi.ff. locat. accipiendum est citra grauem & enormem deceptionem.d.l.ij.C.de rescin. vend. IOAN. CORAS. VALEN. XV. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. SI CERTOS.

1 *Pecunia in arca debetur, vt species.* 2 *Debitor quantitatis, & speciei.*

XXXVII. PAVLVS.

Si certos nummos, puta qui in arca sunt[a], stipulatus sim, & hi sine culpa promissoris perierint: nihil nobis debetur[b].

Pecunia vt species debita.

Qui in arca sunt. † Quo casu, non vt pecunia numerata, sed vt species & 1
certū corpus cōsiderantur. l. talis scriptura, §. itē si legetur.l. planè.§. sed si non corpus.l.sed si certos. & l.si seruus.§.qui quinque. ff. de leg. j.l.in ratione.ij.§.diligēter.ff.ad l.Falcid.l.j.§.si decē.ff.vt lega.nom.ca.

b Debetur. Cùm enim, vt probauimus, non nummos, sed speciem certam legis
interpretatione debeat, qui ad pecuniam in arca certa consistentē tenetur, † tan- 2
quàm debitor speciei interitu rei debitæ ante moram debet liberari.l. quod te.ff. de reb.cred.l.si ex legati.hoc tit. Licet si quantitatis simpliciter debitor esset, non liberaretur, tota etiam quantitate sua perempta. l.incendiū. C. si cert.peta. cùm genus debeat, quod perire nequit.l.in ratione.§. incertæ.ff.ad l.fal. Reliqua quæ ad hāc l. pertinere possent, tractamus in l.si ex legati, & plenissimè in nostris commentariis, ad l. mora.ff.de vsur. IOAN. CORAS. VALEN. XV. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. STIPVLATIO ISTA.

1 *Habere licere, ſtipulatio.*
2 *Factum proprium, an in hac ſtipulatione promittatur.*
3 *Alieni facti promiſsio quando valeat.*
4 *Pœna an oblig. alieni facti confirmet.*
5 *Quanti ea res eſt.*
6 *Acceſſorium ruit deſtructo principali.*
7 *Principali rupto, quando acceſſorium non ruat.*

XXXVIII. VLPIANVS.

Stipulatio iſta, *Habere licere*[a] *ſpondes*, hoc continet[b], vt liceat habere: nec per quenquam[c] omnino fiat, quo minus liceat nobis habere. Quæ res[d] facit, vt videatur reus promiſiſſe per omneis[e] futurũ, vt tibi habere liceat. videtur igitur alienum factum promiſiſſe[f], nemo autem alienum factum promittendo obligatur[g], & ita vtimur: ſed ſe obligat[h] ne ipſe faciat quominus habere liceat: obligatur etiam ne hæres ſuus[i], vel quis cæterorũ ſucceſſorũ[k] efficiat, ne habere liceat. Sed ſi quis promittat per alium[l] non fieri, præter hæredẽ ſuum, dicendũ eſt inutiliter eum promittere factũ alienũ. At ſi quis velit factũ alienũ promittere, pœnã vel quanti ea res ſit[m] poteſt promittere[n], ſed quatenus habere licere videbitur[o]. *Si nemo*[p] *cõtrouerſiam faciat*. hoc eſt, neque ipſe reus, neque hæredes eius, hæredúmue ſucceſſores.

1 a *Habere licere*. † Quæ in venditionibus maximè interponi ſolebat: qua ſtipulabatur emptor à venditore ſibi hæredíque ſuo habere licere. l. emptorem. §. qui autem. ff. de act. empt. l. habere licere. ff. de euictio. l. habere duobus. ff. de verb. ſig. Sed & in aliis contractibus nonnunquã interebatur. l. idem iuris, & hîc. Qua clauſula illud continebatur, vt nullum à quoquam præſtaretur ſtipulatori impedimentum, quominus liceret ei, ſine difficultate & controuerſia, rem deductam in ſtipulatione obtinere. d. l. habere duobus, & hac tota l. qua inſiſtit præcipuè Vlpia. in explicando huius ſtipulationis effectu. *Habere licere ſtipulatio.*

b *Continet.* Ex vi & poteſtate verborum, licet legis interpretatione extraneorum factum non comprehendit. §. ſed quatenus.

c *Nec per quenquam.* Siue ſtipulatorem ipſum, ſiue hæredem eius, hæredíſue ſucceſſorem, ſiue omnino extraneum, ad quem etiam vi, & poteſtate ſermonis refertur ſtipulatio, licet legis interpretatione reus ipſe hæredes eius, hæredúmq; ſucceſſores duntaxat contineantur, vt in verſ. Sed quatenus.

d *Quæ res.* Id eſt, effectus procedens ex hac verborum ſignificatione.

e *Per omnes.* Etiam extraneos.

2 f *Alienum factum promiſiſſe.* Contra, imò ſuum, † cùm promiſiſſe videatur ſe curaturum, vt habere liceat non ſimplex abnutiuum. l. inter ſtipulantem. in prin. Quod præterea ſummam rationem habet, cùm efficax reddatur ſtipulatio facta hac interpretatione. §. ſi quis alium, de inutil. ſtipul. & in ſtipulationibus ambigua oratio accipienda ſit, quò magis res ſit in tuto. l. quoties in ſtipulationibus. Tu dic in promiſſione habere licere alterius extranei, videlicet, factum non promitti, ſed proprium eorúmque in quos cùm promiſſor imperium habeat, eos cogere poteſt: reſpectu quorum non intelligitur promiſiſſe ſimplex abnutiuum, hoc eſt, quòd ipſe non faciat, ſed effecturum ſe, præterea & curaturum, ne per filios, ſeruos, familiam, fiat, quominus ſtipulatori liceat habere: nam & hæ perſonæ ſtipulatione tametſi non ſint expreſſæ, continentur, vt hîc, & l. fluminum. §. quanquam. ff. de dam. infect. l. qui inſulam. §. ſi. & l. ſi fundus. §. fin. ff. locat. *Factum in hac ſtipul. an promittatur.*

3 g *Obligatur.* Protrita regula: † Alienum factum inutiliter promittitur, vt hîc, & l. eum qui. §. Iulianus. 13. in fi. ff. de conſt. pecu. l. ſicut reus. ff. de fideiuſſo. cùm tunc *Factum alienum nõ poteſt promitti.*

S.i.

nullum negotium inter stipulantem, & promittentem contrahatur.l.inter stipulantem.in prin.& inuentæ sint stipulationes, vt quod nostra interest à promissore consequamur.§.alteri, & impossibile promitti quodammodo videatur: cùm alterius factum in nostra non sit potestate. l. liber homo. ff.ad l. Aquil.l.si apud. C. de ædil.actio. Vnde & eo casu, quo & alter facere à promissore cogi posset, valeret facti alieni promissio. l.fluminũ. §.quanquam. ff.de damn.infect. sicut si effecturum me, procuraturúmq; dixerim, vt Titius faceret: quoniã vt hoc casu factum meum promisi.§.si quis aliũ.ff.de inut.stip.in Instit.l.fina. §.j.ff.de reb.cred.Ita qui de eorum facto promittit, quos cogere potest.l.is cuius.ff.si ser.ven.l.qui insulam.§.fin.

Pœna adiecta promissioni facti. & l.si fundus.in fi.ff.loca. † eadem ratione adiectio pœnæ obligationem alieni facti confirmat hac l.in fi.princ.cùm tunc de se promittat. Nec obstat, quòd promissio facti alieni sit impossibilis, vt diximus, cui adiiciatur inutiliter pœna.l. si homo mortuus. nam hoc obtinet in eo, quod omnino impossibile est: quia nullo casu potest contingere, vt hominem mortuum præstari. executio autem alieni facti possibilis est, in stipulationibus quoque iudicialibus & prætoriis: vt iudicio sisti, Rem ratam haberi, Rem pupilli saluam fore, factum alienũ promittens obligatur, cùm promittere censeatur se acturum, vt fiat.l.quoties quis. Idq; rationem habet, ne iudicia ludificētur ex æquitate quam prætor ob oculos semper habet, neglecta iuris subtilitate.l.quod si ephesi.§.interdũ.ff.de eo quod cer.loc. Cúmque pontificium ius ad solam iurisgentium æquitatem attendat.c.cum esses, de testa.scriptorum sententiã sine cõtrouersia probo, existimantium eo iure idem, quod in prætoriis stipulationibus But.in c.ex literis ij.de sponsal. Nec diuersum si iusiurãdum interpositũ sit, c.ex rescripto, de iureiuran.cum illud actum faciat valere, eo modo quo potest.l.cùm pater. §. filius matrem. ff.de leg.ij. Alienum item factum rei deductæ in obligationē cohærēs rectè promittitur, vt seruum venditum sanum esse, nec furē nec vespertilionē esse. Quo casu si res aliter habeat, cõmitteretur stipulatio, in id quod interest.l. si ita quis.ff.de euictio. Sic cùm factum alienũ promittitur ad executionē præcedentis obligationis, vt si certam personam pro me fideiussuram constituã.l.qui autem.§.j. ff. de constit.pecu. Sed & cum stipulatio habere licere, contractui emptionis adiicitur, tenetur ex facto tertij euincētis venditor, qui promisit.l.emptorē.§.fi.ff.de act.emp.l.habere licere.ff.de euic.cùm euictio ex natura eius contractus veniat.l.pacta conuenta.ff.de contra.empt. & stipulatio interpretationem recipiat ab eo contractu, iuxta quem ponitur. l.si stipulatus.ff.de vsuris. 4

Iuramentum.

h Si se obligat. Promissor.

Hæres eadem persona cum defuncto. *i Ne hæres suus.* Qui eadem persona cum defuncto legis interpretatione existimatur. §.j. de iureiur. à mori. præstit.col. v. vnde nihil de defuncti obligatione ex hæredis persona vult lex immutari. l. si necessarias.§.de vendendo. ff. de pig. act.l. prætoriæ.j.§.incertam.ff.de prætor.stipulatio.l.ij.hoc tit.vbi dixi.

Successores qui. *k Cæterorum successorum.* His verbis comprehendit Vlpia.hæredum successores, vt in fin.huius princ.clarius demonstrat. De his autem non secus, quàm de hæredibus iudicat.l.iij. ff. de petit. hæred. cùm & hæredis appellatio vltra proximum hæredem extendatur, hæredis hæredem continens. l.hæredis.j.ff.de verb.sign.& extet antiqua iuris regula, quæ voluit hæredem hæredis, testatoris esse hæredem. l.fi. C. de hæred.instit. vt meritò constitutum legamus adimpleri conditionem, si hæredi Titio detur, in hærede hæredis.l.cùm ita. ij.§.fi.ff.de cond.& demonst.

l Per alium. Et ita per extraneum.

Quanti ea res est. *m Quanti ea res est.* Scilicet promissa, vt ita hæc verba, † *Quanti ea res est*, non ad id quod interest, quod plerunque rei pretium excedit, sed ad veram rei æstimationem referantur.l.vnic.§.fina.ff.si quis ius dic.l.prætor.ij.§.hæc autem.ff.vi bon. raptor.l. inter hæc. & l. hæc verba quanti. ff.de verb. sign. licet alij de eo quod interest, hunc text.intelligant. sed perperam, vt probaui. Et quoniam alioqui sequeretur alieni facti promissionem effectum semper habere: cùm id quod interest, si 5

non

non fiat, tacitè promitti intelligatur. l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudic. l. stipulationes non diuiduntur. versic. Celsus. hoc tit. quod tamen vt tollant, scriptores interpretantur in promissione valida, non item in inutili: cùm enim expressim non consistat, nec tacitum effectum habebit. l. iij. §. fi. de serui. rustico. præd. l. si sponsus. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.

n Promittere potest. Cessat quippe tunc ratio, quia qui pœnam, aut rei æstimationem, si non fiat, promittit de se, non de alterius facto, & ita quod facere potest promittit. §. si quis alium. de inut. stipul. nec tunc quid intersit stipulatoris inspicitur, sed quæ sit quantitas, quæque conditio stipulationis. §. alteri. & ita metu pœnæ parebitur huic stipulationi, qua factum alienum promissum est, licet promis-
6 sio inutilis sit. † Nec omnino dissimile est, quod de arbitri sententia dicimus. l. ij. C. de arbitriis. nec obstat, si dicas principali causa non subsistéte, accessoria effectum non habere. l. cùm principalis. ff. de regulis iuris. l. non dubium. C. de leg. & ab stipulatione pœnali principalem obligationem non roborari. l. nuda. C. de contrahenda & committenda stipulatione. l. si pacto, quo pœnam. C. de pact. cùm non confirmetur principale ab accessorio. l. ex pupillari. ff. de vulg. l. quod per manus. ff. de iure codicill. etenim hæc omnia fateor: at negamus pœnã hîc vt accessorium considerari, quin potius æquè principaliter stat, quæ nullo modo obligationem primam confirmat, sed tantùm efficit, vt eius metu diligentius curet promissor,
7 & efficiat, vt ab extraneo factum promissum expleatur. † prætetea quòd accessoria nullius sint momenti, vbi non consistit principale, procedit in iis, quæ contra legem, hoc est, lege prohibente fiunt. d. l. non dubium. in aliis non. §. alteri.

Accessoriũ vires a principali sumit.

Principali destructo quandoq; non ruit accessorium.

o Videbitur. Hoc est, quæ erit vis, & potestas huius stipulationis habere licere, vt ei satisfactum videatur.

p Si nemo. Hic respondet vim veram, & legitimam præfatæ stipulationis hanc esse, si nemo controuersiam faciat, neque promissor, neque hæres eius, neque sui hæredis successor à contrario significans: quòd si promissor ipse, vel eius hæres controuersiam faciat, stipulatio committetur.

§. SI QVIS FORTE.

1 *Iura prædiorum seruitutes.* 3 *Possessionis effectus.*
2 *Distrahere.*

Si quis[a] fortè non de proprietate[b], sed de possessione nuda[c] controuersiam fecerit,[d] vel de vsufructu, vel de vsu, vel de quo alio iure eius[e] quod distractum[f] est, palam est committi stipulationem[g]. Habere enim non licet ei, cui aliquid minuitur ex iure quod habuit[h].

I quis[a]. Eorum scilicet, qui stipulatione habere licere continentur, quales sunt promissor, hæredes eius, hæredúmue successores. §. præcedenti. in fine.

b De proprietate. Rei quam habere licere promisit.

c Nuda possessione. Quam detentationem vocamus.

d Controuersiam fecerit. Proposito finge possessorio recuperandæ, quia fuerat fortasse promissor re illa spoliatus, quam nihilominus stipulatori promiserat habere licere.

1 *e Alio iure eius.* Id est, de seruitute. l. creditori. ff. de op. no. nũc. † Sunt enim iura prædiorum seruitutes, siue de rusticis, siue de vrbanis loquamur. l. quid aliud. ff. de verb. sign. super quibus si moueretur controuersia, committeretur stipulatio ista habere licere, vt hîc. At cùm de euictione à venditore promittitur, seruitute euicta non committitur stipulatio ad duplam de euictione. l. pen. ff. de euict. Licet emptor quanto minoris empturus fuisset, si seruitutem impositam sciuisset, agere possit. l. quoties. ff. de ædil. edict.

Seruitutes iura prædiorum.

Distrahere. f *Distractum.* Id est, venditum. †Distrahere enim idem quod vendere significat. l. cum hi. §. si vni. ff. de transact. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. & toto tit. ff. de distract. pignor. Cæterum venditionem ab alio quàm promissore factam esse intelligendum est. nam si promissor vendidisset, teneretur quocunque euincente. l. emptorem. §. fina. ff. de actio. empt. Et ita interpretantur omnes. Mihi verò videtur nimis insolens diuinatio hæc, secundum quam dicendum præterea foret, hîc tractari de eo qui promittit habere licere rem alienam, cùm tamen id nouè tractetur ab Vlpiano in §. seq. quo loco negat eam promissionem effectum habere, nisi postquàm ea res promissoris esse cœperit. Quare hac in re amplius deliberandum censeo. His autem verbis euidens facit Vlp. stipulationem habere licere, contractui venditionis interponi solitam. 2

Noua opinio.

g *Committi stipulationem.* In id quod interest, aut ad pœnã, si pœna fuit promissa.

h *Ex iure quod habuit.* Hæc est ratio cur stipulatio habere licere, seu non moueri controuersiam, de domo, aut alia re certa (hæc enim paria sunt ex hoc textu) etiam si non de re ipsa, vsu eius aut vsufructu: † sed in nuda possessione, duntaxat moueatur controuersia, committatur: quia licet subtili quadam interpretatione diuersa omnino sit causa possessionis, à re ipsa. l. si duo. §. si. ff. vti possid. vis tamẽ, & potestas obligationis huiusmodi est, vt nihil diminuatur ex iure stipulatoris. l. etiã. ff. de solutionib. Atqui possessio ius est. l. si ea re. §. fin. ff. de act. empt. l. homo liber. §. si. ff. de acquir. rerum dom. cum simulib. Effectúsque habet singulares. §. retinendæ de interdictis. quos aggregaui. in §. nihil commune. 3

Possessionis effectus.

§. QVÆSITVM.

1 *Tempus quod in stip. attendatur.*
2 *Rei alienæ stipulatio.*
3 *Petri ratio improbata.*
4 *Transactio super re aliena.*
5 *Controuersia de facto non sufficit.*
6 *Habere quando non liceat.*

Quæsitum est vtrum propriã demum rem, an & alienam promittere posit habere licere. Et magis est, vt & aliena promitti possit, quæ res[a] ita effectum habebit, si propria promissoris esse cœperit[b]. Quare si perseuerauerit[c] aliena, dicendum erit stipulationem non committi, nisi pœna adiecta sit[d], cùm neque per eum, neque per successorem eius quidquam factum sit[e].

Quæ res[a]. Id est, quæ stipulatio habere licere exacta à promissore de re aliena.

b *Esse cœperit.* Exemplum patet in l. si à Titio. ff. de rei vend. & in l. apud Celsum. §. si à Titio. ff. de except. dol. † Contra videbatur hanc scilicet stipulationem respectu rei alienæ, nullam omnino, spectato tempore contractus, ex quo vires sumit stipulatio. l. si filiusfamiliâs. in princ. hoc tit. l. vsufructus. ff. de stipula. seruor. Sed quod in stipulationib. tempus quo contrahimus attendi lex iubet, non procedit respectu causæ finalis, vt hîc & plenius dixi in l. si rem meam. Præterea hæc stipulatio habere licere, tractum habet successiuũ, quo meritò futurum tempus ex verisimili contrahentium mente includitur. 1

Tempus quod in stipulatio. attendamus.

c *Perseuerauerit.* Aliena. †Super re aliena, quæ durat, aliena interposita stipulatio, non committitur, quando non factum, sed ius in hac stipulatione vertatur. §. hi qui. cùm ita non de iure, sed de facto agar, qui rem alienam habere licere promisit, pacto contraueniens non committit in stipulationem, cùm ob hanc contrauentionem nihil ex rei conuenti iure minuatur, & ita neque per promissorem, neque per eius hæredẽ fieri quidquam possit, quominus stipulatori habere liceat. †Qua declaratione corruit prima Petri ratio: licet enim plus dicatur delinquere promissor de facto agens, quàm qui de iure experitur, eo nomine quòd animum 2 3

Stipulatio rei alienæ.

Petri perticensis ratio improbata.

deteriorem

deteriorem, & iniquiorem habeat, non tamen nocere potest stipulatori, qui de facto experitur, sicut qui de iure mouet controuersiam. Vnde non committitur stipulatio in id quod interest, cùm stipulatoris interesse non videatur. Secuta autem sententia, licet iniusta pro promissore agente, qui fortasse falsis probationibus circunuenit iudicem, stipulatio committetur: cùm stipulatori lex assistat, præsumens iure latam sententiam. l. Hærennius. §. Caia. ff. de euictio. c. in præsentia, de renuncia. & careat promissor exceptione, qui non poterit dicere se contra ius sententiam obtinuisse, vt ludificet stipulatorem. l. si seruus plurium. §. j. ff. de leg. j.

4 † In transactione porrò, quæ rectè super aliena re interponitur. l. si pro fundo. C. *Transactio super re aliena.*
5 de transactio. l. pen. C. de vsucap. pro emptio. interposita committitur. † Tametsi de facto tantùm moueatur controuersia. l. vbi pactum. C. de transactio. Actum quippe tunc videtur, vt ad nullam controuersiam redeat promissor, cùm transactio non tam propter iuris, quàm facti controuersiam conficiatur. l. ij. C. de transactio. *Controuersia de facto.*

d *Nisi pœna adiecta sit.* Quo casu stipulatio ad pœnam committitur. Idque generaliter contra doct. intelligo, non solùm si extraneus contrauenerat, sed & si ipse promissor, aut eius hæres, cùm tunc non in seipsa cõmittatur stipulatio, sed respectu pœnæ, cuius metu stipulationi parendum erit.

e *Quidquam factum sit.* De iure, scilicet, licet mota fuerit de facto controuersia, quæ non sufficit vt stipulatio committatur, cùm nihil ex eo de iure minuatur sti-
6 pulatoris: quod tamen lex considerat. † *Habere enim non licet*, inquit Vlp. §. præced. *cui aliquid minuitur ex iure quod habuit.* Nec hìc consideratur damnum expensarum, quas officio iudicis stipulator à promissore consequetur. l. properandum. §. & siquidem. C. de iud. Si tamen in re propria quis rem habere licere stipulatori promisisset, committetur stipulatio: etiam ad impensas litis. l. si fine. §. cum autem. ff. rem ratam hab. cùm tunc habere is tantùm dicatur, qui sine interpellatione rem promissam obtinet. l. habere. ff. de verb. signific. *Habere quando non liceat.*

§. SICVT.

1 *Successores.* 3 *Sensus huius §.*
2 *Stipulationis habere licere natura.*

Sicut autem ex parte rei[a] successores[b] eius cum ipso tenentur[c]: ita etiam ex parte actoris committitur stipulatio ipsi stipulatori cæterisque quicunque ei succedunt:[d] scilicet si rem ipsi[e] habere non licuit, cæterùm si alii[f] habere non licuerit, certo certius est, non committi stipulationem[g], & nihil interest[h], vtrum ita stipuler *habere licere*? an *mihi habere licere*?

a Rei. Id est, promissoris.

1 *b* *Successores.* † Iuris scilicet, hoc est, vniuersales: nam & hi non etiam particulares successorum verbo significantur. l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. l. Pompo. §. quæsitum. ff. de acquir. possess. *Successor quis.*

c *Tenentur.* Vt ex eorum facto committatur stipulatio.

d *Succedunt.* In ius vniuersum, vt hæredes. l. hæreditas. ff. de reg. iur. Nam (vt
2 dixi) hi propriè succedere dicuntur. † Hinc autem habes in stipulatione *Habere licere*, includi duntaxat iuris successorem, hoc est, vniuersalem, tam ex parte stipulatoris, quàm promissoris. Iuris autem & vniuersitatis successor arrogatorem continet, nedum hæredem. l. actione. §. societas. ff. pro socio. §. j. de acqui. per arro. in Instit. cùm in vniuersum ius arrogati succedant. l. paterfam. in prin. ff. de adoptio. Vnde ad eum vt hæredem interposita stipulatio transibit. l. adhuc interesse. §. si operas. ff. de vsufruct. *Stipulationis habere licere natura.*

e *Si rem ipsis.* Stipulatori, eiusue successoribus.

f Siali. Emptori pùta, aut alij singulari successori.

Intellect. huius §. *g Non cōmitti stipulationem.* †Sensus huius §. est, vt si promiseris mihi habere licere fundū Tusculanū, quē ego postea vendiderim Titio; cui tu moueas cōtrouersiā: non tamē cōmittetur ei stipulatio, hoc est ex stipulatione inter nos cōtracta agere non poterit, non tamen negat hic text. quin si mea intersit, possim ipse stipulator agere, atque ita mihi committatur stipulatio. Quid enim, si emptor Titius de euictione contra me experiatur, hoc certè casu ex stipulatione contra te promissorē agere potero. l. si pro re pupilli. §. fin. ff. de euictiōi. & ita per obliquū erit hæc stipulatio vtilis emptori, quæ rectà ei non cōmittitur. Quòd si non vendidissem, sed donassem eum fundum Titio, cui non liceret habere: quia tu promissor illum turbares, nec quidem mihi stipulanti committeretur stipulatio. l. Iulianus. §. fi. hoc titu. l. si seruum cuius, & l. fi. ff. de euictiō. l. quod seruus. ff. de stipul. seruor. cùm stipulatio in id quod stipulātis interest committatur, & mea non intersit, cùm stipulationis nomine obstrictus non sim. l. ad res donatas. ff. de ædil. edict. l. Aristo. §. fin. ff. de dona. 3

h Et nihil interest. Quoniam non vitiat stipulationem impersonalitas, siue ea sit ex parte stipulatoris, siue ex parte promissoris; vt aduersus receptam Doct. sententiam verum esse dicimus. Quod in §. si quis ita, vt loco magis idoneo latius exequemur.

§. HI QVI.

1 *Lex viam delictis non aperit.*
2 *Stipulatio habere licere, quando committatur.*
3 *Qualitas personæ interpretatur dispositionem.*
4 *Filiusfam. an possit habere licere.*

Hi qui sunt in aliena potestate [a], his [b] in quorum sunt potestate *habere licere* stipulari possunt ea ratione, qua cætera quoque his possunt stipulari. Sed si seruus fuerit stipulatus *sibi habere licere*, quæsitum est an rectè stipulatus videatur. Et ait Iuli. libro quinquagesimo secundo Digestorū, si seruus stipuletur *sibi habere licere: aut per se nō fieri, quominus habere stipulatori liceat*, promittat: stipulatio (inquit) non committitur, quamuis auferri res ei [c], & ipse [d] auferre eandem possit [e]: Non enim factum [f], sed ius [g] in hac stipulatione [h] vertitur. Cùm verò stipulatur [i] per promissorem non fieri, quominus sibi [k] ire agere liceat: non ius [l] stipulationis, inquit, sed factum [m] versatur. Sed mihi [n] videtur, licet iuris verba contineat hæc stipulatio *habere licere*? tamen sic esse accipiendam, vt in seruo & filiofam [o]. videatur esse actum de possessione retinenda, [p] aut non auferenda [q], vt vires habeat [r] hæc stipulatio.

N *aliena potestate [a].* Vt filiusfa. & serui.

b His. Patribus nempè, aut dominis.

c Auferri res ei. Seruo, scilicet, qui sibi habere licere stipulatus est.

d Et ipse. Seruus qui promisit per se non fieri, quominus habere liceret stipulatori.

e Eandem possit. Poterit, dicebat Iul. de facto res auferri seruo, qui vt sibi liceret habere stipulatus est: poterit item seruus, qui promisit per se non fieri, quominus stipulatori liceret habere, rem per vim auferre, quod certè durum visum

Lex nō aperit viā delictis. est, † cùm legislator viam delictis aperire nō debeat. l. j. C. de iis, qui vend. ætat. impet. l. ij. in fi. C. de indic. vid. toll. ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nasci debent. l. meminerint. C. vnd. vi: meritò non hoc probat Vlpian. 1

f Non

f *Non factum*. Purum scilicet, merum & naturale, vt liceat de facto non de iure rem habere stipulatori.

g *Sed ius*. Hoc est, iuris effectus, vt liceat habere de iure rem stipulatori, quan-
2 do id tantũ habere dicamur, quod de iure habemus.† Quocirca stipulatio habere licere, in qua ius versatur, non cõmittitur, si de iure habere nõ potest: vt in seruo, qui cuiusque iuris incapax est, tametsi stipulatio merum factum continens. *Vt ire agere*, seruo stipulante & prohibito cõmittatur, vt subicit Iurisconsul. cùm facti in stipulationem deducti seruus capax sit. §. sed cùm factum. de stipul. seru.

Stipulatio habere licere quando cõmittatur.

h *In hac stipulatione*. Habere licere.

i *Stipulatur*. Seruus.

k *Sibi*. Seruo.

l *Non ius stipulationis*. Hoc est, effectus iuris ex stipulatione.

m *Sed factum versatur*. Id est, factum in stipulationem deductum ad personam serui refertur, merito eo stipulante, & prohibito committitur stipulatio. d. §. sed cùm factum, de stipul. seruor. in Instit. Hactenus autem Iulianus loquutus est.

n *Sed mihi*. Vlpiano huius legis authori.

3 *o* *Et filiofamilias*. † Hinc not. dispositionẽ, ex persona ad quam refertur, restringendam, & interpretandam esse. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. ac nonnunquam improprium intellectum recipere. l. pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de cond. & demõst. verbáque secundum rationem subiectæ materiæ accipienda. l. dãni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & talia prædicata esse, qualia subiecta demõstrant: vt è diuerso talia sunt subiecta, qualia prædicata permittũt. l. iij. ff. de fund. instru. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vin. tritic. & oleo leg. gl. in c. inter dilectos. § ceterum, de fid. instru. & in ca dudum. de deci.

Dispositio ex qualitate personæ interpretanda.

p *Retinenda*. Per seruum, aut filiumfam. stipulatorem.

q *Aut non auferenda*. A seruo, aut filiofam. stipulatore.

r *Vt vires habeat*. Vt stipulatio habere licere, quæ iuris verba continet in personam serui interposita, vel etiam filiifam. effectum aliquẽ habeat, interpretatur Iuriscon. actũ videri de facto, nempe de nuda possessione retinenda, aut per vim
4 non auferenda.† Sed obstat, quia filiusfam. iuris capax est, licet illud eodem momento, hoc iure patri quæratur. l. placet. ff. de acquir. hæred. vnde habere licere in eo residere potest, vt saltem immediatè patri acquirat, cùm & in iudicio conueniri possit. l. si à domino. §. sed & à filiofa. ff. de petit. hæred. non adhibita scrupulosa illa differentia, an sibi vel patri stipuletur. Quæ præterea in seruo attendenda non videtur: cùm iura nihil interesse dicant an sibi, an domino seruus stipuletur, vel etiam impersonaliter sine alterius adiectione, cùm omni casu quæratur ex stipulatione domino. l. j. ff. de stipul. seruo. §. siue autẽ. illo tit. in Inst. Sol. quod pertinet ad filiumfamil. quia is suo nomine agendo in iudicio hoc iure esse non potest. l. filiusfam. ff. de actio. & obli. si habere licere stipuletur, verba contractus ex qualitate personæ, ad quam referuntur de facto accipienda sunt: licet hodie secus dici debeat, cùm iure nouo, quo vtimur, filij acquirat: saltem in proprietate aduentitia, & de voluntate patris stent in iudicio etiam agentes. l. cùm oportet, &
5 l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. † Si verò promittat, quoniã ex omni contractu (votum & mutuum excipio. l. si quis rem. §. vota. ff. de pollicita. l. j. & toto tit. ff. ad Maced.) obligatur: & ob id agi cum eo, tanquam cum patrefam. potest. l. tam ex cõtractibus. ff. de iudi. l. quoties. ff. de noxa. actio. l. filiusfam. ij. ff. de action. & obligat. Committitur etiam de iure stipulatio: nam & sic ab eo hæreditas peti potest, vt ab homine sui iuris. l. si à domino. §. sed & à filiofam. ff. de petitio. hæred. Quantum verò spectat ad seruum, siquidem is dari, aut quod absolutè iuris est stipuletur, non refert an sibi domino, vel impersonaliter stipuletur, omni quippe casu quærit domino. l. j. ff. de stipulat. seruo. Si verò stipuletur, quod & ad ius, & ad factum referri potest, vt habere licere. §. seq. ad fin. multum refert, an sibi, an

Filiusfa. [illegible]

Filiusfa. ex omni contractu obligatur.

domino stipuletur. nam si domino, eidem dubio procul acquirit: si sibi, quia videtur quòd potest acquirere stipulari, vt effectum habeat stipulatio, quomodo concepta est, & facti capax est. §. sed cùm factum, de stip. seruor. ad eum modum vires habebit stipulatio.

§. HÆC QVOQVE.

1 *Possessio naturalis.*
2 *Stipulatio habere licere in seruo.*
3 *Personæ qualitas moderatur dispositionē.*
4 *Possessionis ciuilis effectus.*

Hæc quoque stipulatio *possidere mihi licere spondes?* vtilis est. Quam stipulationem an seruus possit in suam personam vtiliter concipere, videamus. Sed quanuis iure ciuili seruus non possideat[a], tamen ad possessionem naturalem[b] hoc referendum est[c]: & ideo dubitari non oportet, quia & seruus rectè ita stipulatur[d]. Planè si tenere sibi licere[e] stipulatus sit seruus, vtilem esse stipulationem conuenit[f]. Licet enim possidere ciuiliter non possit[g], tenere tamen eos nemo dubitat[h]. *Habere* dupliciter accipitur[i]. Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est: & eum, qui dominus quidem nō est, sed tenet. *Denique habere rē apud nos depositā solemus dicere.*

Eruus non possideat[a]. Cùm serui, quod attinet ad ius ciuile, pro nullis habeantur. l. quod attinet. ff. de regulis iuris.

Naturalis possessio. b *Possessionem naturalem.* † Hoc est, in mero, & nudo facto consistentem, quam tenutam, detentationem asininam, & nudam possessionē dicimus. l. ij. §. j. ff. pro hære. Neque enim hic text. accipiēdus, vt de ea possessione naturali loquatur, quæ iuris adminiculum habet: qualis est apud emphyteutam, vassallum, & secundum crebriorem sententiam apud fructuarium suo nomine. l. naturaliter, in princ. ff. de acquirend. possess. cùm eam ob admixtum ius seruus non habeat. l. quod attinet. ff. de regul. iur. sed de ea, quæ merè facti est, quámque seruus habet, vt asinus sellam. l. iiij. in princ. ff. de manumissio. 1

Serui stipulatio habere licere. c *Hoc referendum est.* † Cùm seruus stipulatur sibi possidere licere. Hæc verba de possessione ciuili aut naturali, quæ ex iure nonnihil mutuatur, accipi non possunt: cùm seruus in his quæ iuris ciuilis sunt, nullus existimetur. Iure autem naturali (quoniam omnes homines æquales sunt, non secus serui, quàm liberi iudicantur. d. l. quod attinet. ideo ea quæ sunt eius iuris, exemplo liberorum stipulatione quærunt. §. sed cùm factum, de stipul. ser. in Inst. Relatáque ad eorum personam stipulatio, vt ea vires habeat, de eo quod serui quærere possunt intelligitur. §. praeced. meritò hîc constitutum, vt si seruus possidere sibi licere stipuletur, cùm non alia quam nuda rei possessio, & naturalis rei insistentia in eam cadere possit, ad eam possessionem hoc sit referendum. 2

Qualitas personæ dispositionem interpretatur. d *Rectè ita stipuletur.* † Quoniam ex personæ qualitate, ad quam refertur stipulatio, interpretationem accipit. l. plenum. §. equiti. ff. de vsu. & hab. & commodissimum est ita accipi in quacunque dispositionem, quo res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat. l. si quādo. ff. de leg. j. l. quoties. ff. de reb. dub. Cùm ergo seruus stipulatur sibi possidere licere, nec nisi naturaliter, & de facto seruus possidere possit, vt effectum habeat stipulatio, & ex persona ad quam refertur, eam interpretabimur de possessione nuda & naturali, quam seruus rectè stipulatur. 3

e *Tenere sibi licere.* Hæc stipulatio in seruo eandem omnino vim habet, quam stipulatio possidere sibi licere.

f *Conuenit.* Sine dubio, cùm seruus detentionis naturalis, & cuiuscunque facti capax sit. §. & cum factum, de stip. seruo. Et si respondit Iurisconsult. stipulationē possidere sibi licere à seruo conceptam, quæ ad ius, ad possessionem nempe ciuilem

aut

aut naturalem aliquid iuris habentem referri poterat vtilem esse, multò magis id respondendum est in stipulatione tenere sibi licere, quæ ad nudum factũ refertur.

4 *g Ciuiliter non possunt.* Rem scilicet tanquam suam,†ex qua possessione sequuntur ciuiles effectus, & acquisitionis fructuum.l. si fur.ff.de vsufruct.l. quis sat.§.in alieno.ff.de vsur.& vsucapionis.l.j.§.per seruum. ff.de acq.pos.l.qui fundum, in prin.ff.pro emptor. *Possessionis ciuilis effectus.*

h Dubitat nemo. Cùm tenere in facto naturali consistat, cuius seruus, vt liber capax est.§.sed cum factum,de stipul.seruo.Et quod pertinet ad ea,quæ sunt naturalis iuris,serui non secus ac liberi habentur.l.quod attinet.ff.de reg.iur.

i Dupliciter accipitur. Hîc tacitæ obiectioni respondetur.Dixerit quispiam,licet in seruum naturalis possessio cadat,non tamen ex eo habere dicitur, cùm habere contineat dominium,quod in seruum non cadit: sed hîc respondetur, quòd imò habere verbum,nudam detentionem notat.Etenim dupliciter accipitur.

§. SI QVIS ITA.

1 *Sibi dictio,hæredem non excludit.*
2 *Stipulatio quando ad hæredes transeat.*
3 *Impersonalitas an vitiet stipul.*
4 *Fiat vt petitur.*
5 *Impersonalitas nullum actum vitiat.*
6 *Vsusfructus nouus in hærede.*

Si quis ita stipulatus fuerit,*Vti frui sibi*[a] *licere*? ad hæredem stipulatio ista non pertinet. Sed & si non addiderit *sibi*, non puto stipulationem de vsufructu ad hæredem transire[b], eóque iure vtimur[c]. Sed si quis *vti frui sibi hærediq́ue suo stipulatus sit*: videamus, an hæres ex stipulatu agere possit. Et putem posse[d], licet diuersi sint fructus[e]. Nam & si *ire agere* stipuletur, sibique hærediq́ue suo licere idem probauerimus[f].

1 *Sibi*[a]. †Hac dictione licet stipulatoris persona comprehendatur: videri tamen poterat plerisque hæredem non excludi.l.si necessarias.§.de vendendo.ff.de pign.act.cui disponens semper prouidere videtur.l.si pactũ.ff.de proba.l.cum quo.§.fin.ff.ad.l.falc. *Dictio sibi.*

b Ad hæredem transire. Cùm ea sit natura rei deductæ in stipulationem:nempe vsusfructus, vt morte creditoris finiatur.l.corruptionem. C. de vsufruc.§.finitur.illo tit.in Inst.nec hæredi nisi præteritorum duntaxat fructuum actio detur.l.vti frui.§.fi.ff.si vsusfruct.petat.l.si defuncta.ff.de vsufruct.licet in hæredẽ debitoris,cuius morte non perit,vsusfructus transeat.l.vsusfructus ab initio.§.fin.ff.de vsufruct. stipulatio autem ex subiectæ rei natura interpretatur.l.ij.§.& harum,& l.eadẽ.§.Cato,quo tollitur lex veteris C.de cõtra.&

2 cõmitten.stip.† quæ docet quascunque stipulationes,siue in dãdo,siue in faciẽdo cõsistentes ad hæredes,& in hæredes eorum,tametsi nulla mentio facta sit,transmitti summa ratione quod actibus nostris, non tam nobis, quàm hæredibus nostris cauere, & prospicere videamur. l.si pactum. ff.de probat.l.cum quo.§.final. ff.ad l.falcid.nam procedit:nisi ea super iure mere personali, & ita ad hæredẽ non transitorio interposita fuerit, vt hîc. Ius autem merè personale voco, quod sine persona esse non potest, vt vsusfructus.l. hæreditas, in fin.ff.de acquir. re. dom.l. vsusfructus.ff.de stipul.seruo.nam iura simpliciter personalia, vt actiones,& obligationes .l.fi.§.fi.ff.de contrah.emp.siue persona esse possunt: iacente nempe hæreditate.l.j.§.Scæuola.ff.si quis testa.lib.esse ius.fuer. *Stipulatio quando transeat in hæredes.*

c Eóque iure vtimur. Vt si non addita dictione (sibi) sed impersonaliter concepta sit stipulatio vsusfructus: veluti, *promittis vsumfructum, aut licere vti frui* re certa

3 demonstrata, vtilis fit stipulatio: nam quod vitiat stipulationem † nonnunquam impersonalitas obtinet, si ea sit ex parte promissoris, quia puta ita satisfacere pro- *Impersonalitas an vitiet stipul.*

nulerit, *Satisfiet*. l.si quando. C.de consti.pec.§. ad hoc aliud: vt cum de app.cog. col.viij. non item si ex parte stipulatoris, vt hic,& §.sicut, in fin.cùm semper sibi acquirere & stipulari intelligatur.l. secundum. C. de contra. stipula. non autem promissor obligari, nisi aperte constet. l. cùm de indebito.§.fin.ff.de probatio. Et ita crebrò existimatum est, cùm tamen verius sit, etiam si promissionis verba impersonaliter concepta sint, modò congrua præcesserit interrogatio, valere stipulationem, vt, *Dabis mihi centum? dabuntur.* Cùm enim responsio secundum interrogationem accipi debeat.l.j.§.si quis simpliciter, hoc tit.l.si defensor.§.j.ff.de inter. act.§ præterea, de inut.stip. nec persona aliqua in stipulatione sit extrinsecus exaudienda.l. frita stipulatus vi.§. Chrysogonus, in fin. de se promisisse reus videri debet. Quod & Plauti carmine confirmatur, cuius in Pseudolo hæc sunt verba,

Nullum periculum est, quod sciam, stipularier.
Vt concepisti verba viginti minas
Dabis? dabuntur: hoc quidem actum est haud malè.

Fiat vt petitur.

Sic ex illis verbis,† *Fiat vt petitur*, quæ quotidie in supplicationibus à summo Pon- 4
tifice scribuntur, licet impersonalia restringimus, & declaramus ex certitudine
præcedentis supplicationis glo.in c.inter dilectos.§. cæterum, de fid.instru. & est
ornatum schema loquendi, vt de nobis ipsis per verba impersonalia circumlo-
quamur, vt cùm dixit Dominus, *Remittuntur ei peccata*. Luc.vij. Nec est probabilis
vlla differentiæ inter stipulatorem, & promissorem ratio. Sicut enim qui imper-
sonaliter stipulatur, sibi stipulari: itaque promittit, de se promittere intelligitur,
ne personã aliquam extrinsecus accipiamus. † Dicendum itaque nullum in iure 5
nostro actum vitiari, quod impersonaliter conceptus sit. Non legatum, aut aliam
voluntatem vltimam.l.si seruus legatus. §.qui Margaritam.ff.de leg.j.l. acceptis,
in fin.ff. ad l.falc. non libellum.l.j.§.j. ff.de no.ope.nunc. Bart.in l. cõpetit.§.fin.ff.
quod vi aut clam.non stipulationem, vt hîc, & §.sicut.in fin.eiusdem.l.fin.§. Labeo. ff.de reb.cred.§.siue autem, de stipul.ser.in Inst. etiamsi ex parte promissoris versetur impersonalitas, vt probatum est, quicquid alij dicant. Etenim scrupulosa nimis videtur hæc subtilitas. Solũ constitutũ cum aliis non indoctis viris excipio. in quo, cùm nõ præcedat interrogatio, secũdum quam responsio intelligi debeat. §.de constituta, de actio. Cùm item id constituatur, quod debitũ est.l.j.§.debitum. ff.de cõst. pecu. constat eũ, qui constituit, & impersonaliter *Satisfiet*, dixit nõ obligari.d.authen.si quando: potest namque promissor intellexisse satisfactum iri ex priore obligatione, non ex noua, quæ interpretatio in stipulatione accipi non potest.

Locus Euangelij

Impersonalitas nullũ vitiat actũ.

d *Et puro posse*. Cùm ita conuentum sit, licet hoc contra naturam rei in stipulationem deductæ videatur. Cæterum cõtractus, vt dici solet, ex conuentione legem accipiunt. l.j.§. si conueniat. ff. deposi. Prætetea vt subiicit Vlpian. alius est vsusfructus in persona hæredis, quàm fuerit in persona defuncti.

Vsusfructus nouus in hærede.

e *Diuersi sunt fructus*. Hoc † est, licet alius sit vsusfructus in hærede, quàm fuerit 6
in defuncto: stipulatore nãque mortuo extinctũ fuit in eo ius vtẽdi, & fruẽdi: quia
tamen exurgit nouus vsusfructus in hærede ex stipulatione defuncti, qui ita non modo sibi, sed hæredi prospicere voluit: actio ex stipulatu hæredi dabitur, cui prouidere potuit defunctus.l.auus.ff.de pact. & à quo etiã actio & obligatio incipere potest, l.vnic, in fin.C.vt act.ab hæred. Et quoniã nouus vsusfructus est, in hæredis persona finietur, cũ primo hærede.l.antiquitas.C. de vsufruct. cùm ea sit vsusfructus natura, vt morte fructuarij finiatur.l.corruptionem. C.illo tit.& §.finitur, illo tit. in Inst. alioqui si diceremus in hæredes hæredũ perpetuò transire vsumfructũ, cùm hæredi quoque vti frui quis stipulatus est, nunquam ad proprietatem suam rediret vsusfructus contra propriam eius naturam. §.fin. de vsufruct. in Inst. & ita nulla vtilitas esset nudæ proprietatis semper abscedente vsufructu. Qua ratione in legato vsusfructus ciuitati, aut municipibus facto ll.centum annos, qui finis vitæ lon-

tæ longissimus est, obseruari volunt. l. si vsusfructus. ij. ff. De vsusfructus lega.

f Idem probamus. Vt hoc quoque casu ex stipulatu, hæres, cui nominatim prouidit stipulator, ex stipulatu agere possit. l. ij. §. fin. ergo à contrario, si in stipulatione ire agere licere, hæredum facta non esset mentio, non daretur actio hæredi. l. idem Iulianus. §. si quis alicui. ff. de legat. j. cùm hæc stipulatio simplex, & nudum factum contineat. §. sed cum factum. de stipul. seruor. d. l. ij. §. final.

§. SI QVIS DOLVM.

1 *Clausula dolum malum abesse.* 2 *Verba futuri temporis.*

Si quis dolum malum[a] promissoris hærediśque eius abesse velit: sufficere, *Abesse, adfuturumque esse*[b] *stipulari.* Si verò de plurium[c] dolo cauere velit, necessariū esse adiici,[d] *Cui rei dolus malus non absit, vel non abfuerit: quanti ea res erit, tantam pecuniam dari spondes*[e]?

1 *Dolum malum*[a]. †Bonam fidem in omnibus cōtractibus. ll. desiderant. l. bonam fidem. C. de actio. & oblig. atque ita dolum malum abesse, quem vt omnino excluderent, veteres solebant hanc clausulam, *Dolum malum abesse*, omnibus contractibus inserere. l. eadem, in princ. l. si id quod aurum. l. doli. l. ex ea parte, in princ. l. inter stipulantem. in princ. hoc tit. l. hæc verba. ff. de verbo. signific. & l. ita demum. ff. de arbit. quæ hæredē non comprehendebat, nisi eius mentio facta esset, aut doli mali mentio in rem concepta. l. huic stipulationi. ff. vsusfruct. quemad. cauea. adiectum esset verbum futuri temporis *abfuturum*. d. l. eadem. & l. nouissima. ff. iudi. sol. & hic, quod paulò plenius tractaui in. d. l. eadem. *Clausula dolum malum abesse.*

2 *b Abfuturúmque esse.* †Hæc enim verba futuri temporis euidens faciunt, eam fuisse mentem contrahentium, vt hæredis futuri dolus excluderetur. l. nouissima alleg. & l. huic stipulationi. ff. vsusfr. quemad. cau. *Verba futuri temporis.*

c Plurium. Aliorum quàm hæredum successorúmue, hoc est, extraneorum.

d Adiici. Sequentia verba, cui rei dolus, &c.

e Spondes. Et promissor responderit, Spondeo: quo casu licet extranei nulla mentio fiat, eius tamen dolus continebitur, vt ob eum de pœna promissor teneatur, vt hic, & l. nouissima. §. pen. ff. iud. sol.

§. SVAE PERSONAE.

1 *Viuens hæredem non habet.* 3 *Hæres & adoptiuus pater.*
2 *Pater adoptiuus successor iuris.*

Suæ personæ[a] adiungere quis hæredis[b] personam potest: sed & adoptiui patris[c] persona coniungi poterit[d].

Væ personæ[a]. Stipulantis, vel dolum malum abesse, vel vti frui licere, aut ire agere. Quarum trium stipulationum natura est, vt ad hæredes non transeant. Quocirca admonuit supra Iurisconſ. hæredis personam exprimendam. Cæterum quoniam Tironibus videri potuisset absurdum, hæredis personam adiungi contra stipulationis naturam non trāsitoriæ ad hæredes, hic submouens scrupulum tradit stipulatorem, suæ personæ hæredis personam adiungere posse.

1 *b Hæredis.* †Futuri, cùm viuens hæredem non habeat. l. j. ff. de hære. vel act. vend. l. qui superstitis. ff. de acquit. hæred. *Hæredem viuens non habet.*

2 *c Patris adoptiui.* †Qui hæredis exēplo successor iuris est & vniuersalis. l. actione. §. societas. ff. pro soc. cum omnia, quæ filij adoptati sunt, acquirat. l. si paterfam. *Adoptiuus iuris successor.*

in prin.ff.de adop.§.j.de acquiſ.per arrogat.in Inſtit.

Hæres & pater adoptiuus. c *Coniungi poterit.* Vt propter eorum factum ſtipulatio committatur. † Sed videtur hæredis & adoptiui patris perſonam fruſtra coniungi,cùm his ſtipulationibus ſucceſſores huiuſmodi comprehendantur.l.huic ſtipulationi.ff.vſuſfr. quemadmo.ca.hoc contrarium quod nemo tangit,non videtur facilè explicatu.Tu dic eum textum loqui in ſtipulatione,quæ ex ſui conceptione omnem iuris ſucceſſorem continet,vt eſt ſtipulatio *dolum malum abeſſe,abſuturumque*:ea namque propter poſteriora verba abſuturum,quæ quoniam in rem concepta,permanens tempus, atque ita hæredis perſonam demonſtrant, ſucceſſorem iuris comprehendi.l.nouiſsima.ff.iud.ſol.Nos de ſtipulatione *dolum malum abeſſe, ire agere, vel vti frui licere*, ſimpliciter concepta,hoc eſt,ſine temporis, vel perſonæ demonſtratione agimus, quarum nulla hæredem non expreſſum minimè continet.§.ſi quis ita.& §.ſi quis dolum,& vbique diximus. 3

§. INTER CERTAM.

1 *Vel dictionis natura.*
2 *Debitor quando diem præueniat.*
3 *Tempus dilatum gratia creditoris, vel debitoris*
4 *Si,& cum,non differunt.*
5 *Promiſſor quandoque ante diem dare cogitur.*

Inter incertam certámque diem diſcrimen eſſe,ex eo quoque apparet, quòd certa die promiſſum vel ſtatim[a] dari poteſt[b]. Totum enim medium tempus ad ſoluendum,liberum[c] promiſſori relinquitur[d].Atqui promiſit. *Si aliquid factum ſit*, vel, *cùm aliquid*[e] *factum ſit*[f], niſi cùm id factum fuerit, dederit:non videbitur feciſſe quod promiſit.[g]

Vel dictio. V *El ſtatim*[a]. Id eſt,etiã ſtatim.l.quod in diem.ff.de ſolutio.nam dictio † vel, elegantem hanc habet inter cæteras,ſignificationem, vt pro etiam ponatur,ſicuti cùm Cicero in II.Ver.dicebat,Vidẽt adhuc poſt legem Tribunitiam, vnum Senatorem, vel tenuiſsimum eſſe dominatum:& in protrito illo Vergil.loco,Ducite ab. 1

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite daphnin.
Carmina vel cælo poſſum deducere Lunam.

b *Dari poteſt.* Et recuſante creditore in mora creditor ipſe conſtituitur.l.qui decem,in princip.ff.de ſolution.Et ſi conſignetur,& deponatur pecunia:ſequetur liberatio. l.acceptam. C.de vſur.l.obſignatione. C.de ſolution.quod tamen erit ſolutum,non poterit repeti.l.in diem.ff.de cond.ind.

c *Liberum.* Vt ſoluere poſsit,vel non ſoluere eo tempore.

d *Promiſſori relinquitur.* Totum tempus medium debitori ad diem certã liberum relinquitur, vt in qualibet parte temporis ſoluere poſsit in principio, medio & fine,vt hic,& d.l.quod in diem,&.l.qui res.§.mihi decem.ff.de ſolution.Etenim eius gratia tempus dilatum eſt.l.eum qui Calen.§.fi.hoc tit.&.l.cùm tempus.ff.de regul.iur. Vnde ita accipiendum, ſi antè nolit debitor ſoluere.l.ij.ff.de leg.commiſſor.Cùm itaque vnicuique liberum ſit, eis quæ pro ſe introducta ſunt renunciare.l.ſi iudex ff.de mino.l.pen.C.de pact.licet creditor ante petere non poſsit.l. continuus.§.cùm ita,ad fin.hoc tit.& l.cedere diem.ff.de verb.ſignifi†.poterit tamen præuenire diem debitor.l.quod quis.ff.de actio.& obligatio.l.qui res.§.mihi decem.ff.de ſolutio.cùm præueniendo plus præſtet, quàm debeat.l.eum qui, in fin.ff.de annu.leg.Igitur & quod debet.l.cùm furti.ff.de in lit.iur.Id autem verum eſt,ſiue debitor quis ſit ex contractu,vt hic, &.d.l.quod quis.d.l.eum qui.§.fi.d.§. mihi decem.ſiue ex vltima voluntate.l.filiusfamil.§.apud Marcellum.ff.de leg.j.l. patrem.ff.quæ in frau.cred.l.poſt mortem.C.de fideicommiſſ.ſiue à lege,vt in hæ- *Debitor quãdo diẽ præueniat.* 2

redibus

redibus mariti qui annum habent ad restituendas res dotales, mobiles, semouentes, & incorporales. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. nam & cùm id tempus miserationis gratia indulgeatur. l. si cùm militi. §. fin. ff. de compensatio. illud anteuertere possunt, atque ita effugere, ne vxorem alere teneantur. l. si constante. §. quoties. vbi Iacobus ab Aret. ff. solut. matrim. quæ tamen non habens vnde abundè se alat, eo tempore ab hæredibus educari debet. Accurs. in d. §. exactio. & in l. di-
3 uortio. ff. solut. matrim. & in l. j. C. vt in posses. legat. †Ex his patet aliud esse, si tem- *Tempus cuius gratia dila. ñ.*
pus dilatum foret gratia creditoris. l. eum qui. ff. de annu. legat. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de vsu. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de legat. ij. vel etiam gratia vtriusque, & creditoris & debitoris. l. qui Romæ. in princip. veluti cùm mercatori promissum est ad nundinas Lugdunenses, quo tẽpore plurimum interest mercatorum pecuniam præsentem habere, atque ideo præuentione solutionis præiudicaretur creditori, quod à debitore fieri nequit. l. Paulus. ff. de sol.
4 e *Vel cùm aliquid.* Nota nihil referre an stipulatio per † Si, vel per Cum, conci- *Si, & Cum dictiones.*
piatur, cùm vtraque conditionem faciat. l. quodcunque. §. fin. vbi plenè dico. hoc tit. l. si Titio. ff. quand. di. leg. ced.

f *Factum sit.* Puta, cùm rex Tolosam venerit, & sic sub die omnino incerto, *& an, & quando*, qui sicut in vltimis voluntatibus, ita & in contractibus conditionem facit, vt hîc, & l. dies. ff. de cond. & demon.

g *Quod promisit.* Cùm aliter soluerit, quàm promiserit: atque ideo repetere potest. l. qui promisit. ff. de conditione indeb. & quamuis non repetat, non sequetur liberatio, cùm ea obligationem supponat. l. decem, & nulla ante conditionem nata fuerit. l. is cui. ff. de actio. & oblig. l. cedere diem. ff. de verb. sig. Nec hoc casu creditor recusando debitum, moram contraheret, vt hîc, cùm non opportuno tempore debitor offerat. l. si soluturus. ff. de solutio. tametsi ante accipere possit. l. post mortem. C. de fideicom. Planè in debitore sub conditione omnino extitura, qualis ea est, *si cœlum non tetigero*. l. in illa. j. cùm is debitor purus intelligatur. l. quod si
5 sub ea. ff. de cond. indeb. †Dicẽdum, eum qui promisit, ante diem dare cogi posse, *Promissor quando soluere cogatur ante diem.*
l. si pupillus. § j. ff. de nouatio. Si existat deinde conditio non causa, in iustam causam mutabitur, quódque malè solutum est, in legitimam solutionem conuertitur. l. sed si ante. ff. ad Trebellian. atque ita, vt iam olim liberatus intelligatur. l. sub conditione. ff. de solutio.

§. ALTERI.

1 *Alteri per alterum non quæritur.*
2 *Naturalis ex stipul. alteri facta oritur.*
3 *Iusiurandum eam stipulationem roborat.*
4 *Pecuniarij cõmodi lex tantũ rationẽ habet*
5 *Pœna an exigi posßit ex contractu nullo.*
6 *Conditio pro statu, & qualitate.*

Alteri stipulari nemo potest [a], præterquam si seruus domino [b], aut filius patri [c] stipuletur. *Inuentæ enim sunt huiusmodi obligationes ad hoc, vt vnusquisque sibi acquirat quod sua interest.* Cæterùm vt alij detur nihil interest mea [d]. Planè si velim hoc facere, pœnam [e] stipulari conueniet [f], vt si ita factum non sit, vt comprehensum est, committatur stipulatio etiam ei cuius nihil interest. Pœnam enim cùm stipulatur quis, non illud inspicitur quid intersit [g], sed quæ sit quantitas [h], quæque conditio [i] stipulationis.

1 N*Emo potest* [a]. †In hoc stipulationes inuentæ sunt, vt quisque commo- *Alteri per alterum nõ quæritur.*
dè quærere sibi posit quod sua interest, vt hic, & §. alteri. de inut. stip. Quæ ratio vbi cessat, quia nostra nihil interest, inutiliter stipulamur, ob idq; vulgò traditum posse neminẽ alteri stipulari, vt hîc. l. certi condictio. §. quoniã. ff. de reb. cred. l. vt inter. C. de inut. stip. & §. alteri. de inut. stip. Sed nec quocunq; alio contractu, vel etiã nudo pacto ei quærere. l. quo tutela. §. si. ff. de reg. iur. cùm generaliter traditum sit alteri, per alterum non quæri. l. solutũ. §. per li-

beram. ff.de pigno.act. l.j. C.per quas person.no.acquir. Quæcunque enim gerimus, cùm ex nostro contractu originem trahant, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem actum nostrum efficiunt. l.quæcunque.j.ff.de actio. & oblig.adeò, vt nec quidem filius matri vtiliter stipuletur. l.inter.§.cùm pro se.ff. de pact.dotali. l.debitor. §.fina. ff.ad Trebel.nec mater filio. l.pactum. C. de pact. conuen. nec pater filio emancipato. l. cum patrem. C. de iure dot. fauore tamen nuptiarum, & maximè propter affectionem personarum ex stipulatione dotis facta per ascendentem vtilis ex æquitate, descendenti accommodatur actio. l. Caius, in fin.ff.solut.matrimo. l.pater. C. de pact.conuen. † Sed & ex quacunque 2

Naturalis an ex hac stipu. oriatur.

stipulatione alteri facta naturalis saltem oritur obligatio, quæ illi alteri quæritur, cùm eam solus consensus producat. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff.de solut.licet respectu stipulatoris totus contractus nullius sit momenti. l.j.§.si seruus. ij.in fi.ff.de stipul.seruo. neque ad sui vtilitatem quicquam agat, qui sic stipulatur. §.si quis alij. de inutil.stipul.in Inst. † Quoniam autem naturalis obligatio iureiu- 3

Iuramentum roborat stip.

rando roboratur, vt ciuile vinculum induat. c. debitores, de iureiuran. generaliter dicendum stipulationem alteri factam, cui adiectum est iusiurandum, vtilem esse.glos.in cap. quoties cordis. j. quæst. vij. quo casu præsentia Dei Optimi Max. cui iusiurandum præstatur.d.c.debitores eius, cui stipulatione prouidetur, absentiam replebit. l. properandum. §. cum autem æremodicium. C. de iud. nec enim violandum est iusiurandum, quod sine salutis æternæ periculo seruari potest.c. quamuis.de pact.in vj.c.si verò.de iureiur. Sanè illud quoque traditum est liberalitatis fauore ex quadam æquitate alteri acquiri: vt cùm rem meam tibi dono, eandémque stipulor post tempus alteri restitui. l. quoties. C. de dona. quæ sub mo. idémque si de re quæ mea permanet, paciscar alicui certo casu restitui. l.Publia.in princ.ff.depos. Licet enim rei propriæ legem imponere. l.legem. C. de pact. c.verum. de cond.appos.multò magísque id obtinet, si paciscar de re alterius, quam possideo ad domini vtilitatem. l.si res tuas. C. ad exhib.§. per traditionē.de rerum diuis.in Inst. Per actum quoque naturalem alteri per alterum quæritur. l. ea quæ ciuiliter.ff.de acquir.rer.domi. l.j. C.per quas person. l.j.C.de acquir.possess. Vnde numeratione absentis nomine facta, quia ea in actu naturali consistit, absenti etiam ignoranti actio quæritur. l.certi condictio.§.si nummos. ff.de reb.cred. Denique Tabelliones alterius nomine stipulari possunt. l. ij. ff. rem pupil.sal. fore. l. non aliter.ff.de adopt. Quo iure cum passim vtuntur homines, hodie nullius propemodum vtilitatis videtur articuli nostri disceptatio veterísque legis subtilitas.

b *Si seruus domino.* Etiam fructuario tantùm. l.si quis donaturus. ff. de vsufruct. stipulatur autem seruus domino, quia non alteri censetur facta stipulatio: cùm eadem sit vox vtriusque. l. si seruus. ff. de damn. infect. Qua ratione idem in filiofa. responsum est, cùm eadem persona cum patre intelligatur. l. fin. C. de impub.& vox eius sit vox patris,& contrà. §.ei verò.de inut.stip.in Inst.

c *Vel filius patri.* Cuius iuri subiectus est. l.vt inter.C.de inut.stipul.nam emancipatus filius inutiliter patri stipularetur, vt & vicissim pater emancipato filio. l. cum patrem. C. de iur. dot. Sic nec matri filius ex stipulatione quærit. l. inter.§. cùm pro se.ff.de pact.dotal. l.debitor. §.fin.ff.ad Trebell. nec mater filio. l.pactum. C.de pact.conuen.cùm mulier nec naturales quidem liberos habeat in potestate. §.fœminæ.de adoptio.in Instit.

Lex cuius vtilitatis habeat rationem.

d *Nihil interest mea.* †Pecuniariter intellige: nam alio modo mea interesse potest, cùm & hominem à nobis beneficio affici nostra intersit. l.seruus. in fin. ff. de seru.expor.Et quia eum cui stipulor ad antidora,hoc est,ad remunerandum naturaliter obligatum haberem. l.sed & si lege. §.consuluit. ff. de petit.hæred. Species autem lucri est beneficio debitorem sibi acquirere. l.si pignore.§.j. ff.de fur.verùm non habet lex horum rationem. l.fi.§.fi.ff.de oper.ser.sed pecuniarij tātùm cōmodi. l. fideiussoris. & l.quod dictum. ff. de pact. Probat autem hic text. à contrario, 4

quód

quòd si mea interesset, consisteret stipulatio alteri facta. §. si stipuler.

e Pœnam. Legitimam, vt adiecta quantitati legitimum modum non excedat, ne in fraudem vsurarum inserta præsumatur. l. Iulianus. §. ibidem. ff. de act. ethpt. l. cum allegas. C. de vsu. Quæ præterea in personam stipulantis adiicienda est. l. qui res. §. qui stipulatur. ff. de solutio. nam alteri etiam fisco pœnam stipulando nihil agimus. l. arbiter intra. ff. de recept. arbit. Sed & eam stipulari omnino oportet, vt hic, & §. alteri. de inut. stipul. si enim de pœna nuda tantùm pactione conuenerit, hactenus duntaxat agi posset quatenus interesset. l. seruus ea lege. ff. de ser. export.

f Stipulari conuenier. Quam omnino præstari oportebit: adeò vt non excuserur promissor qui se frequenrer alium interpellasse atque diligentissimè totam rem curasse docet, si nihil profecerit. l. sancimus. C. de fideiuss. nec enim venia dignus est, qui hanc sibi necessitatem imposuit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. Consuluit igitur prudenter Iurisconsultus stipulationi alteri factæ subiici pœnam. §. alteri. de inutil. stipul. vt scilicet, eius metu stipulationi pareatur. l. j. C. de arbit. non vt robur det contractui. l. nuda. C. contrahend. stipul. cùm absurdum sit principali ab accessorio confirmari. l. quod per manus. ff. de iur. codicil. l. ex pupillari. ff. de vulg.

5 † Sed dices pœnam exigi non posse, cùm stipulatio principalis non consistit. l. stipulatio. hoc modo præterea eandem adiici frustra promissioni rei impossibilis. l. si homo mortuus. Sol. fateor vbi eadem est ratio destruendi pœnam. l. si homo. & ibi ponam, veluti quia actus esset contra bonos mores, aut aliter cõtra legem. l. non dubium. C. de leg. vt in casu d. l. stipulatio, & l. ex eo. C. de inut. stip. At stipulatio alteri facta præter legem est dũtaxat, hoc est, lex eam non vetat, non prohibet, sed tantùm ei non assistit, meritò subiici pœna potest. l. iij. quam tunc veluti promissioni impossibili adiectam reiicimus: cum per rerum naturam aut legis constitutionem impossibilis esset promissio. d. l. non dubium. l. generaliter, hoc tit. non etiam vbi propter alterius morosam voluntatem præstari non posset, vt hic. Itaque pœna istiusmodi non cõmittetur ex mora, cùm nulla sit petitio: ergo nulla mora. l. lecta. ad fi. ff. de reb. cred. l. si pupil. ff. de nouat. l. nulla. ff. de reg. iur. Sed ex defectu cõditionis, quia alteri non detur. l. qui res. §. qui stipulatur. ff. de sol. non datum autem tunc constabit, cùm dies adiectus stipulationi lapsus erit. l. magnam. C. de cont. & com. stip. aut si dies apposita non sit, de facto ad pœnã agetur, cuius petitio in ipsa contestatione plenum robur habere incipit. l. si Titius. hoc tit. & l. nuda. C. de cont. stip. Existet quippe tunc conditio, quæ iudicium efficax faciet. l. arethusa. ff. de stat. hom. vel vt crebrius existimatum est, sufficiet interpellationẽ extra iudiciũ fieri, & transire tantum tẽpus, quo dari vel fieri potuerit. *Pœna an exigi possit ex contractu nullo.*

g Quid intersit. In pœnis non inspicimus quid intersit: quod à nobis explicatum habuisti in lege iij. in fine.

h Quæ sit quantitas. Promissa, vt ea petatur dum dationi quantitatis adiecta sit, intra legitimum modum vsurarum, vt statim diximus, per l. Iulianus. §. ibidem. ff. de action. empt. & l. cùm allegas. C. de vsur.

6 *i Conditio.* † Id est, qualitas & status, vt hic sit sensus, in pœna adiecta stipulationi, non inspicimus an intersit stipulatoris, sed tantùm attendimus, quis sit status principalis stipulationis, vt si possibilis sit turpis contra bonos mores: aut aliter contra legem: intelligamus frustra ei pœnam adiici. l. si homo mortuus. hoc tit. l. non dubium. C. de legib. *Conditio pro qualitate.*

§. IN STIPVLATIONIBVS.

1 *Ambigua verba à quo interpretentur.* 2 *Verisimile accipiendum.*

In stipulationibus[a] cùm quæritur quid actum sit: Verba[b] contra stipulatorem interpretanda sunt[c]:

N stipulationibus [a]. Idem in venditionibus, & locationibus, vt contra venditorem, & locatorem, qui legem apertius cõscribere potuerunt, fiat obscuræ pactionis interpretatio. l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo. j. & l. cùm in lege. ff. de contrahen. emp.

b Verba. Ambigua, quæ à promissore in vnum sensum, à stipulatore in alium trahuntur, vt in vers. sequen. secus si verba clara essent, ex quibus apertè constaret, stipulatorem de vno, de alio promissorem sensisse: nam eo casu, nihil agitur. l. inter stipulantem. §. si stichum.

c Interpretanda sunt. Cùm enim stipulatori liberum fuerit, verba latè concipere, imputandum est ei qui legem apertius non dixit. d. l. veteribus, & l. quicquid adstringendæ. hoc tit. † Hoc autem in stipulationibus cõuentionalibus accipiendum est, vt hic, & l. cum quæritur. ff. de reb. dub. non etiam in prætoriis, in quibus 1
si ambiguus sermo acciderit prætoris, hoc est iudicis, qui prætor vnus dicitur, est interpretatio. l. in prætoriis. ff. de prætor. stipul. In conuentionalibus quoque ne reddatur inutilis stipulatio, secundum stipulatorem fit ambigui sermonis interpretatio. l. eum qui Calendis. in princ. nam in his verba lex ita accipi vult, quò res de qua agitur magis valeat, quàm pereat. l. quoties, ij. vt & in aliis omnibus actibus. l. quoties. ff. de re. dub. Qua pariter ratione in iudiciis orationem ambiguam ad actoris vtilitatem referimus, vt id petitum videatur, de quo actor senserit. l. si quis intentione. ff. de iudi. alioqui si dicto actoris non staremus in re dubia, semper negaret reus se consensisse. l. inter stipulantem. §. si stichum. in fin. † Planè à quo- 2
cunque fiat interpretatio, faciunda est semper, ita vt verbis congrua sit. l. item veniunt. §. aptanda. ff. de pet. hæred. verisimilis, & non inusitata. l. pen. vbi Accurs. & reliqui. ff. de leg. j. nam quæ verisimilia non sunt, imaginem quandam (vt dici solet) falsitatis habent. Bal. in l. j. C. de ser. fugit. Quocirca si verisimilior sit pro stipulatore interpretatio, eam contra regulas huius text. sequemur. l. si seruitus. ff. de ser. vrba. præd. Accurs. in d. l. veteribus. nam tunc validior est pro eo præsumptio, quæ minorem tollere debet. l. diuus. ff. de in integr. restit.

§. EVM QVI.

1 *Stipulatio quando in parte valeat.*
2 *Dena dictio, quid notet.*
3 *Nomina numeralia distributiua.*

Eum qui ita dicat, *mihi decem* [a], *& Titio decem* [b]: eadem *decem* [c], *non alia decem* [d] *dicere credendum est* [e].

Ihi decem [a]. Sic vulgò legitur: sed vt ab ineunte studiorum meorum iudicio animaduerti, deprauatè: nam secundum hanc literam bis repetita decem, non efficerent viginti, sed decem tantùm: quo quid quæso absurdius? Censuerim igitur eliminandam hanc primam dictionem Decem, vt ita legamus, *Eum qui ita dicat mihi & Titio decem* &c. Quod & aliæ Iuliani, Vlpianique constitutiones similem tractantes speciem perspicuè commonstrant. l. eum qui ita stipulatur. hoc tit. l. si quis testamento. ff. de leg. j. nullam fateor me codicis veteris authoritatem habere, cæterum ita legendum omnino mihi persuasum est.

b Titio decem. Promittis, licet à promissore simpliciter *Promitto*, responsum sit.

c Eadem decem. † Pro se, & Titio simul, subaudi promissa intelliguntur: quod 1
obtinet etiam, si ad vtriusque stipulatoris personam vna tantùm decem referantur. l. eum qui ita. in princip. vt habet à nobis restituta litera. Sed nunquid eo casu sola quinque debebũtur: sicuti si mihi & Titio decem stipulatus essem. l. si mihi & Titio. hoc tit. & §. quod si quis. de inutil. stipulat. Respons. non. imò integra decem consequar, duæ sunt quippe stipulationes, vt patet ex pluralitate summarum. l. inter stipulantem. §. si stipulante, quarum altera vtilis respectu stipulatoris, per inutilem

lem vitiari non debet.l.j.§.sed si mihi. At in d.l.si mihi, vna fuit stipulatio, ad diuersas personas relata, quibus non censentur, nisi communiter decem promissa.l.eum qui ita.in princip.

d *Alia decem.* Pro se, & alia decem pro Titio.

2 e *Credendum est.* †Diuersum Accursiani putant, si stipulatus fuissem mihi dena, & Titio dena, quo casu non decem, sed viginti promissa intelliguntur: nam & si testator Titio & Seio dena leget, xx.eum legasse interpretamur. l.si quis testamento.in princ. ff.de leg.j. Et si fideiussor pro duobus in dena fideiusserit, obligatus est in xx. l. vbi fideiussor. ff. de solutionib. Et hoc esse tam proprium huius dictiunculæ significatum autumant, vt & in pœnis dena pro viginti accipi velint, vt cùm Inst. pœna denarum librarum eos plectit, qui non in regiis vrbibus, quæ solæ priuilegium meruerunt, iura docent. §.hæc autem.in proœmio Digestorum: sed hic error ex linguæ Latinæ imperitia procedens inexcusabilis est, in quem Maurus noster, aut alius quantumuis infelix Grammaticus, sese non immersisset. Tu itaque verius dic, dictionem denus, dena, denum, idem quod decem significare: quod nec Iuriscons. nostri ignorauerunt, quos nunquam inops politioris doctrinæ, & rudis dicendi felicitas interpretabitur.l.huiusmodi.hoc tit.l. cum duo.ff.de in diem addic. túmque viginti significare, cùm particula bis in ea præponitur, vt cùm Æneas apud Verg.in 1.dicebat,

Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor.

3 †Est enim hoc nomen Denus, vnum ex numeralibus distributiuis, quorum ea est propria significatio, vt relata ad personas singulis per se, & æqualiter distribuant: vt si dicam, dedi auditoribus denos aureos, id est, singulis decem, & si testator Titio, & Seio dena leget, singulis decem legasse interpretamur. d. l.si quis testamento. & qui pro duobus in dena fideiussit pro singulis in decem, atque ita conglobata summa in xx. teneatur. l. vbi fideiussor. ff. de solut. Quòd si hoc nomen Denus, aut huiusmodi numeralia verba distributiua: veluti, Singuli, Bini, Terni, Quaterni, Quini, Seni, Septeni, Octeni, Noueni, & sic de aliis consequenter
1 non ad personas referantur, nihil distribuunt: sed simpliciter numeralia sunt, vt bina, duo, terna, tria, dena, decem, vicena, viginti, & sic de aliis significent. l.j.ff. si quis cautio.l.cùm duo. ff.de in di.addic. §.hæc autem.in proœmio Digestorum. Quorum & similium iurium sensum doctores assequuti non sunt.

§. SI STIPVLER.

1 *Alteri quandoque rectè stipulamur.* 2 *Tutor quomodo pupillo stipuletur.*

Si stipuler alii[a], cùm mea intersit: videamus an stipulatio committatur. Et ait Marcellus, stipulationem valere in specie huiusmodi. Is qui pupilli tutelam administrare cœperat, cessit administratione contutori suo, & stipulatus est *rem pupilli saluam fore*: ait Marcellus, posse defendi, stipulationem valere: interesse enim stipulatoris[b] fieri, quod stipulatus est, cùm obligatus futurus[c] sit pupillo, si aliter res cesserit[d].

1 *I stipuler alicui*[a]. Quoniam dictum est in §.alteri, †stipulationem alteri factam non cōsistere, nisi pœnalis stipulatio subdita sit, pro eo quod inuentæ sunt stipulationes, vt vnusquisque quod sua interest tibi acquirat. A contrario patet, quòd si stipulatoris intersit, tametsi pœna adiecta non sit, valebit stipulatio.l.liber homo.ij.§.fin. Quod pluribus exemplis vsque ad finem huius legis Iurisconsul. probat & prosequitur. *Stipulamur quandoque alteri.*

b *Interest enim stipulatoris.* Hoc est, impendet periculum ne intersit: necdum enim contractus tempore tutoris pupillo stipulantis intererat, sed imminenti pe-

ticulo lex occurrendũ censuit. Et ideo ratã habet stipulationẽ, licet alteri, nempe pupillo factã. d. l. liber homo. ij. §. fi. & §. sed & si quis, de inutili stipul. † At verò dices, potest semper & vbique tutor stipulari pupillo, etiã si sua nõ intersit. l. cũ qui. §. penult. ff. de const. modò super re pupilli contrahat. l. final. C. Quan. ex fact. tuto. non nego. sed illud volo sic accipi, quatenus pupillo actionem ex stipulatione, eiúsque commodum tutor quærit. l. quoties. ff. de ad minist. tut. vt autem tutor sibi acquirat, stipulari pupillo non potest, nisi eius intersit, vt hic, & d. §. sed & si quis. 2

Tutor quãdoque stipulatur pupillo.

c *Obligatus futurus esset.* Actione tutelæ, qua contutore malè gerente, prior tutor, qui administrare cœperat, obstringitur. §. sed & si quis, de inut. stipul.

d *Si alter res cesserit.* Id est, si contutor cui cessa fuit administratio, res pupillares perperam administrauerit.

§. SI QVIS INSVLAM.

1 *Artifex an per alium explicet.*

2 *Alteri per alterum nullo contractu quæritur.*

Si quis[a] insulam faciendam promiserit, aut conduxerit[b], deinde ab alio[c] quo insulam stipulatori fieri[d] stipulatus sit aut si quis[e], cùm promisisset Titio fundum Mæuianum daturum, & si is cùm dedisset pœnam se daturum[f], stipulatus à Mænio[g] fuerit *fundum Titio datum iri*[h]? Itẽ si quis[i] locauerit [k]id faciendum quod ipse conduxerat: constat eum habere vtilem ex locato actionem[l].

I quis[a]. Artifex puta, & redemptor. Hic autem secundum exemplum inseritur stipulationis, quæ alteri facta ex eo effectum habet, quòd stipulatoris intersit.

b *Aut conduxerit.* Certo pretio faciendam.

c *Ab alio.* † Artifice eiusdem peritiæ. l. nemo. ff. de duo. reis, alioqui non possem ego artifex, qui tibi promisi ædificare insulam, cuiúsque industriam elegisti, aliũ in mei locum substituere: qui extruat ædificiũ, te non consentiente, cùm inter artifices longa sit differentia. l. inter artifices. ff. de solut. atque ideo constitutum, vt faciendum ab vno cuius ingeniũ electum est, per alium explicari non posse. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tol. vbi autem non interest creditoris, quia par est industria, quod ab vno artifice fieri promissum est, ab altero potest expleri. l. continuus. §. si ab eo. 1

Artifex an per alium explicet.

d *Stipulatori fieri.* In hæc finge verba, Promittis Titio insulam facere, cui ante me eam ædificaturum promiseram, túque respondeas, promitto: valebit stipulatio, licet alteri nempe Titio facta, cùm mea intersit obligatione me prima eximi.

e *Aut si quis.* Tertium exemplum stipulationis factæ, ex eo validæ, quod intersit stipulatoris.

f *Pœnam se daturum.* Sine cuius pœnæ adiectione, inutilis fuisset stipulatio, vt hac. l. in princ. & §. si quis alium, de inut. stipu. in Inst.

g *Stipulatus à Mæuio.* Qui promiserat Titio Mæuium eidem fundum daturum, idipsum à Mæuio stipulatus est.

h *Datum iri.* Valebit supple stipulatio, cùm intersit stipulatoris, qui per hoc à pœna liberatur.

i *Item si quis.* Quartum exemplum.

k *Locauerit.* Hinc perpẽde diligenter non in stipulationibus modo, † sed & in locationibus, alijsque contractibus illud obseruari: vt alteri per alterum non quæratur. l. solutum. §. per liberam. ff. de pign. actio. l. quo tutela. §. fi. ff. de regul. iur. l. j. 2

Alteri per alterũ nullo contractu quæritur.

C. per

C.per quas person.no.acquiritur,nisi contrahentis intersit.

l Vtilem ex locato actionem.Id est,efficacem: nemo quippe prohibetur,rē quam conduxit alteri locare,si non aliud conuenit.l.nemo. C.de locat. atque ideo constitutum, vt si cui locauero faciendum quod ego conduxeram, actionem ex locato habeam.l.si tibi alienam.& l.si cui,in principio.ff.locati.mea quippe interest, quia obligatus ei sum,qui primo locauit,vt hic.

§. SI QVIS ERGO.

1 *Procuratori quomodo stipulemur.* 3 *Procurator an domino stipuletur.*
2 *Mandati iudicium.*

Si quis ergo[a] stipulatus fuerit, cùm sua interesset, ei dari[b]: in ea erit causa, vt valeat stipulatio. Vnde & [c] si procuratori [d] meo dari stipulatus sim,stipulatio vires habebit[e]:& si creditori meo,quia interest mea, ne vel pœna committatur,vel prædia distrahantur,quæ pignori data erant.

I quis ergo [a]. Quoniam superioribus casibus stipulationem alteri factā, propterea quòd stipulatoris intersit, valere diximus: generaliter dicendum, vt quæstioni. in §. si stipuler. propositæ, tandem respondeamus stipulationem quancunque alteri factam, cùm illi alteri dari stipulatoris interest,in ea causa esse, vt valeat: quod intellige quantū ad hoc, vt ex ea stipulator ad interesse agere possit: non autem ille cui est facta stipulatio. l.liber homo, ij.§.final.hoc tit.l. cùm res,in fi.C.de donatio.

b Ei dari, Id est,alteri dari,cui facta est stipulatio.

c Vnde &c.Infert duo.

1 *d Procuratori.* † Tāquā procuratori,intellige vt procuratorio nomine accipiat, quod & satis aperit tex. noster:nam si ei licet procuratori, tanquam tertio stipularer,inutilis esset stipulatio, cùm tunc mea non intersit §.alteri. *Procuratori quomodo stipulemur.*

e Vires habebit.Mea quippe domini interest, vt procuratori detur. quicquid
2 enim procuratori dabitur,ipse † iudicio mandati consequar.l.idemque.§.si cui. & §.si mandauero.ff.mand.l.Iulianus.§.fin.hoc tit. Et ita cum vniuersum stipulationis commodum in me reflectatur, videor mihi magis quàm alteri stipulari. Agam itaque ex huiusmodi stipulatione ad interesse, licet dationem contineat.l. *Actio mādati.*
3 liber homo.ij. in fin. † An autem procurator è diuerso domino stipulari possit, tractant hic pluribus, sed impertinenter,interpretes. Ego in l.si procuratori præsentis,vt loco magis idoneo dico. *Procurator an domino stipuletur.*

Creditori meo. Supple, dari stipulatus sim.

Ne vel pœn. Sub.qua creditori meo obligatus eram.

Data erant. Stipulatio (subaudi) vires habebit.

§. SI QVIS ITA.

1 *Factum alienum quandoque promittitur.*

Si quis ita stipulatus fuerit, *illum sistes* [a]: nulla causa[b] est cur non obligatio constet[c].

Llum sistes [a]. Id est,præsentabis & exhibebis.

b Nulla causa. Id est,nulla ratio.

c Constet. In id quod intereest stipulatoris statum esse, † nec obstat
1 quod quis alienum factum inutiliter promittat,vt hac l.in princip.§.si quis alium de inutil. stipulat. nam qui alium sistere promittit, non tam alienum quàm proprium factum promittit, se videlicet acturum, vt stet. l.quoties. in l.ad

princip. Ex quo collige, quòd licet meum factum alterius promitti nequeat, admixtum tamen cum proprio, vtiliter promittitur, vt hic, & d.l. quoties.

§. ÆDEM SACRAM.

1 *Aedes.*
2 *Religiosus locus & sacer.*
3 *Publicæ vtilitatis fauor.*
4 *Arg. de stipulatione ad locationem.*

Aedem sacram[a] vel locum religiosum[b] ædificari, stipulari possumus[c], alioqui[d] nec ex locato[e] agere possumus[f].

Aedis. *Edem sacram* [a]. Id est, † templum, quod satis ædis nomẽ sine adiectione (sacram) indicabat. Etenim ædis in singulari templum, in plurali domum perpetuò significat, quod lippis & tonsoribus notum scio. Cæterum solent hic Iurisconf. ædem sacram dicere. l. intentum. §. sacræ. ff. de re. diuis. l. de sacra. ff. de contrah. empt. 1

Religiosus locus. *b Locum religiosum.* † Inter sacrum locum, & religiosum hoc interest, quòd sacer locus dicatur, qui publicè ad Dei culturam consecratus est. Religiosum quisque propria voluntate facit inferendo cadauer, aut quod illius principale est, nempe caput. l. in tantum. §. sacræ. & §. religiosum, de ter. diuis. l. cùm in diuersis. ff. de relig. 2

c Stipulari possumus. Quia interest nostra tum propter religionem, quæ cùm Deum respiciat, prætiosior nobis esse debet quocunque pecuniario commodo. l. sancimus, in fin. C. de sacro. eccle. ca. cum infirmitas, in fi. de pœni. & remissio. *Fauor publicus.* † tum ob publicam vtilitatem, quæ in sacris consistit. l. j. §. publicum. ff. de iust. & iu. & in locis religiosis. l. hæreditas, in fin. ff. de petit. hæred. priuatis longè commodis anteponendam, authent. res quæ. C. commun. de leg. propter quam in iure ciuili multa contra strictam rationem disputandi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest. l. ita vulneratus. §. penul. ff. ad l. Aquil. planè licet possimus stipulari ædem sacram, aut locum religiosum ædificari, rem tamen sacrã dari inutiliter stipulamur. l. inter stipulantem. §. sacram. neque enim de iis rebus negotiũ rectè gerimus, quorum commercium non habemus. l. idem Iulianus. §. fi. ff. de leg. j. l. multum interest, hoc tit. hoc est, quæ subiici vsibus dominióque nostro nequeunt. d. §. sacram. vers. adeo. 3

d Alioqui. Si diceremus nos non posse stipulari ædem sacram, aut locum religiosum ædificari.

e Nec ex locato. Si fortè redemptori locemus certo pretio extruendam ædem sacram, aut faciendum monumentum.

Arg. de stipulatione ad locationem. *f Agere possumus.* † Frigida videtur nimis hæc argumentatio, de stipulatione contractu strictissimo, ad contractum locationis bonæ fidei negatiuæ sumpta: hoc non licet per stipulationem, ergo nec per bonæ fidei contractum. Neque enim magis tolerari posse videtur, quàm si absurdè dicerem, Hoc non potest fieri per priuatum, ergo nec per magistratũ. Præterea in terminis nostris constat rei sacræ emptionem ab ignorante factã, tenere. l. sed Celsus, in prin. & l. alteri. ff. de cõtrah. empt. §. fi. de emptio. in Instit. licet stipulatio nullo modo consistat. d. §. sacrã. & §. idẽ iuris. de inut. stipulation. Tu breuiter dic, ratiocinari optimè Iurisconsultum, de stipulatione ædem sacram ædificari, ad locationem extruendæ rei sacræ: cùm vtrobique factum versetur, quod expleri nostra interest, propter religionem & vtilitatem publicam, vt declarauimus. Quocirca cùm in locatione eodem modo interesse debeat contrahentis, quo in stipulatione stipulatoris. §. si quis insulam. si ea ratione eius ei nulla esset stipulatio, quòd non satis esset publicè interesse, nisi etiam interesset nostra pecuniariter. Nec ex locato contra redemptorem ad ædificium ædis sacræ, aut monumenti agi posset, & quod dicitur emptionem rei 4

sacræ

factæ valere, ita sanè accipiendum est, vt ex ea detur actio contra vēditorem, qui sciens prudens rem sacram vendidit, non vt ex venditione dominium, aut causa vsucapiēdi transferatur, cùm res huiusmodi dominio nostro subiici non possint.l. inter stipulantem.§.sacram. IOAN. CORAS. VALEN. XXIIII. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. DOMINVS.

1 *Pater filio stipulatur.* 2 *Pater an stipulando filio sibi quærat.*

XXIX. PAVLVS.

Dominus seruo stipulando, sibi adquirit [a]: sed & pater filio [b], secundum quod leges permittunt [c].



Ibi adquirit [a]. Placet, inquit Caius, dominium seruo dari stipulari posse.l.si ex te.§.si ipsi,ff.de stipulat.seruo.

b Pater filio. Stipulando scilicet sibi acquirit. vox enim patris tanquam filij est, sicuti & filij vox tanquam patris. §. ei verò qui. de inut.stipul.

1 *c Permittunt.* Leges permittunt † patrem filio stipulari.l. & hæredi.§. nos autem. ff. de pact.l.Stichum.§. quæsitum. ff. de solutio. non vt extraneo.l. si tibi.§.si pactus.ff.de pact. sed vt filio.l.quod dicitur.ij.& in iis tantùm,quæ iuris sunt,quæque patri acquiri possunt.d.§.ei qui.alioqui si factum conferatur in personam filij, inutilis erit stipulatio: veluti vt tenere ei, vel ire agere liceat.l. quod dicitur, nisi *Pater filio stipulatur.*
2 patris interesset pecuniariter filium non prohiberi.l. præced.§. si stipuler. † Planè ea quæ iuris sunt, quæque filio quæri possunt,pater stipulādo filio, nō sibi sed filio acquirit,vt ius dotis.l.vxorem.§.testamento.ij.ff. de leg.iij. cùm eius etiam hoc iure Pandectarum filiusfa.sit capax.l.Pomponius.ff.famil.erciscun. Quod item pater stipulando filio, sibi quærat, hodie intelligendum est, in iis, quæ ex re patris comparantur: quo casu solidum omni iure patri quæritur.§.igitur. Per quas person. no.acqui.in Inst.nam si aliunde,in his puta, quæ ex liberalitate fortunæ, aut laboribus propriis filius habet: filio proprietas quæreretur solo vsufructu apud patrem remanente.l.cùm oportet.C.de bon. quæ liberis.& d.§.igitur,reliqua in l. quod dicitur.tractamus. IOAN CORAS. VALEN. XXV. OCTOB. M. D. XLVI. *Pater stipulando filio, an sibi quærat.*

L. SI FILIVS.

XL. POMPONIVS.

Si filius meus [a] seruo meo stipuletur, adquiritur mihi.

Filius meus [a]. Iuri meo subiectus. §. idem iuris, de stipulat. seruor. in Instit.

L. EVM QVI CALENDIS.

1 *Obscurus sermo in stipul. quomodo interpretetur.*
2 *Promissio ad primum actum refertur.*
3 *In diebus promittere.*
4 *In diebus illis stipulari.*

XLI. VLPIANVS.

Eum qui Cal.Ian.stipulatur, si adiiciat primis, vel proximis, nullam habere dubitationē palam est [a]. Sed & si dicat *secundis*, vel *tertiis*, vel quibuslibet [b] aliis, æquè dirimit quæstionem [c]. Si autem non addat quibus, facti quæstionem inducere, quid fortè senserit, hoc est, quid inter eos acti sit,

Vtique enim sequimur quod actum est, easque assumimus. Si autem non appareat, dicendum est, quod Sabinus primas Calendas[d] Ianuarias spectandas. Planè si ipsa die Calẽdarum[e] quis stipulationem interponat, quid sequemur. Et puto actum videri de sequentibus Calendis[f].

Palam est[a]. Cùm contractus ex conuentione legem accipiant. l.j.§.si conueniat.ff.depos.

b *Quibuslibet alijs*. Quartis, quintis, vel aliis sequentibus.

c *Aeque dirimit quaestionem*. Cùm ita conuentum sit, & vt dixi, accipiant contractus ex partium conuentione legem.

d *Primas calendas*. Quas si non spectaremus, quis finis, aut quod initium stipu-
lationis sumeretur? l.nam aliter.ff.de tritic.vino & ole.lega. Quin inanis reddi pos-
set stipulatio, dicente semper promissore se de propositis Calendis non sensisse.
Vbi autem in stipulationibus oratio ambigua est, commodissimum est, id accipi,
Obscurus sermo.
quo res sit in tuto, de qua agitur. l.quoties.in stipulationibus, † & ita non obstat 1
quod dici solet, obscurum sermonem in stipulationibus contra stipulatorem in-
terpretandum. l.veteribus.ff.de pact.l.stipulatio ista.§.in stipulationibus, hoc tit.
nam hoc illic ita accipiendum docuimus, nisi hac admissa interpretatione vitiare-
tur stipulatio. Toties enim reo fauendum est, quoties actus ex fauore non est rui-
Promissio refertur ad primum actum.
turus. l.cum res.§.sed si stichus.ff.de leg.j. † Ergo qui Calendis stipulatur, de proxi- 2
mis egisse videtur: sic & sermone nuptiarum primas nuptias Pomponius voluit
significari. l.boues.§.j.ff.de verb.signific. & dotis promissionem, ad primas dunta-
xat nuptias Papinia. vbique referri dicit. l.dotis promissio.ff.de iur.dot.l.inter so-
cerum.§.fin.ff.de pact.dotal.l.si socius pro filia.§.quod si salua.ff.pro socio. Soluens
legibus clericũ summus Pontifex, vt duo sacerdotia tenere possit, de duobus pri-
mis beneficijs credendus est dispensasse. c.non potest.§.j.de praeb.c.j.de praeben.in
In diebus promittere.
vj. † Planè qui se in diebus daturum, aut facturum quidquam promittit, in biduo 3
promissum implere debet. l.inter illam.§.fin.ff.de verbo.signific. vt, & qui post an-
nos indistinctè liber esse iussus est, post biennium liber erit. l.libertus.§.fin.ff.de
manu.test. quoniam pluralis elocutio duorum numero est contenta. l.vbi nume-
In diebus illis stipulari.
rus.ff.de test. † Idem sunt, qui dicant de eo qui nonnihil promisit *in diebus illis*, vt 4
in duobus diebus promissis parêre debeat: quorum sententia vera nõ est, quando
quidem vel ipso communi vsu loquendi spectato, qui ita promittit, non magis se
obligandi animum habere ostendit, quàm si ad Graecas Cal. promisisset, atque ita
se nunquam obstringi velit, ídque Castrensis se didicisse refert à Nechromantico
quodam, diabolum interrogante, quando solueret: qui, in diebus illis, hoc est, nun-
quam se soluturum, respondit. Tempus itaque infinitum, & nunquam euẽturum
significat, qui ita promittit: metaphora sumpta à mysticis fidei Christianae libris, in
quibus quae vel multo ante tempore olim fuerunt, vel quae post innumeros an-
nos futura sunt, in diebus illis facta futuráve esse dicuntur.

e *Ipsa die Calendarum*. Hoc est, prima die mensis: sunt enim Calendae cuiusque mensis initium, vt neminem fugit, quarum rationem explicaui plenè, in l.j.§.si quis simpliciter.

f *De sequentibus Cal.* Cũ dies cautionis, seu promissionis non cõputetur in termino. l.j.ff.si quis cautio.c.j.§.statuimus.de restit.spolia.in vj.c.Pia.de excep.eo.lib.

§. QVOTIES.

1 *Die non adiecta, res praesenti die debetur.*
2 *Obligatio pura ex rei natura differtur.*
3 *Promissio certo loco tempus tacitum habet.*

Quoties autẽ in obligationibus dies non ponitur, praesenti die[a] pecunia debe-

nia debetur: nisi locus[b] adiectus spatium temporis inducat, quo illò posſit perueniri: verùm dies adiectus efficit, ne præſenti die pecunia debeatur[c]. Ex quo apparet diei adiectionem pro reo eſſe, non pro ſtipulatore[d]. Idem in Idibus[e] & Nonis probandum eſt, & generaliter in omnibus diebus.

Præſenti die, quando res debeatur.

Obligatio pura quando differatur.

Promiſſio localis, tempus tacitum habet.

*P*Ræſenti die[a]. In omnibus obligationibus quibus dies non apponitur,
1 † præſenti die pecuniam deberi paſſim traditum eſt, vt hic, & l. ſi dies. in princip. ff. quan. di. leg. ced. l. in omnibus. ff. de reg. iur. §. omnis, de verbor. oblig. in Inſt. Quod cum aliquo temporis temperamento accipi vult Iul. Paul. vt non cum ſacco paratus cogatur debitor venire. l. quod dicimus. ff. de ſolution. nec enim conuentiones humanæ ad punctum, & vnguem exigendæ ſunt, ſed ciuili modo intelligendæ. l. ſi cui. ff. de ſeru. Moderatum autem illud tempus præſtitit idem Paul. non minus x. dierum, vt exactio celebretur. l.
2 promiſſor. j. §. j. ff. de cõſt. pec. † Propter item naturam rei obligatio pura differtur: vt ſi id quod in vtero eſt, aut fructus futuros, aut domum ædificari promiſeris, tunc enim non ante cum effectu incipiet actio, cùm res promiſſa per naturam præſtari poterit, l. interdum. Ineſt enim tacitè conditio. l. j. §. fin. ff. de cond. & demon.

3 *b Niſi locus.* † Qui Toloſæ dare ſpondet, licet purè obligatus ſit, re ipſa tamen tempus iniectum habet, quo illo poſſit perueniri. l. iij. §. ſi quis ita. ij. ff. de eo quod cer. loc. d. l. interdum. l. continuus. §. cùm ita, hoc tit. §. loca. de verbor. oblig. in Inſt. Sic ex voluntate diſponentis colligimus, obligationem purè conceptam ad tempus referendam, vt ſi dos puellæ promittatur tacitè in diem, quo nubilis erit ætatis, obligatio dilata cenſetur. l. qui filium. ff. vbi pupil. edu. deb. vel ſi quis mercedem præceptoris, penſionémve domus legauerit aut promiſerit. Actum quippe de die intelligitur, quo ſolutio fieri ſolita eſt, aut ex conuentione fieri debet. l. nec ſemel. §. ſi in habitationem. ff. quan. di. leg. ced.

c Pecunia debeatur. Cum effectu, vt peti poſſit: peti nanque priuſquàm venerit, non poteſt, mero tamẽ iure ſtatim debetur. §. omnis. verſ. id autem, de verb. oblig. Et ita hoc caſu præſens eſt oblig. in diem autẽ dilata ſolutio. l. centeſimis, in princ.

d Non prò ſtipulatore. In ſtipulationibus tempus promiſſoris gratia adiicitur. l. cum tempus. ff. de reg. iur. quod excuſſimus plenè in l. ſtipulatio iſta. §. inter certã.

e Idem in idibus. Hoc ad principium l. refertur, quo de Cal. dictum eſt, vt proximæ intelligantur, hîc in Idibus, Nonis, & omnibus diebus. Idem probandum eſſe dicit Vlpia. vt ſemper proximum tempus intelligatur.

IOAN. CORAS. VALEN. XXVI. OCTOB. M. D. XLVI.

L. QVI HOC. ANNO.

1 *Hodie, dictio.*
2 *Spurina Augur.*
3 *Tempus differendæ oblig. gratia adiectũ.*
4 *Temporis initium, aut finis quando ſpectetur.*
5 *Duodecimo anno, & in annos xij. differentia.*
6 *In, dictio.*

XLII. PAPINIANVS.

Qui *hoc anno*[a], aut *hoc menſe* dari ſtipulatus ſit: niſi omnibus partibus anni, vel menſis præteritis[b] non rectè petet[c].

Hodie, dictio.

1 *H*Oc anno[a]. Secus † ſi hodie quiſpiam dari ſtipulatus ſit: tunc enim quia non differendæ actionis cauſa dies incertus videtur, vel eodem die pecunia peti poterit, nec præmaturius agetur, non finito ſtipulationis die. l. liber homo. §. decem. Idem enim ſignificat, quod hoc tempore,

hac tempestate, & nunc:& ita præsens tempus nullam capiens dilationem. l.hodie.ff.de pœn. sed quoduis potius huius diei tempus notans.l.prætor.§.præterea. ff.de iureiuran.& in illo Terentij loco in Eunucho,

O populares, ecquis me hodie viuit fortunatior?

Spurina. b *Præteritus.* Ideo cùm Aruspex † Spurina Cæsarem monuisset, vt caueret peri- 2
culum,quod non vltra Martias Idus proferretur,eáque die,cùm in Senatum iret
Cæsar, Vatē salutans eum irrideret, vt falsum arguens, quòd sine vlla noxa Idus
Martiæ adessent. Martiæ quidem, inquit Cæsar, Idus aduenere: cui submissa vo-
ce,sed sapienter Spurina, Venere vtique,sed nondum præteriere,respōdit:autho-
res sunt Plutarchus,& Tranquil.in Cæsare.

Tēpus differēs obligationem. c *Non rectè petet.* †Qui enim hoc anno,vel mense promittit, tempus differen- 3
dæ obligationis gratia adiicit.l.præced.§ fin.& l.cum tempus.ff.de reg.iur.Et ita
in sui fauorem, quod vel ex eo patet, quòd nisi tempus illud adiecisset, obligatus
Temporis initium quādo spectatur. purè remaneret.l.quod in diem.ff.de solutio. † Vnde vt promissoris commodis 4
seruiamus,finem temporis inspicimus, vt quandiu vel exiguum tempus ex anni,
vel mensis spatio superest expectetur.l.eum qui certarum, in princip. Et tunc de-
mum rectè agatur,cum ex toto annus, vel mensis fuerit elapsus.§ pen.de inut.sti-
pula.in Inst.c.commissa,de elect.in vj §.omnis,in fin.de verb.obligat.in Inst. Licet
ad eiusdem promissoris vtilitatem quemlibet diem, vel potius quodlibet eius an-
ni momentum spectemus.l.quod quis.ff.de actio.& obligatio. Vbi verò dispositio
sub annua obligatione concipitur, quoniam tempus creditoris fauore insertum
est, nempe multiplicandi debiti causa, nō finem sed initium anni attenderemus,
l.j.& l.in singulos.ff. de annu.legat.l.j. C. quan. di leg. ced. nisi ex qualitate rei de-
ductæ in obligationem de alio tempore actum verisimiliter censeatur:vt quia an-
nui fructus prædiorū promissi sunt,vel legati.l.firmio.§.pater. ff.quan.di.leg.ced.
quo casu ex re ipsa dilata solutio in tempus fructuū intelligitur.l.interdum, aut in
habitationem, vel mercedem disciplinarum centum legata essent. Neque enim
tunc spectabitur principium anni, sed tempus quo pensiones ædium solui domi-
nis, mercedésque disciplinarum pendi præceptoribus consueuerunt. l. nec se-
mel.§.si in habitationem.ff. quan.di.leg.ced.Ergo secus, si gratia exonerandi debi-
torem,præstatio per diuersa tempora multiplicaretur,sicuti si *annua bima*, *trima die*
legatum relictum esset: tunc enim in fine cuiuslibet anni facienda esset præstatio
l.si cui legetur.ff.de leg.j. Quòd tunc manifestum sit gratia hæredis debitoris præ-
stationem vnius debiti per tres annos diuisam.l.iij.ff. de annu.legat. hinc quoque
euidens fit, si decem aureos annuos quoad viuam stipuler, purè facta obligatio
intelligitur,vt meritò confestim decem dari rectè petam.l. eum qui ita.§. qui ita,
hoc tit.& §.at si ita, de verb. obligat. in Instit. tempus quippe in stipulatoris gra-
tiam multiplicatum est, cui præterea dies incertus mortis additus fuit. l.j.§.
dies.ff. de cond. & demonst. vnde noluit lex nec quidem prioris anni finem
spectare, ne ludificetur obligatio moriente stipulatore ante finem primi anni.
l.si seruus. iij.§. fi. ff. de stipu. ser. multóque minus finem totius temporis, cùm
ita inutilis redderetur contractus stipulatori. l. Titio cùm morietur. ff. de vsu-
Ann. xij. & in annos xij. fruc. † Ex his præterea colligitur ratio, cur si Stichum seruum anno duodeci- 5
mo, posteaquam mortuus fuerit testator, liberum esse iusserit, vel primo die
anni duodecimi Stichus liber fiat. l.si ita fuerit.ij.ff.de ma.testa. Quoniam ibi ver-
ba ad Stichum honoratum relata erant: vnde in eius fauorem fit interpretatio.l.
planè.§.fi.ff.de leg j.Quare crediderim,quòd si testator fidei hæredis commisisset,
vt duodecimo anno Stichum seruum liberum faceret,in gratiam hæredis quodli-
bet eius anni momentum, vel potius finem totius temporis spectaremus, vt non
ante ab eo rectè peteretur, vt hîc, & l.quod quis.ff.de action.& obligat.cùm tunc
verba ad hæredem grauatum relata reperiantur.l.Lucio.vbi Accurs.& l. si ita.§.fi.
ff. de lega.ij. Et qui xij. anno aliquid facere iubetur, omnibus diebus anni facere
possit.

possit.d.l.si ita fuerit.ij.respon. Diuersum, si in annos decem, aut duodecim quispiam liber esse iussus, aut hæres dare damnatus esset, quo casu nulla facta distinctione nouissimo die legatum debetetur, vel libertas obtingeret.l.si in annos.ff.de
6 cond.& demonstra. † dictio nanque (in) notat perfectionem temporis, aut alterius actus.cui adiicitur.l.j.§.in flumine.ff.de vi & vi arma. Hinc denique verus apparet versus, qui circunfertur vulgò, *In, dictio.*

Anno si debes, in fine teneberis anni.

Annus si debes, tunc inspicies caput anni.

Reliqua quæ ad tractatum huius materiæ pleniorem pertinent, ego in commentariis ad hanc l.copiosius exequutus sum, ad quos tanquam ad aurum Midæ lectorem relegandum duxi. IOAN. CORAS. VALENT. XXVII. OCTOB. M. D. XLVI.

L. SI QVIS ARBITRATV.

1 *Arbitrio alterius conuentio committi potest.*
2 *Arbitratu Lucij verba ius notant.*
3 *Arbitratu Lucij verba in conditione resoluuntur.*
4 *Mora posterior nocet.*
5 *Arbitrium personam non egreditur.*

XLIII. VLPIANVS.

Si quis arbitratu (puta) Lucii Titii [a] sibi restitui [b] stipulatus est, deinde ipse stipulator moram fecerit [c] quominus arbitretur Titius: promissor [d], quasi moram fecerit, non tenetur [e]. Quid ergo, si ipse [f] qui arbitrari debuit, moram fecerit [g]? Magis probandum est, à persona [h] non esse recedendum eius, cuius arbitrium insertum est [i].

Rbitratu Lucij Titij [a]. Potest quæcunque conuentio in tertij (hominis
1 tamen liberi) arbitriũ † cõmitti, vt societas l.si coita.ff.pro soc.emptio. l.fin. C. de contrah.empt.locatio.l. si merces.in princ.ff.loca.adeo, vt matrimonium ipsum in parentis, aut alterius arbitrium rectè conferatur.cap.super eo.& c.per tuas.de cond.appos. Sed & accidens contractus potest in alterius arbitrium cõferri, vt hîc, & d.l.si.etiam ipsius contrahentis, non vt pro captu suo, sed vt tanquam bonus vir arbitretur. l.hæc venditio.in princ.ff.de contrahen.empt. l.Thais.§.sorore. ff.de leg.ij.licet contractus substantia in personam *Arbitrio alterius cõtractus remitti potest*
2 contractus conferri nequeat.l.in vendentis. C.de contrahen.empt. † Hæc autem verba arbitratu Lucij Titij, ius significant: ideóque in seruum non cadunt.l.illa verba. ff.de verb.sig.cùm in personam serui merum tantùm factum resideat.§.sed cùm factum.de stipu.seruor.non item ius respectu, cuius seruus habetur pro mortuo.l.quod attinet.ff.de reg.iur. *Arbitratu Lucij verba ius notant.*

b Sibi restitui. Stichum seruum, puta, aut fundum, quem, verbi gratia, stipulator sibi cum fructibus restitui contendebat, promissore id negante fortiter: quare rem totam, hoc est, fundi restitutionem arbitratu Titij ambo commiserunt.

c Moram fecerit. Impedimentum præstando, quominus Titius arbitraretur, aut se de industria occultando, ne arbitrum instrueret, quem sciebat velle negotium exactè definire, hoc est, non velo leuato, sed vtriusq; allegationibus diligenter auditis merita causæ cupientem partium assertione pandi.l.si.C.si per vim.Itaque noluit fortè tamen stipulator exhibere, quo Titium instrueret, atque ideo arbiter ipse, cui planè de causa liquebat, bonum virum agens terminare controuersiam distulit, interimque periit chasmate fundus, aut stichus interemptus est.

d Promissor. Qui non restituit.

e Non tenetur. Cùm enim ex stipulatione restituere obligatus sit, arbitratu Lucij Titij, & propter moram stipulatoris Titius nõdum arbitratus sit, promissor ipse qui id egit ne aliter restitueret, quàm vt Titius arbitratus esset.l.si coita.ff.pro

V.i.

socio,& per quem non stet quominus arbitretur Titius,cuique nihil est,quod imputari possit, teneri non debet. †Ergo à contrario, si promissor moram fecisset, 3
Arbitratu Lucij verba in condit. resoluuntur. quominus Titius arbitraretur, dubio procul restituere teneretur,quando illa verba, Lucij Titij arbitratu, in conditionem resoluantur.l.fin.C.de contrah.empt.& ita restituere, si Titius arbitretur, videatur promisisse. Obligatus autem sub conditione curans ne obligatio existat: nihilominus obligatur.l.in executione. §.fina. quoniam habetur pro impleta conditio. l. iure ciuili. ff. de cond. & demonstrat. pœnam itaque si fortasse adiecta fuisset,cõmitteret promissor, cuius mora factum
Mora posterior nocet. est,quominus Titius arbitretur.l.diem.§.proinde.ff.de recept.arbitr. †Moram autem promissoris,etiam post morã stipulatoris sufficit interuenisse, quãdo æquum dicat Pompo.posteriorem moram nocere.l.illud.ff.de pericu.& commo.rei vend. Nec verum est, quod tamen plerique putant, contracta mora per stipulatorem arbitrium finiri,ideóque Titium arbitrari non posse, cùm apertè lex sequẽs refragari videatur, in illis verbis, *si omnino non arbitretur*, quæ planum demonstrant potuisse Titium aliquo casu post stipulatoris moram arbitrari: licet ad pœnam se promissor obligasset,isque moram fecisset, arbitrium solueretur, cùm semel commissa pœna amplius committi nequeat.l.si duo.§.fi.ff.de arbitr. 4

f Si ipse. Lucius Titius.

g Moram fecerit. Quia requisitus noluerit arbitrari, nunquid agetur (subaudi) vt alterius boni viri arbitrio res restituatur.

h A persona. Lucij Titij scilicet,in quem partes consenserunt.

Arbitriũ personam non egreditur. *i Insertum est.* † Arbitrium personæ insertum, personam non egreditur.l.in compromissis.ff.de recept.arbit. vnde eo qui nominatus est mortuo, aut arbitrari nolente, nihil actum intelligitur.l.multa.ff.de cond.& demonst. Inest enim contractui eiusmodi conditio: si talis arbitretur.l.fina. C. de contrahend.emptio.qua deficiente nihil agi constat.l. cedere.ff.de verborum significat. Non itaque res ad alterius boni viri arbitratum redigetur: huic enim reductioni eo tantùm casu locus est, quo arbiter electus arbitratus est, sed iniquè.l.si societatem.§.arbitrorum. ff.pro soc.l.si libertus.ita ff.de operis libertorum. Quid autem sit in vltimis voluntatibus,tractatus est pertinens ad l.j.ff.de leg.ij. vbi dicam. 5

IOAN. CORAS. THOLOSAT. VALEN. XXVIII. OCTOB. M. D. XLVI.

L. ET IDEO.

1 *Effectus huius l.*
2 *Recedi non potest ab Arbitri persona.*
3 *Qualitates nullæ sunt non entis.*

XLIIII. PAVLVS.

Et ideo si omnino non arbitretur[a],nihil valet stipulatio[b]:adeò, vt & si pœna adiecta sit[c],ne ipsa quidem committetur[d].

On arbitretur[a]. Lucius Titius, cuius arbitratu debebat res restitui,quia antequam arbitretur decesserit.l.si coita.ff.pro soc.

Sensus huius l. *b Nihil valet stipulatio.* † Effectus huius l.est, vt si neuter ex contrahẽtibus moram fecerit, sed ipse arbiter Lucius Titius decesserit,priusquam arbitretur,aut moram adhibuerit talem,vt nullo modo sit arbitratus:stipulatio qua quis stipulatus erat,arbitrio Lucij Titij sibi restitui, est inutilis,& sine vl- 1
Arbitri persona nõ deseritur. lo prorsus effectu: † nec à persona eius arbitri recedi poterit.l.præceden. Idq; siue arbitrium versetur circa substantialia contractus. l.quod sæpè.§.j.ff.de contrahen. empt.l.fi.C.eo.siue circa accidentalia:aut qualitates circunstantes. l.si coita.ff.pro socio.l.hæc venditio.in fi.princ. ff.de contrah.emp. nam & quomodo ad boni viri 2
Qualitates non entis nullæ sunt. arbitrium reduceretur, quòd nunquam arbiter arbitratus est, † cùm non entis qualitates sint nullæ. l. eius. ff. de reb. cred.in accidentalibus illud speciale fateor, vt postquam arbiter non est arbitratus, saluum sit parti, cuius interest ius actionis personalis. 3

c Adiecta

c *Adiecta sit.* Si non stetero arbitrio Lucij Titij.

d *Committatur.* Cùm neuter culpam commiserit, erat quippe paratus vterque, & stipulator, & promissor, Titij audire arbitrium, solúsque qui arbitrari debebat moram fecit: quæd amno partibus esse non debet, ne alteri per alterum afferatur iniqua conditio. Secus igitur si promissorem impediisset Titium arbitrari. l. diem. §. si quis litigatorum. ff. de reception. arbitro. IOAN. CORAS. VALEN. XXVIII. OCTOBR. M. D. XLVI.

L. QVODCVNQVE.

1 *Filiusfam. stipulando patri quærit.*
2 *Vniuersalis dictio per rationem restringitur.*
3 *Emancipatus patri non acquirit.*

XLV. VLPIANVS.

Quodcunque[a] stipulatur is, qui in alterius potestate est[b], pro eo habetur[c], ac si ipse[d] esset stipulatus[e].

1 Quodcunque[a]. In dando tamen consistens: nam si faciendum aliquid filius, aut seruus stipularetur: veluti, vt sibi ire agere liceret, †non patri aut domino, sed sibi quæreret. l. stipulatio ista. §. hi qui. vbi diximus, cùm facti is, qui in alterius est potestate, capax sit. §. sed cum factum. de stipulat. seruor. in Instit. Qua ratione, & in aduentitiorum proprietate idem hodie dicendum, cùm iure nouo. C. quo vtimur, eorum bonorum vsusfructus patri duntaxat quæratur. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. ergo si filiusfam. circa hæc bona aduentitia nonnihil sibi, vel simpliciter stipuletur, proprietatem quæret, patri verò vsumfructum. §. j. per quas person. in Instit. licet si nominatim stipuletur, patri totum illi quæri, doct. communiter putant. l. stipulatio ista. §. alteri. Contra quos arbitror ipse indistinctè, siue sibi, siue patri, siue impersonaliter stipuletur, in iis rebus, quæ sibi quæri possunt, filiumfam. non sibi, sed patri quærere. §. idem iuris. de stipular. seruor. in Instit. Et quia stipulatio ex qualitate personarum stipulantium, & rerum in stipulationem deductarum interpretationem recipiunt. l. ij. §. & harum. l. iiij. §. Cato. hoc titu. l. si stipulatus. ff. de vsu. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & habita. & quoniam cum pater legitimus sit administrator bonorum aduentitiorum. l. j. C. de bon. mater. filius stipulando patri, circa ea bona videtur ei vt administratori stipulari: vnde sibi quærit, sicuti si sibi stipulatus esset: nam & ita in eo qui procuratori suo dari stipulatur, Vlpia. respondit. l. stipulatio

2 ista. §. si quis ergo. †Hinc porrò patet dictionem Quodcunque, vniuersalem distributiuam, quæ sui natura nihil excipit. c. solitæ. §. nobis. de maior. & obed. ad id tamen, quod per alias ll. determinatur, & rationis est restringi. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. l. Lucius. §. impuberem. ff. de leg. ij. neque enim est in iure nostro tam effusa vniuersalitas, quæ non ex personarum, negotiorum, & rerum aptitudine restrictionem recipiat. l. vt gradatim. §. j. ff. de mun. & honor. quod & ampliter excutiunt interpretes in l. j. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunciat. Et nos in primo de iuris ciuilis arte libro, plena manu diximus.

Filius stipulando quãdo patri quærat.

Vniuersalis dictionis restrictio.

b *In alterius potestate est.* Vt filius qui stipulando patri, tametsi furioso, quærit obligationem. l. si filius. ff. rem pupil. sal. fore. & seruus, qui siue sibi, siue domino, siue impersonaliter stipuletur, semper acquirit domino. l. j. & toto tit. ff. de stipula. seruor. est quippe vox filij, vox patris. §. ei verò qui. de inut. stipul. quin & vna persona pater & filius intelliguntur. l. fi. C. de impub. & vox serui, vox domini. l. si ser-

3 uus. ff. de dam. infect. †Fit autem ex hoc textu euidens, filium emancipatum, cùm in nullius sit potestate, patri non quærere. l. debitor. in fi. ff. ad Trebel. Eadémque ratione nec naturalem. §. j. de patria potesta. cùm per liberam personã, quæ neque iuri nostro subiecta est, neque bona fide nobis seruit, obligationem nullam acquirere possimus. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.

Emancipatus patri nõ quærit.

c Pro eo habetur. Quantum ad vinculum stipulationis, & vt patri, dominóue acquiratur.

d Ac si ipse. Dominus scilicet, aut pater, in cuius potestate est stipulator. l. si seruus. ff. de dam. infect.

e Esset stipulatus. Quo casu, sine dubio stipulator pater aut dominus sibi quæreret. Sic igitur, si filius aut seruus stipulatur, patri, vel domino quærit, etiam si hoc non adiiciat. §. fin. in fi. licet quandoque stipulatio serui per suæ personæ adiectionem reddatur inefficax, quæ alioqui vtilis foret. l. ij. & l. si seruus meus. ff. de stipulat. seruo.

§. SICVTI.

1 *Stipulatio post mortem fieri potest.*
2 *Moriens quando mori dicatur.*
3 *Dispositio ens in quo fundetur supponit.*

Sicuti[a] cum morietur[b] quis, stipulari potest[c]: ita etiam hi qui subiecti sunt alienæ potestati[d], cum morientur[e] stipulari possunt[f].

Contractus post mortē collati.

Icuti[a]. Superstitiosa fuit antiquitas, † quæ respuebat contractus post mortem collatos. l. vnica. in princip. C. vt actio ab hæred. & con. hære. nolens ideo quem post mortem suam dari vtiliter stipulari, quemadmodum neque post mortem eius à quo stipulabatur, sed neque permittit eum, qui in aliena potestate esset: vt seruum, aut filium post mortem patris sui, aut domini stipulari vtiliter: posteriores autem Iurisconsulti, quoniam eis visum est ex contrahentium consensu stipulationes effectum accipere, hunc articulum emendauerunt: vt hic, & apertius in §. seq. constituentes, vt siue post mortem stipulatoris, siue promissoris stipulatio rectè concipiatur, conceptáque pro tenore contractus valeat. l. scrupulosam. C. de contrah. stip. §. post mortem. de inutili stip. in Inst. & ita ab hæredibus, & contra hæredes incipiant actiones, & obligationes: quod veteres non concedebant, ne propter nimiam subtilitatem verborum, latitudo voluntatis contrahentium impediatur. dicta lege vnica, in fi. 1

b Cum morietur. Horum verborum proprietas vitæ tempus amplectitur, & idcirco summo iure videtur inutilis esse dispositio: sed melius est, inquit Vlpia. hæc verba benignius interpretari, vt post mortem suam videatur testator disposuisse. l. qui duos. §. j. ff. de manumissis testamēto. † nam & cum à Tauro philosopho Athenis quæreretur quādo moriens moreretur, cum iam in morte esset, an tum etiam cum in vita foret. plerosque refert Gellius libro vj. noctium Atticarum capitulo decimotertio, nihil in eo tempore vitæ reliquisse, totúmque illud quod mori dicitur, morti vindicasse. 2

Moriens quando mo ri dicatur.

c Stipulari potest. l. qui duos. §. primo. ff. de manumiss. testament. l. hæreditarium. ff. de bon. authorit. Iudic. possid. aut aliter contrahere. l. vnica. C. vt actio ab hæred. & cui hæred. † Planè contrarium prima fronte videri poterat, cùm non fundetur super non ente dispositio. l. Seiæ. ff. de tutoribus & curatorib. & in tempus prohibitum quodammodo conferatur. l. quod sponsæ. C. de donation. ant. nuptias. morte omnia soluente. §. disponat de nuptiis. colum. iiij. 3

Dispositio supponit ens in quo fundetur.

d Alienæ potestati. Vt filij, & serui.

e Cum morientur. Ipsi, scilicet filij, vel serui, qui stipulantur.

f Stipulari possunt. Et patri, vel domino quærant. quodcunque enim (dixit hic Vlpia. in prin.) stipulatur is qui in alterius potestate est, pro eo habetur, ac si ipse cuius ditioni subiectus est, esset stipulatus. Quare dubitandū non est, quin vtilis sit stipulatio: propterea scilicet, quod moriēte filio, aut seruo, id quod stipulatus erat alter, ad patrem vel dominum peruenturum sit. l. si à pluribus. §. fin. ff. de leg. j. Nec dixerit hic quispiam, filium & seruum, qui post mortem stipulantur in tempus non permissum, quo vox in potestate futuri non sunt, conferre dispositionem: in stipulationibus enim id tempus spectatur, quo contrahimus. l. si filiusfamil. Ex

quo

quo vires accipit ſtipulatio, quanuis ex ea petitio ſit ſuſpenſa. l. vſusfructus. ff. de ſtipulatione ſeruorum.

§. SI ITA QVIS.

1 *Pater ſtipulando filio, quam actionem quærat.*
2 *Pater videtur filio vt hæredi ſtipulari.*
3 *Licet, dictio.*
4 *Perſonæ an variari iure poſſint.*
5 *Pater ſi pro ſe, & deſcendentibus feudum acceperit.*

Si ita quis ſtipulatus ſit, *poſt mortem*[a] *meam filiæ meæ dari?* vel ita, *poſt mortem filiæ meæ mihi dari?* vtiliter erit ſtipulatus[b], ſed primo caſu[c] filiæ meæ vtilis actio[d] competit, licet[e] hæres ei[f] non exiſtat[g].

Poſt mortem[a]. Sanè poſt mortem dicit, quia ſi filiæ ſimpliciter ſtipularetur, non conferens in tempus ſui iuris, ſibi acquireret. l. donunus. vbi diximus.

b Vtiliter erit ſtipulatus. Receſſum eſt quippe ab antiquitate illa ſcrupuloſa, quæ contractus poſt mortem compoſitos reſpuebat. l. ſcrupuloſam. C. de contrah. ſtipul. §. poſt mortem. de inutil. ſtip. & §. præcedent. vbi dixi.

c Primo caſu. Cum pater poſt mortem filiæ ſuæ, ſibi dari ſtipulatus eſt.

Pater ſtipulando filio quam actionem quærat.

1 *d Vtilis actio.* †Quæ filiæ ex æquitate accommodatur. l. Caius. ff. ſol. matrim. l.
pater. C. de pact. conuen. cui directa per patrem quæri non potuit. l. ſi dos. §. ſi verò
filia. ff. de pact. dotal. etiam poſtea hæredi patris exiſtenti: quoniam ex poſtfacto id
confirmari non poteſt. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. per liberam autem perſonam,
quoniam nihil quæri poteſt. l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pign. act. l. ſi ita ſtipula-
tus. §. Chryſogonus. hoc titu. iis qui in noſtra poteſtate ſunt paciſcendo, prodeſſe
non poſſumus. l. & hæredi. §. nos autem. ff. de pact. niſi eis, vt hæredibus proſpicia-
mus: veluti ſi pater filio hæredi ſtipulatur, quo caſu directam eidem hæredi exi-
2 ſtenti acquirit. l. auus. ff. de pact. dotal. †Quippe hæredibus noſtris, vt nobiſmet-
ipſis conſuli conceſſum eſt. l. ſi pactum. ff. de probation. l. cuius. ff. de pact. vnde &
illis poſt mortem noſtram ſtipulari poſſe vtiliter contra ſcrupulum legis antiquæ
receptum eſt. l. vnic. C. vt actio. ab hæred. in dubio autem coniecturam capimus,
voluiſſe patrem filio, vt hæredi ſtipulari. l. ſi quis operas. ff. de oper. liber. tum pro-
pter parentum piam voluntatem erga liberos, quibus omnia, cùm ex voto parent.
l. nihil intereſt. §. j. ff. de bo. liber. eiſdem vt futuris hæredibus proſpicere videntur.
l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. l. ſcripto. in fin. ff. vnd. libe. nam & Apo-
ſtolus dicebat, ſi filius, ergo hæres: tum vt omnem omnino effectum habeat ſtipu-
latio. l. quoties. in ſtipulationibus. hoc tit. Nec obſtat hic text. in quo ſtipulatus
erat pater filio, vt filio, quo caſu vtilem tantùm & eam ex æquitate filio compe-
tere probauimus: vt hic, & l. pater. C. de pact. conuen. quæ latius exequuntur in-
terpretes in d. §. ſi pactus. & in l. quod dicitur. hoc tit.

Pater filio vt hæredi ſtipulatur.

3 *e Licet.* †Id eſt, quanuis. eſt enim dictio Licet aduerſatiua particula, de qua
nonnulla legito apud Archidiac. in c. ij. de iureiur. in vj.

Licet, dictio.

4 *f Ei.* Scilicet patri, quo in loco obſerua inculpatè mutari perſonas. †primum
nanque loquebatur de ſe pater in prima perſona, nunc verò in tertia: quare repre-
henſione caret inſtrumentũ perſonas ſic varians. c. dudum. de conuer. coniugato.

Perſonæ an varientur.

g Hæres ei non exiſtat. Hinc nota ea, quæ filiis quæruntur ex contractu patris,
ſi maximè in filiorum perſonam obligationes ſumant initium, filiis quæri, etiam ſi
5 hæredes patris non exiſtant. †Quare, vt doct. vbique latiſſimè tradunt, ſi pater pro
ſe & filiis deſcendentibus emphyteuſim aut feudum acceperit, ſuccedunt filij in
feudo, aut emphyteuſi: tametſi hæredes non ſint, cùm eis vt filiis, non vt hæredi-
bus prouiſum ſit, vt hic, & l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. vnde poterunt
filij, ſi eis videatur, patris hæreditatẽ debitis fortitan obnoxiam, aut aliter damno-

Pater ſi pro ſe, & deſcendentibus feudũ capiat.

sam recusare, & feudum aut emphyteusim retinere, licet secus dici debeat, si concessio facta fuisset simpliciter, nulla facta filiorum, aut descendentium mentione. c.vnic. An agna. vel fil. defunct. in feud. aut cum expressione qualitatis hæredis, quia accepit pater pro se, & filiis hæredibus, vtroque quippe casu non aliter filij admittentur, quàm si hæredes instituti sint, & adierint hæreditatem. dicto capit. vnic. & l. si patroni. in princip. §. j. ff. ad Trebellian. cap. j. §. cùm verò Conradus. qui feu. da. poss.

§. NON SOLVM.

1 *Conditio omnino extitura.*
2 *Si, & Cum, non differunt.*
3 *Cum, dictionis natura.*

Non solum ita stipulari possumus *cum morieris* [a], sed etiam, *si morieris* [b]. Nam sicuti inter hæc nihil interest [c], *si veneris*, aut *cum veneris* [d] ita & ibi nihil interest, *si morieris*, aut *cum morieris* [e].

Cum morieris [a]. Vt hac l. §. j. & §. ita autem, de inut. stip. in Inst.

b Si morieris. Vtroque quippe casu effectum habebit stipulatio, quæ quomodocunque & quandocunque morieris committitur, nec erit hæc stipulatio pura, licet sub conditione omnino extitura composita, nempe mortis. l. j. §. dies. §. de cond. & demonstr. quod enim scriptum reliquerunt Iurisconsulti eum, † qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè stipulari videri. l. si pupillus. §. j. ff. de noua. dubio procul obtinet in conditione omnino certa, & etiam de præsenti necessaria, vt si cœlum digito non tetigero. Atqui licet certum sit, omnem hominem moriturum, diem tamen incertum habet mors, d. l. j. §. dies. 1

Conditio omnino extitura.

c Nihil interest. † Inter dictionem Si, & Cum, non est differētia: quippe inducit vtraque conditionem. l. si Titio. §. j. ff. quan. di. leg. ced. l. qui promisit. ff. de cond. ind. licet in modo eam inducendi differant, quia dictio Si, principaliter conditionem facit, deinde tempus demōstrat: dictio verò Cùm, rectà tempus præmonstrat, secundariò conditionem. d. l. si Titio, in princ. Quò fit, vt dictio Si, ad voluntatē promissoris relata inutilē efficiat stipulationē, non itē dictio Cùm. l. centesimis. §. final. vbi hoc ipsum clarius explico. † Et hæc vera, cùm dictio Cum, actui alicuius verbi adiūcitur: nā si inter res, aut personas locaretur, sicut dictio Et, ex propria natura cōiungeret sine vllo cōditionis intellectu. l. si quis Titio. ff. de vsufruct. accresc. l. Titiæ textores. §. penult. ff. de leg. j. l. illi. ff. de vsusfruc. lega. l. triplici. ff. de verb. signific. Adiecta quoque dictio Cùm, actui verbi nonnunquam cōditionem minimè facit: vt cùm adiectio admonitionem habet. l. si decem cùm petiero: nam & idē in dictione Si, Vlpian. respondit. l. muto. §. j. ff. de tutel. aut ad executionem obligationis purè refertur. l. ex his. ff. quan. di. leg. ced. 2 3

Si & cum non differunt.

Cum dictionis natura.

d Aut si veneris. Omni quippe casu committitur stipulatio ita concepta, quandocunque, & quomodocunque veneris.

e Aut cum morieris. Nam & his duobus casibus semper mortis tempus spectamus. l. stipulatio. §. inter certam.

§. FILIVS.

1 *Filius semper patri stipulari videtur.*

Filius dari Patri stipulari videtur, & si hoc non adiiciat [a].

Non adiiciat [a]. Vt patri detur, † aut quæratur commodum ex stipulatione: nihil enim interest sibi, an patri, an verò impersonaliter, sine alterutrius adiectione filius dari stipuletur. §. idē iuris, de stipul. seruor. in Inst. Quocunque enim stipuletur modo, perinde est, atque si pater ipse 1

Filius quando patri censeatur stipulari.

ipse sibi esset stipulatus, vt hac l. in princ. Cuius argumento confirmo quod plerique receperunt personam extrinsecus in stipulatione, subintelligi si non reddatur inutilis stipulatio: licet alioqui contra. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. vbi Cuma. ff. de verbo. oblig. Alex. post alios. l. post dotem. col. 4. ff. sol. mat.

IOAN. CORAS. VALEN. PENVL. OCTOB. M. D. XLVI.

L. CENTESIMIS.

1 *Calendarium.*
2 *Vsura centesima.*
3 *Stipulatio pura in diem, & sub conditione.*

XLVI. PAVLVS.

Centesimis Calendis[a] dari vtiliter stipulamur: quia præsens obligatio est, in diem autem dilata solutio[b].

1 *Entesimis Calendis[a].* Hoc est, Cal. centesimi mensis, cuiusmodi loquendi ratio à fœneratorum consuetudine ducta est, qui solebant olim in menses fœnerari. l. lecta. ff. de reb. credit. † Vnde & illa stipulatio intra quintas calendas. l. j. §. si quis simpliciter. & Calendarium appellauerunt librum rationum, in quo fœneratores debitorum nomina describebant. l. qui filium. l. nomen & l. vxorem. §. qui legauerat. ff. de leg. iij. l. nepoti. ff. de fund. instru. *Calendarium.* 2 † Hac quoque ratione, cum duodecim pro centenario in singulos annos soluebatur, centesimam vsuram dixerunt, quòd centesimo quoque mense sortem æquaret. Ex hac quoque consuetudine deductum puto, vt stipulationes in Calendas conciperentur, & licet ad centesimas perrarò conferretur stipulatio: quia tamen id accidit, & etiamnum euenire potest, eam attigit hîc Paulus, quem de centesimis calendis loquentem fatuum est interpretari, vt annos centum intelligat, cùm Calendæ nō annos sed menses significent. *Vsura centesima.*

3 *b Dilata solutio.* † Stipulatio aut purè, aut sub conditione, aut in diem constituitur. §. omnis. de verbo. oblig. in Instit. purè concepta petitionem parit statim, debetúrque præsenti die pecunia. l. cum qui Calen. §. quoties. Sub conditione verò si fiat, non debetur priusquàm venerit conditio. l. cedere. ff. de ver. sig. In diem verò (qua de agimus) constituitur, cùm tempus quo soluatur pecunia stipulationi adiicitur: veluti, promittis mihi dare aureos decem Cal. Nouembribus. Id autē, quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed peti priusquam aduenerit dies, non potest, vt hic, & d. §. omnis. ad quem modum exponenda sunt Vlpian. verba, dicentis adiectum diem efficere, ne pecunia debeatur. d. §. quoties. Intellige enim cum effectu exactionis, præsens tamen est, vt hîc Paulus ait, obligatio. *Stipulatio pura in diē & sub conditione.*

§. ID AVTEM.

1 *Stipulatio facti, quando ad hæredes transeat.*

Id autem quod in facto est, in mortis tempus conferri non potest: veluti, *Cùm morieris Alexandriam venire spondes.*

1 *On potest[a].* † Quoniam eo tempore explicari à promissore nequit, & ita impossibile in obligationem deductum videtur. Nec obstat, quòd stipulatio etiā in faciendo consistens, ad hæredes, & in hæredes transmittatur. l. veteris. C. de contr. stip. nam hoc verum si ea in persona principalis effectum habere potuerit. l. sub hac, in fi. ff. de actio. & obli. & d. l. veteris, vers. cur enim, & c. licet de voto. & vot. redemp. *Stipulatio facti, quādo trāseat ad hæredes*

§. SI ITA STIPVLATVS.

1 *Arbitrio promissoris non confertur stipulatio.*
2 *Voluntatis declaratio ad hæredem non pertinet.*
3 *Stipulationis Si volueris, & Cum volueris differentia.*

Si ita stipulatus fuero, *cum volueris*, quidam esse stipulationem aiunt[a]. Alii ita inutilem esse, si antè quàm constituas[b] moriaris[c]: quod verum est[d]. Illam autem stipulationem, *si volueris dari*[e] inutilem esse constat[f].

Stipulatio non confertur arbitrio promissoris.

Iunt [a]. Cùm responderit Vlpian. † inutilẽ stipulationẽ, cuius cõditio 1
in promissoris arbitriũ confertur. l. stipulatio nõ valet, & pro nõ dicto esse debeat; quod dare nisi velis cogi non possit. l. sub hac. ff. de actio. & obli. nunquã enim se voliturũ lex præsumitur. l. cùm de indebito. ff. de probat. Qua ratione legatum in hæredis arbitriũ poni non potest. l. senatus. §. pen. ff. de leg. j. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. iij. & stipulatio Si volueris, inutilis est, vt hic in fi. Inter hæc autem nihil interest, *Cùm volueris*, aut *Si volueris*. l. prece. §. non solùm.

b Constituas. Hoc est, declares tè velle.

c Moriaris. Ergo à contrario, si ante mortem constitueris te velle, vtilis erit stipulatio.

Volontas morte finitur.

d Quod verum est. Morte quippe promissoris finita est eius voluntas. l. iiij. ff. loca. c. si gratiosè, de rescript. in vj. † Cùmque mors omnia soluat. §. deinceps. de 2
nupt. col. iiij. amplius consilium suum non poterit declarare. c. vnic. §. fin. ne sed. vac. in vj. Quæ declarandi facultas ad hæredem minimè pertinet, vt hoc text. optimè probatur. Accurs. in l. idem Pompo. §. fin. ff. de rei vend. & in l. inter stipulantem. §. j. hoc tit. licet in testamentis, in quibus plenissima fit interpretatio. l. in testamẽtis. ff. de reg. iur. c. cum dilecti. de dona. hærede grauato, cùm voluerit priusquã se voluisse declarasset mortuo, firma maneat dispositio, ipsiúsque hæres præstare teneatur. l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. ff. de leg. iij.

Stipulationis si volueris, & cùm volueris differẽtia.

e Inutilem esse constat. † Inutilis quippe est stipulatio in arbitrium rei promittendi collata conditione. l. stipulatio non valet. licet in voluntatem stipulatoris rectè conferatur. l. si quis stipulatus sit stichum, sicut legatum in voluntatem legatarij. l. si ita legatum. §. illi. ff. de legat. j. Sed cur non æquè ab initio inutilis est stipulatio, *cùm volueris*, cũ inter has stipulationes duas, *cùm volueris*, & *si volueris*, nihil interesse dicat Vlpian. l. præced. §. non solum. Dic rationem esse, quia in stipulatione *si volueris*, obligationis substantia expressè principaliter & rata in promissoris voluntatem confertur contra eius substantiam. l. stipulatio non valet. Stipulatione verò, *cùm volueris*, velatè tantum tacitè, & in consequentiam temporis, quod principaliter per dictionem *Cùm*, demonstratur. l. si Titio. ff. quan. di. leg. ced. Plerunque autem contingit, vt quædam nominatim expressa officiant, quæ si verbis tegantur, momentum aliquod sint habitura. l. si quis Sempronium. ff. de hæred. initi. l. nonnunquam. ff. de conditio. & demon. & aliud iuris est, si quid tacitè contineatur, aliud si verbis exprimatur. l. si ita legatum. §. j. ff. de leg. j. Inde vulgò iactatum, expressa nocent, non expressa non nocent. l. expressa. ff. de reg. iur. Sic in testamentis dicimus inutile legatum, si hæres voluerit. l. Senatus. §. legatum. ff. de leg. j. non autem cum voluerit. l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. & §. quanquam. & l. vxorẽ. §. scæuola. ff. de leg. iij. Ergo qui promittit, *cùm voluerit*, voliturum se quodammodo præmonstrat, licet in certum tempus relinquat: quando sit voliturus distulisséque duntaxat voluntatem in tempus videtur. l. ex his. C. quan. di. leg. ced. Qui verò promittit dare, *si voluerit*, nihil ponit, sed actum omnino per expressam conditionem suspendit. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa caus. testam. l. cedere diem. de verb. sig. in suam voluntatem apertè obligationem confe-

rens,

rens, quod fieri nequit.d.l.stipulatio non valet. IOAN. CORAS. VALEN. VLTIM. OCTOB. M. D. XLVI.

L. QVI SIC STIPVLATVR.

1 *Nouatio quando inducatur.*
2 *Stipulatio secunda idem continens quandoque valet.*
3 *Qualitates in sequenti obligat. repetitæ creduntur.*

XLVII. VLPIANVS.

Qui sic stipulatur[a], *Quod te mihi illis Calendis*[b] *dare oportet, id dare spondes?* videtur non hodie[c] stipulari, sed sua die, hoc est Calendis[d].

1
Tipulatur [a]. Simpliciter ex causa, † quæ ante stipulationem deberetur, etiam non animo nouandi: satis quippe inducitur nouatio, eo ipso quòd stipulatio fit sub commemoratione primæ obligationis. l. non ad ea. ad fin. ff. de condi. & demon. l. sicut. ff. de adim. lega. nisi apponeretur incontinenti iuxta cõtractum solemnem, puta, societatis. l. duo societatem. ff. pro soc. quod eo casu magis, vt robur addatur contractui, quàm vt voluerit à principali contractu statim recedere infantiliter variantes præsumendum sit. d. l. non ad ea. & l. illud §. fi. ff. ad l. Aquil. *Nouatio quando inducatur.*

b Illis Calendis. Ianuariis puta.

c Non hodie stipulari. Vt præsens sit obligatio, seu præsenti die pecunia debeatur. Contrarium tamen prima fronte videri poterat. ex quo enim neque dies, neque conditio stipulationi adiicitur, pura censeri debet. §. omnis. Instit. de verb. obligation.

d Calendis. Ianuariis scilicet, de quibus conuentum erat. Sed nónne superfluit, atque ideo inutilis est hæc stipulatio, in qua non plus quàm in prima contine-
2 tur. l. j. in fin. ff. ad municip. † ideóque ex priore agi debet. l. qui bis idem. Responde non propter nouationem obligationis, quæ inducta est, per sequentem stipulationem sub commemoratione prioris factam, vt diximus. Quare prior obligatio sublata erit, enatáque noua. l. j. ff. de nouat. vt meritò inanis dici non debeat stipulatio, qua de agitur: in qua tamen hic eleganter traditum censeri repe- *Stipulatio secunda idem continens.*
3 titas † qualitates primæ obligationis, ad quam refertur. l. si prior. ff. solut. matri. cum in locum prioris subrogetur. l. j. §. si sub conditione. ff. vt leg. no. cauea. intellige, nisi facta qualitatis repetitione, redderetur inutilis stipulatio. l. si dari. nõ item censetur in posteriore contractu repetita qualitas beneficij personalis, quæ priori inerat actui in præiudicium noui creditoris. l. Nesennius. ff. de re iud. nisi verba aliud inferant, veluti, si maritus dotẽ promiserit nomine mulieris, à qua diuerterat, quo casu nõ plus, quàm facere possit dotis futurum esse Iulianus respondit. l. si prior. dotis enim verbũ à marito prolatũ continet id duntaxat, quod in iudicio dotis mulier consequutura fuisset. l. Mæuio. §. fi. ff. de leg. ij. IOAN. CORAS. TOLOSAT. VALEN. I. NOVEMB. M. D. XLVI. *Qualitas censetur repetita.*

L. SI DECEM.

1 *Magis, dictio.*
2 *Reddendi verbum.*
3 *Verba quæ conditionem faciunt, vel admonitionem.*
4 *Conditio non ex verbis, sed ex mente.*
5 *Conditiones ex euentu.*
6 *Conditionalis stipulatio an transmittatur.*

XLVIII. IDEM.

Si decem *cum petiero*[a] dari fuero stipulatus, admonitionem magis[b] quandam quò celerius reddantur[c], & quasi sine mora[d] quàm conditio-

nem* habet stipulatio:& ideo licet decessero priusquam petiero, non videtur defecisse conditio[f].

Vm petiero [a]. Dubitationẽ in hoc text.faciebant hæc verba, siquidem nihil interesse videatur, verũ dari stipuler, quo casu conditio inducitur.l.si ita legatũ.§.illi si volet.ff.de legat.j.an cùm petiero.l.qui promisit.ff.de conditio.ind.l.quodcunque.§.non solũ, hoc tit. vtrobique enim eadẽ est cõditio.l.si Titio. ff. quan. di.leg.ced. Quocirca me stipulatore mortuo, priusquã petiissem, cõditio defecisse videbatur:atque ideo ius petendi ea decem ad hæredem nequaquam pertinere.l. à testatore.ff.de condit. & demonstra.

Magis dictio. b *Magis.*† Hanc dictionem nõ electiuè, sed comparatiuè:& sic propriè, contra doct.hic accipi videor, vt vtrunque includatur,& admonitio, & conditio:licet alterum, scilicet admonitio magis.hæc enim verba, cum petiero, conditionem habere manifestum facit hic text.in fi.dum ait,non videri defecisse conditionem. Igitur aliqua fuit conditio, inspecta saltem figura verborum. 1

Reddendi verbum. c *Reddantur*. † Hic perpende verbum reddere, quod propriè retrodare significat, accipi simpliciter pro dare: quod & Celsus comprobans ait, Verbum reddẽdi, quanquam significatum habet retrodandi, recipit tamen, & per se dandi significationem.l.verbum reddendi.ff.de verb.signifi. 2

d *Et quasi sine mora*. Hoc est, his verbis stipulator ipse videor duntaxat admonere,& commonefacere promissorem, quòd ne moram faciat, sed quàm celerrimè cùm petiero, hoc est, ad voluntatem meam, paratus sit dare quod promisit. Moram autem promissor faceret, si postquam petiissem, licet extra iudicium, dare differret.l.denunciasse, in princ.ff.ad l.Iul. de adult. licet in stipulationibus quæ admonitionem non habent, ante acceptum iudicium non dicatur quis petere, sed petere velle.l.amplius.ff.rem.rat.hab.

Verba quæ faciunt conditionẽ vel admonitionem. e *Quam conditionem*. Ad hanc propemodum sententiam idem Vlpan. scripsit, †Hanc adiectionem, quam præsides prouinciarum faciunt, *Tutorem do, si satis dederit*, non conditionem in se habere, sed admonitionem, vt scilicet non aliter tutori gerere permittatur, quàm si satisdederit.l. rẽ pupillo saluã fore cauerit.l. muto.§.j.ff.de tutel. 3

Conditio non ex verbis, sed ex mente. f *Non videtur defecisse conditio*. † Quæ licet spectata verborum figura aliqua sit.l. si Titio. ff.quan.di. leg. ced.ex mente tamen contrahentium nulla scripta stipulationi intelligitur.l.Tiria hæredis.ff. de condi.& dem.sed executionis tempus ad voluntatem stipulatoris duntaxat demonstratum, quo videlicet præstatio rei promissæ fieri debeat.l.stichum qui.ff.de legat.j.l.ex his.ff. quan.di leg. ced. Quare ex die stipulationis effectum sumit obligatio, vt præsens, id est, pura magis, quàm conditionalis esse credatur.l.si ita quis promiserit, in prin. Poterit igitur hæres stipulatoris decẽ petere, quæ non petiit stipulator.l.vereris. C. de contrahen. stipul. quod non posset, si conditionalis esset stipulatio, quandoquidem ius implendi arbitrariam conditionem, quam potestatiuam dicunt, vt vulgò fertur, non transeat ad hæredes.l.centesimis.§.fin.hoc titu.l.à testatore.ff.de condit. & demonstratio. cum in personis expressis in dispositione pro forma debeat impleri.l. qui hæredi. 4

Conditiones ex euentu. in princip.& l. Mæuius. ff. de condition. & demonstra.† Planè conditiones quæ ex euentu pendent, mortuis interim stipulatoribus, ad hæredes transmittuntur. §.ex conditionali, de verb.obligat. in Inst. & in hæredes promissoris transeunt.l. si quis si Titius, quanuis legatum conditionale, legatario pendente conditione mortuo, ad hæredes ipsius minimè transeat.l.vni.§. fin autem. C.de cad.tol. Inducique solet hæc differentiæ ratio: † quia stipulatio velut duorum cõsensu cõstans, efficacius operari debet quàm legatum solius testatoris voluntate munitum. Accurs.l.j.C.de pact.DD.d.§. ex conditionali. Enimuero nos quandoque defendimus, Arbitrariam quoque conditionem ad hæredes migrare.l. si prædio. ff. de in 5 6

Conditionalis stipulatio an transmittatur.

di.

di. addict. si enim per alium quamlibet extraneum impleri potest.l. Arethusa, in fin.ff.de stat.hom.l.si.ff.de cond.instit. cur non & per hæredem, qui defuncti personam sustinet.§.j. de iuteiur. col. v. cùm præsertim finis propter quem conditio adiecta est, non varietur.l.hæredes.ff.de reg.iur. Nec obstant Pauli, Vlpianique leges.d.l.Centesimis.§.fin.& hæc l.si decem. quæ de conditione personæ stipulatoris cohærenti loquuntur, *Si petierit, Si voluerit*, quam fateor stipulatoris morte perimi, cùm non soleant personæ cohærentia transire in hæredes. l. sicut.§.fi.ff. qui. mo.vsu.amit. IOAN. CORAS. VALEN. I. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. CVM FILIVSFAM.

1 Spondeo, *verbum, stipulationem notat.*
2 *Pater & dominus quomodo de peculio obligentur.*
3 *Dolus procuratoris dominum obligat.*
4 *Actio in patrem morosum datur.*
5 *Patris, & fideiussoris similitudines differentiæque.*

XLIX. PAVLVS.

Cum filiusfam. *stichum dare* spoponderit[a], & cum per eum[b] staret[c] quominus daret, decesserit stichus, datur in patrem de peculio actio[d], quatenus[e] maneret filius stipulatori obligatus[f]. At si pater in mora fuerit[g], non tenebitur filius[h], sed vtilis actio[i] in patrem danda est, quæ omnia & in fideiussoris persona dicuntur[k].

1 *Spoponderit*[a]. Per stipulationem vt sequitur, † quam spondeo, & spopondi verbum satis demonstrat.l.cum ad præsens.ff.de reb.cre.cum & illud vnum olim esset ex solennibus stipulationis contrahendæ.§. in hac re, de ver.oblig.in Inst. vnde vbi lex refert partes se ex sponsione cōstruxisse, id factū stipulatione aduersus alios interpretor.l.vni. C. de suffrag. *Spondeo verbum.*

b Per eum. Scilicet, filium.

c Staret. Quia interpellatus à stipulatore non dedit.l.si ex legati.

2 *d De peculio actio.* Licet iure ciuili ex alieno contractu nemo obligetur, † adeò vt nec pater pro filio, domin⁹ pro seruo obligari queat.&.l.j.& toto tit.C. ne filius pro patre.l.dominium.C.quod cum eo.cùm tamen pater filiofam.dominúsque seruo pecuniam concedit, cum qua negotietur, æquum prætori visum est, ex horum contractu patrem, dominúmve obstringi ac conueniri posse, cùm ex ipsorum voluntate, qui peculium concesserunt, filij & serui contraxisse intelligantur: sed limitatè respectu quantitatis concessæ in peculium. Ideo induxit etiam Prætor, vt non insolidum, sed quatenus se illa voluntas, & sic peculij quantitas extenderet patris dominíve ex contractis per filios, & seruos obligarentur.§.actiones, de act.in Inst. Qua ratione constituit hîc Paulus, vt ex mora filiifam. qui Stichū date promiserat, Sticho mortuo, pater de peculio teneatur. *Pater, & dominus quomodo de peculio obligentur.*

3 † Hinc autem notabis dolum præsumptum procuratoris, aut alterius administratoris, dominum obligare: dolo nanque comparatur inexcusabilis hæc mora filii.l. quod Nerua. ff.depos.& magna negligentia dolus est, scilicet præsumptus.l.magna.ff.de verbo.signifi.quæ tamen patrem de peculio obligat: vt hic, licet dolus verus in generali concessione administrationis semper exclusus intelligatur.l.creditor.§. Lucius.ff.mandat. *Procuratoris dolus dominum obligat.*

e Quatenus. Id est, inquantum.l.in hæredem.ff.de dol.

f Obligatus. Hoc est, eatenus seu intantum actio de peculio contra patrem dabitur, quatenus, seu inquantum filius remanet obligatus ex stipulatione: manet autē obligatus etiam mortuo Sticho, cùm in mora fuerit, & morosus interitu rei non liberetur.d.l.si ex legati.& l.quod te.ff.de reb.cred.

g In mora fuerit. Quia interpellatus non dederit.d.l.si ex legati causa.

h Non tenebitur filius. Qui motam non contraxit, cùm speciei debitor sit: ideóqu (r)ea perépta, ante morã liberetur.d.l. quod te.ff.de reb.credit.nec quidquam facit, quòd pater fuerit in mora: cùm is de peculio, vt fideiussor, filius verò qui promisit,vt principalis obstringatur.l.eum qui.§.an pater.ff.de fur.fideiussoris autem mora reo non obest.l. mora.§.fi. de vsur. licet è diuerso mora rei noceat fideiussori.l.mora,vbi pono.

Pater morosus actione conueniri potest.

i Vtilis actio. Datur in patrem qui moram fecit, vtilis actio ex stipulatu, † sicut 4 contra fideiussorem.d.l. mora.§. fina. ff. de vsur.non etiam directa, cùm ea filius qui contraxit,duntaxat teneretur, in quo euanuit per mortẽ Stichi promissi, cuius interitu promissor filius sine cõtrouersia liberatus fuit.d.l. quod te.d.l.si ex legati.Vbi verò Stichum promissum pater occidisset, quoniam filio debitore liberato in consequens ipse quoque dimittitur, redderetur in patrem de dolo, actio nedum vtilis ex stipulatu, quemadmodum in eum fideiussorem,qui promissum hominem occiderit.l.si fideiussor.ff.de dol.l.cum quis.§.si quis pro eo.ff.de solut. Nec harum actionũ concursus impeditur, cùm vtraque sit extraordinaria actio. l.j.§.ait Prætor.cum ibi not.ff.de dol.Eligere tamen debet stipulator,qua actione experiatur,an de dolo,altera quarum electa,scire debet sibi regressum ad alia non futurũ.l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tributo.& l.cum filius.§.varius.ff.de leg.ij.

Patris,& fideiussoris similitudines,ac differentia.

k Dicuntur. † Quæ dicta sunt in patre, in simplici quoque fideiussore accipi 5 vult Iul.Paul.nam & filij fideiussor pater intelligitur,qui peculium filio dedit. Aequiparantur ergo quandoque à lege pater & fideiussor, vt hîc,&.l.eum qui.§.an pater.ff.de fur.quod non per omnia verum est, sed in casibus duntaxat expresis. Etenim pater re ipsa, sine vllo verborum adminiculo, eo ipso tenetur, quo peculium filio concedit.§.actiones.de action.in Instit.cùm tamen fideiussor alius, non nisi cum verborum solennitate obligetur.l.v.§.satisacceptio.Et contra filium lata sententia mox datur executioni contra patrem.l.& si condemnatus.ff.de noxalib.actio.l.si filiofam.ij.ff.sol.matrim.In fideiussorem verò præsertim contractus non fit sine nouo processu executio.l.grege.§.si cum defensore.ff.de pignorib. Denique pater statim conuenitur.l.iij.§.sed vtrum.ff.de minor.non item fideiussor hodie,nisi excusso principali, aut præsenti.C.de fideiussor.Et ideo hodie non obtineret,quod hîc dicitur: vt si moram contraheret fideiussor ad instar patris,in eum daretur vtilis actio, non enim posset moram facere principali non discusso, quantumuis centies interpellatus(nisi eius.l.beneficio renunciatum esset.) Etenim vbi nulla cadit petitio,ibi nulla mora fieri intelligitur.l.si pupillus.nec is moram contrahit,à quo pecunia propter exceptionem peti non potest.l.lecta.ad fi. ff.de reb.cred. IOAN. CORAS. VALEN. II. NOVEMB. M. D. XLVI.

§. SI STIPVLATVS.

1 *Fideiussor rei factum promittens.* 2 *Fideiussor impediens reum an teneatur.*

Si stipulatus sim *per te non fieri quominus mihi ire agere liceat*, & fideiussorem accepero[a], si per fideiussorem steterit[b], neuter tenetur[c]: sed si per promissorem, vterque[d].

Fideiussor factum rei promittẽs.

F*Ideiussorem accepero[a].* † Qui simpliciter fideiussit pro reo,aut promisit 1 se acturum, & curaturum ne præstes impedimentum, effecturúmque per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat: vtrobique enim idem promissum intelligitur.l.vbi autem.§.qui à Titio, & fideiussorem factum rei promisisse, cum factum alienum inutiliter promittatur.l.stipulatio ista.in prin.etiam à fideiussore.l.sicut reus.ff.de fideiuss.non item de se,vt accipiendum est,vt scilicet fideiussor se facturum promiserit,cum non in aliud, quàm principalis obligari posit.l.Græcè.§.illud,&c.§.si quis Stichum.ff.de fideiuss.sed(vt dixi)

dixi) se acturum vt reus faciat, cuius rei vtilis est promissio. §. si quis alium. de inut. stipulat. in Instit.

b Per fideiussorem steterit. Id est, fideiussor me impedierit, quominus mihi ire agere liceat.

c Neuter tenetur. Directò scilicet, non tu reus in primis qui non me impediisti,
2 † quique ex facto fideiussoris non obligaris l. mora. non item fideiussor impediens, *Fideiussor an teneatur, si reum impediat.*
cùm is non promiserit se non impediturum, sed duntaxat acturum ne præstaret reus impedimentum. Verùm, quoniam mora sua vnicuique nocere debet: l. in condemnatione. §. penultimo. ff. de reg. iur. etiam fideiussori. l. si libertus moram. ff. de oper. libert. licet fideiussor impediens directò ex stipulatione non teneatur: vtilis tamen actio in eum dabitur l. mora. §. fi. ff. de vsur. vel quoniam meo iure me vetat vti, poterit vt quilibet alius iniuriarum conueniri. l. qui pendentem. ff. de act. empt. l. iniuriarum. §. si quis me t. ff. de iniur.

d Vterque. Et promissor, per quem factum est quominus mihi ire agere licet, & fideiussor cui nocet factum principalis. l. mora. §. fin. ff. de vsur. l. mora. hoc te. & l. si à colono. §. fin. ff. de fideiuss.

§. IN HAC.

1 *Hæres quanuis ignorans, de facto defuncti tenetur.*
2 *Ignorantiam leges non puniunt.*
3 *Contrauentum ex proposito quando sit necesse.*
4 *Pupillo quandoque non subuenitur.*

In hac stipulatione, *neque per te, neque per hæredem tuum fieri*[a], per hæredem fieri videtur, quanuis absit[b] & ignoret[c], & ideo[d] non facit quod fieri ex stipulatu oportet[e]. Non videtur autem per pupillum stetisse[f] ex huiusmodi stipulatione[g], *si pupillus hæres erit*[h].

Vum fieri[a]. Quominus, scilicet mihi ire agere liceat.

Per hæredem fieri videtur. Etiam si alius me prohibeat.

b Quanuis absit. Tempore quo præstatur impedimentum, quia finge familia hæredis eo absente, & ignorante, prohibuit stipulatorem ire agere.

c Et ignoret. Defunctũ per stipulationem promisisse, neq; per se, neq; per hæ-
1 redẽ suum fieri, quominus stipulatori ire agere liceret. † Hincq; nota infixam esse *Hæres etiã ignorãs de facto defuncti tenetur.*
adeò personæ hæredis obligationẽ defuncti, vt hæres quanuis absens, & ignorans, promissioni quam fecit defunctus dicatur contrauenire, atque ideo meto iure teneatur: quoniam autẽ error alieni facti tolerabilis est. l. fi. ff. pro suo, aq; ideo eorum ignorantia iusta, qui succedunt in locum alterius. l. qui in alterius. ff. de reg. iuris, æquitate fortiter pro hærede qui ignorat pugnante, restituetur in integrum ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa esse videbitur.* l. j. §. fi. ff. ex quib. caus. maio. nam & hæredes in ea qua sunt ignorantia, secundũ æquitatem se tueri posse, præmon-
2 strauit Arist. in 3. de Anima. cap. 7. † Et consensum non ignorantiam obligari, puniriue leges voluerunt. l. fi. de decre. ab or. faci. l. generali. de tabul. lib. x. C. *Ignorantiã leges non puniunt.*

d Et ideo. Quoniam absens est, & ignorans.

e Non facit quod fieri ex stipulatu oportet. Verbo facti, non factum intellige. l. vbi autem. §. qui id quod, vt sensus horum verborum sit, hæredem promissoris quanuis absentem & ignorantem impedientem stipulatorem, quominus liceat ei ire agere non facere, quod ex stipulatu oportet, id est, aliter facere quàm promissum sit. Etenim impedit stipulatorem, cùm eum non impediri, neque per se, neque
3 per hæredem suum defunctus promisisset. † Nec arbitretur hîc quispiam stipulationem non committi, cùm ab hærede non sit ex proposito contrauentum, sicut *Contrauentum ex proposito.*
& in conditionibus dicimus, quæ si fato impleantur, non videtur obtemperatum voluntati. l. ij. in fi. ff. de condit. & demonstr. Etenim illud in vltimis voluntatibus

obtinet, quas exactè seruari, vt magis congruit menti testantis, lex vbique constituit: nos de contractibus agimus, in quibus cùm strictè verba spectemus, ea quoquomodo, siue data opera, siue fortuitu effectum habere satis est. l. cùm seruus.

Pupillo quandoque non subuenitur.

4 *f Per pupillum stetisse.* † Licet prohibeat ipse, aut alius eius nomine, cùm eius sit ætatis, vt non intelligat quid agat, & quid videat ignoret. l. j. §. fin. C. de fal. monet. nec enim scire, neque discernere talis ætas potest, non magis quàm furiosus. l. pupillus. ff. de acquiren. hæred. Vnde non facit moram debitor, qui ad pupilli creditoris interrogationem non soluit. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsur. Quòd si nullum pupilli factum consideraretur, quia tota dispositio ex persona patris, eiusdémque facto descenderet, pupillo non subueniretur. l. apud Iulianum. §. j. ff. qui. ex caus. in pos. ea. l. fin. C. si aduer. ven. pign. Nec enim per ætatem cuiquam succurrit lex, nisi ab eo aliquid gestum sit. l. ait prætor. in princ. ff. de mino. Et si aduersus hæreditatem iacentem committitur stipulatio, ex contractu defuncti. l. ad diem, multò magis contra pupillum, qui nullum aduersus gesta defuncti ex sua persona priuilegium habet. d. l. apud Iulianum. §. j.

g Ex huiusmodi stipulatione. Neque per te, neque per hæredem tuum fieri.

h Hæres erit. Et impedierit stipulatorem quominus iret ageret, aut non prohibuerit impedimentum ab alio præstari.

§. SI PROMISSOR.

Si promissor hominis[a] ante diem in quem promiserat interpellatus sit, & seruus[b] decesserit[c]: non videtur per eum stetisse[d].

Hominis[a]. Pamphili puta.

b Et seruus. Pamphilus promissus.

c Decesserit. Ante tamen diem in quem promissus erat.

d Per eum stetisse. Et ideo interitus ad eum non pertinebit, cùm facta non opportuno tempore interpellatio nihil operetur. l. si soluturus. ff. de solut.

IOAN. CORAS. VALENT. III. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. IN ILLA.

1 *Stipulatio emptæ hæreditatis.*
2 *Pecuniæ verbum generale.*
3 *Officij necessitas.*

In illa stipulatione, *per te non fieri*[a], non hoc[b] significatur, nihil te facturum quominus facere possim, sed curaturum vt facere possim[c]. Item in stipulatione emptæ hæreditatis, *quanta pecunia*[d] *ad te peruenerit, dolóue malo tuo factum est, erítue quominus perueniat*, nemo dubitabit quin teneatur, qui id egit[e], ne quid ad se perueniret[f].

Per te non fieri[a]. Quominus mihi ire agere liceat.

b Non hoc. Tantummodo.

c Vt facere possim. Dando operam ne filius, seruus, aut alius de familia tua, quique à te prohiberi potest, me impediat. l. in lege. ff. loca. l. iij. ff. de noxa. l. fluminum. §. quanquam. ff. de damn. infect.

Stipulatio empta hæreditatis.

d Quanta pecunia. † Verba sunt stipulationis emptæ hæreditatis. Si enim mihi hæreditatem vendis, stipulor à te ita, *Quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenerit, dolóue malo tuo factum erit quominus perueniat, restituere spondes?* l. cùm stipulamur. ff. de verb. sig. l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel act. vend. l. si creditor. in prin. ff. de pecul. 1

Pecuniæ verbum.

† Cùm autem pecuniæ verbum generale sit, omnia omnino cótinens corpora. l. pecuniæ. ff. de verb. sig. l. ij. in fi. C. de const. pecu. c. totum. j. quæst. iij. non ad pecuniam numeratam duntaxat hoc loco referendum est, sed vt omnes res, & mobiles, & immobiles contineat, accipi debet. l. quisquis. ff. de leg. iij. 2

e Qui

e Qui id egit. Id est, qui curauit & effecit.

f Peruenerit. Vt quoniam dolo malo fecit, quominus ad eum perueniret, & hoc emptori, eidémque stipulatori præstari debeat. l. ij. §. sed & si quid. ff. de hæred. vend. cùm illud quoque ad eum peruenisse intelligatur. l. si verò. §. peruenisse. ff. solut. matri. & proinde ex stipulatione conueniatur, sicuti si re ipsa ad eum peruenisset. l. j. §. pen. ff. si quis omis. caus. testa. Promisisse nanque intelligitur, non tantùm de eo quod haberet: sed & de eo quod habere potuisset. Quòd si nihil promitteret debitor, sed lege duntaxat non alienare adstringatur, culpandus non est, qui cùm posset aliquid acquirere, non id agit, vt acquirat. l. qui autem. in prin. ff. quæ
3 in fraud. cred. † Nec obstat quod de tutore, & curatore, similibúsq; administratoribus, quibus imputatur si quod possunt, non acquisierint. l. quicquid. C. Arbi. tut. nam ad id ex necessitate officij lege obligantur. l. pupillorum. C. de admin. tutor. *Officij necessitas.*

IOAN. CORAS. VALENT. IIII. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. IS QVI.

1 *Manumissio morti similis.* 2 *Debitor specie exempta liberatur.*

LI. IDEM.

Is qui alienum [a] seruum promisit: perducto eo ad libertatem [b], ex stipulatu actione non tenetur [c], sufficit enim si dolo culpáue careat [d].

a Lienum. Idem si proprium, si tamen sine facto domini eripiatur in libertatem. l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. ff. ad Sylla. quod multis casibus, quibus pro præmio seruus liber fit, contingere potest memoratis ab Imperatore, in tit. C. qui. ex caus. ser. pro præm. liber. idémque censendum si principis voluntate ob insigne fortasse serui factum libertatem seruus acciperet, quod licet non facile contingat, euenire potest. l. ij. ff. de natal. restituendis.

b Ad libertatem. Sine mora, culpa & facto promissoris. §. si res legata. de leg. in Institut.

c Non tenetur. Sicut si seruus decessisset, cùm morti similis sit manumissio. l. si
1 mihi alienum. ff. de solution. † Et quoniam libertas res inæstimabilis. l. libertas. ff. de regulis iuris. nec pecunia lui nec reparari potest. l. procurator. §. fina. ff. rem ratam hab. Ea autem in obligatione consistunt, quæ pecunia lui præstarique pos- *Manumissio similis morti.*
2 sunt. l. statuliberum. §. illud. ff. de statulib. † Et ita hinc habes, quòd debitor speciei quemadmodum perempta specie ante moram liberatur. l. quod te. ff. de rebus cred. l. si ex legati, hoc titul. ita re exempta è commercio hominum, vt hîc, & l. qui res. §. aream. ff. de solut. l. si alienum. ff. de legat. j. & §. si res legata. de leg. in Instit. *Debitor perempta specie liberatur.*

d Culpáue careat. Nam & in alieno culpa admitti potest. l. cum res. §. sed si alienus. ff. de leg. j. veluti si promissor solutionem moratus est. l. si seruum. §. si autem.

IOAN. CORAS. TOLOSAT. VALENT. IIII. NOVEMB. M. D XLVI.

L. IN CONVENTIONALIBVS.

1 *Conuentionales stipulationes.* 3 *Prætorias solus prætor interpretatur.*
2 *Prætoriæ stipulationes.*

LII. IDEM.

In conuentionalibus [a] stipulationibus contractui formam contrahentes dant [b]: enimuerò prætoriæ stipulationes [c] legem accipiunt ex mente prætoris [d], qui eas proposuit [e]. Denique in prætoriis stipulationibus nihil immutare licet, neque addere, neque detrahere [f].

Conuentionales stipulationes.

Conuentionalibus[a]. †Conuentionales stipulationes sunt, quæ ex simultaneo partium consensu contrahuntur. §. conuentionales. de diuisio. stipula. in Instit. quarum Pompon. tot genera dicit esse, quot rerum contrahendarum. l. stipulationum. j. ad princ. 1

b *Contrahentes dant.* Pendent enim hæ stipulationes ex contracto negotio, hoc est, ex eo quod inter contrahentes gestum est. d. l. stipulationum. Vnde in his, sicut in cæteris contractibus, id sequimur, quod actum est. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. eum qui Cal. in princ. hoc. tit.

Prætoriæ.

c *Prætoriæ stipulationes.* †Id est, quæ à mero prætoris officio proficiscuntur. d. l. stipulationum. in princ. vt damni infecti. d. l. & l. j. ff. de præto. stipulatio. 2

d *Ex mente prætoris.* Mēs prætoris in stipulationibus prætoriis æstimāda est, vnde eius est interpretatio, si ambiguus sermo acciderit. l. in prætoriis. ff. de præt. stip.

e *Qui eas proposuit.* Et quam ob causam prætoriarum nomen meruerunt. d. l. stipulationum.

Prætor solus prætorias interpretatur.

f *Neque detrahere.* Partibus, stipulatione prætoria temamente. Sed si quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in stipulatione oportear: prætoriæ erit iurisdictionis. l. j. §. fi. in fi. ff. de præt. stip. †cùm omnis eius stipulationis interpretatio ex mente prætoris pendeat. d. l. in prætoriis. Quòd si partes nonnihil detrahant, vel adiiciant, vt possunt. l. si dictum. in princ. ff. de euict. l. j. §. stipulatio duplæ. ff. de præto. stipul. desinet esse prætoria stipulatio, & in speciem conuentionalis migrabit: nam & generaliter, cùm adiicitur vel detrahitur aliquid actui, actum vitiari constat. l. j. §. si quis simpliciter. & nouum creari. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. 3

§. SI QVIS VACVAM.

1 *Vacua possessio.* 3 *Causa bonorum.*
2 *Nudum factum.*

Si quis *vacuam possessionem*[a] *tradi* promiserit[b]: non nudum factum[c] hæc stipulatio continebit, sed causam bonorum[d].

Vacua possessio.

Acuam possessionem[a]. † Vacua possessio dicitur, quæ ab alio neque corpore, neque animo: & ita neque naturaliter neque ciuiliter possidetur. l. ij. §. fi. ff. de act. emp. l. fi. vbi Accurs. C. vn. vi. etiam si res obnoxia sit seruituti. l. Mæuius. §. fundo. ff. de leg. ij. licet hoc casu libera dici nequeat. l. si pro fundo. C. de transactio. 1

b *Tradi promiserit.* Ex causa finge venditionis.

Nudum factum.

c *Non nudum factum.* Id est, nudam rei traditionem. †Cæterum in promissione rem tradi simpliciter diuersum est. l. si rem tradi. Et quod dicit Pompo. eum qui fundum tradi stipulatur, vacuam quoque possessionem tradi intelligit stipulari. l. datio. §. j. ff. de actio. empt. obtinet in contractu venditionis, cùm & in eo dominij translatio, si venditor dominus sit. l. ex empt. in princip. ff. de act. empt. non etiam in simplici stipulatione. d. l. si rem tradi. l. si stipulatus. ff. de vsur. 2

Causa bonorum.

d *Sed causam bonorum.* †Hoc est, effectum & vtilitatem possessionis bonorum, vt in lite de possessione stipulator semper superior futurus sit. l. emptorem. §. j. ff. de actio. empt. Hæc enim est propriè causa bonorum, vt auocari res non possit ab eo, qui accepit. l. si rem meam. ff. de solutio. In bonis quippe nostris rem habere intelligimus, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus. l. rem in bonis. ff. de acquir. ret. dom. Nec ignoro aliter hæc verba creberrimè exponi, vt dominium notent vel causam vsucapionis, hoc est, vt accipiens dominus fiat, titulus habilis præcedat ad dominij translationem, & tradens dominium habuit. l. traditio. ff. de acquir. rer. do. l. ex empto. in prin. ff. de act. empr. dominio verò non existente apud tradentem, conditionem acquirat vsucapiendi. l. clauibus. ff. de contrah. emption. Sed mihi mea magis arridet interpreta- 3

tio,

tio, vt quæ magis verbis conueniat, & apertioribus iuuetur textibus.
IOAN. CORAS. VALEN. V. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. STIPVLATIONES COMMODISSIMVM.

1 *Verborum multiplicatio, quandoque necessaria.* 2 *Doli clausula ad quæ pertineat.*

Stipulationes cōmodissimum est [a] ita componere, vt quæcunque specialiter comprehendi possunt, contineantur [b]. *Doli autem clausula* [c] ad ea pertinet [d], quæ in præsenti occupari nō possunt, & ad incertos casus [e] pertinet.

Commodissimum est [a]. Stipulatori præsertim, ne contra eum interpretatio fiat. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus.

1 *b Contineantur.* †Ne pateat via sophistis cauillandi, & quia stipulationib. non comprehensa pro neglectis, & omissis habētur. l. quicquid adstringendæ. Commodissimum item est, plerunque non necessaria dubitationis tollēdæ causa inserere, quibus licet superuacuè aspersis iuris communis dispositio non impeditur. l. qui mutua. in prin. ff. mandat. l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. & anxiæ cauillationes vitātur. c. non æstimemus. xiij. q. ij. nec mutat rerum substantiam, nō necessaria verborū multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. leg. *Verborum multiplicatio.*

c Doli autem clausula. Generalis, quæ ad certum dolum non refertur. Etenim *dolum malum abesse abfuturumque* solebant in contractibus veteres simpliciter stipulari. l. idem iuris. vbi dixi.

d Ad ea pertinet. Duntaxat.

2 *e Et ad incertos casus.* Id est, †non expressos, quibus dolus committi potest: nec enim doli clausula, quæ stipulationibus subiicitur, ad eas partes stipulationis pertinet, de quibus nominatim cauetur. l. doli clausula. indéque vulgò effertur clausulam generalem ad specificata non referri. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulgar. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de legat. iij. dico in d. l. doli, licet similia specificatis contineat: ideóque Vlpia. non est nouum, inquit, vt lex specialiter quibusdam enumeratis generale subiiciat verbum, quo specialia complectatur. l. si seruus seruo. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil. IOAN. CORAS. VALENT. V. NOVEMBR. M. D. XLVI. *Clausula doli.*

L. IN STIPVLATIONIBVS.

1 *Species quid.* 3 *Partes quota & discreta.*
2 *Genus.*

LIIII. IVLIANVS.

In stipulationibus aliàs [a] species [b], aliàs genera [c] deducuntur: cùm species stipulamur, necesse est inter dominos [d], & inter hæredes [e] ita diuidi stipulationem, vt partes [f] corporum [g] cuique debeantur [h]. Quoties autem genera stipulamur [i], numero fit inter eos diuisio [k], veluti [l] cùm stichum & Pamphilum quis stipulatur, duos hæredes æquis partibus reliquit: necesse est vtrique partem dimidiam stichi & Pamphili deberi. Si autem idem [m] duos homines [n] stipulatus fuisset, singuli homines singulis hæredibus eius debentur.

Aliàs [a]. Id est, aliter.

1 *b Species.* †Species fit, quoties genus ipsum in certam demonstrationem cōtrahitur, vt si hominem, qui genus est. l. Mæuio. §. duorum. ff. de legat. ij. relicto hoc confuso nomine certo designem demonstra- *Species.*

to, nempe Sticho.

Genus. c *Aliàs genera.* †Genus in iure ciuili variè acceptum, hîc propriè, & significanter stat, notans id, quod sui natura incertum, confusum & informe plures sub se species continet, per quas certius fieri potest, vt homo genus est, plures in sese homines continens. l. Mæuius. §. duorum. ff. de leg. ij. 2

d *Inter dominos.* Serui communis, qui species plures veluti Stichum, & Pamphilum stipulatus est.

e *Et inter hæredes.* Cùm liber homo, qui species stipulatus est, pluribus hæredibus relictis decessit.

Partes quota & discreta. f *Partes.* †Quotæ seu quotitaturæ veluti dimidia, tertia, quarta, & sic de similibus: neque enim intelligendus est hic text. de partibus discretis & separatis, vt videlicet pars corporis Stichi peti possit: cùm ita facta specierum diuisio subiectum corrumpat, ideóque partes huiusmodi peti nequeant. l. in commodato. §. duabus. ff. commod. 5

g *Corporum.* Id est, specierum, seu rerum in stipulationem deductarum.

h *Cuique debeantur.* Huius responsi exemplum paulò post annectit Iulian. in vers. veluti. Rationem autem eam esse puto, quoniam species inter se diuersæ, bonitatis sunt aut æstimationis. Et ideo ne alter hæredum, aut dominorum plus altero cõsequatur. l. quoties. §. hæredes. ff. de hæred. instit. non numero rerum, sed per partes corporum fit diuisio. l. cùm Stichus. ff. de solut. Quæ ratio in generibus cessat, ea quippe eandem functionem & æstimationem inter se, si nõ diuersa sint, recipiunt. l. ij. §. mutui. ff. de reb. cred. compensationémque idcirco admittunt. l. ij. §. item si cùm me. ff. si pars hæred. pet. Ideóque numero stipulatio generum diuiditur. d. l. cùm Stichus, & l. si centum, hoc tit.

i *Genera stipulamur.* Veluti, duos homines, vt in fin. explicat Iurisconsult.

k *Numero fit inter eos diuisio.* Vt singuli homines singulis hæredibus stipulatoris debeantur, non autem vtrique hæredum pars singulorum hominum dimidia. Rationem iam scripsi.

l *Veluti.* Proponit exemplum primi dicti, cùm scilicet species stipulamur, quo casu traditum est partes corporum cuique deberi.

m *Si autem idem.* Affert hoc loco exemplum dicti posterioris, cùm genera stipulamur: quo casu responsum est, non per partes corporum, sed numero fieri diuisionem.

n *Duos homines.* In genere non facta certiore hominum demonstratione.

5. OPERARVM.

1 *Operæ officiales, & fabriles.*	3 *Factum an præcisè fieri debeat.*
2 *Operæ pars deberi, & peti potest.*	4 *Operæ promissa si offerantur.*

Operarum [a] stipulatio similis est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur [b]: & ideo diuisio eius stipulationis non in partes operarum, sed in numerum cedit [c]. Quod si vnam operam [d] seruus communis stipulatus fuerit, necesse est vtrique dominorum partem operæ [e] tantum quantum in seruum habuerit petere [f]. Solutio autem eius obligationis expeditissima est, si æstimationem [g] operæ malit libertus [h] offerre [i], aut si consentiant patroni [k] vt his [l] communiter [m] operæ edantur [n].

Operæ officiales & fabriles. *Operarum* [a]. De operis libertorum agit hîc Iurisconsult. quas ita finiuit: vt sint diurnum officium. l. j. ff. de oper. liberto. † Earum aliæ officiales sunt, quæ personam domini, cui præstanda sunt officia, hoc est, ministeria respiciũt, vt assurgere domino, comitarique dominum. l. si non sortem. 1

ſortem. §.libertus.ff.de cõdit. indeb.l.operæ in rerum.l.quod niſi, & l.eæ demum. ff.de oper.libert. Aliæ ſunt operæ fabriles,à faciendo appellatæ: quæ cùm plerunque in artificio conſiſtant.l. fin. ff. de ope. ſeruorum. artificiales quoque dictæ ſunt d.l.operæ,& ſunt illæ,quæ ad perſonale domini miniſterium nõ referuntur: ſed in labore & opera manuum (ad vtilitatem domini tamen) fundantur: vt ſcribere librum,pingere tabulam.d.§.libertus.l.vt iuriſiurandi.§.dabitur,& d.l.operæ in rerum.ff.de oper.libert.

b Genera comprehenduntur. In quibus diximus principio huius legis, non per partes ſed numero fieri diuiſionem.

c Sed in numerum cedit. Verbi gratia,ſi communis ſeruus ſtipulatus ſit à liberto operas plures, vt ſcribere duos codices Iuſtiniani,pingere duas imagines Cæſaris, aut operas decẽ dierũ non per partes ſcripturæ cuiuſque codicis, aut tabulæ, vel etiam ſingulorum dierum operarum diuiſio fiat: ſed per numerum, vt vni ex dominis vnum codicem ſcribat,alteri alium, vni vnam pingat tabulam,aliam alteri, vt quinque diebus, vni domino, aliis quinque libertus operas præſtet.l. libertus qui poſt. §.j.& fi.ff.de oper. libert. Et idem ſi dominus ipſe à liberto operas plures ſtipulatus duobus hæredibus relictis deceſſerit. neque enim in partes operarum, ſed in numerum cedet diuiſio,vt hîc.

d Quod ſi vnam operam. Veluti, ſcripturam vnius libri, picturam vnius tabulæ, aut operam vnius diei.

2 *e Partem operæ.* † Ergo & deberi, & peti poteſt pars operæ, vt hic, & l.ſi quando.ff.de ope.liber. cum tamen ſub eodem tractatu Pompon.& Vlpia. reſponde- *Operæ pars debe-* rint per horas partem operæ ſolui non poſſe, quia id ſit officij diurni, generaliúſ- *ri petique* que neque promitti,neque ſolui, neque deberi,nec peti pro parte poſſe operam. *poteſt.* l.operas,& l.libertus qui poſt,illo tit.& idem Vlpianus abſolutè dixerit, operæ ſtipulationem diuidi non poſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. idem puto. Ingens videtur inter has ll. pugna. Tu breuiter dic in dominis, & hæredibus ex parte petitionem operæ neceſſariò diuiduam eſſe. Cùm enim non tota ſingulis debeatur,neceſſariò pro rata experiuntur,quod & hic aperit Iulian.dum ait, *Neceſſe eſt vtrique dominorum partem operæ tantam,quantam in ſeruo habuerit,petere.* Alioqui autem neque promitti, neque ſolui, nec peti, nec deberi poteſt opera per parte. d.l.libertus qui poſt.§.j.& fin. eiuſdémque obligatio omnino diuiſionem non recipit.dicta.l.ſtipulationes non diuiduntur.

f Petere. Cùm enim pro ea parte duntaxat,operam quæſierit,ineptè ad totam operam ageret,cui nõ in totum opera debetur. Quare agere volenti neceſſarium eſt partem operæ petere.

g Aeſtimationem. Operæ quoque recipiunt æſtimationem.l. ſi non ſortem.§. libertus.ff.de conditio.indebit.

3 *h Malit.* † Et ita cùm hoc ſit in merã liberti promiſſoris voluntatẽ poſitũ indi- *Facere* cat, vt oẽs putãt,hic textus apertè obligatũ ad factum,non cogi præciſè facere: ſed *præciſe an* æſtimationem in pecunia numerata ſoluendo liberari. Sed cùm apud me diuerſa *quis tenea-* opinio verior ſit,non tantillum me mouerit hic text. in quo eam libertatem pro- *tur.* miſſor libertus non ex natura obligationis, facti,ſed propter præſtationis difficultatem ex diſſenſu patronorum: quibus vnica debebatur opera manantẽ, id quod pleniore manu,in II.Miſcel.attigimus.

i Libertus offerre. Fit quippe æſtimatio per pecuniam numeratam, quæ ſine cuiuſquam incommodo ſemper ſectionem admittit.l.ij.§.& harum,& l.an executione.§.primo.

k Patroni. Quibus opera debetur.

l Vt his. Patronis.

m Communiter. Id eſt,in communi non ſeparatim. *Oblatio o-*

4 *n Edantur.* † Quid ſi operam promiſſam non item æſtimationem libertus of- *peræ.*

ferat, nec patroni consentiant, vt communiter edatur: dubium hoc nemo pungit, cùm tamen maximè sit necessarium. Ego dicerem quòd si opera præterita est, quod contingit post indictionem l. si quis hac l. §. iudicium. ff. de oper. liberto. quoniam ea si officialis sit, iam dari non potest, & etiam si fabrilis sit, contraxit moram libertus ad æstimationem, & etiam pro parte conueniri poterit l. nec patronis. C. de oper. libert. l. si quando. ff. illo tit. quæ ad id quod cuiusque patroni interest reuocabitur l. loci. §. si fundus. ff. si seruus ven. alioquin si moram non fecerit libertus, cùm cogi non bebeat creditor aliud pro alio recipere. l. ij. §. mutui. ff. de reb. cred. multo minus ipse debitor, cuius causa fauorabilior est l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. aliud præstare, quàm bebeat cogi debet. Itaq; tunc non puto in cōpellendū libertū qui operā promisit, eiusdē æstimationē persoluere; sed potius crediderim cogendos patronos agentes consentire, vt opera promissa communiter edatur. IOAN. CORAS. VALENT. VI. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. CVM QVIS.

1 *Facta personam non egrediuntur.* 2 *Dignitatis nomē rem facit in successorē migrare.*

L V. IDEM.

Cum quis *sibi aut Titio dari* stipulatus est, soli Titio, non etiam successoribus eius [a] rectè soluitur [b].

Vccessoribus eius [a]. Scilicet, Titij adiecti.

b Rectè soluitur. Etenim adiectus nihil iuris habet, sed in eo merum factum residet: ideóque nec pignus accipit. l. is qui promisit. ff. de pign. nec fideiussorem l. si mihi. ff. de soluti. nec quoquomodo ad acquisitionem obligationis, sed nudo facto recipiendæ solutionis destinatus est, quæ solutio & ipsa facti magis quàm iuris est. l. consilio. §. final. ff. de cura. furio. † Cùm igitur quæ facti sunt, personam non egrediantur, ideóque ad hæredes minimè transeant l. qui hæredi, in princ. ff. de condit. & demon. solutio in personam adiecti collata alteri nempe domino, aut hæredi, fieri nō poterit. l. si stipulatus, in princip. ff. de solution. licet stipulationes regulariter transeant ad hæredes l. veteris. C. de contrah. stipul. si tamen nomine proprio quis adiectus sit, vt & hic Titius fuit: † nam si sub dignitatis nomine, transiret soluendi facultas in successorem dignitatis l. annua. §. Attia. ff. de annu. leg. c. quóniam abbas, de offi. dele. perpetuò quippe durat dignitas, nec vllo tempore perit. l. proponebatur. ff. de iud. c. si gratiosè, de rescript. in vj. c. liberti. ij. xij. quæstion. secunda. IOAN. CORAS. VALEN. VI. NOVEMBR. M. D. LXVI

Facta non egrediuntur personam. 1

Dignitatis nomen facit actū transitoriū. 2

L. EVM QVI ITA.

1 *Vna decem.* 2 *Et copulatiua.*

LVI. IDEM.

Eum qui ita stipulatur, *mihi & Titio decem dare spondes*, verisimile est [a] semper vna decem [b] communiter [c] sibi & Titio stipulari [d], sicuti qui legat Titio & Sempronio [e] non aliud intelligitur quàm vna decem communiter duobus legare [f].

Erisimile est [a]. Et ideo spectandum & sequendum l. in obscuris. ff. de reg. iur. si non aliud actum est. l. eum qui Cal. in princip.

b Vna decem. † Hic loquendi modus, vna decem, vna quinque, & sic de similibus, barbarus est visus Vallæ, in III. Elegantiarum, Iurisconsultos, & quoscunque iuris studiosos immodestè taxans: de quorum imperitia (inquit) quid multis dicendum, cùm putent rectè dici *vna quinque*, quasi vna sit nomen

Vna decē. 1

men,non aduerbium.

2 *c Communiter sibi & Titio.* †Etenim copulatiua,&,orationis vim pro virili distribuit intet personas copulatas.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.reis. *Copulatiua,&.*

d Stipulari. Parum habet hæc decisio dubitationis, cùm vna decem(vt cum Iuriscon.loquar)ad vtriusque stipulatoris personam referantur, & non multò antè respõderit Vlpia.quòd etiam si decem essent in cuiusque personam repetita, quia *mihi decem & Titio decem* stipularer, adhuc semel tantum deberentur.l. stipulatio ista.§.eum qui ita. quo loco tractaui an integra decem, an tantum quinque mihi debeantur,quod in personam tertij stipulationem non valere certum sit.l.stipulatio ista.§.alteri.Tu ibi vide.

e Titio, & Sempr. Decem subaudi.

f Duobus legare. Secus si dena Titio & Sempronio legata essent.l.si quis testamento.in prin.ff.de leg.j.cuius rei rationem posui in.d.§.eum qui ita.Rursus obtinet,quod hîc dicitur, vbi copulatim duobus legaretur, quo casu vnusquisque ad partem admittitur.l.si duobus.in princip.& l.si pluribus.ff.de leg.j.secus si separatim & insolidum.l.qui duos reos.§.fi.ff.de leg.ij.

§. TE ET TITIVM.

1 *Pactum conuentum.*
2 *Hæres quomodo defunctum repræsentet.*
3 *Hæres vnus obligatione solui potest.*

Te & Titium[a] *hæredem tuum decem daturum spondes.* Titii persona superuacuè comprehensa est.Siue enim solus hæres extiterit, in solidum tenebitur:siue pro parte,eodem modo quo cæteri cohæredes eius obligabitur. Et quamuis cõuenisse videatur ne ab alio hærede quàm à Titio peteretur[b], tamen inutile pactum conuentum[c] cohæredibus eius erit[d].

ET Titium[a]. Ad quem solum, quia promissor bona sua peruentura stipulationis tempore existimabat, eam duntaxat contractui adiecit, & cum hæredis qualitate obligauit. l.tale pactum. §.fi.ff.de pact.l. cùm pater.§.cùm existimaret.ff.de legatis ij.

b Peteretur. Cùm solius Titij mentio facta esset,inclusio autem vnius personæ aliarum exclusionem arguat.l.cum prætor.ff.de iudi.l.maritus.C.de procur.

1 *c Pactum conuentum.* †Quod tacitè resultat ex persona Titij hæredis expressa in stipulatione,tacito autem consensu conueniri posse palam est.l.ij.ff.de pact.neque verò putandum pactum conuentum idem esse cum stipulatione:quandoquidem pactum conuentum significent eam tantum conuentionem quæ proprium contractus nomen non assumit.l.pacta conuenta.ff.de contrah.empt.§.præterea. de except.Conuentum ideo appellatum, quod non lege aliqua vim robúrque accipiat,sed sola conuentione sustineatur:quod & Cice.ij.Rhetor.ad Heren.ostẽdit. *Sunt item pacta,* inquit, *quæ sine legibus obseruantur ex conuentu,quæ iuri præstare dicuntur.* nec quicquam inter pactum conuentum & simplex discriminis à Iureconsult.vsquam constitui animaduertimus,nisi quod pactum conuentum tunc tantũ nuncupant,cùm iuxta præcedentem contractum nominatum, & efficacem apponitur. d.l.pacta. & l.iurisgen.§. quinimo.ff.de pact. aut respectu præcedentis obligationis eidem addendo vel detrahendo. d.l. pacta.d.§. præterea.licet non expressè, sed tacitè colligatur. Quod si à nostratibus perpẽsum aliquãdo fuisset(prim[9] enim ipse vt opinor animaduerti) recessisset iamdudũ ab aula pudẽdus eorũ error, qui quicquid in buccam venerit futiliter euomentẽs,vel pactum conuentum,& pactum sine adiunctione eadem esse per omnia falsò sibi persuaserunt, vel pacti conuenti verbo contractum quemcunque nominatum: atque adeò pacta omnia quæ *Pactũ conuentum.*

vestita vocant, contineri. Quæ omnia latius in tractatu pactorum disputo.

Heres pro qua parte defunctum referat.

d *Cohæredibus eius erit.* †Tenebũtur quippe omnes pro hæreditariis portionibus. l.j.C.si cer.petar.l.pro hæreditariis.C.de hæred.actio.quanuis Titius solus nominatus sit: eius namque personam superuacuò expressam, dixit Iulian.† quandoqui 2
dem vbi sunt plures hæredes, vnusquisque defunctum pro parte sua duntaxat repræsentat: pro portionibus verò cohæredũ censetur extraneus.l.cum à matre. C. de rei vendic.in personam autem extranei concepta stipulatio inutilis est.§.si quis alium, de inutil.stipulat.Hæc quoque in stipulatione facti negatiui obtinent, vt si neque per te, neque per hæredem tuum Titium fieri, qnominus mihi ire agere liceat stipuler, Titio prohibente cohæredes omnes nedum Titius teneantur.l.Iulianus, in prin.quo fit vt cohæredes à Titio indemnitatis cautionem rectè postu-

Hæres vnus dissolui potest obligatione.

lent.l.hæredes.§.in illa.ff.famil.erciscun. † Licet autem pacto vnus hæredum gra- 3
uari nequeat, vt hîc: à grauamine tamẽ liberari, & solui obligatione potest.l.auus. ff.de pact. Neque enim vni ex hæredib.prospicere vetitum est.l.cuius.ff.de pact. dot.vt ita semper liberationi magis faueatur.l. Arrianus.ff.de act.& obliga.Reliqua quæ ad materiam huius.§.pertinent, tam in.d.l.auus, quàm in.l.continuus.§. fi.scripsimus.

§. QVI SIBI.

1 *Stipulatio sibi aut alteri disiunctiuè.*
2 *Disiunctiua posita inter personas.*
3 *Mandatum solutionis recipiendæ quando reuocatum.*

Qui sibi aut filio[a] suo dari stipulatur, manifestè personam filii in hoc complectitur, vt ei rectè soluatur: neque enim interest sibi aut extraneo cuilibet, aut sibi aut filio suo quis stipuletur[b]: quare vel manente eo in potestate, vel emancipato filio[c] rectè soluitur. Nec ad rem pertinet, quod qui filio suo dari stipulatur, sibi acquirit[d]: quia coniuncta sua persona[e] stipulator efficit, vt non acquirendæ obligationis gratiá, sed solutionis causa[f] personam filii adhibuisse intelligatur[g]. Quod si soli filio suo qui in potestate sua sit, dari quis stipulatus sit, non rectè filio soluetur: quia filii persona obligationi magis[h] quàm solutioni applicatur[i].

Stipulatio sibi aut alteri disiunctiuè.

Vt filio a. Et ita loquitur†hic text.cùm stipulatur quis sibi, aut alteri 1
disiunctiuè, quo casu ille alter adiectus censetur ad solutionem recipiendam: illique etiam inuito stipulatore, cui soli quæsita est actio, rectè soluitur.l. aliud. & l. fin. C.de solutio. Cùm autem coniunctim quis sibi & alteri stipulatur, adiicitur ille alter ad obligationẽ: sed quoniam inutiliter cõcipitur in personã alteri[9] stipulatio.l.stipulatio ista.§.alteri, pars tantũ stipulatori debetur, quæ per alienã inutiliter in obligatione deductã non augetur.l.si

Disiunctiua posita inter personas.

mihi & titiô.† At verò dices idem vtroque casu videri, cùm alternatiua posita in- 2
ter personas honoratas, in coniunctam resoluatur. l.cùm quidam. C.de verbo. sign.Solutio, non obtinet ea lex vbi facta ea interpretatione menti loquentis verisimiliter aduersaremur. l. cùm pater. §. pen. ff. de leg .ij.l.donationes. §.pen. ff. de donation.

b *Stipuletur.* Vtroque quippe casu censetur stipulator, non acquirendæ obligationis gratia, sed solutionis causa, vel filij, vel extranei personam adhibuisse.l. sed si filiofa.§.fi.ff.de cõstit.pecu.licet fauore nuptiarũ vtilẽ actionẽ adiecto quandoque lex quæri velit. l. Caius. ff.sol.mat. nec est nouũ in dotis gratiã aliquid specialiter constitui.l.Pomponius.ff.famil.erciscund.

Mandatũ solutionis quando reuocatum.

c *Vel emancipato filio.* † De quo non improbabiliter dubitari poterat, cùm non 3
in eodem statu reperiatur.l.liberos.§.j.ff.de capit.dimin.& cùm quis sibi aut Titio dari

dari stipulatur, non aliter Titio solui possit, quàm si in eodem statu maneat, quo fuit cùm stipulatio interponeretur. l. cũ quis, in princip. ff. de solutio. sed illud obtinet, vbi mutatur status in deterius: facile quippe præsumit lex mandatum à creditore reuocari, vbi deteriorem aduertit adiecti conditionem fieri, præterquam vbi talis res in contractum deducitur, cuius solutio per annos multiplicatur, vt in vsusfruct. l. Stichũ. §. vsumfructum. ff. de solut. Quod si in melius mutetur status, nulla causa est cur reuocatum mandatum solutionis recipiendæ interpreteremur: veluti, cùm adiectus filiusfam. sui iuris factus est, hoc. §. nisi quo casu mutatur status serui per manumissionem. l. si is qui tem. §. Iulianus. ff. de furt. l. si quis seruo. ff. de solut. Reuocatur quippe mandatum, nõ tantum morte mãdantis, sed & mandatarij. §. rectè, de mand. in Instit. atqui manumissio morti similis est. l. si mihi alienum. ff. de solutionibus.

d *Sibi acquirit.* Pater filio stipulando sibi acquirit, secundum quod. ll. permittunt. l. dominus. vbi dixi.

e *Coniuncta sua persona.* Patris, videlicet, cuius persona personæ filij coniuncta est, cum pater sibi, aut filio dari stipulatur.

f *Solutionis causa.* Pater stipulando sibi, aut filio, personam filij non adiicit, vt ei quærat obligationem, sed ad solutionem duntaxat recipiendam, hoc text. præterquàm si pater dotem sibi, aut filiæ reddi stipuletur: censetur quippe post mortem suam filiæ quærere obligationem. l. vxorem. §. testamento. ij. ff. de leg. iij. tum propter officium paternum dotandi filias. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. l. fi. C. de do. promissi. propter ius, quod filia mortuo patre in dotem solidam habere potest. l. ij. §. quod si in patris. ff. sol. matrim. Quod eo casu dubitationem nullam habet, cùm pater expresse casus separat, quia sibi in vita, & post mortem filiæ dotem restitui stipulatur. l. pater cùm filiæ. ff. de pact. dotal.

g *Intelligatur.* Cùm iam patri esset quæsita obligatio, vnde si filio adiecto quæsita censeretur, vana esset obligatio in persona filij. l. qui bis idem. Sed nec si adiectus sit extraneus, obligationem ei quæri intelligendum est, cum alteri stipulari nemo possit. l. stipulatio ista. §. alteri.

h *Obligationi magis.* Patri per eum quærendæ.

i *Solutioni applicatur.* Toties, inquit Iurisconsultus, quot filio pater stipulatur, sibi stipulatus intelligitur, cùm ipse sibi stipulatus non est. l. Stichum. §. quæsitum. cúmque filius non solutioni, sed obligationi adiicitur: vnde non potest ei rectè solui, vt hic, cùm non resideat in persona eius obligatio, nec solutioni adiectus sit. Et sic non præcedat sufficiens materia, vt filio solui possit. Secus igitur, si non ex patris cõtractu, sed ex ipsius filij facto quæsita esset patri obligatio, quo casu haberet solutio in persona filij fundamentum, & ideo ei rectè solueretur. l. si vnus, in princip. ff. de pact. l. quod seruus. ff. depos.

§. QVI ITA I.

1 *Verba annuam præstationẽ importantia.*
2 *Obligatio ad tempus non constituitur.*
3 *Mora perpetuat obligationem.*
4 *Seruitus ad tempus non imponitur.*

Qui ita stipulatur, *decem*[a] *quo ad viuam dare spondes*, confestim[b] decem dari rectè petit: sed hæres eius exceptione pacti conuenti[c] summouendus est[d]: nam stipulatorem id egisse, ne hæres eius peteret, palàm est[e]. Quemadmodum is qui in Cal. Ianuariis[f] dari stipulatur: potest etiam quidem post Cal. petere[g], sed exceptione pacti summouebitur[h]: nam &[i] hæres eius, cui seruitus prædii[k] ita concessa est, vt quoad viueret ius eundi haberet, pacti conuenti exceptione summouebitur[l].

Verba notantia annuam præstationem.

Ecem a. Annua subaudi §. atsi ita, de verb. oblig. in Inst. † nã hæc verba, *quoad viuam*, & similia annuam præstationem important, non tantùm in vltimis voluntatibus.l. legatum.ff. de annu.legat. sed & in contractibus.l.epistola.§.fin. ff.de pact. 1

b Confestim. Non expectato fine primi anni. non enim tempus illud *quoad viuam*, differendæ actionis causa insertum est in gratiam stipulatoris, sed quo potius multiplicata per annos præstatio intelligatur.l. si cum præfinitione. ff.quan. di. leg.ced.simúlq; præsens ostendatur esse respõsum.l.liber homo. §. decem, hoc est, purè facta obligatio.d.§.atsi ita.posset nanque ludificari stipulatio moriente paulò pòst stipulatore, si in tempus aliud differretur petitio, vt dixi in l.qui hoc anno.

c Pacti conuenti. Ex stipulatione ad personam stipulatoris coarctata tacitè resultantis, vt in §.te & Titium, eiusdem l.declaraui. neque enim putandum est pacti conuenti verbo, stipulationem venire, vt ibidem ostendi.

Obligatio ad tempus non constituitur.

d Submouendus est. † Cùm à contrahentibus actum sit tacitè, ne ab hærede stipulatoris peteret, cùm stipulatus fuit quandiu vixerit. Licet autem ad tempus obligatio non constituatur.l. obligationum ferè.§. placet. ff.de actio.& oblig. sed suaptè natura perpetua sit, quia ad tempus deberi non possit.l.nemo potest.de leg.j.d.§.at si ita. si tamen obligationi tempus adiectum sit, vltra id tempus agenti pacti conuenti, vel doli exceptio obstabit.l.seruitutes.iij.in princip.ff.de seruitu.l. palam.§.item quæritur.ff.de dol. exception. meritò hæres eius, qui quoad viueret stipulatus erat, exceptione pacti summouebitur.d.§.at si ita. 2

e Palàm est. Ex illis verbis, quoad viuam.

f Calend. Ianuar. Lege in Calend. vsque Ianuar. intellige igitur, hoc casu, promissa decem menstrua fuisse, vsque in Calendas Ianuarias.

g Post cal. petere. Cum obligatio suaptè natura perpetua, vt ante diximus, tempore non concludatur. dict.§.placet.

Mora perpetuat obligationẽ.

h Summouebitur. † Nam contrahentes id egisse, ne post Cal. peteretur ex verbis stipulationis palam est. Intellige tamen, nisi promissor in mora ante tempus fuisset.l.si mandato.§.ille illi.ff.manda. vt quia non præstitisset quod certo die se præstaturum promiserat.d.l.si mandato.§.Paulus, ij. Per manus quippe traditum est, mora debitoris obligationem perpetuari.l.si seruum.§.sequitur. 3

i Nam &c. Confirmat primam decisionem hoc simili.

k Seruitus prædii. Quæ neque ex tempore, neque ad tempus constitui potest.l. seruitutes, iij.in princip.ff.de seruitu.

Seruitus ad tempus non imponitur.

l Exceptione summouebitur. Facit quippe contra pactum hæres, † qui seruitute prædii vti vult, cùm tamen contrahentes egerint, ne hæres constituta seruitute vteretur. Licet autem stricto iure seruitus ad tempus constitui non possit. d.l.seruitutes. si tamen tẽpus adiicitur ex bono & æquo per pacti, vel doli exceptionem occurritur, vt illic Papin. tradit contra commenta seruitutem vendicanti. 4

§. QVI ITA, II.

Qui ita stipulatur, *ante Calen. proximas dare spondes*, nihil differt a ab eo, qui Calendis dari stipulatur.

Ihil differt a. Stipulationes Calendis & ante Calendas, nihil differre docet hîc Iulian. quod ampliter à nobis extitit declaratum in.l.qui ante Calẽdas, vbi Vlpian. idem docet. Quare inculcare non expedit.

§. QVI PROPRIETATEM.

1 *Propria res quæ dicatur.* 2 *Rei propriæ stipulatio an valeat.*

Qui proprietatem sine vsufructu habet a, rectè vsumfructum dari b stipulatur c.

ſtipulatur[c]: id enim in obligationem deducit quod non habet, ſed habere poteſt[d].

a Sine vſufructu habet[a]. Quia vſusfructus alterius eſt.

b Vſumfructum ſibi dari. Ab eo, qui vſumfructum habet.

1 *c Stipulatur*. Dubium faciebat, † quia res propria eius dicitur, qui proprietatem etiam ſine vſufructu habet. l. j. §. j. ff. ad Syllan. §. j. in fin. de hæred. inſtit. vnde Iulius Paul. rectè dicimus (inquit) totum fundum noſtrum eſſe, cuius vſusfructus alienus eſt. l. rectè. ff. de verb. ſign. atqui rem ſuam ſibi dari nemo vtiliter ſibi ſtipulatur. l. nemo. j. in princ. Sol. quatenus ex re noſtra nobis deeſt, rectè in re propria ſtipulamur, vt poſſeſſionem ſeu rei reſtitutionem. l. j. §. fina. & l. ij. ff. de condic. triti. d. l. nemo. in princip. meritò vſumfructum, qui toti fundo deeſt. l. qui vſumfructum, ſtipulamur rectè. *Res propria qua dicatur.*

d Sed habere poteſt. Ergo ſtipulatur quis inutiliter, quod non habet, nec habere poteſt. l. multum intereſt, vbi poſui.

§. SI A TE.

1 *Nouatio quando fiat.*
2 *Fundi verbo, quid veniat.*
3 *Res cui ius deeſt, rectè petitur.*

Si à te ſtipulatus fuero *fundum Sempronianum*[a], deinde eundem fundum detracto vſufructu ab alio[b] ſtipuler: prior ſtipulatio non nouabitur[c], quia nec ſoluendo[d] fundum detracto vſufructu liberareris[e]: ſed adhuc à te rectè fundi vſumfructum petam[f]. quid ergo eſt cùm mihi fundum dederis[g]? is quoque liberabitur[h], à quo detracto vſufructu fundũ ſtipulatus fueram.

a Fundum Sempronianum[a]. Quo caſu, & proprietatem, & vſumfructum eius fundi proculdubio ſtipulatus videar. l. qui vſumfructum. cùm vtrunque fundi verbo contineatur. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat.

b Ab alio. Titio puta.

1 *c Non nouabitur*. Cùm ſecunda ſtipulatio minus contineat. dicta l. qui vſumfructum, & l. ſi pupillus. §. fina. ff. de nouatio. †Nec obſtat quod eo caſu, vt leges illæ aperiunt, nihil agatur per ſecundam: quia hoc obtinet, vbi poſterior ſtipulatio cum eadem perſona facta eſt. d. l. qui vſumfructũ. ſecus ſi cum diuerſa, vt hîc. Et ſi inſtes interuentu perſonæ nouæ, hoc iure nouationem fieri. §. præterea. quib. mod. tol. oblig. in Inſtit. fateor, vbi eadem omnino res, & tantundem in vtranque obligationem deducitur, ſecus ſi minus in poſteriore continetur, vt hîc. *Nouatio quando fiat.*

d Quia nec ſoluendo. Vult ita ratiocinari Iulia. Non plus poteſt ad tollẽdam obligationem ſecunda ſtipulatio iure nouationis, quæ ficta eſt ſolutio, quàm vera exſolutio, & præſtatio rei debitæ: Atqui ſi promiſſor fundi præſtaret fundum, detracto vſufructu, non liberaretur: Igitur nec poſteriore promiſſione facta de fundo, vſufructu deducto, debet qui fundum ſimpliciter ante promiſerat, liberari.

2 *e Liberareris*. † Fundum quippe promiſiſti, cuius verbo vſusfructus, nedum proprietas continetur. d. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legar. d. l. qui vſumfructum: niſi igitur pleno iure fundum effecerit ſtipulatoris, in nulla obligationis parte exoneraris. l. ſi ita ſtipulatus. §. Titius. *Fundus.*

f Vſumfructum petam. Cùm promittendo fundum, vt antè dixi, vſumfructum quoque promiſiſſe videaris. l. qui vſumfructum. Quare ſi fundum, detracto vſufructu, ſoluas, non ſatisfacis ſtipulationi. dict. §. Titius. abeſt nanque mihi ſtipulatori vſusfructus. Quare vſumfructum rectè petam, vt hîc, & l. non quocunque. §. 3 fi. ff. de legat. primo. † Quibuſdam tamen videtur non vſumfructum, ſed fundum totum petendum propter iuris regulam, quæ quandiu aliquid rei iuris deeſt, adhuc tamen ipſam rem petẽdam cenſet: vt puta, fundum poſſum petere, licet mihi *Res cui ius deeſt.*

traditus sit, si ius quoddam cautionis superererit.l.etiam.ff.de solutio.l.Iulianus.§.fi. hoc tit. Quæ sententia stricto iure defendi potest, cùm promissor fundi soluens fundum detracto vsufructu, in nulla obligationis parte exoneratur. l.si ita stipulatus. §. Titius. Titius tamen & æquius videtur, vt cum Iurisconsul. hic dicamus, non totum fundum, sed fundi vsumfructum (qui considerato effectu, neglectáque iuris subtilitate solus remanet in obligatione) petendum. Nam & regula, cuius aduersarij meminerunt, procedit, vbi ius aliquod extrinsecum: puta, euictionis deficit. d. l.etiam. & d.l.Iulianus. §. final. eo quippe casu tota res petitur, cùm ius illud totam rem respiciat, nos vbi in promissæ rei portionis solutione cessatum est, loquimur: quo casu ad id tantum agi potest, vt hîc, & dicta l.non quocunque. §.fina.cùm pars rei seipsam, non etiam rem totam respiciat.l.si stipulatus.§.qui decem.ff.de solutio.

g *Fundum dederis.* Integrum cum proprietate & vsufructu, qualem promisisti: an Titius quoque liberabitur, à quo eundem fundum detracto vsufructu postea stipulatus eram?

h *Liberabitur.* Id enim, quod mihi is Titius debebat, ad me peruenit, & mihi nihil abest: nec quod solutum est repeti potest. Quare contingit liberatio.l.quoties id. ff. de solutionibus. & quoniam duæ causæ lucratiuæ circa idem non concurrunt, l.omnes.ff.de actio.& obligatio.l.Mæuius.§.duorum.ff.de leg.ij.

§. SI HOMINEM.

1 *Mora nulla, vbi nulla petitio.*
2 *Nouatio, quando interuentu nouæ personæ non fiat.*
3 *Conditio retrotrahitur.*
4 *Acceptilatio correum liberat.*

Si hominem^a quem à Titio purè stipulatus fueram, Seius mihi sub conditione^b promiserit, & is^c pendente conditione post moram^d Titii decesserit, confestim^e cum Titio agere potero, nec Seius existente ✳ conditione mihi obligatur^f. At si Titio acceptum fecissem^g: Seius existente conditione^h obligari potest^i. Idcirco hæc tam variè quòd homine mortuo desinit esse res^k in quam Seius obligaretur: acceptilatione autem interposita superest homo quem Seius promiserat.

*Alij pendente legunt.

Ominem^a. Certum, Stichum finge.
b *Sub conditione.* Si rex Italiam intret.
c *Et is.* Stichus.
d *Post moram Titij.* A quo Stichum purè stipulatus fueram. Sed dices, quo pacto moram pendente conditione potuit facere Stichus, cùm interim ab eo stichus promissus non potuerit peti.l.pecuniam. ff. de reb.cred.l.cum filiusfa.§.fi. hoc tit.maximè propter spem nouationis futuræ, cùm scilicet conditio extiterit.l. quoties, in princip.ff.de nouatio. † Et dici soleat nullam esse moram, vbi nulla est petitio.l.si pupillus.hoc titul.l.lecta.§.sed cum fortis. ff.de reb.credit. nam moram ante secundam stipulationem à Titio contractam dici non potest: ea nanque per sequentem obligationem licet conditionalem purgaretur. l.quoties. §.j. ff.de nouatio.vnde rei promissæ interitus Titiũ liberaret.l. quod te.ff.de reb. credit.l.si ex legati. hoc tit. Sol. si Stichus purè semel promissus post moram ab iisdem contrahentibus in conditionalem obligationem deducatur, purgatur mora.d.l.quoties: cum inducatur nouatio saltem in euentum conditionis. §. præterea. versic. sed si eadem.quib.mod.tol.obligat. & ita extinguatur prima obligatio.l.j.ff.de nouatio. ideóque mora manere non possit.l.qui decem.§.si cum mihi. ff.de solut.l.parui.ff. de condict. fur. & quod si ante moram, cùm sub contraria conditione promissio 1

Vbi nulla petitio, ibi nulla mora

facta

facta censeatur, impedit pendens conditio petitionem. d. l. pecuniam. atque ideo morã. d. l. si pupillus. Cæterũ si diuersi promissores sint: quia ab vno purè stipulatus sim, deinde ab alio sub conditione eandem rem stipuler, contra primum, tametsi pendeat conditio, agere potero, & contracta antè mora per sequentem stipulatio-
2 nem condirionalem non purgaretur, vt hîc nulla sit: † quippe nouatio, licet noua persona interuenerit, cùm minus in secunda contineatur. §. præcedent. si non te, saltem tempore. §. plus autem, de actio. in Instit. *Nouatio quando in ducatur.*

e Confestim. Statim absque eo, quòd tenear conditionis euentum expectare: nec est hoc casu mora Titij primi promissoris purgata per sequentem stipulationem conditionalem, minúsque prohibeor pendente conditione, si ante non egerim, experiri: cum stipulatus fuerim à diuersis promissoribus, à Titio nempe, & à Seio, vt antè declaraui.

f Mihi obligatur. Cùm non supersit res eo tempore, quo conditio impletur. l. quoties. in princ. ff. de nouatio.

g Acceptum fecissem. Hoc est, Titium acceptilatione liberassem, quam acce-
3 ptilationem inutilem fuisse plerisque visum est: † cùm existens conditio retrotrahatur, perindéque habeatur, ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. l. potior. §. videamus. ff. qui pot. in pig. hab. Existente autem conditione, quoniam fit nouatio primæ obligationis. l. quoties. in princ. ff. de nouatio. §. præterea. quib. mo. tol. oblig. stipulatio prior extinguitur. l. j. ff. de nouatio. Quare accepto fieri non potuit obligatio, quæ nulla retro fingitur, l. Seiæ. ff. de tuto. & curato. Sed vera non est hæc sententia, cùm acceptilationem vtiliter factam negari non possit, licet eius effectus ex futuro euentu pendeat: nam si deficiat conditio, effectum proculdubio habebit, Titiúsque primus promissor ea liberabitur. Si verò existat, quia nouata tum erit prima obligatio, atque ideo extincta, inutilis fateor, & sine effectu reddetur acceptilatio: cùm solutionis exemplo liberare soleat. l. j. & l. in diem. ff. de acceptilat. liberatio autem supponit obligationem. l. decem, quam in primo promissore nullam fuisse lex meritò interpretatur. Licet autem acceptilatio diem, aut conditionem expressam non recipiat. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. suspendi tamen facilè potest effectus acceptilationis. *Retrotrahitur conditio.*

h Existente conditione. Et viuente Sticho promisso.

i Obligari potest. Contrarium prima fronte videbatur, cùm Seius ad eandem
4 rem, nempe ad Stichum, ad quam Titius obligatus esset. † & ita Titio facta acceptilatio correum Seium liberet. l. si quis decedens. §. j. ff. de lib. legat. non quoniam Seio accepto latum sit, sed quoniam velut soluisse videtur is, qui acceptilatione solutus est. l. si ex pluribus. ff. de acceptilationib. Sol. non sunt hîc duo correi, cùm non concurrant eodem tempore in obligatione eiusdem rei, sed diuerso tempore sint assumpti, emergit quippe obligatio in altero, cùm in altero cessat. *Acceptilatio correum liberat.*

k Desinet esse res. Ergo non debuit obligari Seius, cùm & obligatus liberatetur. Interitu nanque speciei debitor ante moram liberatur. l. quod re. ff. de rebus cred. l. si ex legati. hoc tit. nec hoc casu retrotrahi potest existens conditio, cùm res extare desierit. l. qui balneum. §. Titia. ff. qui pot. in pig. hab. l. si. ff. commu. prædio.

IOAN. CORAS. VALEN. X. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. SI QVIS.

1 *Conditionalis stipulationis effectus*

LVII. IDEM.

Si quis *si Titius consul factus erit, decem dare spoponderit*, quamuis pendente conditione promissor moriatur, relinquit hæredem obligatum[a].

Stipulationis conditionalis effectus.

Æredem obligatum[a]. †Conditionaliter intellige propter spem, quæ 1 est debitum iri. §. ex conditionali. de verborum obligationib. in Instit. Pendente nanque obligatione propriè & purè obligatus dici non potest, cùm nondum nata sit obligatio. l. cedere diem. ff. de verb. sig. Quod autem hîc dicitur promissore mortuo hæredes ex stipulatione conditionali teneri, in casuali conditione obtinet, non item in arbitraria. l. si decem. imputandum quippe esset stipulatori, qui eam cùm potuerat non impleuit. l. à testatore. ff. de conditio. & demonstrat. Quæ res locum habet magis idoneum, in d. l. si decem.

IOAN. CORAS. VALEN. X. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. QVI VSVMFRVCTVM.

1 *Vsusfructus non est pars fundi.*
2 *Stipulatio sequens quādo nouet priorem.*
3 *Nouatio quando nouæ personæ interuentu non inducatur.*
4 *Nouatio primæ oblig. non fit per secundam minus continentem.*
5 *Nouatio non fit nisi exprimatur.*

LVIII. PAVLVS.

Qui *vsumfructum fundi stipulatur*, deinde *fundum*, similis est ei qui partem[a] fundi stipulatur, deinde totum fundum[b] quia fundus dari non intelligitur, si vsusfructus detrahitur[c]. Econtrariò qui fundum stipulatus est, deinde vsumfructum, similis est ei qui totum stipulatur, deinde partem[d]. Sed qui *actum* stipulatur, deinde *iter*, posteriore stipulatione nihil agit[e], sicut qui *decem*, deinde *quinque* stipulatur[f], nihil agit. Item si quis *fructum*[g], deinde *vsum*[h] stipulatus fuerit, nihil agit[i], nisi in omnibus[k] nouādi animo hoc facere specialiter expresserit[l], tunc enim priori obligatione expirante[m] ex secunda[n] introducitur petitio: & tam iter quàm vsus, necnon quinque[o] exigi possunt.

Vsusfructus non est pars fundi.

Similis est ei qui partem[a]. Tertiam, quartam, aut dimidiam puta. †Ergò 1 vsusfructus non est *pars fundi*. l. rectè dicimus. ff. de verbor. sign. l. & per iusiurandum. §. illud. ff. de acceptilationib. vt ostendi in l. testamento. in fi. C. de impuber. Etenim nullum simile est idem. l. quod neruæ. ff. depos. præterea cùm res corporea partes incorporales habere nequeat, fundus autem res sit corporalis. l. j. §. quædam. ff. de re. diuisio. l. quæstio. l. fundi. ff. de verb. sig. vsusfructus verò res incorporea. d. l. j. §. incorporales, qua fronte dici potest vsumfructum partem fundi esse. Melius itaque dixerimus in multis casibus, vsumfructum partem dominij esse. l. iiij. ff. de vsufruct. Vsusfructus enim cum proprietate plenarium dominij ius constituunt. Et cùm dicit idem Iul. Paulus, vsumfructum non dominij, sed seruitutis partem esse. d. l. rectè, de vsufructu à proprietate separato, quem formalem vocant, loquitur.

Stipulatio quando nouet priorē.

b Deinde fundum totum. †Quo casu nouat posterior stipulatio priorem. Ideo ex 2 secunda nouante ad totum fundum agitur, non etiam ex prima ad partem. Quocirca idem dicit Iul. Paul. si primò quis vsumfructum, deinde fundum stipuletur: vt cùm posterior stipulatio plus cōtinet, prima nouetur, ex qua ideo non agatur, sed ex secunda ad totum fundum. Cùm enim plenior sit, potior esse debet. l. si ita scriptum. ff. de hæred. instit. Ergo si stipulanti secūda plenior, hoc est, vtilior non esset: tametsi re plus continere videretur, non fieret nouatio primæ. l. si diuortio.

c Si vsusfructus detrahitur. Nam qui fundum dare promisit, eum pleno iure stipulatoris efficere debet. l. si ita stipulatus. §. Titius, tā respectu proprietatis, quàm vsusfructus, cùm vtrunque fundi verbo, veniat. l. si alij. ff. de vsufructu legat. Ideóq; soluens fundum deducto vsufructu non liberatur. l. eum qui ita. §. si à te.

d Deinde

3 *d Deinde partem.* †Quo casu nihil agitur per secundam stipulationem, quæ cùm minus contineat non nouabit primam: quod adeò verum est, vt nec quidem hoc casu interuentus nouæ personæ nouationem operetur. l. eum qui ita. §. si à te: nam verissimile non est creditorem voluisse à priore obligatione pleniore, & magis sibi commoda recedere. l. cùm de indebito. ff. de probatio. sed scripturam pleniorem, & vtiliorem sequi voluisse. l. si ita scriptum. ff. de hæred. instit. nisi speciali- *Nouatio, quandoque noua persona non inducitur.*

4 ter expresserit, vt sequitur. † Sed obstat fortissimè, quia hoc iure videtur nouationem semper fieri, cùm noui aliquid in posteriore stipulatione adiicitur, quod in priore non erat, etiam detrahendo. l. fi. C. de nouatio. & d. §. præterea. Veriri hoc contrarium doctor. comminiscuntur hic nescio quam temporum distinctionem. Ego soleo dicere, nec quidem hoc iure nouationem primæ obligationis induci per secundam minus continentem, vt hic, & l. eum qui ita. §. si à te. hoc tit. & d. l. si pupillus. §. fin. ff. de nouation. nisi posterior sub prioris commemoratione fiat. d. §. præterea. & d. l. fi. túncque ideo, quia commemorando priorem, ab ea partes apertè recedere videbantur. l. sicut. ff. de adi. lega. l. non ad ea. ff. de cond. & demonstr. Sed & hodie nos hoc iure vti crediderim. l. qui sic stipulatur. vbi posui. *Nouatio primæ obligationis an per posteriorem.*

e Nihil agit. Eo quòd sua nihil intersit, cùm actum ex prima stipulatione habeat, & qui actum habet, iter habet: eóque vti potest, & sine iumento. l. j. §. j. ff. de seruit. rustic. prædior. diuersum igitur si quis iter primò, deinde actum stipuletur: aliud nanque magis stipulatur. l. si pupillus. §. fi. ff. de nouatio. Quare ea posterior stipulatio, vti plenior sequenda erit. l. si ita scriptum. ff. de hæred. instit. cùm eam effectum habere stipulatoris maximè intersit. l. si dari.

f Deinde quinque stipulatur, nihil agit. Licet enim fiat nouatio, cùm quantitas in posteriore stipulatione adiicitur: non tamen si detrahatur, cùm tunc noui nil habeat secunda stipulatio. §. præterea. Quib. mod. tol. oblig.

g Fructum. Id est, ius vtendi fruendi re aliena. l. j. ff. de vsufruct.

h Vsum. Hoc est, ius vtendi sine fructu. l. j. & ij. ff. de vsu & habitat.

i Nihil agit. Cum deductum in secunda stipulatione contineatur in prima: etenim fructui vsus inest. d. l. j. ff. de vsufruct. & l. per seruum. §. vsusfructus. ff. de vsu & habitatio.

k Nisi in omnibus. Prædictis casibus.

5 *l Specialiter expresserit.* † Hodie hoc est generale, vt nulla vnquam fiat nouatio, nisi partes hoc expressè agant. l. fi. C. de nouatio. §. penult. Quib. mod. tol. obligat. in instit. quare inanis videtur hodie de nouationibus disputatio. *Nouatio non fit, nisi exprimatur.*

m Expirante. Iure nouationis.

n Ex secunda. Duntaxat, non item ex prima, quæ iam vi nouationis expirauit & extincta est. l. j. ff. de nou.

o Tam iter quàm vsus. Necnon quinque. Referto singula singulis.

IOAN. CORAS. VALEN. XI. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. QVOTIES.

1 *Aestimatio à quo tempore ducatur.*
2 *Mora eo momento non contrahitur, quo oblig.*
3 *Captio rei.*

IDEM LIX.

Quoties in diem vel sub conditione oleum quis stipulatur[a], eius[b] æstimationem eo tempore spectari oportet, quo dies obligationis venit[c]: tunc enim ab eo peti potest[d], alioquin[e] rei captio[f] erit.

Vis stipulatur[a]. Nec die statuta, aut aduenìente conditione promissor soluit.

b Eius. Olei deducti in stipulationem.

1 *c Dies obligationis venit.* † Vt æstimatio talis præstetur, qualis eo tempore fuit: *Aestimatio à quo tempore ducatur.*

non autem vt augeatur.l.si Calendis.ff.de re iudic.licet alij contra: nam & hic Iulius Paulus æstimationem spectari dicit eo tempore, quo dies obligationis venit, nõ igitur alio. Et in lege Aquilia speciale esse videm⁹, vt quãti plurimi res fuit, fiat condemnatio.l.ait lex.ff.ad l.Aquil. Quo fit euidens aliud in nostro casu, alijsque omnibus regulariter respondendum, exceptis quibusdam, quos in l.vinum, ff. de reb.cred. aggregauimus, simúlque explicuimus distinctè, quando contractus moræ iudicij accepti, vel rei iudicatæ tempus sit spectandum: quod hîc inculcarem, si arbitrarer expedire.

d Peti potest. Sed nunquid statim tunc moram contraxisse promissor videbitur, eo videlicet tempore, quo dies obligationis venit, quod in aduentu diei dubium non est: cùm is in mora debitorem constituat.l.magnam. C.de contrahen. stipul.† Cæterùm non idẽ in conditionis existentia, cùm ea obligationem enasci faciat.l.cedere diem.ff.de verb.signific. eámque puram reddat.l.fi.§. Titius, ff.de vulg.l.necessariò.§.j.ff.de pericul.& commo. rei ven. absurdum autem sit eodem momento exoriri obligationem, & moram contrahi.l.promissor.§.j.ff.de constit. pecunia.l.quod dicimus. ff.de solutio. quæ sententia nec iniuria plerisque displicuit, cùm apertè huic textui repugnet, & l.euictis agris.ff.de vsu.quod prosequere, vt hîc per recentiores. 2

Mora non contrahitur eo momento quo obligatio.

e Alioquin. Si diceremus non spectari æstimationem eo tempore, quo dies obligationis venit.

f Rei captio. Id est, deceptio.l.si fundo.ff.de act.emp. quam propriè in contractib. extra contract. verò insidias fieri vulgò traditum est.l.j.ff.de minor.

L. IDEM ERIT.

1 *Aestimatio à quo tempore fit.* 2 *Locus tacitum tempus continet.*

IDEM. LX.

Idem erit, & *si Capuæ certum olei pondus dari quis stipulatus sit*, nam eius temporis[a] fit æstimatio cùm peti potest: peti autem potest, cùm primum in locum perueniri potuerit[b].

Aestimatio à quo tempore fiat.

Eius temporis a. Non alterius etiam posterioris.† Vnde satis colligi potest, non augeri hanc æstimationem, sed simpliciter talem præstari, qualis eo tempore fuit, vt dixi l.præcedenti & plenius in dicta l. vinũ. 1

b Perueniri potuerit. † Locus enim adiectus tacitè temporis spatium inducit, quo illo plerique homines eiusdem conditionis solent peruenire. l. eum qui calendis.§.quoties.l.interdum, & l.continuus.§.cùm ita. IOAN. CORAS. VALEN. IX. NOVEMB. M. D. XLVI. 2

Loci adiectio, tacitũ tempus habet.

L. STIPVLATIO HOC MODO.

1 *Testandi libertas constringi non debet.* 3 *Pactum futuræ successionis.*
2 *Præmij spe mutare licet testamẽm.*

IVLIANVS LXI.

Stipulatio hoc modo concepta, si hæredem me non feceris[a], tantum dare spondes, inutilis est: quia contra bonos mores[b] est.

Testandi libertas non constringitur.

Si hæredem me non feceris a. †Et ita à præcedẽti conditione incipit stipulatio, quæ per indirectum aufert libertatem testandi, metu videlicet pœnæ: ideo nõ secũdũ bonos mores interposita.l. Titia. in prin. Multò magis igitur improbaretur stipulatio, quæ directò liberam testamenti 1

menti

nienti factionem auferret, vt hoc modo concepta, promitto te facere hæredem,
2 l. ex eo. C. de inutil. stipul. † Licet autem pœnæ vinculo testandi libertas obstringi non possit, vt hic, spe tamen præmij ad institutionem inuitari quem posse aduersus alios crediderim cũ Per. in l. cùm donationis. C. de transaction. cùm nulla lege prohibitũ reperiatur, nisi cũ institutio captatoria esset, vel in fraudẽ senatuscõsulti. l. ille autẽ. ff. de hæred. instit. l. j. in fin. ff. de his quæ pro nõ script. hab. vt in ea specie, si Mæuiũ instituat, Titius hæres esto: hoc enim in sententiã s. c. incidere dubiũ nõ est. d. l. ille autẽ. in fin. Aliud enim, si testator cũ Mæuio colludat, vt postquã eum scripserit hæredem, Titius alias ipse tabulas reciret: quibus Titio ne obolum quidem relinquat. Præterea si spe lucri ad matrimonium quemque allectari concessum est. l. Titio centum. §. j. ff. de condit. & demonst. quod tamen pœnæ vinculo obstringi eius moribus repugnantibus nequit. l. Titia, in princ. cur & non spe lucri ad institutionem aliquem inuitare licebit. *Præmij spe licet inuitare testantem.*

3 *b Quia contra bonos mores.* † Inhõnestum est pacisci de hæreditate viuentis. l. ij. §. interdum. ff. de vulga. pactionibúsque testandi potestatẽ (qua nihil aliud est quod magis hominibus debeatur. l. j. C. de sacr. eccles.) constringere. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc. l. cum donationis. C. de trãsactio. & hic. subest enim captandæ mortis votum. l. si C. de pact. Atqui generaliter nouimus stipulationes, & alia quæcunque pacta contra honestatem, & bonos mores nullius esse momenti. l. generaliter, vbi dixi, hoc tit. l. pacta, quæ contra. C. de pact. adeò vt nec quidem iureiurando firmentur. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de leg. j. Cum enim nõ oporteat iusiurandum turpitudinis vinculum, aut iniquitatis esse, c. quintauallis, de iureiuran. c. cum iuramento, de homi. non debet obligare contra bonos mores interpositum. c. non est obligatorium, de regul. iur. in vj. Reliqua quæ ad huius. l. tractatum pertinent, excutio plenissimè in opusculo meo pactorũ futuræ successionis. *Pactum futuræ successionis.*

IOAN. CORAS. VALEN. XII. NOVEMBER. M. D. XLVI.

L. SERVVS VETANTE.

1 *Seruus ex omni causa domino acquirit.* 2 . *Beneficium quando in inuitum confertur.*

LXII. IVLIANVS.

Seruus vetante domino [a], si pecuniam ab aliquo stipulatus sit: nihilominus obligat domino promissorem [b].

V Etante domino [a]. Ne ab alio quoquomodo pecuniam stipularetur.
1 *b Obligat domino promissorem.* † Initio seruus stipulatus domino acquirit. l. quemadmodum, in princ. ff. de iur. dot. Amplius Vlpian. non modò ex stipulatione, sed & ex aliis omnibus penè causis per seruos nobis inuitis acquiri respondit. l. etiã inuitis. ff. de acquir. rer. dom. Hæc enim acquisitio nobis non rectà contingit, sed per indirectum, & per mediam serui personam. l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donat. int. vir. & vxo. Ergo hic directè, licet per liberos homines nobis nolentibus non quæratur liberalitas. l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat. Atque ideo nemini inuito hæreditas, aut bonorum possessio *Seruus semper quarit domino.*
2 acquiratur. l. iij. §. inuito. ff. de bonor. pos. l. nec emere. C. de iur. delib. † reclamante semper regula, in inuitum non confertur beneficium. l. inuito. ff. de reg. iur. per mediam tamẽ alterius personã, & ita per obliquũ quæritur: vnde & alius pro me soluendo creditori, aut promittendo me liberat. l. j. §. penult. in fin. ff. de exerci. action. l. si stichum. §. fin. in fin. ff. de solutio. l. soluendo. ff. de nego. gest. l. soluere. ff. de solutio. Quod non tam constitutum censeri debet, vt faciliores simus ad liberationem. l. Arrianus. ff. de action. & obligatio. quàm quòd principaliter intersit creditoris pecuniam debitam recipere, aut mutare personam debitoris. Permixta itaque creditoris persona, & vtilitas facit in inuitum conferri liberalitatem. d. §. *Beneficiũ quãdo confertur in inuitum.*

generaliter, quæ aliâs nolenti minimè quæreretur. d. §. non potest. neque enim seruiendum aliter lex putauit iniustæ debitoris voluntati, vt de commodis creditoris detraheret, vel vt ei potius officeret. l. in fundo. ff. de rei vendicat.

IOAN. CORAS. VALENT. XII. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. SI ITA QVIS.

1 *Siue, dictio.* 2 *Causa celerior consumit.*

APHRICANVS LXIII.

Si ità quis stipuletur, *siue*[a] *nauis ex Asia venerit, siue Titius consul factus fuerit*[b], vtra prius[c] côditio extitisset, stipulatio cômittetur, & amplius committi non potest[d]: sed enim[e] cùm ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit[f]: necesse est vt ea quæ extiterit[g], stipulationem huiusmodi committat[h].

Siue, dictio.

Iue [a]. †Dictio Siue, disiunctiua coniunctio est, quæ si ponatur inter verba æquiualentia, stat expositiuè: ideòque sensum coniungit, licet verba disiungat, vt in eo exemplo *Alexander siue Paris Helenam rapuit.* l. ad protegendam. C. de in li. dan. tuto. vbi verò inter verba, aut orationes diuersas ponitur, quod regulariter contingit vtrunque disiungitur, vt hic, & alibi sæpe. 1

b Factus fuerit. Decem dare spondes.

c Vtra prius. Siue prior nauis venerit, siue Titius ante consul factus fuerit.

d Committi non potest. Licet ex altera causa existat conditio. altera enim non vtraque inerat stipulationi, l. cum quærebatur. §. j. ff. iudi. sol. † Et generaliter dicimus, vbi duæ causæ ad idem tendunt, effectum celerior consumit, vt hic. Non itaque amplius committetur pœna semel commissa, nisi id actum sit, vt in singulas causas toties committatur. l. si duo. §. fin. ff. de recep. arbit. actum autem intelligitur, si stipulatio non ad pœnam, sed in id quod interest committatur, & sæpe stipulatoris intersit. Sic enim stipulatio in se reuoluitur, id est, sæpè committitur. l. iiij. §. fi. ff. rem pu. sal. fo. atque ideo sæpius ex ea stipulatione agi potest, prout interest agentis. l. si procurator. ff. rem ra. hab. vt in eo exemplo Scæuolæ *si neque per te, neque per hæredem tuum vim fieri stipulatus essem*, egerimque quod mihi vim fecisses, hæredis nanque factum in stipulat. rectè remanebit. l. si sic, ij. 2

Causa celerior consumit.

e Sed enim. Ostendit hæc dictio Aphricanum hic aduersari prædictis. Aduersatur autem ita, quoniam licet traditum sit existentiam vnius ex disiunctiuis conditionibus impedire ex altera postea existente stipulationem committi, defectus tamen vnius, hunc effectum non operatur.

f Defecerit. Veluti, quia Titius mortuus sit, quem propterea constat consulem fieri non posse.

g Extiterit. Post alterius defectum.

h Committat. Id est, faciat committi. IOAN. CORAS. VALENT. XIII. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. HVIVSMODI.

1 *Hoc, pronomen.* 3 *Affectatio obscuritatis taxatur.*
2 *Conditio ad quod tempus retrotrahatur.*

IDEM. LXIIII.

Huiusmodi stipulatio interposita est, *si Titius consul factus fuerit, tunc ex hac die*[a] *in annos singulos dena*[b] *dare spondes*: post trienniû conditio extitit: an huius temporis[c] nomine agi possit, non immeritò dubitabatur[d]. Respondeo

spondeo eam stipulationem vtilem esse: ita vt in ea eorum quoque annorum[e] qui ante impletam conditionem intercesserint, præstatio in id tẽpus[f] collata intelligatur, vt sententia eius talis sit[g], tunc[h] cùm Titius consul factus fuerit, in annos singulos etiam præteriti temporis habita ratione dena præstentur[i].

1 EX hac die[a]. Interpositæ stipulationis. † Etenim pronomen hoc, demonstratiuum est, præsentis temporis.l.j.in princ.ff.de no.oper.nunciatio.l.Mæuius.§.duorum.ff.de legat.ij.Secus ergo, si adiectum esset pronomen demonstratiuum futuri: quia dixisset Aphricanus ex illa die, tunc enim tempus existentis conditionis significaretur. *Hoc, dicto.*

b Dena. Id est, decẽ.l.cũ duo.ff.de in di.addict.dixi in l.stipulatio ista.§.cũ qui.

c Huius temporis. Medii inter stipulationem, & conditionis euentum.

2 *d Non immeritò dubitatur.* †Imò videtur immeritò dubitari, cùm hoc in conditionibus perpetuum sit, vt ad tempus contractus nempe stipulationis interpositæ retrò ducantur.l.necessariò.§.quod si pendente.ff.de pericul.& commo.rei ven. cùm enim, inquit Caius, extitit semel conditio, perinde habetur, ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset.l.potior, in fin.princip.ff. qui pot.in pign. habe.sol. conditio retrotrahitur ad tempus actus confecti, respectu obligationis, quæ ab ea die effectum sumit, non item respectu præstationis, quæ post existentem conditionem: & ab eo duntaxat tempore facienda est, in obligatione præsertim annua, ne nimium & contra voluntatem grauetur promissor. *Conditio ad quod tẽpus retro trahatur.*

e Eorum quoque annorum. Trium, videlicet.

f In id tempus. Existentis conditionis.

g Talis sit. Vide quæso, quàm innixè cupiant Iurisconsulti, & nitantur legis sensum patefacere, clarum, apertum & facilem omnibus reddere. † Rem enim à se 3 non admodum obscurè tractatam, veritus hic Aphric. ne lector non planè perciperet, crassiore expositione vsus est, vt non abs re à viris doctissimis taxentur affectati isti rerum obscuratores, qui curiosa, & exquisita nimio affectu diligentia, vt quod prorsus ignorant, acutè scire videantur, rem per se claram cõsultò ipsa etiam refragante natura, tam anxiè, sollicitè, & obscurè tractant, vt auditores stupidi, & Cacozelliæ, hoc est, ineptæ & peruersæ affectationis duntaxat admiratores, nihilo tamen doctiores inde recedant. *Obscuritatis affecta tio taxatur.*

h Tunc. Hic articulus tunc temporis, extremitatem significat.l.si is.§.fin.ff.de cond.& demonstr.

i Dena præstentur. Et ita cùm post triennium cõditio extiterit, triginta pro præterito tempore peti poterunt.l.si ita stipulatus fuero, si Titius, in princ. hoc enim casu, & similibus fit præstatio post purificatam conditionem totius temporis præteriti ex die celebrati actus.l.si cui legetur, in fin.prin.ff.de leg.j. De vsuris quoque conueniri potest, vt ad diem non soluta pecunia, quod competit vsurarum nomine ex die interpositæ stipulationis præstetur.l.lecta.§.fi.ff.de reb.cred.nisi pro tem pote, quo cessatum est, minores vsuræ, nempe, quincunces cucurrissent, & de maioribus, videlicet semissibus adhuc esset conuentum. Tunc enim, quia quincunces cum semissibus vsurarum modum legitimum excederent, sic res temperabitur, vt in futurum duntaxat ex die cessationis crescant vsuræ.l.cùm quidam, in princip.ff.de vsur. IOAN. CORASIVS TOLOSAS VALENT. XIII. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. QVÆ EXTRINSECVS.

1 *Actus impertinens non vitiat.*
2 *Denarius.*
3 *Aureus.*
4 *Variatio an vitiet stipulationem.*

VLPIANVS. LXV.

Quæ extrinsecus & nihil ad præsenté actũ pertinentia adieceris stipulationi, pro superuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationé [a]: veluti si dicas, *arma virumque cano spondeo*, nihilominus valet. Sed & si in rei quæ promittitur, aut personæ appellatione varietur [b], non obesse placet [c]: nam stipulanti [d] denarios [e] eiusdem quantitatis, aureos [f] spondendo, obligaberis: sed & seruo [g] stipulanti Lucio domino suo [h], si Titio qui idem sit [i] daturum te spondeas, obligaberis [k].

Actus impertinens non vitiat.

Nec vitiabunt obligationem [a]. † Nec enim vitiant scripturas, quæ superabundant. l. non solent. ff. de reg. iur. l. testamentum. C. de testament. Contrà tamen plerisque videri potuisset, quod dici soleat actum impertinentem, & extraneum, stipulationé vitiare. l. continuus, in princip. Sed dic illud obtinere, vbi per actum illum non pertinentem ad alia negotia discessum est, quia contrahentium alter aliud agere cœpit. l. si ex pluribus, in princip. ff. de duo. reis. *Arma virumque cano.* Principium est peruulgati vers. Vergiliani, qui cum ad stipulationem nihil prorsus pertineat, sed ridicule potius insertum sit, promissorem nõ habuisse animum obligandi videbatur, atque ita stipulationem inutilem. l. obligationum substantia. §. fin. ff. de action. & oblig. 1

b Varietur. Spectata verborum figura. nec enim intelligendum est, partes mente variasse, vt vnus de vna re, aut persona, alius de alia sensisset: tunc enim dubio procul vitiaretur stipulatio. l. j. §. si quis simpliciter, hoc tit. perinde ac si ad interrogatum responsum non esset. §. si de alia, de inutil. stipulatio.

c Non obesse placet. Cùm in corpus consensum sit, licet in denominatione esset diuersitas.

d Nam stipulanti. Affert exemplum primi membri, cùm in rei, quæ promittitur, appellatione variatur.

Denarius.

e Denarios. † Denariorum diuersa fuisse genera scriptores tradũt. hîc de denariis Romanis Vlpianum sensisse autumo, qui singuli denos asses efficiebant: vt & nouissimè Gulielmus Budæus maximum seculi nostri ornamentum, in ij. de asse demonstrat. 2

Aureus.

f Aureos. † In iure ciuili, quod nũc habem⁹. Nõ vna (inquit Budæus in v. de asse) aurei æstimatio est, vt multi existimãt, sed pro tẽpore aliquid statuẽtiũ principũ faciunda, à quo non multum abhorrens Alciat. in dispunctio. aureum docet, apud Vlpianum decem librarum nostrarum summam æstimatione reddere, non, vt vulgò existimant, quatuor libras. 3

g Sed & seruo. Affert exemplum cùm in personæ appellatione variatur.

h Lucio domino suo. Qui Titius quoque dicebatur, hoc est Lucius Titius.

i Idem sit. Vocabatur enim, vt diximus, Lucius Titius.

Variatio an vitiet stipul.

k Obligaberis. † Hæc enim nominũ variatio respectu rerũ, aut personarũ, cùm in idé partes cõsentiant, nõ est impedimẽto stipulationi. l. si sub vna, in princ. licet secus si erratũ esset. l. si quis in fundi. ff. de leg. j. sed & eo casu, quo res ipsa præsens demõstraretur, non noceret in appellatiuo nomine error, vt hoc textu adductus Accurs. & alii docent: veluti, si dicam, hũc equum spondes? cùm sit bos: aut, hunc Pamphilum seruum? cùm Stichus appelletur: fungitur quippe vice proprii nominis, tam certa demonstratio. l. nemo, in prin. ff. de hære. insti. quando non intersit an proprio nomine res appelletur, an ad digitum, vel oculum demonstretur. l. certum. ff. de reb. cre. IOAN. CORAS. VALEN. XIIII. NOVEMB. M. D. XLVI. 4

L. SI MINOR.

1 *Lex Aelia Sentia.* 3 *Maior minoris verbo non continetur.*
2 *Minor rem sibi debitam non alienat.*

PAVLVS LXVI.

Si minor xx. annis à debitore suo [a] stipuletur *seruum manumissurum*, non est executio[b] stipulationis danda[c]: sed & si ipse xx. annorum erit[d], non impedietur manumissio: quia de minore lex[e] loquitur[f].

Debitore suo [a]. Qui, finge, Pamphilum seruum debebat.

b Executio. Hinc nota actum qui non valet, non mereri executionem.

1 *c Danda.* Sic enim fieret fraus legi † Aeliæ Sentiæ, quæ districtè prohibuit, ne minores xx. annis proprios seruos manumitterent. §. eadem.l. quibus ex caus. manum. nõ lic. in Instit. consilio minorum, quasi parum firmo in hunc modum resistens.l. si minor.ff.de seru.exportan. Nouerat enim eos, qui eam ætatem agunt facilè circumueniri, seruulorúmq; blandimentis, & adulationibus capi, & ita facultates suas leuibus ex causis diminuere. Ergò vult hic text. minorẽ, qui lege prohibetur ante xx. annum seruos manumittere nõ posse, eadem ra- *Aelia Sẽtia lex.*
2 tione consentire manumissioni serui sibi debiti. † Quare existimauerim & illud hoc text. verissimum, vt sicut minor non potest rem suam immobilem alienare, sine decreto.toto titu.C.de præd.mino.ita nec sibi debitam. *Minor quam rem alienare prohibeatur.*

d Vigınti annorum erit. Hoc est, si xx.annos attingat.

e Lex. Aelia Sentia, de qua diximus.

3 *f Loquitur.* † Nõ ergo maior lege continetur.l.cùm prætor.ff.de iudi.l.maritus. C.de procur.& quia ad tempus prohibitum, post tempus permissum intelligi debet.l.imperator.ff.de postuland.l.pater.§.fundum.ff.de leg.iij. *Minoris verbo, maior non continetur.*

IOAN. CORAS. VALEN. XV. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. ILLA STIPVLATIO.

1 *Impersonalitas an vitiet stipulationem.* 2 *Dare, verbum executiuum.*

IVLIANVS LXVII.

Illa stipulatio, *decem salua fore* [a] *promittis*, valet [b].

Ecem salua fore. [a] Sic legendum, non vt vulgò corrupti codices habent, *Rem saluam fore*: nam de stipulatione rem saluam fore, cùm sit prætoria stipulatio, & habeamus specialem titulum, non est verisimile Iulianum hîc impertinenter tractare.

b Valet. Contrarium prima fronte videri poterat, quod hic nec se daturum, nec facturum promissor spondeat: contra proprium stipulationis.l.v.§.stipulatio. sed impersonaliter promittat, decem salua fore, à quo salua futura sint, non ex-
1 primens. † Constat autem impersonalitatem ex parte promissoris, stipulationem vitiare, auth.si quando. C. de constit. pecun.§. ad hoc aliud, vt cùm de appellat. cog.col.viij. & de se quemque promittere oportere.l. inter stipulantem, in prin. Sol.hic promittit factum proprium, cùm promisisse intelligatur se curaturum, vt decem salua sint.l.quoties.ij.& d.l.inter stipulantem.in princ. & quod de impersonalitate oppositũ, tametsi doc.recipiunt, verum non est, vt luculenter probaui in l.stipulatio ista.§.si quis ita. Quare frustra ad earum distinctionem recurremus, aut est impersonalitas ex parte promissoris in verbo promissiuo, vt tunc vitietur stipulatio. d. authent. si quando. aut in verbo exequutiuo, & valeat, vt hic.§.se- *Impersonalitas an vitiet stipul.*

Dari verbum executiuum. quenti. † Eſt autem verbum Dari, exequutiuum præcedentis obligatorij verbi, 2
promitto.l.fi.§.Labeo.ff.de reb.credit. IOAN. CORAS. VALEN. XV. NOVEMBR. M. D. XLVI.

§. EVM QVI.

1 . *Promiſſor quando expromiſſorem dando liberetur.*

Eũ qui *decẽ dari ſibi curari* ſtipulatus ſit [a],non poſſe decem petere [b], quoniam poſsit promiſſor reum locupletem dando liberari [c] Labeo ait [d]. Idémque & Marcellus lib. vi. Digeſtorum refert.

Tipulatus ſit [a]. Quia, finge ſtipulationis verba, Titius ita concepit, Promittis mihi te curaturum, vt decem mihi dentur?

b Decem petere. † Præciſè à promiſſore, hoc eſt, non poterit ideo 1 ſtipulator intendere, oportere per promiſſorem decem dari. l. fin. §. Labeo. vbi idem caſus ſcribitur. ff. de reb. cred. Diuerſum, ſi quis ſe ſoluturum conſtituat. l. promiſſor. §. fi. ff. de conſtit. pecun. Diuerſum item, ſi quis promiſerit facere, quòd mihi darentur decem: neque enim tunc ſufficeret expromiſſorem dare, ſed ipſa decem præſtanda eſſent. l. ſi hæres iuſſus, in princip. ff. de leg. j. quandoquidem, vt illic Caius docet, nemo facere poteſt, vt ego centum habeam, niſi mihi dederit. Hinc nota magis præciſam verbi faciendi, quàm curandi ſignificationem. l. verbum facere. ff. de verborum ſignificatione.

Promiſſor quando liberetur dando expromiſſorem.

c Liberari. Ad eundem ſenſum Celſus ex ſententia Labeonis in d. §. Labeo, ait, eum qui decem dari curari ſtipulatus eſt, idcirco non poſſe decem dari oportere, intendere: quia etiam reum locupletem dando, promiſſor liberari poſſit. quo ſignificatur non eſſe cogendum eum accipere iudicium, ſi reũ locupletẽ offerat,

d Labeo ait. Cuius ſententiam Celſus quoque refert in dicto. §. Labeo.

IOAN. CORAS. VALEN. XV. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. SI POENAM.

1 *Pœna quãdo adijciatur quantitati in fraudem vſurarum.*
2 *Promittens mutuare, factum promittit.*
3 *Intereſſe eſt incertum.*
4 *Tempus debitori modicum datur.*

PAVLVS LXVIII.

Si pœnam [a] ſtipulatus fuero, *ſi mihi pecuniam non credidiſſes*, certa eſt [b] & vtilis [c] ſtipulatio. Quod ſi ita ſtipulatus fuero, *pecuniã te mihi crediturũ ſpõdes* [d], incerta eſt [e] ſtipulatio: quia id venit in ſtipulationẽ quod mea intereſt [f]

I pœnam [a]. Decem aureorum finge.

Credidiſſes. Hoc eſt, mutuò dediſſes: credendi naنque verbum, licet generale ſit. l. j. ff. de red credi. plerunque tamen ad mutuum ex ſubiecta materia neceſſariò contrahitur.

b Certa eſt. Cùm pœna certa dationem certæ quantitatis cõtineat, & obligatio dandi certa ſit. l. vbi autem. §. penult. nam & ex ipſa pronunciatione apparet, quid, quale, quantúmque ſit in ſtipulationem deductum. l. ſtipulationũ quædã certæ.

Pœna adiecta in vſurarum fraudem. *c Et vtilis.* † Contra videbatur, cùm adiecta obligationi quantitatis pœna, in 1 fraudem vſurarum incerta præſumatur. l. Iulianus. §. ibidem. ff. de action. empt. l. cùm allegas. C. de vſur. Sed illud obtinet, vbi pœna ad creditoris commodum adiicitur: nam ſi in fauorem rei addatur, vt hîc, non poteſt quoquomodo pœna vſuram ſapere, quũ vſura ſolius creditoris improbatam vtilitatem reſpiciat.

d Spondes. Nec pœnam ſtipulatus ſum, ſi mihi non crediddiſſes.

e Incerta

2 *e Incerta est.* † Obstat: quia hæc stipulatio promitto me pecuniam crediturum, hoc est, mutuaturum, dationem continet, cùm per dominium demus, hoc est, dominium transferamus. l. ij. §. appellata. ff. de reb. credit. atqui stipulatio dandi certa est. l. vbi autem. §. fi. Cæterùm fallax est hæc argumentatio, cùm in hac stipulatione non deducatur datio principaliter, sed purum factum: nempe contractus mutui, qui vt & alij omnes facti est. l. consilio. §. fina. ff. de cura. furio. Ergo qui promittit se crediturum, factum promittit, quia promisisse intelligitur se initurum contractũ mutui, in cuius cõtractus executione, licet emergat obligatio dandi, non tamen hoc attẽdimus, sed quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. de reb. cred. sicut nec traditio, quæ facti est. l. si rem tradi, & necessaria, vt ex contractu dominiũ transferatur. l. si ager. ff. de rei vendic. cùm veniat ad executionem obligationis dãdi præambulæ, reddit eam incertã. Sed perpetuò dicimus, eum qui promittit se daturũ rectà dationẽ in stipulationẽ deducere, proinde stipulationẽ certi esse, cõtinereq; vt dominiũ stipulatoris omnino efficiatur. d. l. vbi autem. §. fi. *Promittẽs mutuum dare.*

3 *f Quod mea interest.* † Ergo vult hic text. apertè, id quod interest, incertum esse: non igitur mirum, si lex vbique dicat ad id actionẽ incerti esse. l. liber homo. §. fin. hoc tit. l. fi. ff. si quis in ius voca. non ier. nam explodenda est eorum sententia, qui censent id, quod interest certi condictione peti, & lege & ratione carens, violansque omnino legum verba, dum album pro nigro exponens incerti, id est, certi interpretatur. Qua de re ampliter doc. in l. certi condictio. in prin. ff. de reb. cred. At verò in textu nostro dices, cùm etiamsi mutuatum fuisset à me debitore pecunia confestim peti potuisset. l. eum qui. j. §. quoties, non potest dici mea interesse. l. non videtur. ff. de acquir. pos. Respondeo, satis mea interesse, vt interim meis commo- *Interesse incertum.*

4 ditatibus seruiam. † Quod enim vulgò dici solet, pecuniam quæ præsenti die debetur, statim peti posse, cum aliquo temporis temperamento intelligendum est. l. quod dicimus. ff. de solutio. Indulget nanque lex debitori modicum saltem tempus, non minus decem dierum, aut longius, vt pro grauitate negotij iudex arbitrabitur. l. promissor. §. j. de consti. Nec videtur partes egisse, vt credita pecunia statim repetatur. l. qui sic. ff. de solut. cùm contrahant partes, vt suis necessitatibus subueniant. l. j. ff. de contrah. empt. quem finem ex contractu momẽtario assequi nequeunt. l. fin. §. fi. C. de bon. quæ lib. IOAN. CORAS. VALENT. XVI. NOVEMB. M. D. XLVI. *Tẽpus modicum indulgetur debitori.*

L. SI HOMO MORTVVS.

1 *Impossibilitas excusat à pœna.* 2 *Pœna ex contractu nullo non debetur.*

VLPIANVS LXIX.

Si homo mortuus [a] sisti non potest, nec pœna rei impossibilis [b] committetur [c], quemadmodum [d] si quis Stichum mortuum dari sibi stipulatus, & si datus non esset, pœnam stipularetur [e].

1 *a Mortuus.* † Siue tempore stipulationis interpositæ, qui casus dubitationem non habet, siue post. l. si decesserit, in prin. ff. qui satisda. cogan. excusat nanque superueniens impossibilitas à pœna. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iac. Si tamen contingat respectu rei, quæ est in obligatione, vt hic. Secus si in re tantùm posita in conditione. l. in illa, vbi dixi. Rursus quod hic dicitur, homine mortuo pœnam non committi, sanè accipiendum est, si mortuus sit citra moram, vel culpam debitoris, alioqui secus. l. si eum. §. j. ff. si quis cautio. nam cùm in odium morosi, homo mortuus viuere, vt & alia res perempta extare fingatur. l. si seruum. §. sequitur. & §. fin. non stato homine ad pœnam agi poterit. l. inter stipulantem. §. stichum. *Impossibilitas excusat à pœna.*

b Rei impossibilis. Hoc est, rei, quam impossibile est exhibere.

c Committetur. Impossibilium quippe nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de

Pœna ex contractu nullo non debetur.

reg.iur.l.fi.C.quæ sen.si ap.rescin.l.impossibilis,vt dixi hoc tit. † Cùm itaque prin- 2
cipalis obligatio de sistendo homine, propter impossibilitatem, quæ suberat ab initio,vel postea emergit,corruat, rectè dicit Vlpian.pœnam non committi.l.non dubium.C.de leg. Eadem quippe ratio est destruendi accessorium,quæ principale.l.si quis inquilinos.§.fina.ff.de leg.j.nam si ratio cessaret in accessorio, maneret illud primaria obligatione perempta.l.& si is.C.de præd.mino. Quocirca licet stipulatio alteri fiat inutiliter, quia stipulatoris non interſit, & inuentæ sint stipulationes, vt quis quod sua intereſt stipuletur. l. stipulatio ista. §.alteri, & §.alteri.de inut.stip.in Instit. Pœnam tamẽ,si alteri non detur,potest quis stipulari.d.§.alteri. Licet enim nullo probabili commodo stipulator afficiatur, quod detur alteri:sentit tamen commodum, si ipse pœnam consequatur. Planè quod dicimus stipulationem hominis mortui etiam respectu pœnæ inutilem obtinet,siue facta sit stipulatio inter eos, qui ignorauerunt hominem mortuum esse. l. j. §. si id quod. ff. de actio.& oblig. siue inter scientes, quandoquidem nihil agere eos existimandum, qui rem impossibilem in obligationem deducunt. l.cùm hæres. §.j.ff.de statulib.l. non solùm.ff.de actio.& oblig.

d *Quemadmodum.* Ad confirmationem eius, quod dixit de stipulatione consistente in faciendo,inducit Vlpian.simile stipulationis in dando consistentis.

e *Stipularetur.* Quo casu pœna, vult dicere Vlpian.propter impossibilitatem non committeretur, nisi casus ille impossibilis emergeret post cõtractam moram. l.inter stipulantem.§.stichum,& l.si seruum.§.sequitur. IOAN. CORAS. VALENT. XVI. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. MVLIER.

1 *Popularis qui.* 2 *Stipulatio inutilis oligationem nouat.*

IDEM LXX.

Mulier quæ dotem dederat populari meo [a] Glabrioni Isidoro, fecerat eum[b] promittere dotem, si in matrimonio decesſisset[c], infanti[d], & decesserat[e] constante matrimonio:placebat ex stipulatu actionem non esse[f],quoniam qui fari[g] non poterat,stipulari non potest[h].

Popularis qui.

P*opularis meo* [a]. † Id est,socio, amico & familiari meo eiusdem gentis & 1
populi:nam & Isidorus Glabrio,Phœniciæ,splendidissima Tyriorum colonia, vnde Vlpiano origo fuit.l.j.ff.de censi.oriundus quoque fuisse hinc demonstratur. Terentius in Phormione, *Amicus summus meus & popularis Getta.* Populares ergo dicũtur de vno populo amici,vt duo Tholosani.

b *Eum.* Isidorum Glabrionem.

c *Decessisset.* Mulier quæ nubebat,& dotem dederat.

d *Infanti.* Eiusdem fortè mulieris ex priore matrimonio filio.

e *Et decesserat.* Mulier prædicta.

Stipulatio inutilis an nouet obligatio.

f *Actionem non esse.* Manebit tamen salua actio ad dotem mulieri, aut hæredibus eius: licet stipulatio infantis effectum non habeat.l.certi cõdictio.§.quoniam. in fi.ff.de reb.cred. †Nec obstat,si dicas per stipulationem etiam inutilem,obliga- 2
tionem primam nouationis iure tolli.§ præterea.circa prin. Quib.mod.tol.oblig. in Instit.hoc enim obtinet, si stipulatio naturaliter saltem valeat, alioqui secus.d. §.præterea.vers.non idem iuris, atqui hoc casu nostro stipulatio cùm careret consensu, nulla omnino fuit.l.j.§.adeo. ff. de pact. etiam respectu naturalis obligationis,quæ ex consensu nascitur.l.stichum.§.naturalis.ff.de solutio.

g *Fari.* Id est, loqui,& verba proferre, inde fasti,& nefasti dies, vt in commentariis.l.j.in princ.explicuimus abundè.

h *Stipulari non poterat.* Infans, quoniam fari non potest, non stipulatur.d.l.j.in princ. Quòd si fari potest, tametsi eius ætatis sit, vt non intelligat quid agat,rectè stipulabitur.

stipulabitur.l.seruum. ff. rem pupil.sal.for.quod propter vtilitatem, vt illic Caius scribit, benigniorē q; interpretatione receptum est: nam stricto iure infans etiam, qui fari potest, hoc est, proximus infantiæ, qui rectè incipit loqui, qualis est, qui septimum aut octauum annum agit, non tamen vtiliter stipulatur. §. pupillus. de inutil. stipulat. in Instit. quæ omnia paulò plenius excussi in d.l.j.

IOAN. CORAS. VALEN. XVII. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. CVM QVID.

1 *Pœnam commodissimum est inserere.* 2 *Pœnalis stipulatio quomodo concipienda.*

IDEM LXXI.

Cùm quid [a] vt fiat stipulamur [b], pœnam sic rectè concipiemus, *si ita factum non erit* [c], cùm quid ne fiat [d] sic, [e] *si aduersus id factum sit* [f].

1 *Cum quid* [a]. In stipulationibus in quibus factum versatur, siue id in faciendo cōsistat, siue in non faciēdo, optimū est pœnā subiicere: †nam pœna non subiecta incertum est quid debeat is qui contra quod promisit, fecerit, quoniam enim futurum est, vt in id quod interest condemnetur. l. si pœnā. Quāti autē intersit, probatio difficilis est. l. fina. ff. de prætor. stipul. onerabitur admodum actor cui necessum erit planum facere, quāti sua intersit. §. fi. de verb. oblig. in Instit. ad vitandas igitur tales difficultates, pœna subiicienda est: quomodo autē addenda sit, tradit hic Vlpia. familiariter docens, quomodo sint concipiendæ pœnales stipulationes, respectu facti, vel non facti: quod explicatius adhuc Venuleius tractat in l. continuus. §. penult. *Pœnam adiicere cōtractibus cōmodissimū.*

b Stipulamur. Id est, stipulari volumus.

c Non erit. Pœnæ nomine (subaudi) decem aureos dabis.

d Cùm ne quid fiat. Stipulari volumus.

e Sic. Id est, hoc modo.

2 *f Factum sit.* †Tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes: quòd si in stipulationem plura facta deduxerim, quorum quædam in faciēdo, quædam in non faciendo consistunt: sic pœnæ clausula subiicienda erit; *si ita non feceris, aut si quid aduersus ea feceris, decem aureos mihi pœnæ nomine dabis.* l. continuus. §. pen. Túmque si contingat, vt contra quàm promissum est, faceas, siue in faciendo, siue in non faciendo pœnam committes. §. fina. de verborum obligationibus, in Instit. *Pœnalis stipulatio quomodo concipienda.*

IOAN. CORAS. VALENT. XVII. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. STIPVLATIONES NON DIVIDVNTVR.

1 *Actus indicatur secundum naturam rei deducta.*
2 *Vsusfructus cur diuiduus.*
3 *Vsus cur indiuiduus.*
4 *Facti pars in contractum deduci nequit.*
5 *Obligatio rem restitui indiuidua.*
6 *Obligatio dandi diuidua.*
7 *Interesse, quandoque indiuiduum.*
8 *Obligatio facti, an præcisa.*
9 *Sententia, quandoque difformis libello.*

IDEM LXXII.

Stipulationes non diuiduntur earum rerum, quæ diuisionem non recipiunt [a], veluti viæ, *itineris, actus, aquæductus*, cæterarúmque seruitutum [b]: idem puto, & si quis faciendum aliquid stipulatus sit [c], vt puta, *fundum tradi* [d], vel *fossam fodiri*, vel *insulam fabricari*, vel *operas* [e], vel quid simile his: horum enim diuisio corrumpit stipulationem [f]. Celsus tamen libro xxxviii. Digesto. refert Tuberonē existimasse, vbi quid [g] fieri stipulemur [h],

& si non fuerit factum[l], pecuniam dari oportere[l], ideóque[l] etiam in hoc genere diuidi stipulationem[m], secundum quæ Celsus ait posse dici[n], iuxta æstimationem facti[o] dandam esse petitionem[p].

Diuiduum dicitur secũdum naturam rei.

On recipiunt a. † Nam vt actio mobilis, vel immobilis iudicatur, secundum naturam rei in eam deductæ. §. j. de non alien. col. ij. ita & stipulatio diuidua, & indiuidua. l. ij. §. & harum, & l. iiij. §. Cato, & vtrobique dixi. Interpretandum igitur, quod dicimus stipulationem diuiduam respectu rei diuisibilis in eam deductæ: nam in sui conceptione indiuidua semper dici debet, cùm ex consummatione formam, & perfectionem recipiat. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. falc. & in imperfectis pars demonstrari non possit. l. ij. in princ. ff. de præto. stipula. cùm nihil actum esse credamus, dum aliquid agendum superest. l. cùm Syllanianum. in fi. C. de his qui. vt indig. præterea, quoniam tunc cùm contrahitur, facti est. l. v. §. stipulatio, vt & cæteri contractus. l. consilio. §. fina. ff. de cura. furio. facta autem diuisionem non recipiunt, vt hac l. & l. in executione. §. secunda. 1

b Cæterarúmque seruitutum. Præter vsumfructum, qui & diuidi potest, non sicut cæteræ seruitutes indiuiduæ sunt. l. j. §. si vsusfructus. ff. ad l. falcid. Cuius rei ratio non sat nostratibus liquet. † Ego à Iurisconsultis vsumfructum dupliciter accipi scio, pro iure ipso vtendi. l. j. ff. de vsufruct. & pro actuali fructuum perceptione. l. si vsusfructus. ff. de iur. dot. in prima significatione, vel inuiti fateri cogimur indiuiduum esse, exemplo cæterarum seruitutum. d. §. & harum, & hic: cùm sicut reliquæ seruitutes incorporalis sit, qui nec tangi, nec videri potest, nec palpari. l. j. §. fi. ff. de rer. diuisio. Quod si ad alteram appellationem vsumfructum referamus, vt scilicet perceptionem designat fructuum. d. l. si vsusfructus. proculdubio diuiduus est. d. l. j. §. si vsusfructus. cùm & pro parte fructus colligi percipíque possint: nam frui quidem, inquit Iul. Paulus, pro parte possumus. l. vsus pars. ff. de vsu & habit. Eadem ratione dicimus cæterarum seruitutum commoditatem temporibus, & mensuris diuisionem recipere. l. si partem. ff. de seruit. rustic. prædio. l. arbor. §. fi. ff. commu. diui. l. Lucio. ff. de aqu. quot. & æsti. hoc enim, non ad ius seruitutis, sed ad modum vtendi respicit. l. iiij. §. j. ff. de serui. At verò dices, cur ergo Iurisconsulti à seruitutibus exceperunt vsumfructum. d. l. j. §. si vsusfructus. ff. ad l. falcid. si eodem modo diuisionem seruitutes cum vsufructu recipiebant? Respõdeo, quia hoc amplius est in vsufructu, vt in sua cõmoditate, nempe, in fructibus diuisionem etiam naturalem admittat. Aliæ verò seruitutes, non nisi per mensuras & tẽpora. † Hinc quoque patet, cur vsus indiuiduus sit, quia vt in d. l. vsus. Iurisconsult. ait, vti pro parte non possumus, hoc est vtendi commoditatem pro parte percipere: nam qui fundi vsum habet, fructu fundi duntaxat vtitur, pro quotidiani vsus necessitate. l. j. ff. de vsu. & habita. §. j. illo tit. in Instit.

Vsusfructus cur diuiduus. 2

Vsus cur indiuiduus. 3

c Stipulatus sit. Erit nanque hæc stipulatio facti indiuidua, sicut stipulatio seruitutis. Rationem in §. Cato, scripsimus, ne solutionem in diuersis rebus fieri contingat. l. in executione. §. prõ parte. † Nec mihi placet, quod omnes tradunt initio partem facti in stipulationem deduci posse, veluti, partem foueæ purgari. l. ij. §. j. ff. de aqu. plu. arc. Aut partem fundi tradi. Hæc enim in stipulationem deducta non partis, sed totius nomine censeri dicũnt: nam qui mihi partem fundi tradere promittit, non partem facti, sed totum factum promittit, licet de parte fundi actum sit. Sunt tamen quædam facta, quorum effectus & vtilitas scinditur: quia tantum vtilitatis facti pars affert in parte, quantum totum in toto, atque ideo diuidua censentur. l. in executione. §. secunda. veluti, *Amplius non agi, & rem ratam haberi.* d. §. Cato. & d. l. in executione. §. quod si stipulatus. 4

Pars facti nõ deducitur in contractum.

Obligatio rem restitui, indiuidua.

d Fundum tradi. Hoc text. planum fit † obligationem rem tradi indiuiduam, & obligatione, quia hæredes singuli insolidum obligantur, & solutione: quoniam 5

pro

pro parte res exsolui, hoc est, tradi non potest. quid autem in obligatione rem restitui doc. plurimum affliguntur, à quibus tamen crebrò existimatum est, eam licet solutione diuisionem non recipiat, quando non nisi pro solido (vt est apud Marcel.) res restitui possit. l. si duo. ff. depos. obligatione tamen sectionem admittere, cùm non insolidum vnusquisque hæres, sed pro portione tantùm hæreditaria teneatur. l. in condictione. ff. de condict. fur. l. iij. §. hæres. ff. commod. l. si plures. ff. de vi, & vi armata. Ego verò non video, cur à traditione debeamus restitutionem seiungere: cùm & is tradere dicatur, qui restituit. l. verbum dandi. ff. de verb. sign. Quocirca puro verissimum vtranque obligationem in persona principalis omnino indiuiduam, vt hîc. l. j. §. si duos. ff. depos. l. si vt certo. §. si duobus. in fi. ff. commo. l. eandem. in princip. ff. de duob. reis. in personam autem hæredum, qui non solent ex facto defuncti, nisi pro portionibus hæreditariis teneri. l. si tibi homo. §. si fundus. ff. de leg. j. vtranque obligatione diuiduam. l. in condictione. ff. de cond. furt. nisi respectu eius, qui solidæ rei tradendæ, aut restituendæ facultatem haberet. l. iij. §. hæres. ff. commod. cùm enim solidum ad eum peruenerit, insolidum teneri debet. l. si plures. ff. de vi & vi armata. præterquam cùm res hæredis tradenda esset. dict. §. si fundus. ea quippe ad hæredem peruenisse dici non potest, cùm nunquam fuerit defuncti, licet specialiter testãti concesserit lex, vt de re hæredis sicut de propria disponat. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. solutione verò, si species sit, quæ tradi, aut restitui debet: quoniam non nisi pro solido res præstari cõmodè potest, indiuidua erit. d. l. si duo. ff. depos. Quod si quãtitas, cùm & ea sine creditoris incõmodo pro parte præstetur. l. ij. & harum, & l. in executione. §. j. diuidua quoque solutione censebitur. d. l. si duo. in prin. & ita hunc articulum nouè explico.

e Vel operas. De quibus dic, vt scripsi in l. in stipulationibus. §. operarum.

f Corrumpit stipulationem. Hoc est, finem, effectum & vtilitatem stipulationis, qua expositione patet eos grauiter falli, qui putant hanc rationem, idem quod dictum continere: vult itaque Vlpia. memoratas stipulationes seruitutũ, factorum, operarum, aliorúmque id genus non diuidi, quia horum diuisio corrumpit stipulationem, hoc est, commodum & effectum eius. Si enim mihi (verbi gratia) insulam ædificare promiseris, & extructis muris cesses, aut relictis pluribus hæredibus decedas, damnosum mihi esset admodum, si vel tu nolles ad ædificium vlterius procedere, sed eius partis ex ædificatione, vel hæres tuus liberari

g Vbi quid. Sunt hæc, & quæ sequuntur vsque ad vers. ideo verba Iurisconsulti Tuberonis apud Celsum, *vbi quid fieri stipulamur, si non fuerit factũ, pecuniã dari oportere.* Quod dictũ volui, ne quispiã cum nõnullis existimer falsò verba esse stipulationis.

h Fieri stipulemur. Simpliciter, nõ adiecta pœna si non fiat: puta, insulã fabricari.

i Si non fuerit factum. Quod in stipulatione conuenerat: quia non fuerit fabricata insula.

k Pecuniam dari oportere. Hoc euenit (dicebat Celsus) in omnibus faciendi obligationibus, vt qui non facit quod promisit, in pecunia numerata condemnetur, quanti stipulatoris interfit. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudica.

l Ideóque. Quia pecuniam numeratam dari oporter.

6 *m Diuidi stipulationem.* † Cùm obligatio dandi pecuniam partis præstationem recipiens, diuidua fit. l. ij. §. & harum. & l. in executione. §. j. hinc autem habes, quòd licet principalis obligatio indiuidua fit, obligatio tamen ad æstimationem, aut id quod interest in locum eius subrogata est indiuidua: cùm ad pecuniam, & ita ad diuiduum contrahatur. d. §. primo. & obligatio diuidua, aut indiuidua intelligatur, secundum naturam rei in eam deductæ, vt hic, & d. l. ij. §. & harum. & l. iiij. §. *Obligatio dandi diuidua.*

7 Cato. † Eo porrò casu id quod interest, indiuiduum censetur, quo cùm principaliter ad indiuiduum, puta ad factum agatur, non iure obligationis, sed officio iudicis in executione sententiæ accessoriè venit. l. ij. §. & ex his, vbi Bart. & alij, oportet quippe accessorium principalis naturam sequi. ca. si super gratia. de offic. deleg. in *Interesse quandoque indiuiduũ.*

vj.c.accessorium,de regul.iur.eo.lib.

n Posse dici. Hoc casu, cùm factum non est, quod in stipulatione conuenerat, atque ideo in pecunia numerata fieri debet condemnatio.

o Iuxta æstimationem facti. Id est,secundum quod factum æstimatum fuerit.

p Dandam esse petitionem. In pecunia numerata,verbi gratia,Si insulam fabrica-
re mihi promiseris,nec feceris,hoc factũ pecunia æstimabitur,finge quingentis au
reis:iuxta quam æstimationem, ego stipulator contra te ad quingentos aureos a-
Facti obligatio an præcisa.
gere potero : tantique condemnaberis.d.l. si quis ab alio.§. fina.† & ita vtrumque 8
& factum & æstimatio facti post moram est in obligatione.l.j.ff.de act.empt.l.fi.ff.
si quis in ius voca. hoc est, poterit agere ad factum stipulator, aut ad facti æstima-
tionem.l.si insulam. si hoc magis ei placuerit.l. stipulatio.§. siue autem.ff.de no.o-
pe.nunciat. non tamen poterit cogi (vt omnes existimant) promissor facere: sed
præstando quanti petitoris interest,liberabitur, vt hic. & d.l.si quis ab alio.§.fi.ne
quædam seruitutis species in homine libero inducatur.l.j. & ij. ff.de lib. hom. ex-
hib. Quã sententiã verã nõ esse perspicuũ feci in ij.Miscella.ca.iij. cùm non in de-
bitoris,sed in creditoris omnino gratiã inductũ sit, vt si nõ fiat quod promissũ est,
in id quod interest agi possit.d.l. stipulatio.§. siue autem. tantique sequatur con-
demnatio. d.l.j. ff.de act. empt.d.l.si quis ab alio.§. final.& hic. Quocirca si ea via
omissa petitori placeat ad factum agere, eique sit vtilius, iniquum esset onere fa-
ciendi promissorem qui factum explere potest, liberari. l.fideicommissa.§.fi. ff. de
leg.iij.sic enim frustratio,& mora, quam non impunitam esse oportere Papinian.
respõdit.l.in fideicommissi.§.fin.ff. de vsur.ei prodesset : ex propriáque culpa præ-
mium consequeretur,contra omnem & legis, & naturæ æquitatem. l. siue hære-
ditaria.ff.de negot.gest.In obligatione verò dandi,in qua receptum est debitorem
dare præcisè, hoc est dominium stipulatoris facere omnimodo teneri.l.vbi au-
tem.§.fin.doctores censent,nec post moram, nec post interitum æstimationem,
aut id quod interest in obligatione succedere: sed rẽ ipsam etiã extinctã peti de-
bere.l.si seruum.§.fi.quæ quoniam præstari non potest, iudicis officio fit condem-
Sententia quandoque difformis libello.
natio in æstimationem.l.Iulianus.ff.de confess.† Licet autem regulariter senten- 9
tiam libello conformem esse oporteat.l. vt fundus. ff. commu.diuidun.l.fi. C. de
fideicom.liber. hoc tamen casu propter necessitatem toleratur sententia, qua in
aliud quàm petitum fuerit, iudex condemnat.l. vinum. vbi scriptores. ff. de reb
cred.Qua da re pleniore manu dico in l.si seruum.§.fi IOAN. CORAS.
TOLOSAS VALENT. XIX. NOVEMB. M. D XLVI.

§. SI QVIS ITA.

1 *Quanti ea res erit.* 2 *Ante diem quando ad factum agi possit.*

Si quis ita stipulatus sit[a], *si ante Cal.Martias primas*[b] *opus perfectum non erit*[c], *tunc quanti id opus erit*[d] *tantã pecuniã dari*[e], diem[f] promissionis cedere, non ex quo locatum est opus[g], sed post Cal. Martias[h], quia nec conueniri[i] ante Cal.Martias[k] reus promittendi poterat[l]. Planè si *insulam fulciri*[m] quis stipulatus sit[n], non est expectandum,vt insula ruat,vt sic deinde[o] agi possit.[p] Nec si *insulam fieri*[q], vt tantum temporis prætereat, quanto insula fabricari possit[r]: sed vbi iam cœperit mora faciendæ insulæ fieri:tunc agatur,diésque obligationi cedit.

Tipulatus sit[a]. A redemptore, qui certo pretio opus faciendum locauerat,vt insulam fabricari,aut scribere librum.

b Calendas Martias primas. De primis superuacuò mentionem facit: qui enim Calend.Martiis simpliciter stipulatur, de proximis sensisse intelli-

intelligitur.l.qui ante.& l.cum qui Calend.in princ.

c *Opus perfectum non erit.* Verbi gratia,ſcriptus liber,aut ædificata inſula.

1 d *Quanti id opus erit.* † Hoc eſt,inquiunt doc. quanti ſtipulatoris intererit opus factum fuiſſe. l.iij.§. in eũ.ff. de damn.infect. quam expoſitionem ipſe non admiſerim,cùm hæc verba *Quanti id opus erit*, ad veram rei æſtimationem, non etiam ad id quod intereſt,quod plerunque rei pretium egreditur,regulariter referantur l.vnic.§.fin.ff.ſi quis ius dic.l. arbitrio. in prin.ff.de do.l.prætor.ij.§. hæc autem. ff. vi bonor.rapto.l.inter hæc verba. ff.de verb.ſig.ergo qui facere promittit opus, & ſi perfectum non erit,quanti id opus erit, cenſetur operis reliqui duntaxat promiſiſſe æſtimationem.d.l.vnic.§.fi.cum ſimil.Etquoniam ante diem ſcire non poſſumus,quid faciendum ſupereſt,non niſi lapſo tempore iniri poteſt æſtimatio. *Quanti ea res erit.*

e *Dari.* Quæritur, ſubaudi, quando dies promiſſiouis cedat, hoc eſt, incipiat naſci obligatio.l.cedere diem.ff.de verb.ſig.

f *Diem.* Hic reſpondet.

g *Locatum eſt opus.* Et ſtipulatio contracta. intelligendum quippe eſt,vt & contextus verba demonſtrant,eodem tempore poſt locationem celebratam ſtipulationem, quæ ad roborationem præcedentis contractus adiecta fuit.

h *Poſt cal.martias.* Id eſt,poſtquam venerint Martiæ Calendæ.

i *Quia nec conueniri.* Adfert rationem, cur hoc caſu non cedat dies ſtipulationis à tempore operis locati, ſeu contractæ ſtipulationis: quia ſi ex eo die cederet ante. Cal.Martias,promiſſor vtique conueniretur. Atqui in ſpecie propoſita reus promittendi ante Martias Cal.conueniri non poteſt.

k *Ante cal. martias.* Finitas, inquiunt doct.cùm tempus producendum ſit debitori, in cuius gratiã appoſitum eſt.l.cum tempus.ff.de regul.iur.& verba dulcia contra ſtipulatorem interpretãda ſint l. ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus. Qua in re ſcriptoribus non conſentio,vt dixi in.l.qui ante Calendas.

l *Poterat.* Cenſetur etenim, qui ante Cal. ſtipulatur,Calendis ipſis ſtipulari.l. qui ante, & l. cum qui.ij.§. qui ita. ij. Qui autem Calendis ſtipulatur, ante Calend.experiri nequit, tametſi certum ſit promiſſum expleri non poſſe: ſed expectanda dies eſt,in quam tota obligatio collata intelligitur.l.in illa.l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.l.exiſtimo.§.fi.& l.inſulam intra.

m *Fulciri.* Id eſt,muniri, ſubſtrui, eidémque neceſſaria ſubſtentacula aptari.

n *Stipulatus ſit.* Simpliciter non adiecta die, qua opus inſulæ fulciendæ perfici deberet,nõ etiam inſerta pœna:nam & id quod intereſt, cum Iul.Paul.placet pœnam appellare.l.fin.ff.de eo quod cer.lo.ſi inſula fulta non eſſet,& ita à præcedenti reſponſo differt dupliciter,reſpectu diei, ſcilicet, & reſpectu pœnæ:in hoc enim verſ.planè neutrum expreſſum eſt, nec dies,nec pœna:ſed ſimpliciter opus promiſſum,in ſuperiore verò reſponſo facta eſt vtriuſque expreſſio.

o *Denique.* Lege deinde.

p *Agi poſſit.* Sed vbi iam cœperit mora inſulæ fulciendæ fieri, dies cedet obligationis,atque ideò rectè agetur, vt hic in fin.

q *Inſulam fieri.* Quis ſimpliciter ſtipulatus eſt. Nam adiecta die aut pœna ſi ante certum tempus inſula facta non eſſet: locum tamen adiectũ intellige,cuius ſi non fieret demonſtratio,inutiliter quis inſulam fieri ſtipularetur.l.non vtique.§. ſi quis inſulam.ff.de eo quod cert.loc.

2 r *Fabricari poſſit.* † Subaudi, expectandum erit. Videntur autem hæc duo reſponſa verſiculo planè, ſuperiori contradicere: ſed ſi vtrunque locum diligenter obſeruaueris, nihil pugnantiæ eſt.In præcedenti nanque reſponſo, non ſimpliciter opus fieri promiſſum erat, ſed adiecta die,& adiecta pœna,ſi opus illa die factũ non eſſet.Itaque dies(qui in debitoris gratiam ſemper inſertus intelligitur.l.ſtipulatio iſta.§.inter certam)expectandus erit,cùm in eum tota obligatio ſit collata l.in illa, hîc verò ſine die, & ſimpliciter inſulam fulciri, aut fabricari promiſſum *Ante diẽ, quãdo poſſit ad factũ agi.*

est,quo casu licet diem tacitè lex subintelligat.l.interdum,non tamen idem quod expressus operabitur,cùm aliter exprimatur,quàm insit.l.Titia.ff.ad.l.falc. potest quippe longior dies à partibus inseri, quàm à lege subaudiatur.l.j.§.si conueniat. ff.depos.Nec obstat Pompon.responsum, in l.si ita stipulatus essem abs te, dicentis eum,qui domũ ædificari stipulatus est, non ante ex ea causa agere posse: quàm tempus præterierit, quo posset insula ædificari. nam illud, vt ibidem scripsimus, obtinet: cùm experiri vult stipulator ob non perfectum opus,ad totum(vt aiunt) interesse. Ad particulare verò, ob non incœptum opus,statim agi potest:cùm morari promissor incœpit facere,vt hic.&.l.continuus.§.item qui insulam,&.l.existimo.§.fin.Committitur quippe stipulatio in id quod interest agentis, hac.l.§.Celsus.Quare ex ea stipulatione poterit stipulator, prout eius intererit.l.si procurator.ff.rem ra.hab. IOAN. CORAS. VALEN. XX. NOVEM. M. D. XLVI

L. INTERDVM.

1 *Pura stipulatio.*
2 *Tunc, dictio.*
3 *Dies, quando ortum actionis impediat.*
4 *Conditio quæcunque impedit natiuitatem actionis.*

PAVLVS LXXIII.

Interdum[a] pura stipulatio[b] ex re ipsa[c] dilationem capit, veluti, si *id quod in vtero*[d] *sit*: aut *fructus futuros*[e]: aut *domum ædificari*[f] stipulatus sit: tunc enim incipit actio[g], cùm ea[h] per rerum naturam præstari potest[i]. Sic qui Carthagine dari stipulatur, cùm Romæ sit, tacitè tempus complecti videtur: quo carthaginem perueniri potest[k]. Item si operas[l] à liberto quis stipulatus sit, non ante dies earum cedit, quàm indictæ fuerint, nec sint præstitæ.

Nterdum[a]. Sanè dicit interdum: nam regulare est, vt præsenti die pecunia debeatur, cùm in contractu dies non apponitur.l.eum qui Cal.§.quoties,hoc tit.l.si dies.ff.quã.di.leg.ced.l.in omnibus.ff.de reg.iur.

Stipulatio pura. *b Pura stipulatio.* †Stipulatio pura dicitur,cui neque tempus ad differendam petitionem,neque cõditio ad differendam obligationem adiicitur: sed præsenti die parit petitionem, vt promittis stichum, promittis x.aureos,& his similia.§.omnis,de verb.obli.in Inst. 1

c Ex re ipsa. Hoc est,ex natura, & vi rei deductæ in stipulationem,licet non ex verbis.l.quoties.ff.de oper.liber.

d In vtero. Ancillæ, Arethusæ puta.l.j.in fi.ff.de cond.& demonst.

e Fructus futuros. Fundi Tusculani.

f Domum ædificari. Tholosæ, Valentiæ,aut in alio loco demonstrato,sine cuius adiectione inutilis esset, vt sæpè dixi, stipulatio.l.non vbique.§.si quis insulam.ff. de eo quod cert.loc.

g Incipit actio. Hoc ad quinque casus hîc scriptos æqualiter referendum censeo.l.iam hoc iure. ff.de vulg.vt nõ ante nascatur actio,quàm per rerum naturam præstari possit, quod in stipulationem deductum est. dicit enim hic Iurisconsul-

Tunc, dictio. tus,†*tunc incipit actio*.Et notum est articulum tunc,temporis extremitatem significare.l.si iis.§.fin.ff.de cond.& demon.† Dies igitur tacita & à leg.subintellecta na- 2

Dies quãdo impediat ortum actionis. tiuitatem actionis impedit.l.si ita stipulatus essem abs te.l.existimo.§.fi.& clarius hic, licet dies à contrahentibus id non operetur, neque enim est impedimento ortui actionis.l.qui mandatum.ff.mand.tametsi differatur. ex partium conuentione petitio.§.omnis, de verbo.obli.in Inst.ob idque dicat Iurisconsul.malè experiri eum, qui ante diem agit.l.j.§.fin.ff.quan.di.vsusfruct.leg.ced.vtroque verò casu fateor,cùm pura sit stipulatio.d.§.omnis.ortam mero iure, vel ab initio obligationem. 3

gationem.l.centesimis. in principio. Quod & in omnibus huius text. exemplis verum puto, cùm omnia æqua determinatione concludantur.d.l.iam hoc iure. Quamuis doct.omnes id negent in his,quæ tacitam conuentionem continent, vt cùm seruus hæreditarius stipulatus est,aut quod in vtero,fructúsve nasciturí pro-
4 missi sunt.l.j.ad fi.ff.de cond.& demon.† Sicut enim expressa.l.cedere.ff.de verb. sig.ita tacita conditio (inquiũt) natiuitatem suspendit obligationis.Acc.in l.item quia.§.fi.ff.de pact.Sed mea sententia verior est, cùm stipulationem huiusmodi, quæ tacitam conditionem continet,Iuriscon.hic puram dicat, & tacita hæc conditio actum nullo modo reddat conditionalem.l.conditiones extrinsecus.ff.de cond.& demonst.ideóque transmissionem legati non impediat.l.cùm illud aut illud.§.j.ff.quan.di.leg.ced.tacitúmque in conditionibus non sit paris cum expresso virtutis.l.nonnunquam.ff.de cond.& demon. *Conditio quacũque impedit natiuitatẽ actionis.*

h Cum ea. Res in stipul.deducta.

i Præstari potest. Quia partus ab Arethusa editus est fructus in fundo Tusculano nati,aut tantum temporis præteriit, quanto domus exædificari potuit. Sic enim singula singulis referenda sunt.

k Carthaginem potest. Quod tempus tacitè complexum,iudicis,aut boni viri arbitrio definiendum est,vt perpulchrè Venuleius commonstrat, in l. continuus.§. cum ita.in iudiciis certè res expeditior est: in quibus lex certum tẽpus diffiniuit, nempe in singulos dies viginti millia passuum.l.j.ff.si quis cautio.

l Operas. Siue certas,siue incertas.Hoc quippe casu non cedit dies priusquam indixerit patronus stipulator, quas, & quando velit sibi præstari. illo verò casu, cum scilicet certæ promissæ sunt,non ante cedit dies,quàm condixerit locum, & tempus liberto,quo dentur operæ,nec præstitæ sint,cùm ex commodo patroni libertus operas edere debeat.l.cùm patronus, & l.quoties.ff.de oper.libertorũ. De his operis libertorum quædam dixi in l.in stipulationibus.§.operarum.

§. SI SERVVS.

1 *Seruus quando rectè stipuletur domino capto ab hostibus.*

Si seruus hæreditarius [a] stipulatus sit [b], nullam vim habitura est stipulatio,nisi adita hæreditas sit [c] quasi [d] conditionem habeat. Idem est [e] in seruo [f] eius,qui apud hostes est [g].

Eruus hæreditarius [a]. Qui & hæredi futuro sine proprij nominis expressione,& hæreditati iacenti rectè stipulatur. l.seruus hæreditarius. j.& ij.ff.de stipula.seru.

b Stipulatus sit. Simpliciter dari centum, quo casu dubio procul valet stipulatio.l. si vnus.§.fin.ff.de pact.ex eo tempore tamen effectum plenum capiens,quo adibitur hæreditas.l.si seruus hæreditarius.ff. de stipu.seruor.

c Nisi adita hæreditas sit. Cùm non ex die contractus, sed ex die aditæ hæreditatis agi possit.d.l.si seruus.

d Quasi conditionem. Si hæreditas adeatur.

e Idem est. Vt nullam vim habitura sit stipulatio,nisi hoc casu dominus reuertatur, sicut nec superiore,nisi adiretur hæreditas.

f In seruo. Stipulante domino captiuo.

1 *g Apud hostes est.* † Si seruus domino capto ab hostibus nominatim centũ dari stipuletur, valet stipulatio:cæterum nullam vim habitura est,nisi dominus ab hostibus reuertatur: nam eo apud hostes decedente,nullius momenti videbitur fuisse stipulatio .l.si seruus communis.ij.§.seruus capto. ff. de stipul.seruor. cùm enim lex Cornelia eum prima captiuitatis hora mortuum fingat, domino defuncto dari,&ita inutiliter stipulatus cẽsebitur.l.eius qui.§.quod si stipulatus.ff.de reb.cred. *Seruus domino captiuo, an rectè stipuletur.*

§. SI STICHI.

1 *Moræ purgatio vsque ad quod tempus.* 2 *Debitor quantitatis re perdita, an liberetur.*

Si stichi promissor post moram[a] offerendo purgat moram[b]: certè[c] doli mali exceptio nocebit ei[d] qui pecuniam oblatam[e] accipere noluit[f].

P*Ost moram* [a]. A se contractam: quia interpellatus opportuno loco & tempore non soluit. l.mora.ff.de vsu.

Purgatio moræ adquod vsq; tẽpus fiat.

b *Purgat moram.* Vnde si rem interire contingat, periculo liberabitur.l. quod re ff.de reb. cred. & l. si ex legati, hoc tit.†. Admittetur 1 autem hæc purgatio moræ vsque ad sententiam, modò illud ipsum quod petitum est, offeratur.§.fin.de perper.& tempor.action.in Instit.neque enim cogendus est litigare, qui soluere paratus est.l. si reus.ff. de procura. Idque non verbo, sed re.l. sed si alia.ff.de cõstituta pecun. facta rei debitæ in iudicio oblatione.l.si rem.§.fin. ff.de pignor.action.(aut si extra iudiciũ offerendo reus purgare velit) eiusdẽ obsignatione.l.obsignatione. C.de solutionib. Licet eo casu, quo aliud à petito offertur, veluti, cùm reus à quo pœna, aut id quod interest petitur, offert, principale ad factũ purgare morã ad litis contestationẽ, vsq; duntaxat concessum sit. l. si insulã, quo loco plena manu, quæ ad tractatũ purgationis moræ pertinent excutiemus.

Debitor quantitatis quando liberetur.

c *Certè.* Infert de specie ad quantitatẽ, hoc modo, Si debitor speciei, qui semel morã contraxit, & ita in culpa fuit, postea offerẽdo moram purgat: vnde cõuentus de interitu, exceptione doli creditorem, cui posterior mora nocere debet.l.si seruum.§.sequitur. meritò repellat.l.illud. ff.de pericul.& commo.rei vend. † Pa- 2 riter dicendum est debitorem quantitatis, qui pecuniam obtulit, quam creditor sine causa accipere recusauit, amissa pecunia exceptione doli proposita, petentem postea creditorem exclusurum. Quanquam aliquando interpellatus non soluerit.l.qui decem, in princip.ff.de solution.nam & tunc creditoris facto quodammodo accidisse videtur, vt pecuniam debitor perderet.l.si opera.ff. de exception. dol.neque æquum est teneri eum pecunia amissa, qui non teneretur, si creditor accipere voluisset.d.l.qui decem, vtroque casu igitur cùm eadẽ æquitas emergat, exceptio doli perdita est.l.j.ff.de exception. dol. licet alioqui quantitatis debitor tota etiam substantia casu amissa non liberetur.l. incendium. C. Si certũ petatur: debitor quippe generis est, quod perire non potest. l.in ratione. §.incertæ.ff.ad.l. Falc.

d *Ei.* Creditori videlicet, postea petenti.

e *Pecuniam oblatam.* Et deinde sine culpa debitoris amissam.

f *Noluerit.* Sine iusta causa. dict.l. qui decem: nam si iustam haberet causam recusandi, quia non opportuno loco vel tempore debitor contulisset, non esset inculpandus creditor, qui pecuniam oblatam recusasset.l. si soluturus.ff. de solutionibus. IOAN. CORAS. VALEN. XXII. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. STIPVLATIONVM QVÆDAM, II.

1 *Actio duplex ex stipulatione.*
2 *Certum per se, & per relationem idem.*
3 *Aureorum verbo qui.*
4 *Triticum Aphricum.*
5 *Modius.*
6 *Campania.*
7 *Amphora, & Capitolina amphora.*

PAVLVS LXXIII.

Stipulationum quædam certæ sunt, quædam incertæ[a]. Certum est quod ex ipsa pronunciatione[b] apparet quid[c], quale[d], quantúmque[e] sit: vt ecce *aurei decem*[f] *fundus* Tusculanus[g] *homo stichus*[h], *tritici* Aphrici[i] *optimi*[k] *modii centum*[l], *vini* Campani[m], *optimi*[n] *amphoræ centum*[o].

Qua-

Vadam incerta[a]. Hoc necessariò explicandũ fuit, vt intelligamus quæ
1 actio ex stipulatione detur: †nam si certa sit stipulatio, condictio certi *Actio duplex ex stipulatione.*
competit.l.certi condictio.ff.de reb.credit.§.j. de verb.oblig. in Instit.
si incerta actio ex stipulatu.l.si quiscertum.ff.de reb.cred.& quoniam
stipulatio ratione incertitudinis dilationem nonnunquam capere solet.l. præcedenti,in princ.

b Pronuntiatione. Hoc est,ex verbis à contrahentibus prolatis. idem tamen intellige,si per relationem ad aliud.l.sequi.versic.sed qui vinum. quãdoquidem par
2 est aliquid †per se certum esse,vel per relationem ad aliud.l.hæc venditio.§.huiusmodi.ff.de contrah.empt.l.asse toto.ff. de hæred.instit.l. ait prætor.§.j. ff. de re iudica.& l.iij.C. de sentent.quæ si.cer.quan.l.certum.ff.de re.cre. *Certũ per se.*

c Quid. Substantiam notat.

d Quale. Signa,hoc est, differentias,rem ex omni parte certam facientes,eandem ad indiuiduum contrahendo.

e Quantúmque. Quantitatem demõstrat. Cæterum existimandum non est horum trium concursum necessarium vt certa sit stipulatio, præterquàm in stipulatione eorum,quæ in pondere vel mensura cõstant: in aliis quippe sufficit eatenus aliqua ex his adesse,quatenus reluceat certitudo, vt in stipulatione speciei, quidditatem,hoc est, substantiam & qualitatem ex ipsa pronuntiatione apparere satis est: veluti si promittas hominem stichum, aut fundum Tusculanum, vtrobique quidditas monstratur,quia homo vel fundus:& qualitas,quia Stichus,aut Tusculanus.In stipulatione pecuniæ numeratæ sufficit quidditatis, & quãtitatis expressio: vt promitto decem aureos: designatur hîc in primis quantitas, puta decem, deinde quidditas, & substantia puta aureos, qualitatem exprimere necessarium
3 non est:†licet enim sint diuersarum qualitatum aurei:quia alij regis, alij Papæ,alij *Aureorũ verbo qui an rei veniant.*
Veneti, ex consuetudine regionis qui deducti censeantur in stipulationem, facilè interpretabimur.l.si seruus plurium.§.fin.ff.de legatis j.Quod si in eadem regione vterentur homines duplici forma aureorum, sicuti Tholosæ aureis solis, & paruis vtimur: de exiguioribus censebitur.l. semper in stipulationibus.ff.de regul. iur. l. minus.ff.de leg.iij.tum quòd in stipulationibus soleant verba contra stipulatorem accipi.l. stipulatio ista.§. in stipulationibus, tum quòd generaliter traditum sit, in obscuris non quod maximum est,sed quod minimũ perpetuò sequendum.l.semper in obscuris.ff. de reg.iur. planè si quis ea, quæ pondere aut mensura constant stipuletur:veluti,vinum,frumentum,oleum,aut quid simile, tria hæc concurrere oportet,vt certa sit stipulatio,quid,quale,quantum:veluti in exemplis tex. nostri, si stipuler tritici aphrici optimi modios cẽtum, aut vini campani optimi amphoras centum,hic rectè tria illa concurrunt, quidditas,seu substantia,quæ his verbis demonstratur,tritici,aut vini optimi: qualitas per ea verba Aphrici, aut Campani: Quantitas quia c. modij aut amphoræ promittantur. Quod si alterum, puta, qualitas deficeret,incerta esset stipulatio.l.seq.

f Aurei decem. Ecce hic quid:& quantum,quid Autei,quantum decem.

g Fundus Tusculanus. Perpende hic quid, & quale. Quid, fundus: Quale, Tusculanus.

h Homo Stichus. Hic quoq; apparet quid & quale. Quid homo,Quale Stichus.

4 *i Tritici Aphrici.*† Tritici Aphrici,quod illic optimum nasceretur, ll.sæpe meminerũt:de quo sic Plinius in xviij.naturalis historiæ scribit: *Tritici genera plura quæ fecere gentes,Italico nullum equidem comparauerim candore, aut pondere, quo maximè decernitur Montanis modo comparetur Italiæ agris externum in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia,mox Aphrica.* *Aphricũ triticum.*

k Optimi. Hoc reddit stipulationem certam.l.seq. vbi dico.

l Modij centum. In hac stipulatione certitudo per omnia tria demõstratur, per
5 quid,tritici:per quale,aphrici:per quantum,Modii centum.†Modiũ autem apud *Modius.*

Romanos non disparem fuisse ei mensuræ, quam Bœotium seu boysellum nostrates vocant, ex Budæo in v. de asse admonemur.

Căpania. Vide quæ dixi in §. huic autē.

m Vini Campani. † Campania regio est Italiæ, quam nunc Toscanam vocant. 6
Campus (inquit Strabo in v. geographiæ) omnes felicitates superans, in quo vina nasci optima veteres quoque scripserunt, vt non mirum sit, si de vino campano lex nostra verba faciat.

n Optimi. Secus si boni. l. seq.

Amphora.

o Amphoræ centum. Hoc quoque casu certa est stipulatio ex cōcursu omnium trium, quia in ea, quid, quale, quantúmque deductum est, quid vini, quale Campani, quantum amphoræ c. † Est autem amphora genus vasis vinarij octauam partem eius, quod modium vini dicimus continens, authore Budæo in v. de asse: verùm quæ in Capitolio asseruabatur maioris capacitatis erat, ac proinde scriptores historiarum Maximini incomparabilem bibendi edendique vim expressuri, amphoram vini Capitolinam, vno die illum sæpe persiccasse, carnis verò libras quadraginta, & nonnunquam sexaginta deuorasse, memorant. Iul. Capitoli. in Maximinis. IOAN. CORAS. VALENT. XXIII. NOVEMB. M. D XLVI. 7

Amphora capitolina.

L. VBI AVTEM.

1 *Debitor quandoque soluit quod maioris est pretij.*
2 *Condictio certi, quando pro mutuo detur.*
3 *Comparatiui natura.*
4 *Doctor celebrior doctissimus præsumitur.*

VLPIANVS LXXV.

Vbi autem non apparet quid, quale, quantumque sit [a] in stipulatione incertam esse stipulationem dicendum est: ergo si quis fundum sine propria appellatione [b] vel hominem generaliter sine proprio nomine, aut vinum frumentúmve sine qualitate [c] dari sibi stipulatur: incertum deducit in obligationem. Vsque adeò vt si quis ita stipulatus sit, *Tritici Africi boni modios cētum, vini campani boni amphoras centum,* incertum videatur stipulari, quia bono melius inueniri potest, quo fit vt boni appellatio non sit certæ rei significatiua [d]: cùm id quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit [e]. At cùm optimum quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet [f]: quæ res efficit, vt ea appellatio certæ rei significatiua sit.

Quid, quale, quantúmque sit a. Explicabis hæc verba, vt in l. præced.

b Sine propria appellatione. Quia stipulor fundum simpliciter nō expresso particulari nomine fundi, quo casu ratione incertitudinis stipulationem nullam esse constat. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. & l. ita stipulatus, in princ. hoc tit. Nec hic text. cōtrarium vult, licet dicat stipulationem huiusmodi incertam esse. Planè si de vno ex pluribus fundis eiusdem nominis, Seianis finge, stipulatio cōcepta esset, quia fundum Seianum, sine alia demonstrationis nota stipularer, vtilis esset stipulatio. l. qui ex pluribus vsi, fusius hoc ipsum tractabo.

c Sine qualitate. Hoc est, sine adiectione bonitatis tritici. l. fideiussor. ij. ff. mand. quantitate tamen expressa. l. Triticum, veluti si stipulatus sim frumēti modios decem simpliciter, non adiiciendo boni vel optimi, quo casu promissor vilissimum etiam, & pessimum dando, se liberare potest. d. l. fideiussor. At verò dices, cur ergo stipulatio huiusmodi designata certa quantitate, incerta dicitur, si promissor liberatur

1 tatur soluendo vilissimum: & ita primum gradum malitiæ tenentem? † Respondeo, quia variari præstatio potest voluntate debitoris. §. qui illud. qui potest exsoluere bonum, melius, & optimum: hanc autem solutionem, licet non sit verisimile fieri à debitore. l. cùm de indebito. ff. de probation. potest tamen accidere, cùm nonnunquam eueniat, vt promissori facilius sit soluere, quo maioris pretij est §. huic autem in fi. de actionib. in Institut. *Debitor solvere potest pretiosius.*

2 *d Certæ rei significatiua.* † Hinc quidam dixerunt, non dari certi condictionem pro mutuo, nisi quo casu res optima constans pondere, numero, vel mensura, mutuo data est: nam alioqui non dicitur peti certum, vt hic, & certi condictio non datur, nisi ex causa & contractu ex quo certum petitur l. certi condictio. ff. de reb. cred. sed decepti sunt, vt & ante nos annotatum est ab aliis: nam cùm de repetitione rei mutuatæ tractatur, contractus præcedens mutui deducitur, ex quo qualitas limitatur & determinatur: quia rem in eadem bonitate reddi oportet. l. cùm quid. ff. de reb. cred. Certum autem quid esse sufficit per relationem. l. ait prætor. §. j. ff. de re iudicata. l. iij. C. de sent. quæ si cert. quan. cùm ea vice particularis expressionis fungatur l. certum. ff. de reb. cred. *Condictio certi quando pro mutuo detur.*

3 *e Ipsum quoque bonum sit.* † Comparatiuum positiui naturam, & significatum retinet. *Comparatiuum.*

f Bonitatis habet. Decisa fuit hinc aliquando quæstio, si statutum constituat causas graues optimis, aut excellentissimis doctoribus committi, non poterit aliis dirigi cōmissio, quàm qui supremum gradum, & primum locum in eruditione te-

4 nēt: quoniam autem probatu difficillimum est, † qui sint doctorum doctissimi, ad famam, & crebriorem hominum opinionem scriptores meritò recurri volunt, atque ita spectandum esse, in qua præsumptione sint, qui in ea regione commorantur. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instru. si verò statutum vellet delegari causam bonis, aut melioribus doctoribus optimis quoque posse committi hic textus perspicuum facit. *Doctor quis doctior præsumatur.*

§. FVNDI.

1 *Stipulatio vsusfructus quando certa, vel incerta.*

Fundi certi[a] si quis vsumfructum stipulatus fuerit, incertum intelligitur in obligationem deduxisse[b], hoc enim magis iure vtimur.

Erti[a]. Tusculani puta.

b Deduxisse. Cùm ex ipsa pronunciatione non appareat, quale, & quantum sit deductum in obligatione: ignoratur enim quot & qua-

1 les fructus sit stipulator ex fundo percepturus. l. præced. † Est igitur stipulatio vsusfructus fundi incerta, & ideo actione ex stipulatu, nō etiā cōdictione certi agendū erit. l. certi condictio. & l. si quis certū. ff. de reb. cred. §. j. de verb. obligatio. in Instit, licet autē stipulatio vsusfructus fundi incerta sit, vt hic obligatio: tamen vsusfructus pecuniæ puta, xv. millium, est certa. l. tribus. ff. de vsufr. ea. rer. quæ vsu consu. cùm rei, hoc est, pecuniæ in qua constitutus est vsusfructus, dominium in fructuarium transferatur. l. si tibi. j. & ij. & l. fi. ff. illo tit. ideo obligatio dandi intelligatur. §. fi. huius l. quam certam esse constat. l. præced. & d. §. fi. quod non contingit in vsufructu fundi: quem qui debet, non tam dare quàm facere, hoc est, pati ius ipsúmque fruendi præstare tenetur. l. iij. §. dare. ff. de vsufruct. l. corruptionem. C. de vsufruct. *Vsusfructus stipulatio an certa.*

§. ILLVD.

1 *Incerta stipulatio.*
2 *Certum per se, & per relationem.*
3 *Quantum, dictio.*
4 *Rei iudicatæ authoritas.*
5 *Vsurarum stipulationi modus adiiciēdus.*

Illud dubitationẽ recipit, si quis id quod ex ea ancilla natum erit, aut fructus qui in fundo Tusculano nati erunt, dari sibi stipulatus sit, an incertum stipulatus videatur: sed ipsa natura manifestissimũ est, incertam esse hanc stipulationẽ[a], sed qui vinum aut oleum, aut triticum quod in horreo est, stipulatur, certũ stipulari intelligitur[b]. Qui verò à Titio ita stipulatur, *quod mihi Seius debet, dare spondes*: & qui ita stipulatur, *quod mihi ex testamento debes, dare spondes*, incertum in obligationẽ deducit[c]: licet Seius certum debeat, vel ex testamento certum debeatur: quanuis[d] istæ species[e] vix[f] separari possint ab ea quam proposuimus[g] de vino, vel oleo, vel tritico, quod in horreo repositum est. Et adhuc occurrit[h], quòd fideiussores certum videantur promittere, si modo & is pro quo obligantur, certum debeat, cùm alioqui & ita interrogentur, Id fide tua esse iubes[i]?

Incerta stipulatio. INcertam esse hanc stipulationem[a]. Quia incertum sit an qui, quales, & quanti nascerentur. l. sed & si restituatur. §. fi. ff. de iudi. & vbi non apparet ex ipsa pronuntiatione quid, quale, quãtúmque in obligationẽ deductum sit, † incerta est stipulatio, vt hac l. in prin. hoc tamen casu, 1 certi condictione, non item actione ex stipulatu agendũ erit, cùm non nisi re nata actio detur. l. interdũ. in prin. & l. inter stipulantem. §. sacram. Tum autem certum petitur. Quocirca certi condictio proponẽda. l. certi condictio, & d. l. si quis certũ. ff. de reb. cred. licet si fructus, non vt fructus, sed vt id quod interest petatur, actione incerti ex stipulatu agendũ sit. l. si stipulatus. ff. de vsu. cùm id quod interest incertum sit, atq; incerti actione exigatur. l. fi. ff. si quis in ius voc. l. iij. C. de inut. stip.

b Intelligitur. Licet enim non sit certum ex ipsa pronunciatione, quid in stipulatione deductum sit, per relationem tamen ad id quod est in horreo relucet certitudo. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrah. emptio. l. asse toto. ff. de hæred. instit. † Atqui paria sunt, aliquid per se certum esse, & per relationem ad aliud. l. 2 ait prætor. §. j. ff. de re iudic. l. iij. C. de sen. quæ si cert. quan. quod apparatu ad nauseam vsque producto scriptores hic comprobant. *Certũ per se & per relationem.*

c Incertum in obligationem deducit. Hoc statim in vers. quanuis istæ species doctores corrigi putant, quod nec structuræ sermonis conuenit, nec verisimile est: cùm nemo se statim corrigere præsumatur. l. nam ad ea. ff. de cond. & demonstra.

Quanuis dictio. d *Quanuis.* † Coniunctio est aduersatiua. l. j. §. j. ff. de eo per quem fac. er. l. j. §. si 3 cui. ad fi. ff. vt leg. no. caue. quam nullibi præcedentia corrigere legi. Quocirca mirum videri non debet, si à doctoribus dissentiam, qui hoc loco dictionem *Quanuis*, stare correctiuè putant: hoc enim nec rationi rectè loquendi congruit, nec ad verisimilitudinem accedit, cùm vt dixi, coniectura capienda non sit, Iurisconsult. sese confestim correxisse. Quærenda nobis itaque ratio differẽtiæ inter stipulationem vini, tritici, aut olei, quod in horreo est, & stipulationem quod mihi Seius debet, vel quod mihi ex testamento debes: cur videlicet in hanc incertum, in illam certum deducatur. Ego rationem esse puto, quia in stipulatione eius quod in horreo est, certitudo nullo velamento contegitur: sed coniecto in horreum oculo statim demonstratur. in stipulatione verò eius quod debetur, vel à Seio, vel ex testamento, non item cùm debiti probatio ad oculum non demonstretur, sed ex textibus aut instrumentis opus sit. Quæ etiam controuerti plerunque videmus, nec omne quod testamento relictum est, confestim deberi dicitur: permulta enim accidere possunt, quæ vel legatum omnino tollant, vel aliqua ex parte diminuant, vt æs alienum, & Falcidia. † Hinc patet secus esse vbi de ea re iudex pronuntiaret, 4 quia aliquem sic condemnaret, vt quod haberet ex testamento Mæuij, restitueret Titio. l. ait prætor. §. j. ff. de re iudic. l. iij. C. de sent. quæ sine cert. quant. idque propter *Sententiæ authoritas.*

pter

pter authoritatem rerum iudicatarum.l.seruo inuito.§.cùm prætor.ff.ad Trebel. quæ pro veritate accipiuntur.l.ingenuum. ff.de stat.homin. omnique controuersiæ finem imponunt.l.j.ff.de re iudic.

e Istæ species. Vltimæ videlicet, quod Titius mihi debet, & quod mihi ex testamento debes.

f Vix. Id est, difficulter. Cùm enim in prædictis duobus casibus eadem videatur esse ratio, quæ in prima specie de vino quod in horreo, non facile videbatur decisionem illarum ab hac separandam, vt in hoc certum, in illa incertum deductum temerè diceremus.

g Proposuimus. In versic.sed qui vinum.

h Occurrit. Simile, cuius argumento videbatur dicendum in his duabus vltimis speciebus, quod mihi Seius debet, & quod mihi ex testamento debes, sicuti in prima specie de vino quod in horreo est, incertum deductum videri.

i Fide tua esse iubes. L.græcè.in princ. ff. de fideiussor.§.si quid autem.illo tit.in Instit.hic autem contractus sic generaliter conceptus, valet: quia licet certus non sit per se, quia tamen ad obligationem principalem relatus ad certitudinem de-
5 ducit: quod, vt iam sæpe diximus, sufficit, effectum habet. † Non est itaque, quod *Vsurarum stipulationis modus adiiciendus.*
quicquam opponatur hîc de vsuris, quarum stipulatio non tenet, si certus modus non adiiciatur.l.quod in stipulatione. ff.de vsu. etenim vsuræ illic, neç per se, nec per relationem ad aliud certæ erant. Ne autem hic versic. & hoc simile, interpretationi nostræ aduersari videatur, considerandum est certum hac in specie alia ratione dici, ea nempe, quod ea quæ principali obligatione continentur, in fideiussoria nominatim repetita censeantur. l.sciendum, & l.Titia.§.idem respondit. hoc tit.§.fin.de fideiussor.in Instit.

§. QVI ID QVOD.

1 *Facti verbo non factum continetur.*
2 *Facta cur incerta.*
3 *Stipulatio fossam fodi cur incerta.*

Qui id quod in faciendo, aut in non faciendo [a] consistit stipulatur, incertum stipulari videtur [b]. In faciendo veluti, *fossam fodi, domum ædificari* [c],
2 *vacuam possessionem tradi.* In non faciendo, veluti *per te non fieri quominus mihi per fundum tuum ire agere liceat: per te non fieri quominus hominem mihi Herotem habere liceat.*

1 A *Vt in non faciendo* [a]. † Cùm faciendi verbo non factum quoque comprehendatur.l.in fraudem.ff.quæ in fraud.cred.§.si vxor.de nup.hæc verba, *aut in non faciendo*, otiosè adiecta videntur. satis quippe erat dixisse, *quod in faciendo*: nam & eo sermone non faciendum demonstratur.l.ij.in prin. Sed illud lata quadã significatione, licet propria, verum est: quam Iurisconsulti nonnunquam contrahunt: vt hic, atque ita hæc duo separant, vt aliud à facto non factum existiment.l.quotiens.j.§.j. ff. de seruit. vt & adoptionem ab arrogatione, licet generalis adoptio arrogationem contineat.l.ij.ff.de adoptio. *Factũ continet non factum.*

2 *b Incertum stipulari videtur.* †Factum enim priusquam expleatur, nullum est.l.si is qui quadraginta.§.quædã.ff.ad l.Fal.tota quippe eius perfectio à futuro pendet. l.operæ in rerum.ff.de oper. liber. meritò incertũ.l.sed & si restituatur.§.fi.ff.de re iudic.& §.illud huius l.cùm nihil de præsenti in obligatione deducatur.l. quod in stipulatione.ff.de vsur. in datione verò dominium ab ipso exordio venit in obligationem.§.fin.tametsi executio, quæ fit per traditionem.l.traditionibus.C.de pact. in futurum conferatur: proinde certa dicitur dandi obligatio.d.§.fina.si appareat, quid, quale, & quantum in ea deducatur.l.præced. *Facta cur incerta.*

3 *c Fossam fodi, domum ædificari.* †Sed cur hæ stipulationes, fossam certæ mensuræ fodi, domum designatæ formæ, & in certo loco ædificari, incertæ dicũtur: cùm ex *Stipulatio fossam fodi cur incerta*

earum pronuntiatione appareat, quid, quale, quantúmque sit in obligatione deductum.l præced.Respon.quia in faciendo consistunt,facta autem omnia cùm ex futuro pendeant, nec nisi consummata aliquam habeant formam. d. §.quædam. iure meritóque incerta dicuntur. d.l.sed & si restituatur. §.fina.ff.de iudic.licet ex pronuntiatione stipulationis appareat, quid,quale, quantúmque sit in stipulationem deductum: nam hæc reddunt stipulationem certam in dando consistentem. l.præcedent.non etiam si in faciendo,vt hic,ratione quàm mox docuimus.

§. QVI ILLVD.

1 *Alternans incertum exprimit.* 2 *Alternatio quando vitiet aut noceat.*

Qui illud aut illud stipulatur, veluti *decem* aut *hominẽ stichum*, vtrum certum an incertũ deducat in obligationem non immeritò quæritur:nam & res certæ designantur[a], & vtra earum potius præstanda sit, in incerto est[b]: sed & cùm quis[c] sibi electionem constituit adiectis his verbis, *vtrum ego velim*, potest videri certum stipulatus, cùm ei liceat vel hominem tantùm, vel decem tantùm intendere sibi dari oportere: qui verò sibi electionem non constituit, incertum stipulatur[d].

Es certæ designantur[a]. Qua ratione dicendum videtur stipulationem certam esse.l.præc.

b In incerto est. Cùm habeat electionem reus, an hanc, vel illam rem præstare velit.l.plerunque. §.fina.ff.de iur.dot. Qua ratione dici debet incerta stipulatio:in qua sententia. Vlp.procliuior est:cùm enim electio (vt diximus) debitoris sit,quid stipulator consequatur, incertum est.§.huic autem.de actio.in Instit.

c Cum quis. Stipulator: hic autem propositam quæstionem soluit Iurisconsult. distinguendo.

Alternãs exprimit incertum.
Alternatio quando noceat.

d Incertum stipulatur. †Nam & vt alibi idem Vlp.censuit, qui sub alternatione 1
nonnihil dicit,aut cõfitetur, incertũ exprimit.l.prætor. §.quod autẽ.ff.de iureiur.
†Inde iactatum illud vulgare,alternatio obscuritatem,& incertitudinem parit.l.si 2
pupillorũ.§.si prætor. ff.de reb.eo.ideóque persæpe actum vitiare.l.tutor ita rectè. ff.de testa.tut.l.sed si ita.ff.de stip.seruor. vel saltem iis nocere,in quorum sit potestate apertius legem cõscribere. l.veteribus. ff.de pact.multa autem hîc de libellis, decretis, sentẽtiis,appellationibus, & exceptionibus alternatiuis doct.aggregant, quorum laborem ad huius literæ interpretationem minimè necessarium laudare, quàm imitari malo.

§. QVI SORTEM.

1 *Vsurarum verbo quæ.* 2 *Stipulatio vsurarum incerta.*

Qui sortem[a] stipulatur & vsuras quascunque[b], certum[c] & incertum[d] stipulari videtur:& tot stipulationes sunt, quot res[e].

Ortem[a]. Centum puta.

Vsurarum nomine quæ veniãt

b Vsuras quascunque. †Siue menstruas, siue annuas,& siue trientes, 1
siue quadrãtes, siue semisses, siue cẽtesimas. Nec audiendi sunt, qui quascunq; vsuras hoc loco accipiunt de his quæ generaliter quantitate certa non adiecta promissæ sunt, cõcepta quippe sic stipulatio, nullius est momenti.l.quod in stipulatione. & l.tutor. § fi.ff.de vsur. sicut sententia.l.in summa.§.qui sortis. ff. de re iudic. eam tamen stipulationem vsurarum validam esse velit hîc Vlpian.

c Certum. Respectu sortis.

d Et incertum. Respectu vsurarum, quæ cùm pro futura mora in obligationem veniant

2 veniant ſciri non poteſt, quantum earum nomine deberi poſſit, † cùm nec præuidere poſſimus quòd menſibus, aut annis moram ſit debitor contracturus: pro tẽpore verò præterito cõmiſſa ſtipulatione, quoniam certum eſt, quid, quãtúmque debeatur, certi condictione actor experiri poterit. l. certi condictio. ff. de reb. cred.

Stipulatio vſurarum incerta.

e Quot ſunt res. Duæ autem ſunt res, ſors, & vſura: duæ igitur erunt ſtipulationes. l. §. j. ſed ſi mihi. l. ſcire debem[9], vbi ſcripſi. l. Titia. §. final. & l. pluribus. in princ. vna ſortis, & alia vſurarũ. l. centũ capuæ, verſic. neq; enim. ff. de eo quod cert. loc.

§. HÆC STIPVLATIO.

1 *Dare.*
2 *Factum quando reddat ſtipul. incertam.*
3 *Obligatus ad dandum an teneatur transferre dominium.*

Hæc ſtipulatio, *fundum Tuſculanum dari* [a], oſtendit certum eſſe [b]: continétque vt dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris [c] quoquomodo [d].

1 *DAri* [a]. † Dare eſt apud Iuriſconſultos, dominium transferre. §. ſic itaq; de act. in Inſt. n: ſi ſubiecta materia repugnet: quia talis ſit, quæ dominij tranſlationem reſpuat. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. vt ſi verbo dono in locatione, commodato, depoſito, & alio id genus contractu contrahens vteretur. l. ſi vno, in princ. ff. loca. aut verbum dare ad perſonas referatur, quæ transferre dominium non poſſint. l. ſi quis ita. §. ſeruus hæredis. ff. de ſtatu lib.

Dare.

2 *b Certi eſſe.* † Cùm ex eius pronuntiatione appareat, quid, & quale deductum ſit in obligationem. l. præced. dices, dare eſt accipiẽtis facere. §. ſic itaque, de actio. in Inſti. quod nõ explicatur ſolo cõtractu, ſed neceſſaria eſt traditio. l. ſi ager. ff. de rei vẽdicat. quæ facti eſt. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſ. Celſus, atqui quod in faciendo cõſiſtit incertũ eſt. §. qui id quod. Reſponſ. vbi factũ principale in ſtipulatione verſatur, illud ſtipulationẽ incertã efficere. d. §. qui id quod. Sed ſi veniat ad executionẽ duntaxat, effectus ſtipulationis in dando conſiſtentis non attendi. l. ſi quis nec cauſam. ff. de reb. credi. vnde licet traditio (ſine qua dominiũ non transfertur. l. traditionibus. C. de pact.) facti ſit. l. ſi rem tradi: quoniam tamen ea accedit contractui, vt ad executionem tranſlationis dominij nihil ex prima cauſa contractus immutabit, Clem. j. de præb.

Factum quando ſtipulationẽ incertam reddat.

3 *c Efficiatur ſtipulatoris.* Hinc vulgò colligitur † obligatum ad dãdum, præciſè teneri transferre dominium. l. ſi ita. §. fi. ff. de contrah. emptio. §. ſic itaque. de act. in Inſt. ideóque nec ſtipulator id quod intereſt petere poterit, ſed rem ipſam dari promiſſam. l. ſi ſeruum. §. final. nec promiſſor id quod intereſt præſtando liberari, vt hic: præterquam in contractibus innominatis. l. naturalis. §. j. ff. de præſcrip. verb. qui propter eorum fragilitatem, vt dicunt, non præciſè cogunt. l. ſi pecuniã. ff. de condict. cau. da. ſi tamen ex his præſcriptis verbis agatur ad implementum. d. l. naturalis. §. j. nam ſi condictione ob cauſam ad repetendũ id quod datum eſt, ageretur, in his etiam præciſa eſſet dandi obligatio. l. j. in fi. ff. de rer. permuta. ne abſurdum contingat in poteſtate non implentis contractum me inuito rem meam conſequi. l. cum ſeruus. ff. de condict. cau. da. Rurſus obligatio dandi alteri preciſa non eſt. l. liber homo. ij. §. fin. cùm magis factum, quàm datio in ſtipulationem deductum intelligatur. Accurſ. in l. Iulianus, in princ. ff. de actio. empt. præterea nec obligatio dandi, quæ admixtam habet obligationem rem reſtitui, vt in donatario cauſa mortis, qui ſi rem donatam alienauerit, cùm conualeſcente donaturo rem reſtituere debeat, pretij condictionem donator habebit. l. ſi filiofam. j. l. illud. §. j. & l. ſi is qui. ff. de donat. cau. mor. Denique ſi promiſſor rem legis diſpoſitione, aut facto ſuperioris dare impediatur, vtilitate publica ſuadente ad æſtimationem agendum eſſet. l. ſi quis in graui. §. ſi ex ſtipulatu. ff. ad Syllan. Porrò autem

Dare qui tenetur an transferre debeat dominium.

hinc non probari protritam illam regulam, in obligatione dandi quem præcisè cogi quandoque animaduerti: cum appensu diligenter hic textus hoc non dicat, sed de natura obligationis tãtum agat, quæ cur cõtineat omnimodam dominij translationem, certa dicitur. Quocirca suaderetur melius vulgaris hæc traditio Vlpiani responso. l. si ita distrahatur, in. fin. ff. de contrahen. emption.

Noua huius textus declaratio. d *Quoquomodo*. Non attenta forma dationis, sed effectu duntaxat considerato. Quoquomodo enim transferatur dominium, modo irreuocabiliter transeat, hoc est, ita vt res ab eo cui datur auelli non possit. l. non quocunque, in princ. ff. de leg. j. stipulationi satisfiet, siue per se, siue per alium, siue per traditionem veram, siue per fictam id contingat. IOANN. CORAS. TOLOSAS VALENT. XXV. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. SI STIPVLATVS.

1 *Electio quando in seruum cadat.*
2 *Electio non migrat de persona in personam.*
3 *Hæres, ius electionis non habet.*
4 *Et, pro etiam.*

PAVLVS LXXVI.

Si stipulatus fuerim, *illud aut illud quod ego voluero*, hæc electio personalis est [a]: & ideo seruo [b], vel filio talis electio cohæret [c]. In hæredes tamen transit obligatio [d], & [e] ante electionem mortuo stipulatore.

P *Ersonalis est* [a]. Et ideo quicquid alij omnes dicant, non transit ad hæredes. l. non solum. ij. §. tale. ff. de libera. leg.

Electio, quando in seruum cadat. b *Seruo*. Sic stipulatus. † In seruum autem cadit hæc electio, cùm 1 sit liberę voluntatis, & ita meri facti. §. sed cùm factum. de stipu. seruor. in Instit. licet electio ius significans in eum non cadat, veluti quæ in arbitriũ suum confertur. l. illa verba. ff. de verb. sig. cùm ea non libera sit, sed habeat in sese mysterium, vt tanquam bonus vir arbitretur. l. j. ff. de leg. ij. cuius argumento scribit hic à Lutheri sententia non multum abhorrens, quod quanuis in nobis respectu bonorum operum sit libera voluntas, arbitrium tamen liberum, quod in se meriti pondus habet, in nos non cadit.

Electio non migrat de persona in personam. c *Cohæret*. Vnde licet stipulatio patri, dominóve quæratur. l. acquiritur. ff. de acquir. re. do. l. j. hoc tit. cùm in ea ius versetur. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. † electio 2 tamen personæ cohærens, nec ad dominum, nec ad patrem migrat. l. fin. in princi. non enim ius, sed merum factum in hac eligẽdi facultate versatur. l. stipulatio ista. §. hi qui, ideóque in seruum cadit. §. sed cum factum, de stipulat. seruo. in Insti. quæ autem facti sunt, ad dominum, aut patrem non transeunt. l. qui hæredi. in princip. ff. de cond. & demon. sed nec ad hæredes, cùm cohærentia personæ morte extinguantur. l. si quid in annos. §. fin. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. non solum. §. tale. ff. de libera. leg. Hinc patet electionem in qua ius versatur, alteri cedi posse. c. causam quæ. c. quia propter, & c. in causis, de elect. & c. si quis iusto. illo tit. in vj. atque ita non cohætere personæ. d. §. tale.

Hæres ius electionis non habet. d *Obligatio*. Alternatiua, cùm omnes stipulationes ad hæredes & in hæredes transmittantur. l. veteris. C. de cõtrah. stipul. † electionem autem nõ transire con- 3 textus huius literæ indicat apertè, & persuader inuincibilis ratio: quia quæ cohærent personæ, cum persona ipsa intereũt, atque ideo in hæredes non transmittuntur. d. l. non solum. §. tale. & d. l. sicut. §. fi. Qua ratione nec olim optio ad hæredem legatarii transmittebatur, licet noua Iustiniani constitutio licentiam hæredi legatarij dederit seruum optare, quem legatarius in sua vita non optauit. l. illud. ff. de optio. leg. §. optionis, de legat. in Inst. Electionem itaque in specie tex. nostri ad hæredes non transire interpreror, alij licet omnes contrarium putent. Et ita hunc text. aduersus alios omnes accipio. Nec obstat. l. si sic. §. final. ff. de leg. j. in quo stipulator, quod ei debebatur legauerat. Cùm itaque ei electio deberetur, tenetur

præstare

præstare hæres vtilitatem electionis legatario. Quemadmodum igitur, si testator rem alienam scienter legasset, non posset legatarius agere contra dominum, sed duntaxat contra hæredem, vt rem redimeret, vel præstaret æstimationem. l. non dubium. §. fin. ff. de legat. iij. l. cùm rem. C. de leg. §. nõ solum, illo tit. in Inst. ita non intelligas habiturum legatarium electionem contra promissorem, cùm hæc electio personæ cohæreat, quæ cedi non potest, vt hîc: sed contra hæredem, contra quem ei liberum erit illud vel illud persequi.

4 *e Et.* † Id est, etiam.

§. CVM STIPVLAMVR.

1 *Tempus præsens futurum non comprehendit.*
2 *Ius futurum, quando in iudicium veniat.*
3 *Oportet verbum.*

Cum stipulamur[a] *quicquid te dare facere oportet*: id quod præsenti die duntaxat debetur, in stipulationem deducitur[b], non vt in iudiciis etiam futurum[c]: & ideo in stipulatione adiicitur verbum *oportebit*[d], vel ita præsens in diémue[e]: hoc ideo fit, quia qui sic stipulatur, *quicquid te dare facere oportet*, demonstrat eam pecuniam quæ iam debetur[f]: quod si totam demonstrare vult, dici oportet, *oportebitve*[g], vel ita præsens in diémue[h].

Tipulamur[a]. Ab eo, qui nobis ex præcedenti contractu, aliquid dare vel facere debet: pura ex venditione, aut ex locatione. l. si à colono.

1 *b Deducitur.* † Tempus præsens futurum non comprehendit siue in contractibus, vt hic, & d. l. si à colono, siue in vltimus voluntaribus: l. si ita scripsisset. ff. de legat. ij. l. cùm illud. §. j. ff. quan di. leg. ced. in quibus tamen maius dubium erat propter latissimam, quæ in his fieri solet interpretationem. l. in testamentis. ff. de regul. iur. c. cùm dilecti, de dona. Vt tamen naturæ actus, & subiectæ materiæ seruiamus, præsens tempus ad futurum refertur: veluti, cùm lex punit eum qui delinquit: futuris quippe negotiis lex formam dat. l. lege ij. ff. de legat. c. fina. de constit. *Tempus Præsens futurum non cõprehendit.*

c Non vt in iudiciis etiam futurũ. Hæc verba interpretibus ambigua visa sunt: sed receptius & verius est, vt eorũ is sit sensus, quòd in stipulatiõe per verba præsentis temporis conceptã, id in stipulationẽ duntaxat deducatur, quod debetur præsenti die, non etiam, quod in futurum deberi potest, vt hic, & l. si à colono: licet in iudiciis diuersum non vno casu constitutum sit: in iis enim tametsi dici soleat futuri temporis contractus ad iudicem non spectare. l. j. §. j. ff. de vsur. neque videri in iudicium venisse, quod accidit post iudicium acceptum. l. non potest. & l. non

2 quemadmodum. ff. de iud. permultis † tamen casibus iura futura in iudiciis includuntur, & veniunt, vt in petitione hæreditatis. l. si hæreditatem. & l. si quo. ff. de pet. hære. peculio. l. quæsitum, in princ. ff. de pecul. aliisque iudiciis vniuersalibus, quòd eorum natura sit futura, nedum præsentia comprehendere. l. Lucius. ff. de fun. instruc. & pignoratiria. l. si. rem. §. si. ff. de pig. act. *Futura quãdo veniãt in iudiciis.*

3 *d Verbum oportebit.* † Quod tam præsens, quàm futurum tempus significat. l. verbum oportebit. ff. de verb. sig. quare multò magis vtrumque tempus demonstrabitur, vbi verbum oportebit, verbo oportet adiicitur, vt hic, & d. l. si à colono. *Oportet, verbum.*

e Præsens in diémve. Quæ verba cùm adiiciunt contrahentes, apertè ostendunt futurum quoque debitum in stipulationem deduxisse. d. l. si ita scripsisset. ff. de leg. ij.

f Quæ iam debetur. Propter verba præsentis temporis, quæ ad futurum referri nequeunt. d. l. si ita scripsisset, & d. l. si à colono, & d. l. cũ illud. §. j. ff. quã di. leg. ced.

g Oportet oportebit. Tunc enim vtrumque tempus, & præsens & futurum demonstratur, vt iam diximus.

h *Præsens an diemue.* Quo etiam casu euidenter futurum tempus nedum præ-
sens comprehenditur. d.l.si ita scripsisset. Porrò in dispositionibus simplicibus, &
indefinitis ad præsens tempus duntaxat actum referamus.l.Rutilia.ff.de contrah.
empt.l.si ita.ff.de aur.& arg.leg.quod moderni hîc,& in l.verbum erit.ff.de verbo.
sig.multifariam multísque modis comprobant & declarant. IOAN. CORAS.
VALEN. XXVI. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. AD DIEM.

1 *Pœna adiecta in fraudem vsurarum.*
2 *Mora diei lapsu contrahitur.*
3 *Hæredi quando non subueniatur.*
4 *Difficultas an excuset.*

IDEM LXXVII.

Ad Diem sub pœna[a] pecunia promissa: & ante diem mortuo promis-
sore[b], committetur pœna[c]: licet non sit hæreditas eius adita[d].

Pœna adiecta in fraudẽ vsurarum.

Vb pœna [a]. †Intra modũ vsurarum legitimum, quem si contrahen 1
tes egrederentur, in fraudem vsurarum pœna dationi quantitatis
adiecta censeretur, atque ideo quatenus vltra legitimas vsuras pro-
missa esset, inutiliter contraheretur.l. Iulianus.§.ibidem.ff.de act.
empt.l.cùm allegas.C.de vsur.

b *Mortuo promissore.* Sorte nondum exsoluta.

Mora lapsu diei cõtrahitur.

c *Cõmittetur pœna.* †Quæ propter morã debetur, atqui diei lapsu, *sine vlla inter-* 2
pellatione mora contrahitur.l.magnam, in fin.C.de contrahend. stipul. tam con-
tra maiorem, quàm contra minorem.l.æmilius.vers.putabam.ff. de minor. tam e-
tiam contra debitorem ipsum (qui in memoria sua seruare debet ea, quæ promi-
sit, non autem petere, vt ab aliis sibi manifestetur.d.l.magnam.in fin.) quàm con-
tra hæredem: licet ignorantem.l.cùm filiusfam.§.in hac. Quare si contingat diem
solutionis adita nondum hæreditate effluere, contra futurum quoque hæredem
pœna comm ttetur, vt hic, & l.fi.ff.de naut.fœno.nec obstat quod Vlpian. scripsit
hæreditati iacenti, vt nec personis indefensis frustrationem non nocere.l.is cui.§.
cessatum.ff.vt in poss.leg.nam obtinet in pœna interpellatione hominis commit-
tenda, in quã iniquũ esset incidere, vbi nõ subest persona, quæ interpellari possit.
l.sciendũ, & l.mora. ff. de vsu.l. quod te.ff.de reb.cred.nos de pœna solo diei lapsu
cõmittẽda tractamus, in quã trãsacta die incidit nõ tantùm debitor. d.l.magnam,
& l.ij.C.de iu.emphyte.Sed & iacẽs hæreditas, siue pœna ex cõuentione partium

Hæredi quando nõ subueniatur.

debeatur, vt hic, & d.l.fi.siue ex dispositione legis. l. debitor.ff.de nego.gest. † hoc 3
quippe casu pœna nõ facto hæredis cõmittitur, sed facto defuncti, ex cuius contra-
ctu descẽdit.l. apud Iulianũ. §.j.ff.qui.ex caus.in pos.eat, meritò nõ subuenitur hæ-
redi.l.fin.C.si ven. pig.nisi iusta causa aditionem hæreditatis distulisset, quo casu
succurreret eidẽ lex ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa videbitur.* l.j. in fi. & l.
sed & si per prætorem.§.hæc autem.ff.ex quib.cau.maior.& ita scriptorum hic sen-
tentia defendi potest, qui censent pœna commissa in specie huius tex. contra hæ-
reditatem iacentem hæredem restituendum esse Accurs.in.l.in alterius. ff.de re-
gul.iur.creditore verò mortuo, si nemo fuit, qui pecuniam solueret, nihil est quod
debitori imputetur.l. pecuniæ.§.j.ff. de vsu. ideo perpetuo securus erit debitor. l.
si fundus.§.fi.ff.de leg.commi.

Difficultas an excuset.

d *Hæreditas eius adita.* † Obstat, quia superueniens difficultas, & à mora & à pœ- 4
na semper excusat in contractu.l. si vehenda. §. idem iuris. ff.ad l.Rhod. de iact. in
iudiciis.l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis caut.in arbitriis.l.apud Celsum.§. si in arbi-
trium.j.ff.de exce.do.non solùm præterea in obligationib.faciendi.d.§.idem iuris,
& d.§.si quis in iudi.l.j.§.si fratri. ff.de colla. bono. etiam si factum iuratum esset.c.
breui, de iureiur. sed & in consistentibus in dando. l. quod te.ff. de reb. cre.& in
his

his siue tractetur de datione speciei.d.l. quod te.& l.cùm seruus. ff.de leg.j. siue de datione quantitatis.l.quib.dieb.in princip.ff.de cond.& demon.c.significante,de pigno. licet difficultas non impediat contrahi obligationem.l.continuus. §. illud. Cur ergo hîc hæreditate nondum adita pœna contra futurum hæredem committetur? Sol. hoc operatur in specie text. nost. adiectio diei, per quam mora grauior contrahitur,vt hîc,& l.fin.ff.de naut.fœ.qua de re plenius scribo in d.§.illud.

IOAN. CORAS. VALEN. XXVII. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. SI FILIVSFAMIL.

1 *Filio quando ex stip.quæratur actio.*
2 *Argumentum de contractu ad testamenta.*
3 *Filio quando quæratur commodum contractus.*

PAVLVS LXXVIII.

Si filiusfamil. sub cõditione[a] stipulatus emancipatus fuerit,deinde extiterit conditio[b]: patri actio competit, quia in stipulationibus id tempus spectatur,quo contrahimus[c].

1 *Sub conditione[a].* Si nauis ex Asia venerit, aut alia extrinseca & casuali: †nam si sub conditione quæ directò emancipationẽ respiceret,quam intrinsecam vocant, stipulatio sine dolo malo concepta esset, filio quæreretur actio tempore conditionis, non etiam contractus (specta-to.l.& hæredi.§.filia.ff.de pact.l.fi.ff.de stipulat.ser. idémque si conditio esset arbitraria,siue potestatiua.l.si debitori.§.j.ff. de fideiusso. cùm ea non retrotrahatur.l. potior.in princip.ff.qui potiores in pignore habeantur. *Filio quando quæratur actio ex stipulatione.*

b Deinde extiterit conditio. Sequuta emancipatione.

2 *c Quo contrahimus.* †Sed cùm argumentum à contractu ad vltimam voluntatem bonũ sit.l.seruum filij.§. eum qui.ff.de leg.j. cur in legatis diuersum dicimus, non dispositionis,sed existentis cõditionis tempus spectari.l.quæ legata.ff. de reg. iur.l.si vxor.C.de cond.insert. Dicerem quòd cùm contractus ex consensu legem accipiant.l.j.§.si conueniat.ff.depos. exindéque subsistant & sortiantur effectum. l.contractus.C.de fid.instrum.principium,hoc est, actus gesti,perfecti, & absoluti tempus meritò inspicimus,vt hîc. Quæ verò in testamentis scripta sunt, non statim effectum habent, magisque ex post facto, quàm ab initio consensum deliderant, nempe vt defuncto testatore relictum accipere quis non dedignetur, quod in conditionalibus,non nisi conditione impleta potest contingere.l.cedere diem. ff. de verb. signif. proinde tempus in his conditionis spectamus. d.l.quæ legata,& d.l.si vxor. A quibus non abhorret Philosophi sententia dicentis, actus agentium *Argumentum a contractu ad testamentum.*
3 magis operari ex aptitudine suscipientis,quàm ex influentia causæ efficientis.†Illud denique notandum,quæri commodum cõtractus filio,vbicunque aliquid ad eius executionem factus sui iuris fecisset; ex quo etiam extraneo actio daretur.l.si verò non remunerandi.§.si filio.ff.mand.& d.l.si debitori.§.j. Reliqua ad declarationem huius textus pertinentia posuimus in l.si rem meam. *Filio quando quæratur commodum cõtractus.*

§. CVM FVNDVM.

1 *Fundus quid.*
2 *Fructus qui promissi censeantur.*
3 *Fructus pendentes an pars fundi.*

Cum fundum[a] stipulatus sum,non veniunt fructus[b] qui stipulationis tempore fuerunt.

Cum fundum[a]. Hunc text.scriptores difficillimum prædicant, cùm eo nihil planius sit & apertius.

b Fructus. Pendentes,vt sequentia verba, qui stipulationis tempo-
1 re fuerunt explicant. † Hi enim propriè alij sunt à fundo,cuius verbo *Fundus.*

id tantum lex venire vult, quod solo continetur. l. quæstio. & l. fundi. ff. de verbor. signific. nam & ab eo nomen sumpsit, quod fundari super eo quæque res possit. Quare in stipulationibus, in quib⁹ verba strictè interpretamur. l. quicquid astringendæ. † eum qui fundum promisit, fructus qui in fundo stipulationis tẽpore fuerunt, quos pendentes vocamus, promisisse non intelligemus, vt hic, etiam si contractui emptionis subdita sit stipulatio. l. ratio. §. j. ff. de act. empt. nam licet in emptione fructus veniant, vt statim dicam, ex empto tamen ad eos non ex stipulatione agi debet, vt ibi. † Nec obstat, quod vulgò dici solet, fructus pendentes rei partem esse: vel potius vnam rem cum fundo. l. fructus pendentes. ff. de rei vendicat. l. fin. §. fructus. ff. quæ in fraud. credito. hoc enim larga quadam interpretatione accipiendum: ideóque & Caius improprio verbo videtur, in d. l. fructus, vsus est. Dicendum igitur in actione reali Fundi verbo fructus pendentes benigna interpretatióne contineri. d. l. fructus, cùm naturale sit, eum qui dominium fundi habet, quicquid ex fundo supeteſt, sequi & comitari. l. solum. §. j. ff. de rei vendica. idémque in odium fraudatorum, qui creditores decipere tentarunt. d. l. fi. §. fructus, ne propter eorum dolum lucrum ipsi sentiant, & actor damno afficiatur. l. fi. ad prin. ff. de eo per quem fac. er. In emptione verò, & cæteris bonæ fidei iudiciis (in quibus ex bono & æquo lata fit interpretatio) vt veniat, quicquid venire æquum est. §. in bonæ fidei, de action. in Institu. fructus qui tempore contractus fuerunt, venire, si non aliud cõuenit, exploratum est. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de action. empt. nam & propter fructus fundus pluris emptus intelligitur. l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. ij. vt meritò ex causa emptionis sint testituendi. l. videamus. §. ex causa. ff. de vsur. l. fructus. C. de action. empt. IOAN. CORAS. VALENT. XXVII. NOVEMB. M. D. XLVI.

Fructus qui cẽseantur promissi. 2

Fructus pendentes an pars fundi. 3

L. SI PROCVRATORI.

1 *Procurator, quando actionem dommo quærat.* 2 *Lex de indubitabili.*

VLPIANVS LXXIX.

Si procuratori præsentis [a] fuerit cautum [b], ex stipulatu actionem vtilem domino competere [c] nemo ambigit [d].

Præsentis [a]. Et intelligentis. l. j. C. de erro. aduo. præsens quippe non videtur esse, qui non intelligit. l. diem. §. coram. ff. de arbitr.

b Cautum. Stipulatione conuentionali, quia extra iudicium ego procurator præsentis Titij ita sum à te stipulatus, *Promittis mihi te Titio daturum decem*, hæc enim stipulatio, quæ si facta fuisset Titio absente absque cessione Titio inutilis esset. l. possessio. §. fi. ff. de acquir. possess. nunc propter præsentiam Titij domini, eidem quærit vtilem actionem, vt hic.

c Domino competere. Sine cessione. Quo intelligimus idem operari præsentiam domini, quantum procuratoris cessionem, qua vtiles duntaxat actiones in dominum transferuntur. d. §. final. & l. si procuratorem. §. fin. ff. mandat. † In stipulationibus porrò iudicialibus quæritur actio vtilis, sine cessione domino etiam absenti. l. in causæ. §. final. & l. sequent. in principip. ff. de procura. l. j. §. final. ff. quod cuiusque vniuersita. & l. in omnibus. ff. de prætor. stipula. In extraiudicialibus secus, nisi dominus sit præsens, vt hic: aut procurator ex re domini stipuletur. l. procurator ex re. ff. de procurator. 1

Procurator quando actionem domino quærat.

d Nemo ambigit. Hinc & ex aliis plerisque locis leuitatis scriptores arguuntur, qui legislatoris potestatem adeò constringunt, † vt nullam legem ædi velint, quæ non sit dubitabilis. Quod latius alibi præmonstraui. Annotabis præterea, ex hac l. actus posse exerceri in personam procuratoris domino præsente. l. si dictum. §. si præsente. ff. de euiction. IOAN. CORAS. VALENT. XXVIII. NOVEMB. M. D. XLVI. 2

Lex de indubitabili.

L. QVO-

L. QVOTIES IN STIPVLATIONIBVS.

1 *Ambiguum, obscurum & apertum.*
2 *Amphibologica oratio.*
3 *Obscurum.*
4 *Verbum omne an ambiguum.*
5 *Actus interpret. vt valeat.*

IDEM. LXXX.

Quoties in stipulationibus ambigua oratio[a] est, commodissimum est id accipi: quo res de qua agitur in tuto sit[b].

1 A *Mbigua oratio* [a]. †Scriptum aut apertum est, aut ambiguum, aut obscurum. Apertum, quod planum, certum, clarum, & liquidum est. Ambiguum, quod in duas partes rapi potest: vnde Cicero 1. ad Here. Ex ambiguo sententia nascitur, cum scriptum duas aut plures sententias significat. Quod & Quintilian. de Amphibolo scribit. Ideo Paul. In ambiguo sermone, inquit, non vtrunque dicimus: sed id duntaxat, quod volumus. l. in ambiguo. ff. de reb. du. & Proculus in v. Epistolarum. Qui ambiguè loquitur, inquit, id loquitur, quod ex his, quæ significantur sensit. l. nepos. §. j. ff. de verb. signi. Ambigua dictio est, quæcunque æquiuoca, vt canis, quæ marinum piscem, animal latrabile & sydus cæleste significat. Ambiguum quoque verbũ dicitur, quod in di- *Obscurũ, Apertum. Ambiguũ,*
2 uersas partes accipi potest. l. vtrùm. ff. de petit. hære. l. in ambigua. ff. de legi. †Oratio quoque amphibologica ambigua est, vt, *Amphibologia.*

Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

Et Terent. in Andria dixit,

Ego me amare hanc fateor.

Nam ἀμφιβολίαν illic esse Donatus Grammaticus asserit. Obscurum dicitur, cuius sententia omninò latet. l. si legatario. §. fin. ff. de fideicõmis. liber. l. semper in ob-
3 scuris. ff. de reg. iur. † Obscurũ itaque non ex incerta verbi, aut orationis significatione dicitur, sed magis ex eo, quod de agentis mente sub verborum inuolucro expressa non appareat. Ambiguum autem ex verbo aut sermone, qui in duas aut plures partes resurgit. Vnde inter ambiguum & obscurum illud interest, quod in ambiguo plura se ostendant, quorum quid potius accipiendum sit, ignoratur. In obscuro nihil quod attendatur se ostendit, aut parum. Cæterum vbi parũ est quod apparet, obscurum fit ambiguo simile. Id autem hoc exemplo viri non indocti demonstrant, si aliquo triuio excipiar, vbi contecto densitate nebulæ cælo, nihil viarum eluceat, obscurus hic locus est: vnde ne pergam obscuritate impediot. Cæterum, vbi aliquantulum rarescere nebulæ incipiunt: nonnihil ipse quoque incipio videre, quod tamen vtrum via sit adhuc est mihi incertum, hoc est, obscurũ ambiguo simile: dilucescente autem cælo, iam omnium viarum deductio clara fit: sed *Obscurum.*
4 quò pergere debeam non obscuritate teneor, sed ambiguitate dubito. † Porrò Chrysippus omne verbum ambiguum natura esse ait, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt. Contra Diodorus Crono, nullum verbum ambiguum esse existimauit, nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit, nec aliud dici videri debet, quàm quod se dicere sentit, qui dicit. At cùm ego, inquit, aliud sensi, tu aliud accepisti, obscurè magis dictum quàm ambiguè videri potest. Ambigui enim verbi natura illa esse debuit: vt qui diceret duo, vel plura diceret, nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit vnum dicere, vt est apud Gell. in XI. noct. Atticar. *Verbum omne an ambiguũ.*
5 *b In tuto sit.* † Hoc est, res de quà agitur magis valeat, quàm pereat. l. quoties. ff. de reb dub. l. diuus. ff. de vsu & habitatio. Sic enim semper homines egisse videtur, vt sua iudicia non impugnent, sed confirment. l. iij. ff. de testam. milit. Obseruata tamen natura actus. l. si vno, in princip. ff. loca. nam vbi sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior est. l. quoties idem. ff. de *Actus vt valeat interpretari debet.*

regul.iur. & vt ne delictum hac interpretatione inferatur. l. meritò. ff. pro soc. Accipiendam quippe Celsus censuit in ambigua voce, significationem, quæ vitio caret. l. in ambigua. ff. de legib. turpémque sensum lex semper reiicit. l. quintus. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. etiā. C. eod. tit. Quòd si res sine captione, & turpitudine inuestigari nequeat, eligendum est quod iniquitatis minimum habet, & turpitudinis. l. si procurator. ff. de excep. do. l. quoties nihil. ff. de regul. iur.

IOAN. CORAS. VALEN. XXVIII. NOVEMBR. M. D. XLVI.

L. QVOTIES QVIS.

1 *Seruus in iudicio esse nequit.* 2 *Obligatio facti in id quod interest.*

IDEM LXXXI.

Quoties quis alium sisti[a] promittit, nec adiicit pœnā[b]: puta vel seruum suum[c] vel hominem liberum[d]: quæritur an committatur stipulatio: & Celsus ait, & si non est huic stipulationi additum *nisi steterit pœnam dari*, in id quanti interest sisti contineri[e]: & verum est quod Celsus ait[f], nam qui alium sisti promittit, hoc promittit se acturum[g] vt stet.

Lium sisti a. Siue in iudicio, siue extra iudicium.

b *Nec adiicit pœnam.* Si eum non stiterit.

Seruus non potest esse in iudicio.

1 c *Vel seruum suum.* † Hoc ad stipulationem *de iudicio sisti* referri non potest, cùm seruus in iudicio esse nequeat, neque agendo, neque defendendo. l. quoties. ff. si quis caut. l. seruus. C. de iudi. Quò fit, vt aduersus receptam interpretationem hic text. de stipulationibus quoque extra iudicialibus accipi debeat: nec me fallit quibusdam casibus seruum promitti in iudicio sisti. l. ij. §. j. ff. si ex nox. caus. aga. Cæterum ad eos casus rarissimos generalitatē huius. l. constringere absurdum nimis existimo.

d *Hominem liberum.* Sisti promittit.

Obligatio facti in id quod interest.

2 e *Contineri.* † In quacunque stipulatione facti committitur stipulatio in id quod interest agentis. l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudic. siue ea prætoria sit. l. si procurator, cum. l. seq. ff. de prætor. stip. siue iudicialis. l. fi. ff. si quis in ius voc. siue extraiudicialis. l. si ita quis. ff. de euict. l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus. Et de omnibus hic generaliter Vlpia. docuit.

f *Celsus ait.* Celsus dicebat eum qui alium, nempe Titium sisti promittit, non alterius factum, sed de seipso promittere, se videlicet acturum, vt Titius sistat. Cuius sententiam probat hic Vlpian.

g *Id se acturum.* Et ita alterius factum non promittit, sed suum: quo patet non aduersari decisioni huius. l. quod per manus tradirur non obligari eum, qui alium facturum quid promisit. §. si quis alium. de inutil. stipulation. in Institut.

IOAN. CORAS. VALENT. XXIX. NOVEMBR. M. D. XLVI.

§. SI PROCVRATOR.

1 *Vtilitas.*
2 *Procurator censetur nomine domini agere.*
3 *Quanti ea res est.*

Si procurator sisti aliquem sine pœna stipulatus sit, potest defendi non suam, sed eius, cuius negotium gessit, vtilitatem[a] in eam rem[b] deduxisse[c], idque[d] fortius dicendum est: & *si quanti ea res est*[e] stipulatio proponatur procuratoris[f].

Stipu-

1 Vtilitatem[a]. † Vtilitas notæ significationis commodum significat.l.j.ff. de neg.gest. contractiore tamen vocabulo euitationem damni, seu id quod interest, vt hîc,& l.Iulianus.§.fi.ff.ad exhib. *Vtilitas.*

b Rem. Id est, stipulationem. Rei nanque verbum generale, pro subiecta materia contrahimus.

c Deduxisse. Vt id quod interest stipulatoris(sicut in superiore responso)comprehensum intelligatur. l. si procurator. rem rat.hab. † Probat autem hic textus, procuratorem constitutum, qui experitur, censeri, procuratorio nomine domini agere,cùm ad dominum pertineat negotium. l. in causæ.§. fina.cum l.seq.ff.de procur. quod alibi plena manu attigimus *Procurator censetur nomine domini agere.*

d Idque. Vt in stipulationē deductum intelligatur, quod interest stipulatoris.

e Quanti ea res est. Hæc verba, *Quanti ea res est*, solēt ad veram rei æstimationem de qua agitur referri.l.prætor.§.hæc autem.ff.vi bon.rapt.l.arbitro.ff.de dolo.non etiam ad id quod interest,quod plerunque rei pretium egreditur.l.Iulianus.§.fin. ff.ad exhib. Quandoque tamen etiam id quod interest, cōtinet.l.iiij.§.in eum.ff. de dam.infect.& hic. Quam rem apparatu multo tractāt scriptores in l.inter hæc. ff.de verborum significat.& ipse loco magis idoneo excussi. *Quanti ea res est.*

f Stipulatio proponatur procuratoris. Emendato sic literam, *Stipulatus proponatur procurator.* IOAN. CORAS. VALEN. XXIX. NOVEMB. M. D. XLVI.

L. NEMO REM SVAM.

1 *Rei propriæ stipulatio an valeat.* 2 *Pretium quando loco rei succedat.*

VLPIANVS LXXXII.

Nemo rem suam vtiliter stipulatur[a], sed pretium rei suæ non inutiliter[b]: sanè rem meam mihi restitui[c], rectè stipulari videor[d].

Stipulatur[a]. Qui enim rem stipulatione promittit, cogitur stipulatoris rē facere.l.si ita distrahatur. §.fin. ff.de contrah.emption.l.vbi autē.§.fi.hoc tit.† Quod autē stipulatoris est, ampli' eius fieri nō potest, §.sic itaq;.de act.in Instit.& nō potest nisi ex vna causa dominiū contingere. l.iij.§.ex pluribus. ff.de acq.posses.ergo nemo rē suā vtiliter stipulatur, vt hic,& l.scire debemus.§.j.cùm stipulationes introductæ sint, vt quis quod sua intersit stipuletur.l. stipulatio ista.§.alteri.Atqui domini (vt probatū est) rē suā stipulari nō interest. Quod si interesse eius aliquo pacto possit, vtilis erit stipulatio, vt cū rē meā à fure.l.scire debem'.§. si à fure,aut ab alio mihi restitui stipulor hac. l.interest quippe mea ratione possessionis.l.ij.de tritica.l.si in emptione.§.rei suæ. ff.de cōtra.emp.idē si rei meæ dominiū à me quādoque reuocari potest.l .in bello.§.si quis seruum.ff. de capt.nam & in legato eadē sentētia obtinuit, vt propria res quæ legatarij non est,irreuocabiliter legari possit.l.non quocunque.§.si ex bonis.ff.de leg.j.sub conditione quoque stipulatio rei propriæ rectè concipitur.l.si rem meam. vbi plenè dico. 1 *Stipulatio rei propriæ*

2 *b Non inutiliter.* † Aliud enim est à re ipsa pretiū rei.l.si alij.§.fin.ff.de vsufruct. l.propemodum.ff.de verborū significatione. quò fit,vt in his particularibus non succedat pretium loco rei.l. venditor.ij. ff.de hæred. vendit.l. qui vas. §. fin. ff.de furt.vnde qui pretiū stipulatur,rē stipulari nō intelligitur.l.fundum Cornelianū. non ff.de nouat.Cessat igitur ratio,cur quis rem propriam prohibetur stipulari. *Pretium quādo loco rei.*

c Restitui. A promissore qui eam detinet.

d Videor. Sensurus nanque suum commodum possessionis ex huiusmodi stipulatione.d.l.ij.ff.de triti.&.d.§.rei suæ. atque ideo effectum habere debet, cùm mea intersit.d.§.alteri.ergo dices,semper stipulatio rei propriæ valebit:cùm enim in dubio interpretanda sit stipulatio, vt magis valeat, quàm pereat.l.quoties.j.

credendum erit eum, qui rem propriam ſtipulatur, de reſtitutione eiuſdem vtiliter ſenſiſſe: vt hic. quod ego facilè admitterem, vbi apud promiſſorem res eſſet, cùm ad factum reſtitutionis veriſimile ſit ſeſe partes retuliſſe, ne inanem actum feciſſe videantur. d.l.quoties.l.diuus.ff.de vſu & hab.& l.quoties.ff.de reb.dub.

§. SI POST MORAM.

1 *Mora facit vt res perempta petatur.* 3 *Iuſta cauſa excuſat à mora.*
2 *Chaſma.*

Si poſt moram promiſſoris homo [a] deceſſerit, tenetur [b] nihilominus perinde atque ſi homo viueret [c]: & hic moram videtur feciſſe qui litigare maluit, quàm reſtituere [d].

Omo [a]. In ſpecie promiſſus, ſtichus puta.

b *Tenetur.* Promiſſor, niſi offerendo moram purgauerit.l.interdum.§.fin.

Mora eſſe ctur. c *Si homo viueret.* †Etenim adhuc homo promiſſus, licet mortuus, 1
peti poteſt, cùm propter moram viuere fingatur.l.ſi ſeruum.§.final.licet in condemnationem fiat æſtimatio, cùm homo præſtari non poſſit.l.ſi homo mortuus: cùm autem per promiſſorem factum ſit, quominus daretur homo: promiſſoris fore detrimentum conſtat.l.quod te.ff.de reb.cred.Inde generaliter traditum, ſpeciem debitam poſt moram debitoris periculo perire.d.l.quod te.l.ſi in Aſia.§.final.ff.depoſit.& hic etiam, vt communiter exiſtimatum eſt, ſi eodem modo ſpecies apud creditorem interitura fuiſſet.l.ſi filiofamil.§.ſi poſt diuortium.ff.ſolut. matrimon. Quare hæres qui fundum dare damnatus eſt, poſt moram tenetur:
Chaſma. † tametſi chaſmate; hoc eſt, hiatu & voragine terræ fundus ille legatus, perierit.l. 2
cùm res.§.fi.ff.de legatis.j.potuit enim diſtraxiſſe debitam ſpeciem actor, ſi ſoluta fuiſſet, & pretium eſſet lucratus.l.illud. ad prin. ff. de peti.hæred. l. item ſi verberatum.§.fi.ff.de rei ven. præterquam cùm probabilem litigandi cauſam debitor habuit.l.ſi plures §.fi.ff. depoſ.quia depoſitarii hæres erat, qui iuſtè ignorare poteſt contractũ cum defuncto. l qui in alterius.ff.de reg.iur. Verùm hâc ſentẽtiam in noſtro moræ tractatu pluribus ſuſtuli, verámque non eſſe præſertim oſtendi in contractibus, qui gratia debitoris duntaxat celebrantur. l. ſi ſeruus legatus.§. cum quid. ff. de legat.j. veluti in depoſito.d.l. ſi plures.§. fi. tunc enim verum eſt, quod illic ſcribit Paul. æquum eſſe fatalem interitũ non eſſe periculo debitoris, qui non ad ſui vtilitatem cõtraxit, ſed ad actorem pertinere.
Iuſta cauſa excuſat. d *Quam reſtituere.* † Sine cauſa: nam ſi iuſtis rationibus adductus litigare maluerit, moram feciſſe non videtur.l.ſciendum, & l.ſi quis ſolutioni, in princ.ff.de 3
vſu.l.qui ſine dolo.ff.de regul.iur. nec enim debet reus temerè ius ſuum in defenſum relinquere.l.illud, ad princip.ff.de petitio.hæredit.

IOAN. CORAS. VALENT. XXX. NOVEMB. M. D. XLVI.

FINIS SCHOLIORVM TITVLI
de Verborum obligationibus.

Index Rerum & Verborum locupletissimus in Ioannis Corasii Scholia ad titulum de Verborum obligationibus.

Admonendus es, candidate Iuris, priore numero rerum summas, altero paginam significari.

A

ABesse verbum quid referatur 2. 409
Absuturum dictio quid notet 2. 409
Acceptilatio an liberet, sicut solutio 11. 508
Acceptilatio correum liberat 4. 519
Acceptilatio est donatio 5. 404
Acceptilatio vnde pendeat 4. 404
Acceptilatione serui cur non liberetur dominus 7. 589
Accessoriom effectum non habet, principali causa non subsistente 6. 471
Accursii lapsus 8. 590
Actio ex stipulatione duplex 2. 539. & 6. 389
Actio in patrem morosum detur 4. 504
Actio pœnalis neque hæredi, neque in hæredem datur 4. 401
Actio quando mobilis, vel immobilis iudicetur 9. 398
Actio tutelæ quem teneat 2. 486
Actionis à stipulatore propositæ effectus 4. 404
Actionem denegare cui liceat 2. 452
sine Actione experitur nemo 4. 455
Actiones dare prætoris officium est 2. 452
Actus & potentia ad eum propinqua idem indicantur 4. 435
Actus legitimus per inutilem an corrumpitur 2. 594
Actus impertinens an vitiet 1. 526
Actus interpretatior vt valeat 5. 551
Actus indicatur secundum naturam rei deductæ 1. 532
Adfectio cadit in speciebus 3. 435
Adfectio nulla in quantitatibus considerari potest 3. 435
Adoptiuus pater iuris successor 2. 479
Adpromissor quis 3. 428
Adstipulator quis 2. 422
Aedilitiæ stipulationes, & vnde pendeāt 5. 419
Aedilitiarum cautionib. locus 5. 419
Aes, metalli genus 1. 447
Aes quomodo inauretur 3. 447
Aestimatio à quo tempore ducatur 1. 522
Aestimatio à quo tempore fit 1. 522
Aestimatio quando præstari debeat 4. 463
Africum triticum 4. 539
Agi ante diem non potest 6. 431
Agi ante tempus quando possit 3. 457
Alienæ rei stipulatio 2. 472
Alienum factum promitti non potest 5. 469
Alienum factum quandoque promittitur 1. 487
Alius, dictionis natura 5. 485
Alterine stipulemur 1. 485
Alteri per alterum nullo ex contractu quæritur 8. 486
Alteri quandoque rectè stipulamur 1. 485
Alteri quibus in causis quæramus 3. 482
Alterous incertum exprimit 1. 544
Alternatiua an vtrunque habeat in obligatione 2. 455
Alternatiua, & generis obligatio an æquiparentur 12. 399
Alternatiua vnum habet in solutione 1. 439
Alternatiuæ obligationis natura 1. 400
Alternatiuus debitor, vno perempto, an liberetur 5. 439
Ambiguum quid 1. 551
Ambigua verba à quo interpretentur 1. 484
Amphora 7. 540
Anno duodecimo, & in annos duodecim formulæ differunt 5. 492. & 493
Annua stipulatio vna 4. 441
Annuere quid 3. 390
Annuens an consentiat 4. 393
Annuens nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur 5. 391
Ante tempus, quod præcedit, significat 8. 430
Apertum quid 1. 551
Arbiter quis 6. 425
Arbitratu Lucii verba ius notant 2. 495
& in conditionem resoluuntur 3. 494
ab Arbitri persona recedi non potest 2. 492
Arbitrium personam non egreditur 5. 494
Arbitrii & voluntatis verba 4. 442
Arbitrio promissoris non confertur stipulatio 1. 500
Arbitria instar iudiciorum redacta 6. 425
Arbitralis sententiæ effectus ad quos extendatur 5. 4. 424
Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates an valeat 5. 450
Argumentum de contractibus ad testamenta 2. 549
Argumentum de stipulatione ad locationem an procedat 4. 458
Arrhæ sponsalitiæ duplicandæ 5. 483
Artifex an per alium explicet 1. 486
Atypus 2. 388
Aureorum verbo qui veniant 3. 539
Aureus 3. 526
Aurichalchum quale 2. 447
Autem, dictio in §. si is, qui duplum, qui accipienda 10. 407

B

BAlbus 8. 388
Beneficium personale cum persona extinguitur 5. 400
Beneficium quando in inuitum conferatur 2. 525
Blæsus 2. 388
Bonorum causa, quid 2. 453. & 5. 508
Brandi responsum vafrum 3. 401

C

CAmpania 6. 540
Capacitas serui an reguletur à domino 6. 388
Captio rei 3. 522
Catamydiari quid 3. 416.
Cato, in §. Cato l. 4. ff. de verb. oblig. quis 2. 410
Causa bonorum 2. 453. & 5. 508.
Causa celerior consumit 2. 524
Causa falsa an & quando vitiet 4. 470
Causa finalis stipulationis 4. 460
Cautio duplæ quando veniat in contractum 3. 415
Cautio fructuaria 5. 416
Cautio iudicialis 4. 419
& quando ei locus sit ibidem
Cedens bonis soluendo esse desinit 3. 445
Centesimæ vsuræ 2. 499
Certum per se, & per relationem 2. 539
Certi casus qui 4. 410
Ciceronis loci 1. 444. & 2. 452. & 463
Ciuilis possessionis effectus 4. 477
Citatio, actionum principium 5. 438
Clausula, dolum malum abesse, quid contineat 1. 409
Clausulæ, dolum malum abesse, virtus 1. 409
Clausula doli mali quando electionem det 5. 447
Clausula doli 2. 509
Cohæres quando ex facto cohæredis teneatur 3. 408
Cohæredibus quando prosit vatis victoria 10. 402
Collectiuæ dictionis natura 3. 414
Commentarii verbosi adolescentū pernicies 9. 387
Commercium quid 1. 462
Commercium quarum rerum habeatur 3. 462
Commerciorum duplex ratio 2. 462
Comes Palatinus quando legitimet 7. 390
Communis stipulatio quæ 9. 420
Complacentiæ in stipulatione virtus. 8. 397
Compromissum quando finiatur 5. 424
Condictio certi quando pro mutuo detur 2. 540
Condictio certi vna tantum 7. 386
Condictionis furtiuæ effectus 4. 457
Condictionis furtiuæ natura 4. 457
Conditione quādo liberetur fur 6. 458
in Conditionibus infamiæ nota cessat 1. 458
Conditio ad quod tempus retrotrahatur 2. 525
Conditio an in arbitrium hæredis conferri possit 4. 442

Bb.ii.

Conditio facit actum indiuiduum 3. 397
Conditio impossibilis 1. 428
Conditio impossibilis an vitiet vltimas voluntates. 4. 418
Conditio non ex verbis, sed ex mente 4. 502
Conditio omnino extitura 1. 498
Conditio perplexa 2. 428
Conditio pro qualitate 6. 483
Conditio quæcunque impedit natiuitatem obligationis 4. 437
Conditio retrotrahitur 3. 518. & 3. 519
Conditionem etiam de facto, impleri sufficit 7. 431
Conditionem vel admonitionem quænam verba faciunt 3. 502
in Conditione quæ sunt, non disponunt 6. 431
Conditiones ex euentu 5. 502
Conditionalis stipulationis effectus 1. 520
Conditionalis stipulatio an transmittatur 6. 502
Consensus præsumptus non parit naturalem obligationem 5. 390
Constitutum cui innitatur 5. 423
Constitutum cur actionem pariat 5. 423
Contractus cur consensu firmetur 2. 465
Contractus initium quando spectandum 3. 460
Contractus in quibus claudicent 4. 426
Contractus post mortem collati 1. 496
Contractus qui inter absentes contrahantur 5. 388
Contractum quando vitiet dolus 5. 467
Contractum nullum vitiat impersonalitas 5. 478
Contractum quandoque notat obligatio 2. 452
ex Contractu nullo an pœna exigi possit 5. 483
Contrahentium voluntas spectanda 4. 429
Contrahentibus an liceat sese inuicem decipere 10. 468
Contrahentum ex proposito quando sit perfic. 3. 505
Conuentio arbitrio alterius committi potest 1. 493
Conuentionalis stipulatio 6. 419. & 2. 508
Credita pecunia 7. 430
Creditor partem recipiens an sibi noceat 11. 393
CVI BONO 5. 463
Culpa in alieno admissibilis 2. 507
Culpam alienam præstanti succurrendum 4. 496
Cum, conditio 3. 481
Cum, dictionis natura 2. 498

D

Damni infecti cautio 4. 419
Damni infecti stipulatione quid caueatur 6. 416
Dandi obligatio quæcunque diuidua est 4. 397
Dare verbum executiuum 2. 528
Dare quid 1. 545
Datio, est dominii translatio 1. 403
De, dictio quid significet 11. 485
Debitor esse quot modis quis esse desinat 2. 444
Debitor, perempta specie, liberatur 2. 507
Debitor quando diem præueniat 2. 480
Debitor quanti tanta perdita, an liberetur 2. 538
Debitor soluere potest pretiosius 1. 541
Debitor speciei quando liberetur 3. 448
Debitoris fauore dies adiectus intelligitur 3. 437
Declaratio voluntatis intransmissibilis 4. 403
Delicta, quædam ex animo, quædam extra veniunt 5. 427
Delictis viam non aperit lex 1. 474
Demonstrationis virtus 5. 455
Denarius 2. 526
Dicta in præfationibus quando repetita censeantur 3. 466
Dies an in pœna repetita intelligatur 1. 430
Dies cautionis an computetur in termino 4. 490
Dies fauore debitoris adiectus intelligitur 3. 437
Dies interpretatur pro homine 4. 448
Dies quando ortum obligationis impediat 3. 536
Dies lapsus constituit in mora. 1. 461
Diem, in quem debetur, an præuenire liceat 2. 480
Die nō adiecta res præsenti die debetur 1. 491
in Diebus promittere & stipulari 3. 450
Difficultas an excuset 4. 548
Difficultas præstationis in quo versetur 11. 402
Dignitatis nomen facit actum transitorium 2. 512
Dilationis causa cessante, cessat dilatio 4. 431
Diploma felix 3. 432
Disiunctiua inter personas posita 2. 524
Discessus suius stipulationem an vitiet 3. 390
Dispensatio de tenendis duobus beneficiis qui accipienda 2. 490
Dispositio an fundetur in non ente 3. 496
Dissensus hominum facilis 11. 402
Distrahere quid 2. 472
Diuersitas in summa cur stipulationem non vitiat 1. 393
Diuersitas responsionis stipulationem vitiat 6. 392
Diuertentium pœna 4. 414
Diuiduum obligatione, petitione, & solutione 7. 397
Diuiduum natura, & lege quid 6. 397
Diuisio an inducatur per petitionem ab vno ex correis 2. 403
Doctorum lapsus 6. 429
Dolus crimen est 2. 466
Dolus duplex 2. 409
Dolus in contractu dupliciter interuenit 4. 467
Dolus in fortem virum cadens 7. 458
Dolus non præsumitur 1. 466
Dolus procuratoris dominum obligat 3. 503
Dolus quando vitiet contractum 5. 467
Dolus qui probetur 1. 466
Dolus quomodo purgetur 8. 468
Dolus suus nemini prodest 3. 467
Doli mali clausula contractibus inseri solebat 5. 447
Doli clausula 2. 509
Dolum in se quando habeat res 9. 468
Dolum malum abesse, clausula ferri possit 1. 479 / 4. 442
Dolo facit, qui contra pactum petit 3. 467
Dominium quando transferri dicatur 5. 397
Dominium quandoque transfert, qui non habet 3. 424
Dominium quandoque sine facto nostro transfertur 3. 424
Donare quis videatur 2. 445
Donatio coniugū silētio firmatur 1. 445
Donatio coniugalis morte confirmatur 1. 445
Donationis coniectura non præsumitur, sicubi alia præsumptio intercedere potest 3. 446
Donationes tot sunt, quot res donatæ 1. 454
Donetor ignorans 1. 450
Dotis fauor quid efficiat 4. 428
Dotalis fundus alienari prohibitus 3. 453
Dubitationis figura 14. 414
Dupla serui, & rei pretiosæ differunt 1. 415
Dupla quid 1. 415
Duplæ cautio quando in contractum veniat 3. 415
Duplæ stipulatio quando committatur 2. 415

E

Electio migrat de persona in personam 2. 546
Electio quando in seruum cadat 1. 546
Electionis ius non habet hæres 3. 546
Emancipatus patri non quærit 3. 495
Error in materia non vitiat contractum 4. 447
Error nominis proprii vitiat 2. 461
Error quando non vitiat 1. 460
Et, copulatiua 2. 513
Euictionum actiones tot sunt, quot rerum species 1. 454
Euictio ex cuius contractus natura veniat 4. 470
Exaudiri quid 4. 419
Exceptio, cuius non interest, agentem repellit 5. 408
Exceptionem quis remittere censeatur 1. 410
Expromissor quis 2. 422. & 423
Extrinseca solennitas 4. 459

F

Facere præcisè an quis teneatur 3. 521
Factum alienum non potest promitti 3. 469
Factum alienum quandoque promittitur 1. 487
Factum alienum promittens ex causa obligatur 4. 470
Factum alienum inutiliter promittitur 3. 422
Factum non continet non factum 1. 543
Factum in stipulatione, habere licere, an promittatur 2. 459
Factum, nisi totum fiat, factum non videtur 2. 438
ad Factum obligatus interesse præstando liberatur 1. 437
Factum quando reddat stipulationem incertam 2. 545
Factum quandoque pro parte petitur 4. 416
ad Factum quando ante diem agi possit 2. 535
Facti obligatio an præcisa 8. 514
Facti obligationi an accedat fideiussor 4. 437

Facti

Facti pars in contractum deduci nequit 4. 532
Facti verbo non factum venit 2. 395
Facta an diuidua 11. 411
Facta cur indiuidua 11. 413
Facta personam non egrediuntur 1. 512
Facta cur incerta 2. 545
Falsa causa quando vitiat 4. 446
Familiæ erciscundæ iudicium quando locum habeat 4. 406
Familiæ ercisc. iudicium an post diuisionem detur 7. 401
Fauor publicus 3. 488
Fiat, vt petitur verba qui declarentur 4. 478
Fictio idem operatur quod veritas 4. 451
Fideiussor an teneatur, si reum impediat 1. 505
Fideiussor non nisi stipulatione obligatur 4. 483
Fideiussor quo nomine teneatur 5. 483
Fideiussor obligationi facti quo modo accedat 4. 438
Fideiussor, reo principali non obligato, non obligatur 5. 391
Fideiussor rei factum promittens 1. 504
Filiusfamil. an possit habere licere 4. 471
Filiusfamil. stipulando patri quærit 1. 495
Filiusf. an ni ex cõtractu obligatur 5. 471
Filius stipulando quando patri acquirat 1. 434
Filius semper patri stipulari videtur 1. 498
Filio quãdo quæratur commodum contractus 3. 549
Filio quando ex stipulatione quæratur actio 1. 549
Filio pater stipulatur 1. 489.
& an sibi quærat ibidem
Finalis causa stipulationis 4. 400
Finis quid 1. 435
in Fisco particularis solutio 2. 396
Formulæ stipulationum 3. 386
in Fraudem facere videtur, qui non facit, quod facere debet 2. 395
Fructus pendentes an pars fundi 3. 510
Fructus qui promissi censeantur 2. 550
Fructuaria cautio quæ 5. 410
Fundi verbo quid veniat 2. 517
Fundus quid 1. 549
Fur quando condictione liberetur 6. 458
Fur quando non teneatur de interitu 5. 458
Fur, re furtiua perempta, ad quid teneatur 4. 457
Fur quomodo moram purget 5. 458
Fur semper in mora est 4. 457
Fures quot actionibus teneantur 1. 457
Futurũ ius quãdo in iudicium veniat 1. 547
Futuri tẽporis verba quid efficiant 2. 479

G

GEnerale quid 8. 416
Gentium ius merum 3. 478
Genus idẽ quod species operatur 5. 415
Genus non perit 1. 448
Genus quid 2. 510
Generis obligatio dandi est 10. 398
Generis obligatio, & alternatiua an æquiparentur 12. 399
Generis obligationis & alternatiuæ differentia. 14. 399
Generis obligationis natura 1. 400

H

HAbere licere stipulatio 1. 469
Habere licere, stipulatio quando committatur 2. 475
Habere quando non liceat 6. 475
Heres an ex collega facto teneatur 8. 412
Heres eadem persona cum defuncto est 4. 470
Heres non habet ius electionis 3. 546
Heres quanuis ignorans de facto defuncti teneatur 1. 505
Heres quomodo defunctum repræsentet 2. 514
Heres vnus obligatione solui potest 3. 514
Heredis appellatio quo extendatur 4. 470
Heredis persona quando in contractu excludatur, contineatúrue, & in quibuscunque dispositionibus 2. 405
Heredis persona quando mutet obligationem 2. 400
Heredis, & defuncti eadem persona 2. 400. & 2. 406. & quomodo accipiendum ibidem
Heredi quando non subuenitur 3. 448
Herede vno prohibito, an cæteri teneantur 1. 407
Heredem viuens non habet 1. 479
Heredem non excludit, sibi, dictio 1. 477
Herede vno prohibito, an cæteri prohibiti censeantur 6. 407
ad Heredes quando transeat stipulatio 1. 477
Heredes quando insolidum in indiuiduis teneantur 6. 401
Heredes omnes quando, vno contrà faciente, teneantur 7. 411
Heredum vnusquisque quæ administrare possit 4. 414
Heredum personæ quandoque obligationem immutari 15. 414
Heredum vnus partem sibi contingentem inuito creditori soluit 4. 404
Hereditaris empta stipulatio 1. 506
Hoc, pronomen 2. 525
Hodie, dictio 2. 491
Horatii locus 2. 391
Hypocentaurus vbi natus & visus 1. 463

I

IDiomatũ diuersitas an stipulationem vitiet 2. 394
Iduare 5. 391
Idus 5. 391
Ignorans an donet 1. 410
Ignorantia proprii facti, & alieni an tolerabilis 5. 401
Ignorantiam leges non puniunt 2. 505
Illico quid 7. 392
Impedimentum perpetuum, & temporarium 4. 464
Imperium merum quid 3. 478
Impersonalitas an vitiet stipulationem 3. 474. & 3. 477
Impersonalitas an vitiet stipulationem 1. 587
Impersonalitas an vitiet contractum 5. 478
Impertinens an vitiet 1. 526
Impossibilis conditio cur non obstet in testamentis 4. 428
Impossibilis conditio 1. 426
Impossibilis conditio quando contractum vitiet 3. 428
Impossibilis conditio negatiua. 5. 429
Impossibile quid censeatur 1. 464
Impossibilia quæ existimanda 1. 451
Impossibilitas excusat à pœna 1. 389
In, dictio nota perfectionis 5. 495
Inaurandi modus 3. 477
Incendia cuius periculo cõtingant 3. 438
Incerta stipulatio quæ 3. 440
Incerta stipulatio 1. 548
Incertitudo quos actus vitiet 4. 410
Indiuiduum actum conditio facit 3. 397
Indiuiduum natura quid 6. 397
Infamiæ genera 1. 457
Infamia in conditionibus cessat 1. 457
Infans quis, & an stipulationem contrahere possit 4. 388
Inopiæ casus 3. 448
Interesse difficilis probatio 11. 402
Interesse est incertum 3. 529
Interest succedit in facti obligatione 11. 403
Interdici bonis cur & quibus soleat 1. & 2. 425
Interpellat pro homine dies 4. 448
Interpellandi modus ibidem
Interpellatio incongrua 2. 461
Interpellatio duplex 4. 448
Interpretandi modus 2. 484
Interpretatio propria in pœnis locum habet 3. 395
Interrogatio in stipulatione præsumitur præcessisse 1. 458
Interuallum magnum, & modicũ 2. 389
Ipso iure, verba qui accipienda 1. 444
Iter fieri, seruitus 10. 412
Iter facere quid 9. 412
Iudicium accipere quid 2. 435
Iudicium ante litis contestationem plerunque dici. ibid. no. 3
Iudiciũ à cõtestatione litis incipit ibid.
Iudicialis & prętoriæ stipulationis differentia 10. 418
Iudicialis cautio 4. 419
Iudiciales stipulationes 2. 418
Iuramentum facit valere actum eo, quo potest modo 4. 470
Iurisdictio in l. 2. ff. de verb. oblig. quid 6. 419
Iusiurandum, quę contra bonos mores fiunt, non confirmat 1. 492
Iusiurandum an stipulationem alteri factam roboret 2. 480
Iustiniani lapsus 2. 399
Iusta causa excusat à mora 3. 554

K

KAlendarium 2. 499
Kalendę quintę 2. 391
Kalendæ 3. 391
Kalẽdis & ante Kalẽdas stipulatio 1. 436

L

LAtinè qui actus confici debeãt 3. 399
Lectica quid 10. 456
Lecticarius 10. 456
Legatum annua, bima, trima die quando soluendum 4. 492
Legata an tot, quot res legatę 7. 455
Lex, AElia Sentia 1. 527
Lex cuius vtilitatis rationem habeat 5. 482
Lex de indubitabili 2. 550
Lex in quibus remedia paret 2. 442
Lex iuris effectum considerat 6. 397
Lex nihil frustra inducit 4. 436 & 2. 441
Lex viam delictis non aperit 2. 474
Legis pœna contenti esse debemus 2. 443
Lege xii. tab. obligatio inter heredes diuisa 6. 405

LEGVM ALIQVOT sensus.

L. & ideo ff. de verb. obl. effectus 2. 494
L. seruũ. § 1. ff. de hered. inst. sensus 6. 420

L. scire ff. de verb. obl. emendatio 4. 455
L. per fundum. ff. de seru. rustic. præd. declaratio 8. 404
L. huic stipulationi. ff. vsufru. quemadmo. ca. 3. 430
L. in illa, & l. hoc iure. ff. de de verb. oblig. conciliantur 1. 432
L. si Titius. ff. de verb. oblig. sensus 1. & 5. 433
L. seue. ff. de verb. oblig. absurditas vnde nascatur 6. 455
Licet, dictio aduersatiua. 3. 497
Lingua quid 1. 394
Linguæ etymon 1. 394
Lis quando incipiat 7. 434
Localis promissio tempus tacitum habet 3. 491
Locus tacitum continet tempus 2. 522
Lucæ euangelistæ locus 4. 478
Lucratiuæ causæ quando concurrant 2. 439
Lucri species 4. 482

M

Magis, dictio 1. 502
Maiori summæ minor inest 3. 393
Mandatum solutionis quando reuocatum 3. 514
Manumissio morti similis 1. 507
Matrimonia pœnæ vinculo obstringi inhonestum 1. 443
Mera pœna quæ 3. 418
Mera voluntas 3. 418
Meretrix quomodo turpiter faciat 3. 451
Merum iudicis officium quid 3. 418
Meũ sub cõditione emere possum 1. 460
Minor pars videtur electa 1. 435
Minor rem sibi debitã non alienat 2. 527
Minus promissum intelligitur. 1. 435
Mixtum sub simplicibus cõtinetur 6. 395
Modius quid 5. 539
Momentum temporis vltimum spectandum 2. 452
Mora dici lapsu contrahitur 2. 548
Mora obligationem perpetuat 3. 516
Mora posterior nocet 4. 494
Mora tutoris an noceat pupillo 3. 449
Mora vbi nulla intelligatur 3. 461 & 1. 518
Mora eo momẽto non contrahitur, quo obligatio 2. 513
Moræ purgatio vsque ad quod tempus fiat 1. 548
Moram semper facit fur 4. 457
Moram qui porget fur 5. 453
in Mora constituit dici lapsus 1. 461
Moriens quando mori dicatur 2. 496
Mox, dictio 1. 389
Mutuatę promittens factum promittit 2. 529
Mutus quis 2. 388
Moræ effectus 1. 544

N

Natura diuiduum quid 6. 397
Naturæ lex imitatrix 2. 441
Naturalem obligationẽ non parit præsumptus consensus 5. 390
Naturalis obligatio ex stipulatione alteri facta an oriatur 2. 482
Negotiorũ gestorum actio in quo ã familię erciscũdę iudicio differat 9. 402
Neque, dictionis natura 2. 432
Nomina ex quo imponenda 6. 463
Nouæ 4. 551
Notæ nec literæ, nec verba sunt 2. 387
Nouatio non fit, nisi exprimatur 5. 521
Nouatio non præsumitur 2. 445
Nouatio primę obligationis non fit per secundam minus continentem 4. 521
Nouatio quando nouę personę interuentu non inducatur 3. 521
Nouatio quando fiat 1. 517
Nouatio quando inducatur 1. 501. & 2. 519. & 455
Nouatio quando interueniũt nouę personę non fiat 2. 518
Nudum factum 2. 508
Nullo ex contractu an pœna peti possit 5. 483
Numerale quid 8. 456
Numeralia nomina 3. 485
Numerus pluralis pro singulari 1. 444
Nuntiatio operis noui 7. 416
Nuptiarum stipulatio 3. 464
Nuptiis prohibitis, prohibentur sponsalia 3. 464
Nopturam sororem stipulari 5. 454

O

Oblatio operę 4. 521
Obligatio ad tempus an constituatur 2. 525
Obligatio dãdi quantitatẽ diuidua 1. 396
Obligatio dandi diuidua 6. 533
Obligatio dãdi quęcũque diuidua 4. 397
Obligatio facti in id quod interest 2. 512
Obligatio generis est dandi 10. 398
Obligatio generis an species in obligatione habeat 13. 359
Obligatio naturalis an oriatur ex stipul. alteri facta 2. 482
Obligatio pura quãdo differatur 2. 491
Obligatio proportionibus hereditariis diuiditur 6. 405
Obligatio quandoque mutatur ex heredum persona 15. 414
Obligatio quando suspendatur 11. 398
Obligatio quandoque cõtractum nocat 2. 452
Obligatio rem restitui indiuidua 5. 532
Obligatio secundaria duplex 1. 410
Obligatio transfusa an alteretur 5. 401
Obligationis initium vnde 1. 482
Obligationi facti qui fideiussor accedat 4. 432
Obligationem perpetuat mora 3. 516
Obligationes diuiduę res quę 7. 397
Obligationes duę quando concurrant 3. 442
Obligatus ad dãdum an teneatur transferre dominium 3. 545
Obscurus sermo in stipulationibus quo modo interpretetur 1. 489
Obscurum quid 1. 551
Occidens seruũ quãdo liberetur 5. 448
Occupate quis dicatur 7. 434
Officium iudicis quid 3. 413
Officium iudicis mercenarium 3. 418
Officium iudicis mixtum ibid.
Officii necessitas 3. 507
Omne verbum an ambiguum 4. 551
ὀφειλόμενα 1. 394
Operę pars & deberi, & peti potest 2. 518
Operę oblatio 4. 518
Operarum genera 1. 510
Operis stipulatio duo requirit 1. 437
Operis partẽ faciens an liberetur 1. 438
Oportet, verbum 2. 547
Oppositorum eadem ratio 8. 418
Ordo stipulationis 2. 387

P

Acta personalia ad heredes nõ transeunt 2. 406
Pactum conuentum 1. 513
Pactum futurę successionis 3. 523
Pacti de non petendo vis 15. 399
Partis petitio an diuisionẽ inducat 1. 403
Partis receptio an obsit 3. 404
Parti maiori minor inest 3. 393
Partẽ operis faciens an liberetur 4. 437
Partem soluens an liberetur 10. 398
Partium quæ electa censeatur 1. 435
Partes quotæ & discretæ 3. 310
Pater adoptiuus, & hęres an coniungendi, & quando 3. 480
Pater filio stipulatur 1. 489
Pater pro se, & descendentibus feudum accipit 5. 497
Pater, & dominus quomodo de peculio obligentur 2. 503
Pater filio vt hæredi stipuletur 1. 497
Pater stipulando filio quum stipulatio non quærat 1. 497
Patris, & fideiussoris similitudines & differentiæ 5. 504
in Patrem morosum actio datur 4. 504
Patriæ potestatis soluendi modi 1. 449
Pecunia credita quæ 7. 430
Pecunia in arca debetur vt species 1. 458
Pecunia strictẽ accipitur, & quando 5. 411
Pecuniæ verbum generale 2. 506
Periculum quando ad cõductorem pertineat 2. 438
Perplexa conditio 2. 428
Perplexitas quando actum vitiet 6. 434
Perpetua stipulatio quæ 3. 440
Personæ an iure variari possint 3. 497
Personę qualitas an dispositionem interpretetur 3. 476
Personale beneficium cum persona extinguitur 3. 400
Petitio partis an diuisionẽ inducat 1. 403
Petitione diuiduę res quę 7. 397
Pignoris vtilitas 3. 445
Plauti locus 3. 426. & 3. 478
Pluralis locutio duorum numerum exigit 1. 434
Pœna an id quod interest respiciat 6. 408
Pœna nõ euitatur partis solutione 1. 424
Pœna quandoque pro parte committitur 6. 425
Pœna quando pro parte rectẽ offeratur 7. 425
Pœna quando adiiciatur quantitati in fraudem vsurarum 1. 528
Pœna quando committatur 13. 413
Pœna nõ respicit id, quod interest 5. 407
Pœna legis sufficit 2. 443
Pœna quãdo ante diẽ cõmittatur 4. 431
Pœna quãdo ex cõtractu debeatur 6. 411
Pœna reddit obligationem indiuiduam 2. 424
Pœna quomodo subdatur contractui 2. 424
Pœna cui committatur 5. 407
Pœna in fraudem vsurarum quando adiecta videatur 1. 424
Pœnę omnis ex parte in nuptiis prohibitę 1. 443
Pœna ex contractu nullo an possit peti 5. 483
Pœna legis quando infligitur 6. 411
Pœna nuda promissione promissa an petatur 6. 408
Pœna ante diem peti non potest 2. 410
Pœna ex contractu nullo non debetur 12. 530
Pœnę adiectio obligationem alieni facti confirmat 4. 470
Pœnę loco vsura subiicitur 2. 397
Pœnalis stipulatio quomodo concipienda

Index.

da 2.532
Pœnalis stipulatio quando contrahatur 3.410
Pœnalis actio cui & in quẽ non detur 4.402
Popularis qui 1.530
Posse quid dicatur 3.451
Possessio naturalis quid 3.476
Possessio nuda quę 3.471
Possessionis effectus 3.472
Possessionis ciuilis effectus 4.477
Possessio vacua ad nudam traditionem referri nequit 3.451
Possessionem vacuam tradere quis dicatur 3.451
Possessionum genera 1.453
Post, tempus, quod sequitur, sonat 2.436
Postliminio quid fingatur 2.435
Pręmii spe testantẽ inuitare an liceat 3.514
Pręscriptio xxx. annorum iure Digestorum, incognita 3.444
Pręsenti die quando debeatur 3.491
Præsenti die petere quid 5.429
Pręstare & tradere, verborum idem effectus 1.453
Præstatio quando impossibilis, & quãdo possibilis censeatur 12.402
Pręstationis difficultas in quo versetur 11.402
Prætoriæ stipulationes 2.508
Prætor solus prætorias stipulationes interpretatur 3.508
Principali destructo, quandoque non ruit accessorium 7.470
Principium contractus quando spectari debeat 3.460
Procurator quando actionem domino quærat 1.550
Procurator an domino stipuletur 2.487
Procuratoris dolus dominum obligat 3.503
Procuratori quomodo stipulemur 1.487
Prodigus an administret ante interdictionem 6.427
Prodigus alium sibi obligat 4.426
Prodigus an obligetur natura 7.427
Prodigus quærere potest 4.426
Prodigus an obligetur delinquẽdo 5.426
Prodigus furioso comparatur 2.425 & 7.427
Prodigus quis 3.426
Prodigi & pupilli comparatio 4.426
Promissio localis tempus tacitum habet 3.491
Promissio in dubio erroneẽ facta censetur 3.446
Promissio quò referenda 2.490
Promissor quando cogatur ante diem soluere 4.481
Promissor quando expromissorem dando liberetur 1.528
Promittens mutuare factum promittit 2.429
Promittens sciens prudẽnsque, an donare videatur 2.446
Promittens bis idem quando obligetur 3.450
Promittere in diebus 4.490
Propriæ rei emptio nulla 2.459
Publicus fauor 3.4.458
Pupillus quis 2.449
Pupillus quando sine tutore interpellari possit 2.449
Pupillo quãdoque nõ subuenitur 4.406
Pupillo denuntiari potest 2.449
Pupillo an noceat tutoris mora. 3.449
Pura obligatio quando differatur 2.491
Pura stipulatio. 2.436

Q

QVadriga quid 9.456
Quæstionis proponendæ modus 1.457
Quæstionem mouere 2.457
Qualitas an censeatur repetita 3.501
Qualitas personæ an stipulationem interpretetur 3.476
Qualitas personæ interpretatur stipulationem 3.475
Qualitates nullæ sunt non entis 5.494
Qualitates stipulatio sequens repetit 4.450
Quanti ea res erit quid 1.535 & 3.552
Quanti ea res est, verba quò referenda 5.470
Quantitatis debitor 2.468
Quantitatis obligatio, inuito creditore, diuidua 1.396
Quantitatis periculum ad quem spectet 1.448
Quanuis dictio 2.542
Quasi, aduerbium similitudinis 4.445
Quidnt 1.390

R

RAtio vniuersalia restringit 2.481
Ratum an pro parte dominus habeat 16.414
Receptio partis an noceat 3.404
Reddendi verbum 2.502
Religiosus locus 12.488
Remedia lex parat in casibus necessaria 2.441
Repetita quando intelliguntur dicta in præfationibus 3.466
Res cui ius deest peti potest 3.417
Rei propriæ legem imponere an liceat 3.482
Responsionis diuersitas stipulationem vitiat 6.391
Restituere pro destruere quandoque sumitur 11.417
Restitui, verbi significatio peculiaris 8.417
Reo quando fauendum 2.490
Reorum nullus electione liberetur 2.404

S

SAtis acceptio quid 3.422
Satis facere quis dicatur 1.422
Sententiæ auctoritas 3.541
Sententia quandoque libello difformis 9.534
Seruus domino captiuo an rectẽ stipuletur 4.537
Seruus in iudicio esse nequit 1.451
Seruus ex omni causa domino acquirit 1.523
Serui acceptilatione cur non liberetur dominus 7.389
Seruum occidens quandoque liberatur 5.448
Serui capacitas an à domino pendeat 6.388
Seruitus ad tẽpus non imponitur 4.516
Seruitutem stipulari, aut quęrere vnus ex sociis an possit 10.401
Seruitutes indiuiduæ 5.401
Seruitutes cur indiuiduæ 8.398
Seruitutes sunt iura prędiorum 2.471
Si conditio 3.481
Si & cum non differunt 2.458
Sibi dictio an hæredem excludat 1.477
Simile nullum idem 1.436
Simplex, simpliciter, simplicitas 1.398
Singulos, distributiua dictio 2.440
Siue, dictio 1.524
Socius quando vtatur re communi inuito socio 4.424
Socium fallere turpe 6.467
Sociorum vnus non potest trãsferre dominium nisi pro parte sua 3.424
ex Sociis vnus seruitutem an acquirere possit 10.402
Solennia verborum sublata 4.386
Solennitas intrinseca 5.459
Solennitas extrinseca 5.459
Solennitatum genera, & differentiæ 2. & 5.459
Solennitatum quæ præsumatur 5.458
Soluendo esse definit qui bonis cedit 3.445
Soluens partem an liberetur 10.398
Soluisse videtur qui acceptilatione liberatus est 3.444
Solui nisi totum non potest in obligatione generis 4.404
Soluere ante diem quando cogatur promissor 4.480
Solutio particularis in quo sufficiat 1.396
Solutio rei in cõditione positæ in diem confertur 3.410
Solutione diuiduę res quæ 7.397
Solidum præstiterint verba ad quid referantur 7.405
Sororem nupturam stipulari 5.464
Species quid 1.509
Speciei debitor an & quando liberetur 3.448
Specie perempta, liberatur debitor 2.507
Spondebantur olim vxores 2.464
Spondeo verbum stipulationem notat 2.503
Sponsalia quid 2.448
Sponsalia vnde dicta 5.388
Sponsalia, nuptiis prohibitis, prohibentur 3.464
Sponsalitiæ arrhæ duplicandæ 3.443
Sponsi, sponsæ què, & sponsaliorum appellatio vnde 2.464
Spurius augur 2.482
Stips collatitia 2.486
Stipulamur quandoque alteri 1.485
Stipulari alteri quandoque rectẽ possum 1.485
Stipulari in diebus 4.490
Stipulatio an ex præsenti vires accipiat 3.435
Stipulatio dandi diuidua, faciẽdi indiuidua 1.410
Stipulatio in arbitrium promissoris non confertur 1.600
Stipulatio habere licere in seruo 2.479
Stipulatio in annos singulos vna 1.440
Stipulatio perpetua quæ 3.410
Stipulatio vsurarum incerta 2.448
Stipulatio post mortem fieri potest 1.496
Stipulatio quando ad hæredes transeat 1.417
Stipulatio rei alienæ 2.472
Stipulatio quæ vtiliter concipiatur 1.428
Stipulatio operis duo exigit 1.417
Stipulatio an verborum obligatione distinguatur 2.386
Stipulatio dandi dominii translationem continet 2.395
Stipulatio an propriẽ contractus 8.410
Stipulatio quando inutilis 6.481
Stipulatio quoque desiderat 8.386

Stipulatio vsusfructus quando certa vel incerta 1. 548
Stipulatio HABERE LICERE, an in facto consistat 1. 405
Stipulatio recipit interpretationem ex eo cõtractu, iuxta quẽ ponitur 4. 470
Stipulatio Habere licere, an diuidua 2. 469. & 3. 408 & quãdo committatur 2. 470. & quid cõtineat 2. 408
Stipulatio facti quãdo ad heredes transeat 1. 499
Stipulatio inutilis an valeat in vim pacti 1. 393
Stipulatio pœnalis quando contrahatur 3. 410
Stipulatio turpia nulla 3. 458
Satisdationis verbo quid veniat 5. 422
Stipulationes sibi aut alteri disiunctiuè 1. 514
Stipulatio communis quæ 9. 420
Stipulatio sequens quando priorem nouet 2. 520
Stipulatio inordinata 4. 393
Stipulatio ipso iure operatur 2. 450
Stipulatio cur sic appellata 2. 385 & 1. 387
Stipulationes mixtæ 5. 3. 5
Stipulatio pura in diem & sub conditione 3. 492
Stipulatio facti in id, quod interest, committitur 7. 407
Stipulatio in arbitrium promissoris collata, an valeat 1. 448
Stipulatio an cõmittatur per stipulationem 5. 433
Stipulatio quando in dando, quandove in faciendo consistit 4. 395
Stipulatio, vno hæredum prohibente, an committatur 4. 406
Stipulatio Dolum Malum, &c. an ad hæredes transeat 2. 409
Stipulatio in specie § item si in facto. l. ii. ff. de verb. oblig. quid contineat 2. 406
Stipulatio fossam fodi cur incerta 3. 543
Stipulatio quãdo pura intelligẽda 7. 438
Stipulatio qui probetur 5. 388
Stipulatio quãdo in partem valeat 1. 484
Stipulatio emptæ hæreditatis 1. 506
Stipulatio incerta quæ 3. 440
Stipulationis causa finalis 4. 460
Stipulationes interpretãdi modus 2. 495
Stipulatiõis ordo 2. 387. & definitio 5. 428
Stipulationis, Si volueris, & Cum volueris, differentia 3. 500
Stipulationis, Habere licere, vis & natura 2. 473. & origo 4. 408. & in ea an factum promittatur 2. 469
Stipulationem an vitiet discissus solus 3. 390. idiomatum diuersitas 2. 394. & impersonalitas 1. 527. & 7. 474. & stipulationis diuersitas 6. 392 & diuersitas in summa 5 393. & stipulatio 4. 526
Stipulationem contrahere qui non possint 5. 388
Stipulationem vitiat diuersitas 3. 422
in Stipulatione quod tempus attẽdatur 1. 472
ea Stipulatiõe actio duplex 6. 386. 6. 389
in Stipulatione quid spectandum 3. 460
in Stipulatione cuius temporis ratio habenda 6. 465
Stipulationes iudiciales 2. 418
Stipulationes, Habere licere, & Peti non fieri, an similes 1. 408
Stipulationes cur inuẽtæ 2. 442. & 3. 470
Stipulationes conuentionales 1. 508
Stipulationes turpes quæ 1. 450
Stipulationes tot, quot species 1. 394. & 1. 418
Stipulationum formulæ variæ 3. 386
Stipulationum quot sunt species 1. 418
in Stipulationibus quid seruetur 1. 435
Stipulationibus tẽpus tacitè inest 2. 437
Stipulatur quãdoque quis tẽ suam 3. 457
Stipulum 3. 387
Successionis futuræ pactum 3. 523
Successores qui 4. 470. & 3. 473
Summum ius summa iniuria 2. 466
Suidus quis, & cui non stipuletur 2. 388
Suum quandoque quis stipulatur 3. 457

T

TAcitum tẽpus loca cõntinet 2. 522
Tempus an redintegretur 4. 439
Tempora futuri tractus non sunt in consideratione 3. 442
Tempus in stipulatione quod spectandum 2. 460
Tempus modicum debitori datur 4. 529
Tempus præsens futurum non comprehendit 1. 547
Tempus differendæ obligationis adiectum 3. 492
Tempus promissoris gratia adiectũ censetur 3. 491
Tẽpus stipulationibus tacitè inest 2. 437
Temporis initium aut finis quando spectetur 4. 492
Temporis in stipulatione cuius habenda ratio 6. 465
Temporis interuallum longum an vitiet stipulationem 1. 389
Temporis momentum vltimum spectandum 2. 452
Terentii locus 4. 445
Testamenti libertas constringi non debet 5. 522
Testamentum præmii spe inuitare an liceat 2. 523
Transactio super re aliena 4. 473
Turpes stipulationes quæ 1. 450
Turpitudo ex cuius parte consideranda 2. 451
Turpiter qui meretrix faciat 3. 458
Tutelæ actio quem obstringat 1. 486
Tutor quandoque stipulatur pupillo 2. 486
Tutoris mora an noceat pupillo 3. 449

V

VAcua possessio 1. 508
Vacua possessio ad nudam traditionem referri nequit 3. 453
Vacuam possessionem tradere quis dicatur. 3. 453
Variatio an vitiet stipulationem 4. 526
Vel, dictionis natura. 1. 480
Venditio plurium rerum vna 2. 454
Verba, Solidum præstiterint, quò referenda 7. 401
Verba, siat vt petitur, qui declarẽtur 4. 478
Verba ambigua à quo interpretanda 1. 484
Verba annuam præstationem importantia 1. 516
Verborum obligatio an cõtrahatur verbis his, quid ni? cur non? 1. 390
Verborum multiplicatio quãdoque necessaria 5. 509
Verborum obligatio quæ 2. 428
Verborum solennia sublata 4. 386
Vergilii locus. 1. 390
Verisimile accipiendum 2. 484
Veritatis & fictionis comparatio 4. 435
Vlpianus hæreticorum princeps 4. 463
Vna decem 1. 512
Vniuersalis dictio per rationem restringitur 2. 495
Vniuersale quid 8. 456
Voluntas mera 1. 418
Voluntatis declaratio ad hæredem non transeat 2. 500
Vsura vice pœnæ subiicitur 2. 397
Vsuræ in Kalendas stipulari solitæ 2. 398
Vsuræ centesimæ 2. 429
Vsurarum nomine quæ veniant 1. 544
Vsurarum stipulationi modus adiiciendus 4. 543
Vsus cur indiuiduus 3. 532
Vsusfructus cur diuiduus 5. 401. & 2. 532
Vsusfructus est pars fundi 1. 520
Vsusfructus nouus in hærede 6. 478
Vsusfructus natura ibidem
Vsusfructus morte finitur 4. 400
Vtilis quid 2. 487
Vtilitas 1. 553
Vtilitatis causa, formulã quid significetur 9. 417
Probationum facultas non angustanda 9. 417
Voque, dictio quid significat 2. 390
Vaores olim spondebantur 2. 464

§§. ALIQVOT INTELLECTVS.

§. qui præsens. l. i. ff. de verb. oblig. emendatio, & sensus 1. 389
§. sicut. l. stipulatio hab. li. sensus 3. 474
§. cùm, qui. l. stipulatio ista. ff. de verb. oblig. emendatio. 1. 484
§. item si ex facto. l. 2. ff. de verb. oblig. sensus 1. 405
§. sanè acceptio. l. 5. ff. de verbo. oblig. emendatus 2. 422
§. si in locando. l. si stipuler. ff. de verb. oblig. 1. 465
§. Cato. l. 4. ff. de verbo. oblig. emendatus 10. 412
§. si tamen. l. 2. ff. de verbo. oblig. explicatus noné 1. 403
§. si is qui duplum. versic. ipsi autem. l. 4. ff. de verb. oblig. sensus. 11. 437

FINIS.